CORPVS CHRISTIANORVM

Series Latina

II

CORPVS CHRISTIANORVM

Series Latina

II

TERTVLLIANI OPERA

PARS II

TVRNHOLTI
TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII
MCMLIV

QVINTI SEPTIMI FLORENTIS

TERTVLLIANI OPERA

PARS II

OPERA MONTANISTICA

TVRNHOLTI
TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII
MCMLIV

XV

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE PALLIO

CVRA ET STVDIO

A. GERLO

MONITVM

F	codex Florentinus Magliabechianus I, VI, 10, saec. XV.
L	codex Leidensis 2, saec. XV.
N	codex Florentinus Magliabechianus I, VI, 9, saec. XV.
S	codex « satis uetustus », quo usus est Salmasius.
V	codex olim Vindobonensis 4194, nunc Neapolitanus, lat. 55, saec. XV.
X	codex Luxemburgensis 75, saec. XV.

B	editio Martini Mesnartii, Parisiis, 1545.
Cerda	editio Ludouici de la Cerda, Parisiis, 1624.
Gel.	editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550.
Georg.	editio P. Georgii, Parisiis, 1647.
Iun.	editio Francisci Iunii, Lugduni Batauorum, 1595.
Ma.	editio Iosephi Marra, Augustae Taurinorum, 1932.
*Ma*².	altera editio eiusdem Iosephi Marra, Neapoli, 1937.
Marc.	editio Theodori Marcilii, Parisiis, 1614.
Oe.	editio Francisci Oehler, Lipsiae, 1853.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
*Rb*¹, *Rb*²	editio Beati Rhenani, Basileae, 1521, 1528.
Rb	consensus harum editionum.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Salm.	editio Claudii Salmasii, Parisiis, 1622.
edd.	editores omnes praeter Cerda, Georg., Iun., Marc., Rh²., qui tantum passim adferuntur.
Carrio	coniecturae Ludouici Carrionis apud Pamelium.
Cast.	coniecturae Ludouici Castiglioni apud Marram.
Ciac.	coniecturae Petri Ciaconii apud Pamelium, in appendice ad alteram eiusdem editionem, Parisiis, 1583.
Lat.	coniecturae Latini Latinii apud Pamelium, ed. cit.
Scal.	Scaligeri emendationes in margine exemplaris editionis Iunianae (Bibliotheca Vniuersitatis Lugduni Batauorum 754 A. 11).
Turneb.	Adriani Turnebi Aduersariorum libri XXX, Parisiis, 1580.

V. cl. Aloisius Gerlo comiter nobis licentiam dedit denuo euulgandi editionem suam criticam quam anno MCMXL instruxerat. Paucis manu ipsius auctoris emendatis, tantum addidimus uarias lectiones codicis Luxemburgensis, praesertim quando discrepat cum codicibus eiusdem classis, Vindobonensi nempe et Leidensi et Florentino Magliabechiano I, VI, 10.

DE PALLIO

I. **1.** Principes semper Africae, uiri Carthaginienses, uetustate nobiles, nouitate felices, gaudeo uos tam prosperos temporum, cum ita uacat ac iuuat habitus denotare. Pacis haec et annonae otia. Ab imperio et a caelo bene est. Tamen et uobis habitus aliter olim tunicae fuere, et quidem in fama de subteminis studio et luminis concilio et mensurae temperamento, quod neque trans crura prodigae nec intra genua inuerecundae nec brachiis parcae nec manibus artae, sed (nec cingulo sinus diuidere expeditum) beatae quadrata iustitia in uiris stabant. Pallii extrinsecus habitus et ipse quadrangulus ab utroque laterum regestus et ceruicibus circumstrictus in fibulae morsu, humeris acquiescebat.

2. Instar eius hodie Aesculapio iam uestro sacerdotium est. Sic et in proximo soror ciuitas uestiebat, et sicubi alibi in Africa Tyros. At cum saecularium sortium uariauit urna et Romanis deus maluit, soror quidem ciuitas suopte arbitrio mutare properauit, ut adpulsum Scipionem ante iam de habitu salutasset, Romanum praecoca. Vobis uero post iniuriae bene-

I, **1** DE MONOGAMIA TERTVLLIANI EXPLICIT INCIPIT DE PALLIO *N* Explicit liber de monogamia. Incipit liber Tertulliani de pallio *F* Quinti Septimi florentis Tertulliani de Monogamia liber finit eiusdem de pallio incipit *L* **2** Afficae *NF* (*pro more*) Carthaginenses *codd. Rb. B Gel.* (*pro more*) **5** et annona et otia *LNF Rb. B. Gel. Pam.* **6** aliter olim, tunicae, fuere *interpunx. Ma.* : aliter olim, tunicae fuere *Rb*². aliter olim ; tunicae fuere *Salm.* aliter olim tunicae fuere *Salm. in comm. p. 94, et rell. edd.* aliter enim (olim *L*¹) t.f. *LN* (*uocem* tunicae *pro glossemate habuit et delendam putauit Adr. Behotius Apophoret. III, 1*) **7** subteminis *LF Pam. Salm.* Rig. *Oe. Ma.* : subtegminis *N Rb. B Gel.* concilio *Iun. Scal. Salm.* Rig. *Oe. Ma.* : consilio *codd. et cett. edd.* **7/8** mensura e temperamento *F* mensura et temperamento *VLN Rb.* **8** prodige *codd.* (*sed -e = -ae, cfr Proleg.*) *Rb. B Gel.* **9** inuerecunde *codd.* (-e = *-ae*) *B Gel.* uerecunde *Rb.* parcae *V*² *Pam.* Rig. *Oe. Ma.* : parce L (-e = *-ae*) *Turneb., Aduers. VII, 20* parae *Salm.* (*a ficto quodam adiect.* parus), *probat Rig. in not.* pare *VNFS* (-e = *-ae*) *Rb. B Gel.* arte *codd.* (*-e* = *-ae*) *Rb*¹. *B* arcte *Rb*². *Gel.* **9/10** sed (nec c. s. diuidere expeditum) beatae *Salm.* : ... diuidere expeditum beate *VNF* (*-e* = *-ae* ?) *Rb*¹. B diuidere expeditum brace *V*²L diuidere expedito, beate *Ma.* diuidere expedito umbratae *Oe.* diuidente expedita atque *Gel.* diuidente expeditae atque *Pam.* **10** quadratae *VL Pam.* **11** iustitia] instita *V*² L *Rb*². *Gel. Pam.* pallium *NS Salm. Rig.* palui *F* **12/13** circumstrictus *LS Rb*². *Salm. Rig. Oe. Ma.* : circumstructus *VNF rell. edd.* **13** humeris] numeris *NF* imminens *VL* **14** sacerdotum *V*² *L* **16** sortium uariauit urna *S Pam. Turneb., Aduers. VII, 20, Salm. Rig. Oe. Ma.* : sotium (socium *L*) uaria iuturna *VL* sortium uauia uiturna *F Rb*¹. consortium uauia uiturna *N* sortium domina Fortuna *B Gel.* **19** salutaret *Rb*².

2 affricae uiri. Affrica uiri *N* affricae uiri Affricae uiri *X* [*fortasse legebatur in archetypo* : Principes semper Africae, uiri Africae, uiri Carthaginenses] Africae, uiri] *del. interpunct. J. Waszink, Museum, 49, 1942, p. 194* [*probat Gerlo*] **6** olim tunicae fuere] *cfr J. Waszink, l.c. et Gerlo in comment., a.u.*

ficium, ut senium non fastigium exemptis, post Gracchi obscena omina et Lepidi uiolenta ludibria, post trinas Pompei aras et longas Caesaris moras, ubi moenia Statilius Taurus imposuit, sollemnia Sentius Saturninus enarrauit, cum concordia iuuat, toga oblata est. Pro, quantum circummeauit, a Pelasgis ad Lydos, a Lydis ad Romanos, ut ab humeris sublimioris populi Carthaginienses complecteretur!

3. Exinde tunicam longiorem cinctu arbitrante suspenditis, et pallii iam teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis, et si quid praeterea condicio uel dignitas uel temporalitas uestit, pallium tamen generaliter uestrum immemores etiam denotatis. Equidem haud miror prae documento superiore. Nam et arietem (non quem Laberius *reciprocicornem et lanicutem et testitrahum*, sed trabes machina est, quae muros frangere militat) nemini unquam adhuc libratum illa dicitur Carthago, *studiis asperrima belli*, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus, commentata uim tormenti de bile pecoris capite ⟨se⟩ uindicantis. Cum tamen ultimant tempora patriae et aries iam Romanus in muros quondam suos audet, stupuere illico Carthaginienses ut nouum extraneum ingenium:

Tantum aeui longinqua ualet mutare uetustas!

Sic denique nec pallium agnoscitur.

II. **1.** Sit nunc aliunde res, ne Poenicum inter Romanos aut erubescat aut doleat. Certe habitum uertere naturae totius sollemne munus est. Fungitur et ipse mundus interim iste quem incumbimus. Viderit Anaximander, si plures putat, ui-

---

32/33 Cfr Ribbeck, CRF^3, p. 365, XX. **35** Cfr Verg. Aen. I, 14. **41** Cfr Verg. Aen. III, 415.

B Gel. Pam. Romano Rb^2. Romana *B Gel. Pam.* **20** fastidium *S Gel.* **21** omina] omnia *NF* **22** aras *om.* *VL* stastilius *F* fastilius V^2L faustilius *V* **24** Iubae (*pro* iuuat) *B Gel.* ablata *VL* **25** pelagis *codd.* ad lydosalidis *N* ad lydo salides *LF* a lydo salides *V* **25/26** sublimiores *codd. Rb.* **27** arbitrantes *codd. Rb.* **28** tereris *N* tabulatam *Scal.* **29** si quod *F* si quae *L* **30** uertit *Turneb.* **31** Et quidem *VLF Pam.* **32** quem] quam *F* **33** ut lanicutem *codd.* Rb^1. testitrahum Rb^2. *B Gel. Pam. Salm. Rig. Oe. Ma.* : testitrabum *VLNFS* Rb^1. uestitrahum *Scal.* **34** frangere militat] frangere minitat *Ciac., et alii ap. Casaub. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 20* frangere debilitat (*uel* deuilitat) *Scal.* **37** de bile] debile *codd. Rb. Scal.* capite ⟨se⟩ uindicantis *V. d. Vliet, Studia eccl., p. 96-97, Gerlo R. B. Ph. XVIII, p. 394 sq.* : capite uindicantis *B Gel. Pam.* caput uindicantis Rb^2. *Scal. Salm. Rig. Oe. Ma.* caput uindicantes *codd.* Rb^1. capite dimicantis *coni. Ma. in app. crit.* capite minitantis (*uel tale quid*) *Cast.* **38** ultimant *NFS Rb. Salm. Rig Oe. Ma.* ultimauit *VL* ultimarent *B Gel. Pam.* **42** nec *om. Pam.*

II, **1** Sic nunc *codd.* Rb^1. **2** uetera naturae *codd.* Rb^1. mutare naturae Rb^2. **3** et ipse] et ipso Rb^2. *Salm. Rig.* eo ipse *maluerit Oe. in notis* **4** Viderint, Anaximander si plures putat, uiderit *maluerit Oe. in notis* **6** blattit *Pam. Salm. Rig.* **6/7** si quem] qui quem *F* **8** proinde mature *LF* Rb^1. **10** hic est] stic est *FS* istic est (*i exp.*) *N* scit est *VL* **11/12** discordiam diuersitatis *NF* **13** qui et diuersitatibus *codd. Pam. Salm. Rig.* quidem et d. *Cast. Ma.* qui ex d. *Rb. B Gel. Oe.* **17** solstitionibus *VLF Rb. B Gel.* **18** reicit *codd. Rb.* : deicit *Laurent. XXVI, 7 (teste Marra) rell. edd.* **19** resuscitat *edd.* : res uiciat *codd.* Rb^1. subdiuo] sub diuo *LN* Rb^1. *Ma.* sudo *V* Rb^2. **21** surdum *Npc* **23** pronum *Lat.* decimanis *VNF* **24** si *om. codd.* Rb^1. **24/25** uestiri amantem] uerti uariantem *Turneb.* **25** prope sis eandem] prope sis eadem *V* propessis eadem *LNF* Rb^1. prope possis eandem *Turneb.* **26/27** ornatus quid *Rb. B Gel. Pam. Oe. Ma.* : ornatu si quid *codd.* ornatus si quid *S Salm. Rig.* **27** scopulae Rb^1. scopuli Rb^2. *B Gel.* **28** cauillando] ebullando *B Gel. Pam.* **28/29** obhumando *Salm. Rig. Oe.* : obumando *S Ma.* obumando obumbrando *F* obummando *N* obumbrando *VL rell. edd.* obambulando *Lat.* **30** omnibus] omnis *Scal.* **32** fluctuasse *VL* **33** sed enatando *N* in forma *Salm. Rig. Oe. Ma.* : infirma *codd.* Rb^1. *B Gel.* in firma (*sc.* terra) *dubitanter Löfstedt Verm. Stud. p. 108-109*

derit, si quis uspiam alius, ad Meropas, ut Silenus penes aures Midae blatit, aptas sane grandioribus fabulis. Sed et si quem Plato aestimat, cuius imago hic sit, etiam ille habeat necesse est proinde mutare. Quippe si mundus, ex diuersis substantiis officiisque constabit, ad formam eius quod mundus hic est; neque enim mundus, si non ut mundus proinde. Diuersa in unum ex demutatione diuersa sunt. Denique diuersitatis discordiam uices foederant. Ita mutando erit mundus omnis qui et diuersitatibus corporatus et uicibus temperatus.

2. Nostra certe metatio, quod clausis, uel in totum Homericis oculis liquet, totum uersiforme est. Dies et nox inuicem uertunt. Sol stationibus annuis, luna modulationibus menstruis uariat. Siderum distincta confusio interdum reicit quid, interdum resuscitat. Caeli ambitus nunc subdiuo splendidus, nunc nubilo sordidus; aut imbres ruunt, et si qua missilia cum imbribus; dehinc substillum et denuo sudum. Sic et mari fides infamis, dum et flabris aeque mutantibus de tranquillo probum, de flustris temperatum et extemplo de decumanis inquietat. Sic et terram si recenseas temporatim uestiri amantem, prope sis eandem negare, memor uiridem cum conspicis flauam, mox uisurus et canam. Ceteri quoque eius ornatus quid non aliud ex alio mutant, et montium scapulae decurrendo, et fontium uenae cauillando et fluminum uiae obhumando?

3. Mutauit et totus orbis aliquando, aquis omnibus obsitus. Adhuc maris conchae et buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse. Sed et enatando rursus in forma mutauit rursus orbis, alius idem. Mutat et nunc localiter habitus, cum situs laeditur,

---

19 res uicit *X* **28/29** obumando *X* **33** formam *coni. A. Ernout, Rev. de Philol., 1942, p. 208, conferens III, 1 : „mutant et bestiae pro ueste formam"*

cum inter insulas nulla iam Delos, harenae Samos, et Sibylla non mendax, cum ⟨terra⟩ in Atlantico Libyam aut Asiam adaequans iam quaeritur, cum Italiae quondam latus Hadria Tyrrhenoque quassantibus mediotenus interceptum reliquias Siciliam facit, cum tota illa plaga discidii contentiosos aequorum coitus angustis retorquens nouum uitii maris imbuit, non exspuentis naufragia sed deuorantis.

4. Patitur et continens de caelo aut de suo. Aspice ad Palaestinam. Qua Iordanis amnis finium arbiter, uastitas ingens, et orba regio, et frustra ager. At urbes retro, et populi frequentes, et solum audiebat. Dehinc, ut deus censor est et impietas ignium meruit imbres, hactenus Sodoma, et nulla Gomorrha, et cinis omnia, et propinquitas maris iuxta cum solo mortem uiuit. Ex huiuscemodi nubilo et Tuscia Vulsinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios. Sed absit. Vtinam et Asia secura iam sit de soli ingluuie! Vtinam et Africa semel uoraginem pauerit, unicis castris fraudatis expiata! Multa et alia huiusmodi detrimenta habitum orbis nouauere situsque mouere.

5. Bellis quoque plurimum licuit. Sed piget tristia non minus quam et regnorum uices recensere, quotiens et ista mutauerint iam inde a Nino, Beli progenie, si tamen Ninus regnare primus, ut autumant superiorum profanitas. Ferme

---

infima Rb^2. *Pam.* **35** et Sibylla] ut Sibylla *Scal.* et si ille *Pam.* et illa, si *Turneb.* **36** cum] Aeon *Rb. B Gel. Pam.* autem *VLF* Plato *Turneb.* ⟨terra⟩ *add. V. d. Vliet, p. 97 ; c. in V* ⟨regio⟩ *Ma. e coniectura Ludouici Cast.* **37** adaequans iam *Ma. e corr. Ludouici Cast.* : adaequans nam *codd.* Rb^1. adaequans, nunc *Turneb.* adaequans quaeritur *cett. edd.* cum Italiae] nunc, Italiae *B Gel. Pam.* **38** reliquias] reliquia Rb^2. reliquiis *Ma.* **40** angustiis *B Gel. Pam.* retorquens] torquens *NS* nomen uitii *B Gel. Pam.* maris imbuit *V Thörnell I, p. 32 Ma.* : mari imbuit *LNF* Rb^1. *Salm. Ri.* mari induit Rb^2. *B Gel. Pam. Oe.* **41** sed] et *LN* **44** ager : at *Scal. Salm. Rig. Ma.* : ageret *LNF* ager est et *Pam.* ager. Et *rell. edd.* **45** frequentis *Scal.* solum audiebat *Gerlo* R. B. *Ph. XVIII p. 395 sqq., cfr comm.* : solus audiebat *codd. edd. (corrupte, ut uid.), defendit Löfstedt, Spätlat. Studien p. 84 sq.* solum exaudiebat *Lat. Cerda Georg.* solum sua dabat *Ma*^{2}. *e coni. Oehleri* sol sua uidebat *Carrio* solus ⟨ager⟩ audiebat *Scal.* solus ⟨fertilis⟩ audiebat (*sc.* ager) *Cast.* est] esset *B Gel. Pam.* et *codd.* Rb^1 *Ma.* : *om. rell. edd.* **46** ignium *S edd.* : ignem *codd.* **47** cinis omnia] cini somna *NF* cum sona VL **48** mortem uiuit *Rig. Oe. Gerlo* R. B. *Ph. XVIII, p. 397 sq., uide comm.* : mortem bibit *Rb. B Gel. Pam. Ma.* mortum bibit *codd.* mortuum bibit *suspic. Kroymann (significandi causa* Mare Mortuum) mortum ibit *S* mortuum iuit *Salm.* in mortem iuit *Salm. in Solin. p. 432* uulsinos *VLN* **53** nouauere] mutauere *Salm. Rig.* **54** licuit. Sed piget tristia Rb^2. *B Gel. Pam. Oe. Ma.* : licuisse et piget tristitia *VLF* Rb^1. licuisse et perget tristitia *NS* licuisse et tristitia perget *Salm. Ri.* **55** quam et *S Salm. Ma. (cfr comm.)* : et *om. codd. rell. edd.* **56** mutauerint *S* Rb^2. *B Gel. Pam. Oe. Ma.* : mutauerit *codd.* Rb^1. mutauerunt *Salm. Rig.* **57** regnare] regnarit Rb^2. regnauit *B Gel. Pam.* autumant *codd.* Rb^1. *Ma. tuetur*

---

36 ⟨terra⟩ *uel* ⟨regio⟩ *del. L. Castiglioni, Studi dedicati .. P. Ubaldi, Milano, 1937, p. 261 ; cfr Ad nat. I, 9 et Gerlo in comment.* **40** torquens *X*

apud uos ultra stilus non solet : ab Assyriis, si forte, aeui historiae patescunt. Qui uero diuinas lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus.

6. Sed laeta iam malo, quippe et laeta mutant. Denique si quid mare diluit, caelum deussit, terra subduxit, gladius detotondit, alias uersura compensati redit. Nam et primitus maiorem ambitum terra cassa et uacans hominum, et sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque colere omnia (si demum intelligis alibi stipantem copiam, alibi deserentem), runcare atque ruspare consuluit, ut inde uelut ex surculis et propaginibus populi de populis, urbes de urbibus per ubique orbis pangerentur. Transuolauere redundantium gentium examina. Scythae exuberant Persas, Phoenices in Africam eructant, Romanos Phryges pariunt, Chaldaeum semen in Aegyptum educatur, dehinc cum inde transducitur, Iudaea gens est. Sic et Herculea posteritas Temeno pariter Peloponnesum occupando producunt ; sic et Iones, Nelei comites, Asiam nouis urbibus instruunt ; sic et Corinthii cum Archia muniunt Syracusas.

7. Sed uanum iam antiquitas, quando curricula nostra coram. Quantum reformauit orbis saeculum istud! Quantum urbium aut produxit aut auxit aut reddidit praesentis imperii triplex uirtus! Deo tot Augustis in unum fauente, quot census transcripti, quot populi repurgati, quot ordines illustrati, quot barbari exclusi! Reuera orbis cultissimum huius

---

Hoppe, Beiträge, p. 50 autumat *rell. edd.* **58** aeui] cui *VLF* **59** lectitamus *edd.* : lectitant *codd.* Rb^1. **62** deussit *Salm. Rig. Oe. Ma.* : dixit *codd. S* texit *Rb. B Gel. Pam.* adussit *Ciac.* **63** compensati *S Salm. Rig. Oe. Ma.* : compensato *NB Gel. Pam.* compensito *VLF Rb.* Nam et primitus *Pam. Salm. Rig. Oe. Ma.* : iam et primitus *VLF* iam et primitiis *NS Rb. B Gel.* **64** maiore ambitu *Pam. (damn. Lat.)* **65** aliqua] alia *VLF* occuparet *VL* erat] erant Rb^2. *Cast.* (*sc.* homines) **65/67** colere omnia (si demum intelligis ... deserentem) *Salm. Rig. Ma. Gerlo* R. B. *Ph. XVIII, p. 398 sqq., cfr comm.* : colere (coleres *N*) o. si domum intelligis *etc. NS* colere o. se demum intellegens *Oe.* colares o. si domini intelligi (-ges *F*) *VLF* colares o. si domum intelligis Rb^1. cogitans o. sibi domum, intelligens *B Gel. Pam.* **67** ruspare *codd.* Rb^1 *B Gel. Pam. Oe. Ma.* ruspari Rb^2. rustare *Salm. Rig. Georg.* rutare (*ex arch. uoc.* rutabulum) *Geffcken, Kynika u. Verwandtes, p. 64* consuluit] instituit *Salm. Rig.* **69** orbis] urbes *codd.* Rb^1. peragerentur *V* **70** examina. Scythae] examina in aschite Rb^1. examina maschire *N* examina inaschitis *VLF* **71** eructant] eruptant *VL* **72** Aegyptum] Aegypto *V*^{2} educatur *codd. edd.* : educitur *Turneb. Scal. Cast. Ma*^{2}. **73** posteritas Temeno *S* Rb^2. *Salm. Rig. Oe. Ma.* : posteritas qui Temeno *NB Gel. Pam.* posteritas quae Temeno *VLF* Rb^1. posteritas cum Temeno *Cerda* posteritas a Temeno *Leopold (cfr Gerlo in Praef., p. 18)* **74** producuntur *Leopold* prodierunt *Scal.* Nili *codd. Rb.* Nilei *B Gel. Pam.* **75** nouis] nobis *codd.* **76** moeniunt *Salm. Rig.* **80** quot] quod *codd. S (sic et in sequentibus)* **81** sensus *N* repurgati *Salm. Rig. Ma.* : repugnati *NS Oe.* repugnantes *VL* Rb^1. re-

---

65/66 colares omnia si domum intelligas *X*

imperii rus est, eradicato omni aconito hostilitatis et cacto et rubo subdolae familiaritatis conuulso, et amoenus super Alcinoi pometum et Midae rosetum. Laudans igitur orbem mutantem, quid denotas hominem ?

III. **1.** Mutant et bestiae pro ueste formam ; quamquam et pauo pluma uestis, et quidem de cataclistis, immo omni conchylio pressior qua colla florent, et omni patagio inauratior qua terga fulgent, et omni syrmate solutior qua caudae iacent, multicolor et discolor et uersicolor, nunquam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa quando alia, totiens denique mutanda quotiens mouenda.

2. Nominandus est et serpens, licet pone pauum ; nam et iste quod sortitus est conuertit, corium et aeuum. Siquidem ut senium persensit, in angustias stipat, pariterque specum ingrediens et cutem egrediens ab ipso statim limine erasus exuuiis ibidem relictis nouus explicat ; cum squamis et anni recusantur. Hyaena, si obserues, sexus annalis est, marem et feminam alternat. Taceo ceruum, quod et ipse aetatis suae arbiter, serpente pastus ueneno languescit in iuuentutem.

3. Est et

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera.

Testudinem Pacuuianam putas ? Non est. Capit et alia bestio-

17 Cfr Ribbeck, TRF^3, p. 86 (*Antiopae* fg. IV) cfr Cic. *de diuin.* 2.64, 133.

pungnantes *F* regnati *Rb*^{2}. propaginati *B Gel. Pam.* **83** omnia condito *codd. Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2} coacto *codd. Rb.* **84** conuulso *Rb*^{2}. *Oe. Ma.* : consultos *VLF* consultus *NS Rb*^{1}. *Salm. Rig.* concultus (= cultus) *mauult Salm. in comm. p. 173* consitum *B Gel. Pam.* **84/85** amoenus super Alcinoi *Salm. Rig. Oe. Ma.* : amenus per Alcinoi *NS* amoenum super Alcinoi *B Gel. Pam.* amoenusci paralcium (paralcimii *Rb*^{1}.) *F Rb*^{1}. amo emisti paraditum (paradisum *V*^{2} paraclitum *V*) *VL* **85** Midae rosetum] mode rosetum *VL.*

III, **2** cataclistis *Marc. Salm. Cerda Rig. Oe. Ma.* : cataclitis (cathaclitis *N* cacaclitis *LF*) *codd. Rb*^{1}. *B Gel. Pam. Salm. in comm. p. 174 sqq.* cataclytis *Rb*^{2}. **3** pressior *NS Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : depressior *rell. codd. edd.* **4** syrmate *edd.* : firinate *F* firmitate *LN* **5/6** nunquam ipsa sed semper alia *N* **8** pone *Rb*^{2}. *rell. edd.* : pene (paene *N*) *codd.* **10** ut senium persensit *edd.* : et seni persensit *VLF* ut spersensit *N* in angustias stipat *codd. edd.* (*cfr comm.*) : in angusta se stipat *Pam.* **11** cutem *S Salm. Oe. Ma.* : cute *codd. rell. edd.* et c. egrediens *om. Rig.* **12** nouus explicat *NF edd.* : nouum se explicat *Turneb. Pam.* nouus ⟨orbes⟩ explicat *Cast.* nouus *om. VL* **13** recusantur *NS Salm. Rig. Oe. Ma.* : recursantur *VLF Rb. B Gel.* recurantur *Pam.* Hyaena *F Pam. Salm. Rig. Oe. Ma.* : et hiena *L* Hyaenam *VN rell. edd.* **13/14** marem ac feminam *NF* **14** qui et ipse *V*^{2} **15** serpentis *Cast.* anguescit *Scal.* **15** iuuentutem *N Rb*^{2}. *rell. edd. Hoppe, Beiträge, p. 27* : iuuentute *VLF Rb*^{1}. **18** Pacuuianam *Rb*^{1}. *rell. edd.* : pacuuia nam *N* pacuma nam *VLF* capit et alia *B Gel. Pam.*

84/85 amoenusci peraclinoi *X* **10** ut seni persensit *X*

la uersiculum, de mediocribus oppido, sed nomen grande. Chamaeleontem qui audieris haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cum leone. At cum offenderis apud uineam ferme et sub pampino totum, ridebis illico audaciam et Graeci iam nominis, quippe nec sucus est corpori, quod minutioribus multo licet. Chamaeleon pellicula uiuit. Capitulum statim a dorso ; nam deficit ceruix. Itaque durum reflecti, sed circumspectu emissicii ocelli, immo luminis puncta uertiginant. Hebes, fessus, uix a terra suspendit, molitur incessum stupens et promouet, gradum magis demonstrat quam explicat, ieiunus scilicet semper et indefectus, oscitans uescitur, follicans ruminat, de uento cibus. Tamen et chamaeleon mutare totus, nec aliud ualet. Nam cum illi coloris proprietas una sit, ut quid accessit, inde suffunditur. Hoc soli chamaeleonti datum, quod uulgo dictum est, *de corio suo ludere.*

4. Multa dicendum fuit, ut ad hominem praestructim perueniretur. Hunc quoquo primordio accipitis, nudus certe et inuestis figulo suo constitit ; post demum sapientiam, haud dum licitum, praereptam potitur. Ibidem quod in nouo corpore indebitum adhuc pudori erat protegere festinans ficulneis foliis interim circumdat ; dehinc cum de originis loco exterminat, quippe deliquerat, pellitus orbi ut metallo datur.

5. Sed arcana ista, nec omnium nosse. Cedo iam de uestro quod Aegyptii narrant et Alexander digerit et mater legit de tempestate Osiridis, qua ad illum ex Libya Ammon facit ouium diues. Denique cum ipsis Mercurium autumant forte

Oe. Ma. : capite talia *N* capit et alis *Salm. Rig.* capite talis *VLF* capit et talis *Rb.* **19** oppidos et *codd.* **20** haud *Rb*^{2}. *rell. edd.* : aut *codd. Rb*^{1}. **21** amplius leone *Scal.* **22** ferme et sub *Ma.* : ferme est sub *codd. Rb*^{1}... (a. u. fere est) sub *Rb*^{2}. ferme sub *rell. edd.* **22/23** et Graeci iam nominis *VLF Rb*^{1}. *B Gel. Salm.* : Graeci iam nominis *Geffcken p. 66, n. 1 Ma.* et Gracciam nominis *N Carrio Pam. Rig. Georg.* et Graeci annominis *Scal.* e Graecia nominis *Salm. coni. in comm. p. 195* et gratiam nominis *Rb*^{2}. *Turneb.* egregiam nominis *Lat. Jun. Oe.* et Graeci ⟨insolent⟩iam nominis *Ma*^{2}. *e coni. Ludouici Cast.* (*qui perperam dicit* (*cfr comm.*) : « *nam si* iam *seruare uelis* egregi *scribendum est* ») **23/24** quod ... licet *Ma. Gerlo R. B. Ph. XVIII, p. 400, cfr comm.* : et quod ... licet *Salm.* quo ... licet *codd. Rb*^{1}. et quo ... licet *S* qui ... licet *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* quo ... liquet *Rig.* qui ... liquet *Georg.* quod ... liquet *Oe. Ma*^{2}. **24** chamaeleo, si pellicula *Salm.* chamaeleosi pellicula *S* camelo si pellicula *N* **25/26** circumspecti *N* circumspectum *F* **26** emissicii ocelli *edd.* : hiemis siciocelli *N* hiemis sic ocelli *F Rb*^{1}. hiemis sicco coeli *VL* **27** uix a terra suspendit *codd. et uulgo* : u. se a t. suspendit *Turneb. Pam. Georg.* **28** nec promouet *Ciac.* **29** scilicet semper] si semper *N* indefectus] inde fessus *B Gel.* **31** nec alius (= *nec tamen alius*) *Salm. Rig.* **31/32** una sit] nulla sit *V. d. Vliet, p. 97* **34** praestructim *Rb*^{2}. *rell. edd.* : praestrictim *NF Rb*^{1}. perstrictim *VL* **37** licitum *S Salm. Rig. Georg. Oe. Ma. Thörnell, Studia Tertull., III, p. 29* : licitam *codd. Rb. B Gel. Pam.* praereptem *N* praereptim *coni. adscripta marg. ex. Leid. 766 E. 16 p. 46* (*ex bibl. Rubnk.*), *cfr supra* ἀ. λ. praestructim **38/39** ficulneis foliis] in ficulneis f. *Salm. Rig.* **40** exterminatur *Rb*^{2}. quippe deliquerat *om. Salm. Rig.* ut] et *L* **42** et Alexander] ut Alex. *N* Alexander digerit et mater legit] A. d. et Afer legit *B Gel. Pam.* Alexandro digerente Afer relegit *Scal.* **43** de tempestate *Marc. Oe. Ma.* : ea tempestate (et t. *L*) *codd. S rell. edd.* Ammon] Aminono *N* facit] uasit *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* **44** omnium diues *VL*

palpati arietis mollitie delectatum deglubasse ouiculam, dumque pertemptat quod facilitas materiae suadebat, tractu prosequente filum eliquasse et in restis pristinae modum, quam philyrae taeniis iunxerat, texuisse. Sed uos omnem lanitii dispensationem structuramque telarum Mineruae maluistis, cum penes Arachnen diligentior officina.

6. Exinde materia. Nec de ouibus dico Milesiis et Selgicis et Altinis, aut quis Tarentum uel Baetica cluet natura colorante, sed quoniam et arbusta uestiunt, et lini herbida post uirorem lauacro niuescunt. Nec fuit satis tunicam pangere et serere, ni etiam piscari uestitum contigisset ; nam et de mari uellera, qua muscosae lanositatis lautiores conchae comant. Prorsus haud latet bombycem [uermiculi genus est], quae per aerem liquando araneorum horoscopis idonius distendit, dehinc deuorat, mox aluo reddere. Proinde, si necaueris, a nemate iam stamina uolues.

---

45 deglubasse *Oe. Ma.* : diglubasse *B Gel. Pam. Salm. Rig.* delibasse *N Turneb.* dilabasse *VLF* Rb^1. dilibasse V^2 delibrasse *Lat.* diglabrasse *Jun.* depilasse Rb^2. *An* delibasse *legendum ?* **45/46** ouiculam, dumque Rb^2. *rell. edd.* : ueculandumque *codd.* Rb^1. **46** quod *codd. Rb. B Gel. Pam.* : et quod *Salm. Rig. Oe. Ma.* **47** filium *VLF* eliquasse *B Gel. Pam.* eliquat *NFS Rb. Salm. Rig. Oe. Ma.* eliquit *VL* et *om. Salm. Rig. Oe. Ma.* in restis pristinae modum *Gerlo* : in restis pristini (*sic*) modum *Salm. Rig.* in retis pristini modum *NS Oe. Ma.* in uestis pristinae modum Rb^2. *B Gel. Pam.* in tetis pristimi modum Rb^1. nitecis pristimio dum *F* niticis (naticis *V*) pristino dum *VL* uitias pristi nodum V^2 **48** quam *VNF Rb. B Gel. Pam.* : quem V^2*LS Salm. Rig. Oe. Ma.* philyrae taeniis *Oe. Ma.* : philyrae tenus (= τὸ τένος) *Salm. Rig.* philiretenus *codd. S* phyliraetenus Rb^1. phylira (philyra *Pam.*) tenui *B Gel. Pam.* iunxerat] uinxerat *B Gel. Pam.* texuisse *B Gel. Pam. Oe. Ma.* : texuit Rb^2. texisse V^2 exisse *codd. S* Rb^1. *Salm. Rig.* Sed uos Rb^2. *rell. edd.* : suos *VNF* Rb^1. suos per *L* **51** ouibus] ouilibus *codd. Rb. An cum codd.* ouilibus (ouilia = oues) *legendum ?* nilesis *N* **52** cluit *Salm. Rig.* **53** quoniam] quod iam *Lat.* quomodo *L* et lini] de lini *N Rb.* delim *VLF* ita lini V^2 **54** nitorem *VL* uiuescunt *VL* fuit] si ut *codd.* Rb^1, *corr.* Rb^2. **54/55** et s.] aut s. *N* **56** qua *Oe. Ma.* : quo *Salm. Rig.* quae *codd. rell. edd.* queis *Turneb.* lautiores *B Gel. Pam. Oe. Ma.* : plautiores (plauciores *N*) *NS Rb. Salm. Rig. Georg.* plantioris (-res *F*) *VLF* **58** liquando *S Salm. Rig. Oe. Ma.* : aliquando *codd. rell. edd.* araneorum horoscopis idonius distendit *S Rb. Oe. Ma.* : a. horos copi sidonius distendit *N* a. et horoscopi si domus discendit *VLF* a. horoscopis idonius sedes tendit *Salm. Rig. Georg.* a. more scopis se distendit *B Gel. Pam. Cerda* a. more scopis idoneis distendit *Jun.* **59** aluo Rb^2. *Salm. Rig. Ma.* : aquo (a quo *S* Rb^1.) *LNFS* Rb^1. aequo *V* aeque *B Gel. Pam.* aquae *Jun.* acui *coni. adscripta marg. ex. Paris. ed.* Rb^2. (*B. N. Res. C. 294*) uacuo *Salm. coni. in comm. p. 224* salua *Oe.* se quieti *Cerda* proinde *NS* Rb^2. *Pam. Jun. Salm. Rig. Cerda Oe. Ma.* : perinde *VLF rell. edd.* si necaueris] si neuerit *Scal.* se necat *Lat.* **59/60** a nemate iam stamina uolues *Ma. e coni. Oehleri., cfr comm.* : nemata iam stamine uolues *Geffcken p. 67 n. 6* nematam iam, stamen euolues *coni. Salm. p. 222 et 225* animata iam stamine uolues *LNFS* Rb^1. *B Gel. Pam.* animata iam stamina uolues (euolues *Turneb.*) *V Turneb. Salm. Rig. Georg. Oe.* annata iam stamina uolues *etiam coni. Oe.* iam animata stamine aluo *Cerda* exinanita iam sta-

---

48 Phili retens *X* **57** uermiculi genus est] *pro glossemate habendum putat A. Ernout, Rev. de Phil., 1942, p. 208* [*probat Gerlo*]

7. Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque uestificinae prosecuta, primum tegendo homini, qua necessitas praecessit, dehinc et ornando, immo et inflando, qua ambitio successit, uarias indumentorum formas promulgare. Quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes, pars uero passiuitus, omnibus utiles, ut hoc pallium, etsi Graecum magis, sed lingua iam penes Latium est. Cum uoce uestis intrauit. Atque adeo ipse qui Graecos praeter urbem censebat, litteras eorum uocemque senex iam eruditus, idem Cato iuridicinae suae in tempore humerum exertus, haud minus palliato habitu Graecis fauit.

IV. **1.** Quid nunc, si est Romanitas omni salus, nec honestis tamen modis ad Graios estis ? Aut, ni ita est, unde gentium in prouinciis melius exercitis, quas natura agro potius eluctando commodauit, studia palaestrae, male senescentia et cassum laborantia et lutea unctio et puluerea uolutatio, arida saginatio ? Vnde apud aliquos Numidas etiam equis caesariatos iuxta cutem tonsor et cultri uertex solus immunis ? Vnde apud hirtos et hirsutos tam rapax a culo resina, tam furax a mento uolsella ? Prodigium est haec sine pallio fieri. Illius est haec tota res Asiae. Quid tibi Libya, et Europa, cum xysticis munditiis, quas uestire non nosti ? Reuera enim quale est Graecatim depilari magis quam amiciri ?

---

mine aluo *Lat.* **61** paraturam] materiam *VLF Rb.* **62** uestificinae] festificinae *LF* testificinae *V* textificinae V^2 **64** promulgare *VLN Oe. Ma.* : promulgauere N^1*F rell. edd.* **68** Atque adeo] adque eo *N* praeter urbem *codd. S Rb. Salm. Rig. Oe. Ma.* : pellendos urbe *B Gel. Pam.* **69** litteras] ut terras *N* in terras Rb^1. intrans *VLF* **69/70** idem Cato *F edd* : i. (= *id est*) cato *N* id est cato *L. An* id est cato (*et inde* idem cato) *pro glossemate habendum ?* **70** in tempore humerum] in t. numerum *N* intemporeum uerum *VLF* Rb^1., *corr.* Rb^2.

IV, **1** si est] si et *codd. S Rb.* omni salus] omnis alia *B Gel. Pam.* **2** modis ad Graios *Salm. Rig. Ma.* : modis ad gratos *NS* admodis gratis *F* Rb^1. admodum gratis *VL* admodum Graeci *B Gel. Pam. Oe.* Aut ni *Salm. Rig. Oe. Ma.* : aut ne *codd. S* Rb^1. Anne Rb^2. *Pam.* At non *B Gel.* **3** exercitus *codd. Rb.* **5** cassum] in c. V^2 *Pam. Georg.* **5/6** arida saginatio *codd. Rb. Ma., cfr comm. de asyndeto in tertio membro* : et arida saginatio *rell. edd.* **6** aliquo Numidas (*scil.* Carthaginienses) *Salm. Rig.* **7** cultrix *codd.* cultris V^2 **8** hircos *L* hyrcos *NF* a culo resina *Salm. Rig. Georg. Gerlo R. B. Ph. XVIII, p. 401, cfr comm.* : ab ala resina *B Gel. Pam. Oe. Ma.* a talo resina Rb^2. a talore sina(tam) *V* atalores sina(tam) (sin. *N*) *LNF* Rb^1. **9** amento *codd.* Rb^1., *corr.* Rb^2. uolsella] uel sella *codd.* Rb^1, uolsilla V^2, *corr.* Rb^2. est haec sine] est hoc sine *N* est et hoc sine *VL* **10** est haec] est hoc *N* est et haec *VF* est et hoc *L* haec *Gel. Pam.* tota res [Asiae] *V. d. Vliet, Studia eccles., p. 99, cfr comm.* **11** xusticis *VLFS Salm.* exusticis *N* exoticis *B Gel. Pam. Georg.* rusticis *Rb.* **12** Graecatim *VLFS edd.* : grecatum *N* depilari *Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : depelari *NS* depalari *VLF*

---

7 cutem] artem *X* **11** xusticis *X*

2. Habitum transferre ita demum culpae prope est, si non consuetudo, sed natura mutetur. Sat refert inter honorem temporis et religionem. Det consuetudo fidem tempori, natura deo. Naturam itaque concussit Larissaeus heros in uirginem mutando, ille ferarum medullis educatus (unde et nominis concilium, quandoquidem labiis uacuerat ab uberum gustu), ille apud rupicem et siluicolam et monstrum eruditorem scrupea schola eruditus. Feras, si in puero, matris sollicitudinem patiens; certe iam histriculus, certe iam uirum alicui clanculo functus adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effeminatus, quod illi apud Sigeum strongyla seruat.

Plane postea miles est ; necessitas enim reddidit sexum. De proelio sonuerat, nec arma longe. Ipsum, inquit, ferrum uirum attrahit. Ceterum, si post incentiuum quoque puellam perseuerasset, potuit et nubere. Ecce itaque mutatio. Monstrum equidem geminum, de uiro femina, mox de femina uir, quando neque ueritas negari debuisset neque fallacia confiteri. Vterque habitus mutandi malus, alter aduersus naturam, alter contra salutem.

3. Turpius adhuc libido uirum cultu transfigurauit quam aliqua materna formido. Tametsi adoratur a uobis qui erubescendus est, ille scytalosagittipelliger, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensauit.

Rb. B Gel. Lat. Scal. depellari *Jun.* depallari *Pam.* depalliari *Cerda* **13** demum culpae *Salm. Rig. Oe. Ma.* : demum culae *S* demuncule *NF* domuncule (-ae *Rb*^{1}.) *VL. Rb*^{1}. demum cultus *B Gel. Pam.* prope est] probrum est *B Gel. Pam.* **14** sed refert *VL* **15** religionem. Det *Salm. Rig. Oe. Ma.* : religionem dei *codd. Rb. B Gel. Pam.* religionem. Debet *Georg.* religionem Dei, debet *Jun. Cerda* **18** concilium *Scal. Salm. Rig. Oe. Ma.* : consilium *codd. rell. edd.* uacuerat] uacuerit *VL* uacauerit *V*^{2} uacauerat *Lat.* **19** silvicolem *codd. An cum codd.* silvicolem *scribendum, de adiect. Tertullianeo* (ἁ. λ.) siluicolis ? **20** scrupea] strupea *VL* in scrupea *maluerit Oe.* Feras, si in puero, m. *interpunx. Gerlo R. B. Ph. XVIII, p. 402* : Feras si in puero m. *Rb*^{1}. *Salm. Rig. Oe.* Feras si, in puero, m. *Ma. inepte* Feras in puero m. *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* matris] matri *codd. Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. **21** iam histriculus *Scal. Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : iam ustriculus *NS Rb*^{1}. ianius triculus *VLF* iam ustriculas *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* iam striculus *Turneb.* uirum] uiros *VL* uxores *V*^{2} **22** alicui *NS Rb*^{2}. *Salm. Rig. Oe. Ma.* : alicuius *rell. codd. edd.* clanculo *Rb*^{2}. *B Gel. Pam. Oe. Ma.* : clanculos *codd. Rb*^{1}. clanculus *Salm. Ri.* clanculis *S* **23** colum *codd.* **23/24** demulcere *Rb*^{2}. *B Gel. Pam. Salm. Rig. Oe. Ma.* : demulgere *NF Rb*^{1}., demulgare *VL* demulcare *etiam probauit Oe. in not. p. 934* **24** apud Sigeum] ad praesiga cum *VF* ad praesiga cum *L* **25** strongyla *Salm. Rig. Oe. Ma.* : strogyla *S* strogila *N* stagila *VLF Rb.* statua *B Gel. Pam.* **26** postea] post eam *codd. Rb*^{1}. **28** puellam *codd. Salm. Rig. Oe. Ma., cfr comm.* : puella *rell. edd.* **30** et quidem *N Lat.* **35** Tametsi] quam et si *VLF Rb*^{1}. etsi *N* **36** ille sc. *codd.* : sc. ille *edd.* **36/37** qui totam epitheti] leuitotam epithetis *N* leui totam ephiteti *Rb*^{1}. lenicotam ephitecis *F* lenicota ephytecis *V* leniconta ephitecis *L* **37** sortem] sertem *NF* (*An* seriem

---

13 demuncule *X* **35** tam et si *X*

Tantum Lydiae clancularíae licuit, ut Hercules in Omphale et Omphale in Hercule prostitueretur. Vbi Diomedes et cruenta praesepia ? Vbi Busiris et bustuaria altaria ? Vbi Geryon ter unus ? Cerebris adhuc eorum claua foetere malebat, cum unguentis offenderetur. Vetus iam Hydrae Centaurorumque sanguis in sagittis pumice spiculi excludebatur, insultante luxuria, ut post monstra transfixa coronam forsitan suerent. Ne sobriae mulieris quidem aut uiraginis alicuius scapulae sub exuuias bestiae tantae introire potuissent, nisi diu mollitas et euigoratas et exodoratas, quod apud Omphalem balsamo aut telino spero factum. Credo et iubas pectinem passas, ne ceruicem eneruem inureret sciria leonina. Hiatus crinibus infarsus, genuini inter antias adumbrati : tota oris contumelia mugiret, si posset. Nemea certe, si quis loci genius, ingemebat : tunc enim se circumspexit leonem perdidisse. Qualis ille Hercules in serico Omphales fuerit, iam Ompahle in Herculis scorto designata descripsit.

4. Sed et qui ante Tirynthium accesserat, pugil Cleomachus, post Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra cutem caesus et ultra, inter Fullones iam Nouianos coronandus meritoque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus, utique sicut uestigia cestuum uiriis occupauit, ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit.

5. Physconem et Sardanapallum tacendum est, qui nisi

---

legendum ?) **41** ter unus] terimus *N* tum unus *VLF* unus *Rb*^{1}. **42** offunderetur *Salm. Rig.* **42/43** Centaurorumque] centaurorum ue *N* centaurorum quaeue (queue *F*) *LF* centaurorum aeque *Rb*^{1}. **43** pumice spiculi *Salm. Oe. Ma.* : pumice speculi *Rb. B Gel. Pam. Rig.* punice speculi *VLF* punices peculi *N* punice et peniculo *V*^{2} **44** coronam] coronant *LF Rb*^{1}. coronanti *N* **45** mulieris quidem] quidem mulieris *N* **46** bestiae tantae] bestia et ante *N* bestiae et ante *VL* bestiae et antea *F Rb*^{1}. **47** exeduratas *Salm. Rig.* **48** pelino *codd. S Rb.*^{1}, *corr. Rb*^{2} **49** inureret et *codd. Rb*^{1}. sciria *FS Salm. Rig. Oe. Ma.* : stiria *VLN Rb*^{1}. *B Gel. Pam.* stria *Rb*^{2}. inurerent scabra *aut* inureret scortea *coni. Oe., p. 936 in not.* **50** infarsus *S Salm. Rig. Oe. Ma.* : infersus *VNF Rb*^{1}. infersos Rb^2. *B Gel. Pam.* infensus *V*^{2} *L* genuini *S Salm. Rig. Oe. Ma.* : genuim *N* genuina *F Rb*^{1}. genuinos *B Gel. Pam.* gementia *L* genitia *V* adumbrari *V*^{2} adumbratos *B Gel. Pam.* tota *om. N* ne tota *Pam.* **47** *sqq. uulgata distinctio erat* : ... exodoratas, quod ... factum. Credo ... passas. Ne ceruicem ... sciria leonina, hiatus ... adumbrati. Tota ... *etc. Etiam displicet* (*cfr Gerlo* R. B. *Ph. XVIII p. 402 sqq.*) *distinctio Oehleri et Marrae* : ... exodoratas (quod ... factum ; credo ... passas), ne sciria ... leonina. Hiatus ... *etc.* **51** loci] logis *NF Rb*^{1}. legis *L*, *corr. Rb*^{2}. **53** serico] sericho *FS Rb*^{1}. theristro *Rb*^{2}. *Pam.* **55** ante *VLFS Scal. Salm. Rig. Oe. Ma.* : arte *N rell. edd.* pugile leomacus *VN* pulige leomachus *LF Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. **56** Olympia *B Gel. Pam.* incredibile *codd. Rb*^{1}. *Oe.* **57** intra *N Salm. Rig. Oe. Ma.* : infra *S* inter *rell. codd. edd.* **58** meritoque mimographo Lentulo] merito quem ima grafolentulo *NF Rb*^{1}. merito quem in agrafo lentulo *L* meritoque in agrafo lentulo *V*, *corr. Rb*^{2} **58/59** Catiniensibus *N Gel.* Chatiniensibus *LF Rb. B Pam.* **59** uestigia] fastigia *Pam.* **60** uiriis *Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : uirus *codd. S Rb*^{1}. birus (= birrus) *Salm. in comm. p. 307* uiria *B Gel. Turneb. lib. XXIII, c. 19* uiriosa *Pam.* uiriola *Scal.* solocem] colorem *Turneb. l. c.* **61** extrussit *LN* extruxit *F Rb. Pam.* **62** Sarda-

insignes libidinum, alias reges nemo nosset. Tacendum autem, ne quid et illi de Caesaribus quibusdam uestris obmussitent pariter propudiosis, ne caninae forte constantiae mandatum sit impuriorem Physcone et molliorem Sardanapallo Caesarem designare et quidem Subneronem.

6. Nec tepidior uis uanae quoque gloriae mutandis induuiis, etiam uiro saluo. Calor est omnis affectus ; uerum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriae ardor est. Habes igitur ex isto fomite aestuantem magnum regem, sola gloria minorem. Vicerat Medicam gentem, et uictus est Medica ueste. Triumphalem cataphracten amolitus in captiua sarabara decessit ; pectus squamarum signaculis disculptum textu perlucido tegendo nudauit, anhelum adhuc ab opere belli, et ut mollius uentilante serico extinxit. Non erat satis animi tumens Macedo, ni illum etiam uestis inflatior delectasset ; nisi quod et philosophi, puto, ipsi aliquid eiusmodi affectant.

7. Audio enim et in purpura philosophatum. Si philosophus in purpura, cur non et in baxa ? Tyrium calciari nisi auro minime Graecatum decet. Atquin alius et sericatus et crepidam aeratus incessit. Digne quidem, ut bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit. Quod si iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non caenulentis pedibus, ut tori Platonici sciunt, ⟨inculcasset⟩, sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detulisset, ut qui se caelitem delirarat, sorores prius suas, dehinc homines deus salutaret.

8. Tales igitur habitus, qui de natura et modestia transferunt, et acie figere et digito destinare et nutu tradere merito

napallum *codd. Ma.* (*sic et infra*) : Sardanapalum *rell. edd.* **65** propudiosis, ne caninae *Salm. Rig. Oe. Ma.* : propudiosis ne caniae *S* propudiosis ne canae et *N* propudiosisse ne cane et *F* Rb^1. propudiosisse necant et *VL* propudiosis : nec magnae *B Gel. Pam.* **67** Subneronem *F Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : sub neronem *VLNS* Rb^1. sub Nerone Rb^2. *B Gel. Pam.* **68** indubiis *codd.* Rb^1. *B Gel.* in dubiis *Pam.* **69** uiro] uero *B Gel. Pam.* **70** affectationem] affectionem *Barthius Aduers. XVIII, 17, p. 926* **71** aestuante *NF Rb.* extuante *VL* **73** cataphractem Rb^2. *B Gel. Pam.* **74** discessit *VLF* disculptum *F edd.* : discultum *VLN* discalptum *Lipsius, De Militia Rom. III, 6* **75** pellucido] perlucidum *N* per ludicum (perludicum *LF*) *VLF* Rb^1. per ludicrum V^2 Rb^2. anhelum] et anhelum *Salm. Rig.* ab opere belli] ad opere uelli *NF* Rb^1. ad opera uelli *VL*, *corr.* Rb^2. **75/76** et ut] ut *Salm. Rig.* uelut *Lat.* **77** delectasset] deiectasset *Salm. Rig.* delaxasset *Scal., et Oudinus in Doruill. Obss. t. IV, p. 404* **79** et in purpura] et inter purpura (purpuras *V*) *VLF* **80** baxa] baxea *Pam. Cerda* bassa *N* Tyrium] tyrum *VL* tyria *B Gel. Pam. Cerda* calciare *B Gel. Pam. Cerda* calcare *Jun.* **81** aurum *B Gel. Pam. Jun. Cerda* Graecatum decet. Atquin *Ma.* : Graecatur decet atquin *VLNFS* Rb^1. Graecatur. Dicet (= d. aliquis), atquin *Salm. Rig. Oe.* Graecatos decet. Atquin *B Gel. Pam. Cerda* **82** crepidam aeratus] crepidem eratus *S* crepidē (crepidem *VL*) mercatus *VLNF* crepidam mercatus Rb^1., *corr.* Rb^2 ut *om. codd. Rb.* **83** substinuerit *VL* **85** tori] thori *LF* chori *N* sciunt, ⟨inculcasset⟩, sed *coni. Oehler in not. p. 940, cfr Gerlo R. B. Ph. XVIII, p. 404 et uide comm.* : sciunt, ⟨insultasset⟩, sed *Oe. ibid.* sciunt, sed *codd. edd.* **88** deus *Salm. Rig. Oe. Ma.* : deas *codd. rell. edd.* **90** tradere]

sit. Prorsus, si quis Menandrico fluxu delicatam uestem humi protrahat, audiat penes se quod et comicus : *Qualem demens iste chlamydem disperdit ?* Enimuero iamdudum censoriae intentionis episcynio disperso, quantum denotatui passiuitas offert ? Libertinos in equestribus, subuerbustos in liberalibus, dediticios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus : uespillo, leno, lanista tecum uestiuntur.

9. Converte et ad feminas. Habes spectare, quod Caecina Seuerus grauiter senatui impressit, matronas sine stola in publico. Denique, Lentuli auguris consultis, quae ita sese exauctorasset, pro stupro erat poena ; quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus, ut lenocinii factitandi impedimenta, sedulo quaedam desuefecerant. At nunc in semetipsas lenocinando, quo planius adeantur, et stolam et supparum et crepidulum et caliendrum, ipsas quoque iam lecticas et sellas, quis in publico quoque domestice ac secrete habebantur, eierauere. Sed alius extinguit sua lumina, alius non sua accendit. Aspice lupas, popularium libidinum nundinas, ipsas quoque frictrices, et si praestat oculos abducere ab eiusmodi propudiis occisae in publico castitatis, aspice tamen uel sublimis, iam matronas uidebis.

10. Et cum latrinarum antistes sericum uentilat et immundiorem loco ceruicem monilibus consolatur et armillas, quas ex uirorum fortium donis ipsae quoque matronae temere usurpassent, omnium pudendorum conscias manus inserit, impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum, cur istos non spectas uel illos item habitus, qui nouitatis uestitu religionem mentiuntur ? Cum ob cultum omnia candidatum

traducere *maluerit Oe.* (*p. 940 in not.*) *e coni. Andr. Hoyi* **91** Menandrico fluxu *S Salm. Rig. Oe. Ma.* : menandri confluxu *codd.* Rb^1. Menadrico fluxu *B Gel.* Maeandrico fluxu Rb^2. *Pam.* **92** penes se quod et comicus (*scil.* dicit) *Geffcken, Kynika u. Verwandtes, p. 72-73* (*sic legit Ma., qui autem* audiuit *supplendum putat, perperam, cfr comm.*) : pone se quod et comicus *Rb. B Gel. Pam.* penes (pones *S*) se et comicus *NS Salm. Rig.* plene (pone *F*) sed quod et comicus *VLF* penes se quod dicit comicus *Oe.* **97** uespulo *LNF* **99** et] te V^2 **99/100** Caecina Seuerus] cecinas euertis *codd.* Rb^1. Caecinae seueritas V^2, *corr.* Rb^2. **101** auguriis (auguris Rb^1.) consulitis *codd.* Rb^1., *corr.* Rb^2. **103/104** iactitandi impedimento (-ta Rb^2.) *codd. Rb.* **104** At] et *L* **105** quo planitus Rb^2. *B Gel. Pam.* quod planitus *codd.* Rb^1. **106** crepidulam *Turneb.* calliandrum *codd. Rb. B Gel.* et sellas] ad stellas *codd.* Rb^1., *corr.* Rb^2. **107** habebantur] uehebantur Rb^2. *Lat.* **108** eierauere] et ierauere *N* Rb^1. et irrauere *VLF*, *corr.* Rb^2. **110** frictrices Rb^1. *B Gel. Pam. Scal. Oe. Ma.* : fictrices *codd.* Rb^2. *Salm. Rig.* huiusmodi *N* **114** armillas *codd.* Rb^1. *B Gel. Salm.*, *def. Löfstedt, Spätlat. Stud., p. 72 et Verm. Stud., p. 149* : armillis Rb^2. *Turneb. Pam. Rig. Oe. Ma.* **116** usurpassent] usurpant et V^2 inserunt V^2 **117** crure *codd. Rb.* malleolum *codd. Rb.* inducit] includit *codd. Rb.* **118** istos *Salm. Rig. Oe. Ma.* : istas *codd. rell. edd.* qui *om. VL* **118/119** nouitatis uestitu religionem V^2 *Ma.* : nouitatis uestitus religionem *Geffcken, o.c. p. 74 in not.* nouitatis uestitur religione (-nem *L*) *codd.* nouitatis uestitus religione Rb^1. nouitate uestitus religionem Rb^2. *B Gel. Pam.*

et ob notam uittae et priuilegium galeri Cereri initiantur; cum ob diuersam affectionem tenebricae uestis et tetrici super caput uelleris in Bellonae montes fugantur; cum latioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio Saturnum commendat. Cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum et crepidae Graecatim Aesculapio adulantur, quanto tunc magis arguas illud et urgeas oculis, et⟨si⟩ iam simplicis et inaffectatae, tamen superstitionis reum? Enimuero cum hanc primum sapientiam uestit, quae uanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes exuuias et peplos augusta uestis superque omnes apices et titulos sacerdos suggestus. Deduc oculos, suadeo, reuerere habitum, unius interim erroris tui renuntiatorem.

V. **1**. Tamen, inquis, ita a toga ad pallium? Quid enim, si et a diademate et a sceptro? An aliter mutauit Anacharsis, cum regno Scythiae philosophiam praeuertit? Nulla in melius transgressi sint signa, est habitus iste quod faciat. Prius etiam, ad simplicem captatelam eius, nullo taedio constat. Adeo nec artificem necesse est qui pridie rugas ab exordio formet et inde deducat in tilias totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus assignet, dehinc diluculo, tunica prius cingulo correpta, quam praestabat moderatiorem texuisse, recognito rursus umbone et, si quid

---

nouitati sue stitare religionem *S* nouitati suae stare religionem *Salm. Rig. Oe.* **119** ob cultum omnia] occultum omnia *codd. Rb*^{1}. ob cultimoniae (= θρησκείας). *Scal.* **120** uicte et priuilegium *L* uite et pr. *N* uitae in pr. *V* Cereri] ceteri *F* coeteri *VL* **121** tetrici] tritici *VL* trici *NF Rb*^{1}. tetri *Rb*^{2}. **122** montes *F Rb. B Gel. Pam. Cerda, Gerlo R. B. Ph. XVIII, p. 405 (cfr comm.)* : montis *NS* monte *VL* mentes *Jun. Rig. Oe. Ma.* mentis (*m. fugari* = φρενὸς ἐξίστασθαι) *Salm. Georg.* mente *Ma*^{2}. *e coni. Ludouici Cast.* uagantur *Jun.* **125** crepidae Graecatim *Leopold (cfr Gerlo in Praef., p. 18) Oe. Ma.* : crepidae Graecatum *Salm. Rig.* cr. gr(a)ecata gr(a)ecatum *NS* cr. gr(a)ecatae gr(a)ecatum *VLF* cr. Graecatae Graecatim *Rb. B Gel. Jun.* crepidae cretatae Graecatim *Turneb. Pa. Cerda Georg.* **126** et] quod *Lat.* urgeas *NS Rb*^{2}. *Salm. Rig. Oe. Ma.* : urges *VLF Rb*^{1}. *B Gel. Pam. Lat.* etsi iam *Salm. Rig. Oe. Ma.* : etiam *codd. rell. edd.* ut iam *Cast.* **127** ineffectatae *LF* infectatae *N* **128** restitutionibus *N* **130** angusta *LN* super quae *N* titulos] tutulos *Salm. Rig. Oe.* **130/131** sacerdos suggestus] sacerdotumque suggestus *V*^{2} sacer suggestus *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* **131** Deduc *S Salm. Rig. Oe. Ma.* : *om. L* deducit *VNF rell. edd.*

V, **1** ita a toga ad] ita toga ad *S* ita togato ad *N* ita cogato ad *VLF* **1/2** si et *codd. Rb. Ma.* : et *om. rell. edd.* **2** mutabit *codd. Rb.* **3** Scythiae] scithicae *codd.* Scythico *Rb*^{2}. Sythice *Rb*^{1}. **4** transgressi *codd. S Rb*^{1}. *Salm. Rig. Oe. Ma.* : transgressis *Rb*^{2}. *B* transgressus *Gel. Pam.* signa *S Rb*^{2}. *rell. edd.* : digna *codd. Rb*^{1}. faciant *VLF* **5** captatelam *codd. S Salm. Rig. Oe. Ma.* : captat telam *Rb*^{1}. specta telam *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* **6** artifice *B Gel. Pam.* **7** in tilias *B Gel. Pam. Georg. Ma.* : in tillias *F* intillius *N Rb*^{1}. intillis *VL* in talias *Salm. Rig.* nitidius *Oe.* in tabulas *alii* **7/8** contractum bonis *VL Rb*^{1}. **8** assignent *VL* **10** mo-

---

7/8 contractium bonis *X*

exorbitauit, reformato, partem quidem de laeuo promittat, ambitum uero eius, ex quo sinus nascitur, iam deficientibus tabulis retrahat a scapulis et, exclusa dextera, in laeuam adhuc congerat cum alio pari tabulato in terga deuoto, atque ita hominem sarcina uestiat.

2. Conscientiam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutumne an onustum? habere uestem an baiulare? Si negabis, domum consequar; uidebo quid statim a limine properes. Nullius profecto alterius indumenti expositio quam togae gratulatur. Calceos nihil dicimus, proprium togae tormentum, immundissimam pedum tutelam, uerum et falsam. Quem enim non expediat in algore et ardore rigere nudipedem, quam in calceo uincipedem? Magnum incessui munimentum sutrinae Venetiae prospexere perones effeminatos!

3. At enim pallio nihil expeditius, etiam si duplex, quod Cratetis. Mora nusquam uestiendo imponitur; quippe tota molitio eius operire est solutim. Id uno circumiectu licet, et quidem nusquam inhumano; ita omnia hominis simul contegit. Humerum uolens exponit uel includit, ceteroquin humero adhaeret, nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat, facile sese regit, facile reficit; etiam cum exponitur, nulli cruci in crastinum demandatur. Si quid

---

derationem *VLF Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. umbonem *codd. Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. et] ut *codd. Rb.* **11** quidem partem *codd. Rb*^{1}. **11/12** promittat, ambitum uero] promittatū ero ambitum uero *N* promittat uero ambitu uero *VLF Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. **13** in laeuum *codd.* **14** terga *NS Salm. Rig. Oe. Ma.* : tergo *rell. codd. edd.* deuoto *Rb. B Gel. Pam. Salm. Rig. Oe.* : denoto *N* de uoco *VLF* demoto *Jun. Scal.* dimoto *Cerda Georg.* deuoluto *Cast. Ma.* **15** sarcinam *NF Rb*^{1}. sarciam *VL*, *corr. Rb*^{2}. **16** prorogabo *VL* **17** indutumne an onustum *F Pam. Lat.* : indictum ne an onustum *N* indutum mea non ustum *L* indutum inea nonustum *V* indutum anne onustum *rell. codd.* **22** in algore et ardore rigere] in algore (angore *L*) et ardore rigore *codd.* in algore rigere *propos. Salm. p. 391* in algore et ardore rigere ⟨et calere⟩ *V. d. Vliet, o.c., p. 99* **23** uincipedem *Salm. Rig. Oe. Ma.* : hunc pedem *codd. S Rb*^{1}. uncipedem *Rb*^{2}. *Pam. Georg.* unguipedem *B Gel.* ⟨uri⟩ uincipedem *Cast., ut contraria contrariis respondeant* **23/24** incessu *VLF Rb*^{1}. **24** Veneriae *B Gel. Pam. Georg.* **26** quod] quoque *Lat.* **27** Cratetis. Mora *Salm. Rig. Oe. Ma.* : cratetis (crateris *VL*) moram *codd. S Rb*^{1}. Cratetis more *Rb*^{2}. *B Gel. Pam. Lat.* imponitur *Oe. Ma.* : componitur *codd. S Rb. B Gel. Pam. Lat.* cum ponitur *Salm. Rig.* cum imponitur *etiam propos. Salm. p. 401* **28** solutim. Id uno : solutim id uno *Rb*^{1}. soluti miduno *N* soluti nuduno *VF* solutim nuduno *L* solutim, id est uno *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* solutim. Id ex uno *Salm. Rig. Oe. Ma.* **28/29** et quidem *N Cast. Ma.* : equidem *rell. codd. edd.* (licente quidem, nusquam inurbano *Lat. Jun. Scal.*) **30** uolens *codd. Ma.* : uelans *rell. edd.* uel *Salm. p. 403* ceteroquin humero (*cfr comm.*) : ceteroquin humerum *Salm. Rig. Oe. Ma.* cetero qua in humerum *Rb*^{2}. *B Gel. Pam. Cerda Georg.* ceteros quin humerum *S* ceteros quin uberum *N* cetero qui in uberum *F Rb*^{1}. cetero qui uberum *VL* ceteroquin uber *fortasse rescribendum putauit Ma. sec. Thes. L. L. I, 634, 41 sqq.* **33** reponitur *Gel. Pam.* cruci *Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : cruor

---

14 deuoto] *X* **17** indutum nea non ustum *X* **33** crus *X*

interulae subter est, uacat zonae tormentum; si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis, certe uiriles magis quam in calceis.

4. Haec pro pallio interim, quantum nomine comitiasti. Iam uero et de negotio prouocat. Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiae debeo; nihil officio aduigilo, nulla rostra praeoccupo, nulla praetoria obseruo; canales non odoro, cancellos non adoro; subsellia non contundo, iura non conturbo, causas non elatro; non iudico, non milito, non regno: secessi de populo. In me unicum negotium mihi est; nisi aliud non curo quam ne curem. Vita meliore magis in secessu fruare, quam in promptu. Sed ignauam infamabis: scilicet patriae et imperio reique uiuendum est. Erat olim ista sententia: nemo alii nascitur moriturus sibi. Certe cum ad Epicuros et Zenonas uentum est, sapientes uocas totum quietis magisterium, qui eam summae atque unicae uoluptatis nomine consecrauere.

5. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodesse. Soleo de qualibet margine uel ara medicinas moribus dicere, quae facilius publicis rebus et ciuitatibus et im-

---

VL cruo *NFS* ceuo *Rb*^{1}. cippo *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* in crastinum] in posterum *S Salm. Rig.* **34** subter est *S Salm. Rig. Oe. Ma.* : superest *codd. rell. edd.* **35/36** pedes nudi magis (= potius), certe uiriles magis] p. nudi ⟨mundi⟩ magis, c. u. magis *V. d. Vliet, p. 99* p. nudi magis certe uiriles *rescribere maluerit Oe.* (*p. 949 in not.*), *altero* magis *deleto* pedes nudi magis *VLF* (*om.* certe uiriles magis) **37** comitiasti *Salm. Rig Oe., cfr comm.* : comitasti *codd. S* Rb^1. *Geffcken, o.c., p. 77, n. 4 Ma.* incomitiasti *Oe. p. 950 in not.* concitasti *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* conuiciasti (conuicio = conuicior) *coni. Kellner, Tert. ausgew. Schriften, I, p. 30 n. 1* quantum nomini : cum ita sit, iam... *prius coniecerat Salm.* (*comm. p. 418*) **38** prouocas *VLF* Rb. **39** officia *N* **40/41** canales non odoro, cancellos non adoro *Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : can. non od., canc. non adorio (*altertümliche Nebenform für* adorior) *Kellner p. 30, n. 4* cancellos non adoro, carnales non odoro *S* canc. non adoro, canales non adoro *Rb*^{1}. canc. non odoro, canales non adoro *codd.* cancellos non adoro (*om. rel.*) *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* **43** in me *VLN Salm. Rig. Oe. Ma.* : imme *F* in mo *S* imo *rell. edd.* mihi est *edd.* : nihil est *VLF om. N* **44** nisi aliud non curo *S Rb*^{1}. *Salm. Rig. Oe. Ma.* : nisi caliud (taliud *F*) non curo *NF* nisi et aliud non curo *VL* nihil aliud nunc curo *Rb*^{2}. nec aliud nunc curo *Rb*^{1mg}. *B Gel. Pam.* uitae mulierem (muliere *F Rb*^{1}.) *codd. Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. **45** ignauam infamabis *Salm. Rig. Oe. Ma.* : ignaua infamauis *VLNS* ignaua in fama ius *F Rb*^{1}. ignauia infamabis *Rb*^{2}. ignauia infamat uis *V*^{2} ignauia infamat *Scal.* ignaua infamique *B Gel. Pam.* **46** reique *VNFS Salm. Rig. Oe. Ma.* : rei quae *L Rb*^{1}. rei ue publicae *Rb*^{2}. reique publicae *B Gel. Pam.* est *om. Ma.* Erat *L Salm. Rig. Oe. Ma.* : Errat *rell. codd. edd.* **47** sententia: nemo ... *Sic primus interpunxit Ma. qui tamen interpretatur ut edd. supp., cfr Gerlo R. B. Ph. XVIII, p. 406 sqq.* : sententia. Nemo ... *rell. edd.* **48** Epicuros] episcaros *F* episcopos *VL* **49** quietis] pnycis *Scal.* **50** consecrauere *Salm. Rig. Oe. Ma.* : conseruauere *codd. rell. edd.* **51** tamen uel propemodum *VLF Rb*^{1}. tam uel pr. *N*, *corr. Rb*^{2}. **52** prodisse *LF Rb*^{1}. prodidisse *N*, *corr. Rb*^{2}. margine] imagine *Turneb.* **53** facilius

---

44 nisi taliud *X* **45** infama uis *X* **51** Tamen uel pr. *X* [*fortasse recte*]

periis bonas ualetudines conferent quam tuae operae. Quippe si pergam ad acuta tecum, plus togae laesere rem publicam quam loricae. Atquin nullis uitiis adulor, nullis ueternis parco, nulli impetigini. Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis milibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa eiusdem Mauritaniae numerat — hem, quantis facultatibus aestimauere ligneas maculas! —, item qua lances centenarii ponderis Sulla molitur! Vereor sane, ne parua sit ista trutina, cum Drusillanus, equidem seruus Claudii, quingenariam promulsidem aedificat, suprascriptis fortassean mensis necessariam, cui si officina exstructa est, debuit et triclinium.

6. Immergo aeque scalpellum acerbitati ei, qua Vedius Pollio seruos muraenis inuadendos obiectabat. Noua scilicet saeuitiae delectatio terrenae bestiae exedentulae et exungues et excornes; de piscibus placuit feras cogere, utique statim coquendis, ut in uisceribus earum aliquid de seruorum suorum corporibus et ipse gustaret. Praecidam gulam, qua Hortensius orator primus pauum cibi causa potuit occidere, qua Aufidius Lurco primus sagina corpora uitiauit et coactis alimentis in adulterinum prouexit saporem; qua Asinius Celer mulli unius obsonium sex sestertiis detulit; qua Aesopus histrio ex auibus eiusdem pretiositatis, ut canoris et loquacibus quibusque, centum milium patinam confiscauit; qua

---

NS : felicius *rell. codd. edd.* **54** conferrent *N* **57** nulli impetigini *Salm. Rig. Oe. Ma.* : nullum petigini adulor adulor (*bis*) *N* nullum p. adulor *VLF Rb*^{1}. nulli imp. adulor *Rb*^{2}. *B Gel. Pam.* nulli imp. addicor *Ma*^{2}. *e coni. Ludouici Cast., ut seruetur τρίκωλον* **57/58** quam Tullius *codd.* quamquam Tullius *Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2} **58** nummum *Rb*^{2}. *Hadr. Junius* (*Animadu. V, 10*) *Turneb.* (*Aduers. VII, 20*) *Pam. Salm. Rig. Oe. Ma.* : non unum *codd. Rb*^{1}. *B Gel.* **59** pro mensa] promenda *codd.* pro menda *Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. **59/60** numerat — hem ... *Ma.* : numerat. Hem ... *rell. edd.* **62** ista *om. N* Drusillianus *V* Rusillianus *F* Rusillanus *L* Rusilianus *N Rb.* **63** et quidem *NB Gel. Scal.* quingenaria promulsidem *NF Rb.* quingenaria pro mulside *VL*, *corr. Rb*^{2}. **64** mensis *N et uulgo* : mensisset *VLF* mensis et (= etiam) *Ma.* **66** acerbitat ei *codd. Rb*^{1}. **67** Pollio] pullo *codd.* mandendos *Ciac.* **68** saeuitiae delectatio *Geffcken p. 78, n. 3 Ma.* : saeuitia delectatio *Gel. Pam. Jun.* saeuitia delectato *L Rb*^{2}. *B Turneb. Salm. Rig. Oe.* saeuitia adelectato (a d. *Rb*^{1}.) *NF Rb*^{1}. saeuitia a delectatos *S* saeuitia delectatos *V* saeuitia delectatus *V*^{2} *Lat. Scal. Cerda Georg.* terrenae] tenerae *Lat. Cerda Georg.* non terrenae *legendum putauit aliquando Salm., p. 450*
exedentulae (exod. *L*) *codd. Rb. B Gel. Turneb. Pam. Cerda Geffcken, l.c. Ma.* : et exedentulae *Georg.* et edentulae *Jun. Salm. Rig. Oe.*; *cfr quae adnotaui in comm.*
exungues (exangues *L*) et excornes *codd. Rb*^{1}. *I. F. Gronouius* (*Obss. in Eccl. Scriptt. c. 13*) *Oe. Geffcken l. c. Ma.* : exunguis et excornis *Rb*^{2}. *B Gel. Turneb. Pam. Jun. Salm. Cerda Rig. Georg.* **73** Lurcho *codd. Rb*^{1}. initiauit *VL* **74** adulterinum *Rb*^{2}. *Pam. Oe. Ma.* : adulterium *codd. S rell. edd.* **74/75** Celer] ceter *codd.* cetus *Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. **75** sex sestertiis] sexis *codd. Rb*^{1}., *corr. Rb*^{2}. (: sex HS) **76** ex auibus] auibus *Salm. Rig.*, cfr *comm.* **77** confiscauit]

---

68 et et (*post.* et *eras.*) edentulae *X* et edentulae *Waszink, Mnemosyne, III, 9* (*1940*), *136/137.* **74/75** Celer] esset *X*

filius eius, post tale pulpamentum, potuit aliquid sumptuosius esurire. Margarita namque, uel ipso nomine pretiosa, dehausit, credo ne mendicius patre coenasset.

7. Taceo Nerones et Apicios, Rufos. Dabo catharticum impuritati Scauri et aleae Curii et uinolentiae Antonii. Et memento istos interim ex multis togatos fuisse ; quales apud pallium haud facile. Has purulentias ciuitatis quis eliciet et exuaporabit, ni sermo palliatus ?

VI. **1.** Sermone, inquit, me suasisti, medicamine sapientissimo. Verum, etsi eloquium quiescat, aut infantia subductum aut uerecundia retentum (nam et elingua philosophia uita contenta est), ipse habitus sonat. Sic denique auditur philosophus dum uidetur. De occursu meo uitia suffundo. Quis non, aemulum suum cum uidet, patitur ? Quis oculis in eum potest, in quem mentibus non potest ? Grande pallii beneficium est, sub cuius recogitatu improbi mores uel erubescunt.

2. Viderit nunc philosophia, quid prosit ; nec enim sola mecum est. Habeo et alias artes in publico utiles. De meo uestiuntur et primus informator litterarum et primus enodator uocis et primus numerorum harenarius et grammaticus et rhetor et sophista et medicus et poëta et qui musicam pulsat et qui stellarem coniectat et qui uolaticam spectat. Omnis liberalitas studiorum quattuor meis angulis tegitur. Plane post Romanos equites, uerum et accendonis et omnis gladiatorum ignominia togata producitur. Haec nimirum indignitas erit : « A toga ad pallium » !

Sed ista pallium loquitur. At ego iam illi etiam diuinae sectae ac disciplinae commercium confero. Gaude pallium et exsulta ! Melior iam te philosophia dignata est ex quo Christianum uestire coepisti.

---

conflauit *Hadr. Junius* (*Animadu. V, 10*) *Pam. Scal. Marc.* qua *om. Salm. Rig.* **79** esurire] esurere *L* esui ore *NF* **80** patrocinasset *NS* **81** Apicios, Rufos *codd. Rb*[1]. *Ma.* (*de asyndeto cfr comm.*) : Apicios et Rufos *rell. edd.* **82** uenulentiae *codd.* **83** interim ⟨paucos⟩ ex multis *V. d. Vliet, p. 100* **85** exuaporabit] exsuppurabit *Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.*

VI, **1** suasisti] sanauisti *Mercurius* (*cfr. Gerlo in Praef. p. 13*) **3** elingui *V*[2] *Rb*[2]. *Georg.* elinguis *Salm. Rig* **5** suffundo] sui fundo *codd. Rb*[1]., *corr. Rb*[2] **10** Videris nunc, philosophia ... *Jun.* **12** enodator *NS Salm. Rig. Georg. Oe. Ma.* : edonator *VLF Rb*[1]. edomator *V*[2] *Rb*[2]. *B Gel. Pam.* **15** stellarum *VN Rb*[1]. stellarium *LF*, *corr. Rb*[2]. **16/17** Plane postrema, non equites *Scal.* **17** equites, uerum et *Rb*[1]. *Rig. Geffcken Ma.* : equites ; uerum et *Salm.* equites. Verum et *rell. edd.* accendonis *codd. Ma.* : accedonis *Rb*[1]. accendones *S Salm. Oe.* accedones *Rig.* cerdones *B Gel. Pam. Jun. Georg.* **18** Nec nimirum *LF* erit] erat *N* **20** Sed] Sic *Cast.* Ac ego *VL* iam me illi *Pam. Georg.* **21** ac] ad *codd. Rb.*

TERTVLLIANI DE PALLIO EXPICIT (*sic*). INCIPIT ADVERSVS IVDEOS *N* FINIT LIBER DE PALLIO : LAVS DEO *L* Explicit liber de pallio. Deo gratias. Amen. *F*

XVI

Q. S. FL. TERTVLLIANI

ADVERSVS VALENTINIANOS

CVRA ET STVDIO

AEM. KROYMANN

MONITVM

M	codex Montepessulanus H 54, saec. XI.
P	codex Scelestadtensis 439 (Paterniacensis), saec. XI.
F	codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.
R^1	editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521.
R^3	editio tertia Beati Rhenani, Basileae, 1539.
R^1mg, R^3mg	margines harum editionum.
Iun	editio Francisci Iunii, Franekerae, 1597.
Rig	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Eng	emendationes et coniecturae Augusti Engelbrecht.

Textum et apparatum criticum Aemilii Kroymann hic denuo excudimus, paucis emendatis. Non enim singulos locos adnotandos ducimus, in quibus, si genuinam Septimii formam legere uis, lectionem traditam sequi debes, quam iusto saepius in apparatu reiecit audacissimus editor Vindobonensis. — *V* in margine folia indicat C. S. E. L. tomi xlvii.

ADVERSVS VALENTINIANOS V 177

I. **1.** Valentiniani, frequentissimum plane collegium inter haereticos, quia, plurimum ex apostatis ueritatis, et ad fabulas facile est et disciplina non terretur, nihil magis curant quam occultare quod praedicant; si tamen praedicant qui occultant. Custodiae officium conscientiae offucium est. Confusio praedicatur, dum religio adseueratur. Nam et illa Eleusinia, haeresis et ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est. **2.** Idcirco et aditum prius cruciant [diutius initiant] quam consignant, cum epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent atque ita tantam maiestatem exhibere uideantur, quantam praestruxerunt cupiditatem. Sequitur iam silentii officium. **3.** Adtente custoditur quod tarde inuenitur. Ceterum tota in adytis diuinitas, tota suspiria epoptarum, totum signaculum linguae simulacrum membri uirilis reuelatur. Sed naturae uenerandum nomen allegorica dispositio praetendens patrocinio coactae figurae sacrilegium obscurat et conuiciis falsis simulacris excusat. Proinde quos nunc destinamus haereticos sanctis nominibus et titulis et argumentis uerae religionis uanissima atque turpissima figmenta configurantes, V 178 — facili † claritati ex diuinae copiae occasione, quia de multis multa succidere est — Eleusinia Valentiniana fecerunt, lenocinio sancta, silentio magna, sola taciturnitate caelestia. **4.** Si bona fide quaeras, concreto uultu, suspenso supercilio ⌜altum est⌝ aiunt. Si subtiliter temptes, per ambiguitates bilingues communem fidem adfirmant. Si scire te subostendas, negant quicquid agnoscunt; si cominus certes, fatua simplicitate suam caedem dispergunt. Ne discipulis quidem propriis ante committunt, quam suos fecerint. Habent artificium, quo

---

2 INCIP̄ ADVERSVS VALENTINIANOS *PM*, Incipit liber eiusdem Q. Septimii Florentis Tertulliani aduersus Valentinianos *F* **7** offucium *Scal* : officium *PMF* **8** adseueratur *PMF*, adseruatur *Iun* **10** diutius initiant *secl. Eng* **11** epoptas ante *Scal* : et portas ante *PM*, et portas *F* epoptas *scil. futuros* ante = *antea* **13** uideantur *PMF*, uidentur *Scal* quantum *F* **15** tota (*alterum*) *F Rig* : tot *PM* suspiria R^1, suspiriae *P* (*corr. R*) *MF*, siparia R^3 epoptarum *Scal* : portarum *PMF* **17** *intellege* : sed allegorica dispositio, praetendens naturae uenerandum nomen, sacrilegium patrocinio coactae figurae obscurat. **18** obseruat *F* **19** falsi *Rig* V 177

2 *parenthesin indicaui* liberalitate *fort.*, celeritate *Eng* **3** succidere *Rig* : succedere *PMF* Eleusinia *Rig* : eleusiniana *PMF* Valentiniani *Rig* **4** lenocinio *scripsi* : lenocinia *PMF* magna *scripsi* : magno *PMF* **6** substiliter *PM* **7** subostendas *FR*, subostentas *PM* (*corr. m. 1*) **8** certes fatua simplicitate *scripsi* : certe statuam simplicitatem $PMFR^1$, certes tuam simplicitatem R^3, certes fatuam simplici- V 178

---

8 fatua] astuta *palmarie coni. Thörnell* (*Patristica, p. 22*) V 178

prius persuadeant quam edoceant. Veritas autem docendo persuadet, non suadendo docet.

II. **1.** Ideoque simplices notamur apud illos, ut hoc tantum, non etiam sapientes; quasi statim deficere cogatur a simplicitate sapientia, domino utramque iungente: E s t o t e p r u d e n t e s u t s e r p e n t e s e t s i m p l i c e s u t c o l u m b a e. Aut si nos propterea insipientes, quia simplices, num ergo et illi propterea non simplices, quia sapientes? Nocentissimi autem qui non simplices, sicut stultissimi qui non sapientes. **2.** Et tamen malim meam partem meliori sumi uitio, si forte: praestat minus sapere quam peius, errare quam fallere. Porro facies dei spectatur in simplicitate quaerendi, ut docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Solomonis. Deinde infantes testimonium Christi *** [sanguine litauerunt. Pueros uocem qui V 179 crucem clamant? Nec pueri erant nec infantes, id est simplices non erant.] **3.** Repuerescere nos et apostolus iubens secundum dominum, ut malitia infantes per simplicitatem ita demum sapientes sensibus simu⟨s, seme⟩l dedit sapientiae ordinem de simplicitate manandi. **4.** In summa: columba demonstrare Christum solita est, serpens uero temptare; illa est a primordio diuinae pacis praeco, ille a primordio diuinae imaginis praedo. Ita facilius simplicitas sola deum et agnoscere poterit et ostendere prudentia sola. [Concutere potius et prodere].

III. **1.** Abscondat itaque se serpens, quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat; alte habitet, in caeca detrudat per amfractus seriem suam; ⟨si⟩ euoluat, tortuose procedat nec semel totus, lucifuga bestia. Nostrae columbae etiam domus simplex, in editis semper et apertis et ad lucem. Amat figura spiritus sancti orientem, Christi

15 Matth. 10, 16. **21** cf. Sap. 1, 1. V 178
3 cf. Matth. 18, 3. **4** cf. I Cor. 14, 20. V 179

tatem *Rig* **9** suam caedem *scripsi*: sua caede *PMF*, **14** deficere cogatur R^3, defigere cogitur *PMF*R^1 **20** meam *PMF*, in eam *R*, eam *Oehlerus* uitio, si forte: praestat *Eng*: uitio, si forte praestat *uulgo* **22** spectatur *Eng*: expectat *PMF*, expectatur *Oehlerus*, spectat *Rig* quaerentes *Pam* **23** Salomonis R *uulgo*

1 *lacunam signaui*: habent, quod soli regnum dei hereditate habebunt *intercidisse iudico; horum autem uerborum iactura librario uel lectori cuidam, sane satis insulso, locum dedit interpolandi quae abhinc in libris mss. leguntur, decepto uidelicet uerbis* testimonium Christi, *quod pro martyrum testimonio accepit.* **3** repuerascere R *uulgo* iubens *scripsi*: iubet *PMF* **4** dominum *scripsi*: deum *PMF* **5** simu⟨s seme⟩l *scripsi* (semel = *ein für alle Mal*): *simul PMF* dedit *scripsi*: dedi in *PMF* sapientiae *PM*, sapientia *F* **6** manandi *PMF*R^1, manantis *Rig*, amando R^3 columba demonstrare Christum *scripsi*: Christum columba demonstrare *PMF* **7** est (*alt. loco*) *scripsi*: et *PMF* **8** imaginis *PM*, magnus *F* **10** concutere—prodere *seclusi; addita uidentur ab eodem, cuius est interpolatio supra indicata; addidit autem, quia* prudentia sola *pro nominatiuo accepit* **11** abscondit *F* **13** detrudat *PMF*, detrudatur R *uulgo* seriem suam; ⟨si⟩ euoluat *scripsi*: seriem suam euoluat *PMF uulgo* **15** domus simplex etiam *P* **16** figura *Rig*: figuram *PMF*

figuram. **2.** Nihil ueritas erubescit nisi solummodo abscondi; quia nec pudebit ullum aures ei dedere, eum deum recognoscere, quem iam illi natura commisit, quem cotidie in operibus omnibus sentit, hoc solo minus notum, quod unicum non putauit, quod in numero nominauit, quod in aliis adorauit. V 180 **3.** Alioquin a turba eorum et aliam frequentiam suadere, a domestico principatu ad incognitum transmouere, a manifesto ad occultum retorquere de limine fidem offendere est. Iam si et in totam fabulam initietur, nonne tale aliquid ⟨recor⟩dabitur se in infantia inter somni difficultates a nutricula audisse, Lamiae turres et pectines Solis? **4.** Sed qui ex aliqua conscientia uenerit fidei, si statim inueniat tot nomina Aeonum, tot coniugia, tot genimina, tot exitus, tot euentus felicitates infelicitates dispersae atque concisae diuinitatis, dubitabitne ibidem pronuntiare has esse fabulas et genealogias indeterminatas, quas apostoli spiritus, his iam tunc pullulantibus seminibus haereticis, damnare praeuenit? **5.** Merito itaque non simplices, merito tantummodo prudentes, qui talia neque facile producunt neque exerte defendunt, sed nec omnes quos edocent perdocent; utique astute, ut pudenda; ceterum inhumane, si honesta. Et tamen simplices nos omnia scimus. Denique hunc primum cuneum congressionis armabimus detectorem et designatorem totius conscientiae illorum, primamque hanc uictoriam auspicamur, quia quod tanto impendio absconditur, etiam solummodo demonstrare destruere est.

IV. **1.** Nouimus, inquam, optime originem quoque ipsorum et scimus, cur Valentinianos appellemus, licet non esse uideantur. Abscesserunt enim a conditore, sed minime origo deletur, et si forte mutatur; testatio est ipsa mutatio. Sperauerat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio, sed alium ex martyrii praerogatiua loci potitum indignatus de V 181 ecclesia authenticae regulae abrupit, ut solent animi pro prioratu exciti praesumptione ultionis accendi. **2.** Ad expugnandam conuersus ueritatem et cuiusdam ueteris opinionis semen nactus colubro suo uiam delineauit. Eam postmodum Ptolo-

11 cf. I Tim. 1, 4. V 180

20 quam quod *F*

1 putant *F* **2** ad aliam *fort.* **4** fidem *om. P* (*add.* R *in mg. ex Hirsaugiensi*) V 180 ostendere *F* **5** ⟨recor⟩dabitur se *Eng*: dabitur te *PMF* **7** aliqua *scripsi*: alia *PMF* **8** fidei *PM*, filii *F* **9** genimina *M* (*syll.* ni *s. u. a m. 1*) *NG*R^3, gemina *PF*R^1 **14** neque *PM*, nec *F* **16** utique astute *scil.* non omnes perdocent (= *sie lehren vollständig*) **17** omnia (ia *ex* es *M*) scimus *MFG*R^3, omnes sumus *P*R^1 **18** armabimus *scripsi*: armauimus *PMF* **20** auspicamus (s *in* r) *M* **22** nouissimus *F* originem optime *M* **25** sperauerat *R*, separauerat *P* (*corr.* R) *MF*

2 hautenticae *M*, autenticae *F* abrupit. ut *uulgo* **3** accendi, ad *uulgo* **4** semen nactus *Lat*: semini nactus *PMF*R^1, semini actu R^3, semitam nactus *Oehlerus* **5** colubro suo *scripsi* (*cf. 179, 7—14; acerbe autem suus cuique hic uindicatur coluber haere-*

maeus intrauit, nominibus et numeris Aeonum distinctis in personales substantias, sed extra deum determinatas, quas Valentinus in ipsa summa diuinitatis ut sensus et affectus ⟨et⟩ motus incluserat. Deduxit et Heracleon inde tramites quosdam et Secundus et magus Marcus. **3.** Multum circa imagines legis Theotimus operatus est. Ita nusquam iam Valentinus, et tamen Valentiniani, qui per Valentinum. Solus ad hodiernum Antiochiae Axionicus memoriam Valentini integra custodia regularum eius consolatur. Alioquin tantum se huic haeresi suadere permissum est, quantum lupae feminae formam cotidie supparare sollemne est. **4.** Quidni, cum spiritale illud semen suum sic in unoquoque recenseant? Si aliquid noui adstruxerint, reuelationem statim appellant praesumptionem et charisma ingenium, nec unitatem * sed diuersitatem. Ideoque prospicimus seposita illos sollemni dissimulatione sua, plerosque diuidi ⟨de⟩ quibusdam articulis, etiam bona fide V 182
dicturos 'hoc ita non est' et 'hoc aliter accipio' et 'hoc non agnosco.' Varietate enim innouata regularum facies habet etiam colores ignorantiarum.

V. **1.** Mihi autem cum archetypis erit limes principalium magistrorum, non cum adfectatis ducibus passiuorum discipulorum. Nec utique dicemur ipsi nobis finxisse materias, quas tot iam uiri sanctitate et praestantia insignes, nec solum nostri antecessores sed ipsorum haeresiarcharum contemporales, instructissimis uoluminibus et prodiderunt et retuderunt, ut Iustinus, philosophus et martyr, ut Miltiades, ecclesiarum sophista, ut Irenaeus, omnium doctrinarum coriosissimus explorator, ut Proculus noster, uirginis senectae et Christianae eloquentiae dignitas, quos in omni opere fidei, quemadmodum in isto, optauerim adsequi. **2.** Aut si in totum haereses non sunt, ut qui eas pellunt finxisse credantur, mentietur apostolus, praedicator illarum. Porro si sunt, non aliae erunt quam

16 cf. I Cor. 11, 19. V 182

tico) : colubroso *PMF*, colubrosum *Eng*, Colorbaso *Lat* (*cf. adu. omn. haer. c. 6*), ⟨astu⟩ colubroso *Oehlerus* declinauit *Oehlerus* Ptolomaeus *scripsi* : tholomaeus *PMF*, Ptolemaeus R *uulgo* **7** personales substantias R^3, personale (-i *F*) substantia *PMFR*^{1} **9** et *add. Rig* **13** anthiochiae *PM* **14** regularum eius R^3, regular eius *PMR*^{1}, regulare ius *F* **15** se suadere = *sich gefällig darstellen* feminae, *quod cum* lupae, *non cum* formam *coniungendum est, nescio an remouendum sit ut interpretamentum* **16** supparare R^3, superare *PMFR*^{1} formam supparare = *ihr Äußeres herausputzen* quidni cum R^3, quid iniquum *PMFR*^{1} **17** recenseant *PM*, recenseat *F* **19** *lacunam signaui* : negant *uel* dissimulant *desidero* **20** illos *scripsi* : illa *PMF*
1 ⟨de⟩ quibusdam *Oehlerus* **3** innouata *scripsi* : innouatur *PMF* facies. V 182
habet *uulgo* **4** ignorantia earum *Scal*, ignorantiae eorum *Eng* **7** utique *scripsi* : undique *PMF* **10** retulerunt *F* **13** noster *Scal* : nostrae *PMF* **15** tota

quae retractantur. Nemo tam otiosus fertur, stilo ut materias habens fingat.

VI. **1.** Igitur hoc libello, quo demonstrationem solum praemittentes sumus illius arcani, ne quem ex nominibus tam peregrinis et coactis et compactis et ambiguis caligo suffundat, quomodo iis usuri sumus, prius demandabo. Quorundam enim de Graeco interpretatio non occurrit ad expeditam proinde nominis formam, quorundam nec de sexu genera conueniunt, quorundam usitatior in Graeco notitia est. **2.** Itaque plurimum Graeca ponemus; significantiae per paginarum limites aderunt, nec Latinis qui- V 183
dem deerunt Graeca, sed in lineis desuper notabuntur, ut signum hoc sit personalium nominum propter ambiguitates eorum, quae cum alia significatione communicant. Quamquam autem distulerim congressionem, solam interim professus narrationem, sicubi tamen indignitas meruerit suggillari, non erit delibationi transfunctoria expugnatio. Congressionis lusionem deputa, lector, ante pugnam; ostendam, sed non imprimam uulnera. **3.** Si et ridebitur alicubi, materiis ipsis satisfiet. Multa sic digna sunt reuinci, ne grauitate adonerentur. Vanitati proprie festiuitas cedit. Congruit et ueritati ridere, quia laetans de aemulis suis ludere [quia] secura est. Curandum plane, ne risus eius rideatur, si fuerit indignus; ceterum ubicumque dignus risus, officium est. Denique hoc modo incipiam.

VII. **1.** Primus omnium [Ennius] poeta Romanus 'caenacula maxima caeli' simpliciter pronuntiauit, elati situs nomine uel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum. Sed haeretici quantas supernitates supernitatum et quantas sublimitates sublimitatum in habitaculum dei sui cuiusque suspenderint extulerint expanderint, mirum est. **2.** Etiam creatori nostro Enniana caenacula in aedicularum disposita sunt forma. Aliis atque aliis pergulis superstructis et unicuique deo per totidem scalas distributis, quot haereses fuerint, meritorium factus est

15 ex Annalium libro I. fragm. XXXV ed. Vahlen[2] V 183

haeresi *F* **16** finxisse *P*, fixisse *MF* **18** fertur, stilo *Eng* : fertur stilo *uulgo* **20** quo⟨que⟩ *Eng* **21** sumus illius *scripsi* (*cf. 25, 1*) : solius *PMFR*^{1}, illius R^3, totius *Eng* arcani ne *PM* (n *in ras.*), arcanie *F* **23** sumus *MF*, simus *P uulgo* **26** Graeca *Rig* : graeco *PMF*
1 milites *MF* **5** congressionem R^3, congestionem *PMFR*^{1} **6** tamen *om. F* V 183
7 delibationi *scripsi* : delibatione *PMF* transfunctoria R^3, transpunctoria *PMFR*^{1} **9** ipsis *om. F* **10** sic digna sunt *MF*, sunt sic digna *P uulgo* adonerentur *M* (*in ras., ut uidetur*), adorentur *PF*, adornentur *Iun* **12** quia *seclusi* (*intellege : weil sie in ihrer Freude davor, daß sie mit den Gegnern Spott treibe, sicher ist*) **14** hoc *PM*, hic *F* **16** Ennius *seclusi* : *interpolatum hoc esse ipsa nominis positione demonstratur* **17** legerat *FR*, legarat *PM* **18** supernitates *om. F* sublimitates *om. P* (*add. in mg. m. 1*) **19** dei *P*, de *MF* **21** disposita *FR*, deposita *PM* sunt R^3, sint *PMR*^{1}, *om. F* forma, aliis *uulgo* **23** fuerint, meritorium *uulgo* meritorum *F*

mundus. **3.** Insulam Feliculam credas tanta tabulata caelorum. V 184
Nescio ubi illic etiam Valentinianorum deus ad summas tegulas habitat. Hunc substantialiter quidem *Αἰῶνα Τέλειον* appellant, personaliter uero *Προπάτορα* et *Προαρχήν*, etiam Bython, quod in sublimibus habitanti minime congruebat. Innatum inmensum infinitum inuisibilem aeternumque definiunt, quasi statim probent esse, si talem definiant, qualem scimus esse debere. **4.** Sic et ante omnia fuisse ⟨non⟩ ut dicatur, sed ut sit expostulo nec aliud magis in huiusmodi denoto, quam quod post omnia inueniuntur qui ante omnia fuisse dicuntur, et quidem non sua. Se⟨det⟩ itaque Bythos iste infinitis retro aeuis in maxima et altissima quiete, in otio plurimo placidae et, ut ita dixerim, stupentis diuinitatis, qualem iussit Epicurus. **5.** Et tamen quem solum uolunt, dant ei secundam in ipso et cum ipso personam, Ennoian, quam et Charin et Sigen insuper nominant. Et forte accedit in illa commendatissima quiete monere eum de proferendo tandem initio rerum a semetipso. Hoc uice seminis in Sige sua uelut in genitalibus uuluae locis collocat. Suscipit illa statim et praegnans efficitur et parit, utique silentio, Sige. Et quem parit ? Nus est, simillimum patri et parem per omnia. **6.** Denique solus hic capere sufficit inmensam illam et incomprehensibilem magnitudinem patris. Ita et ipse V 185
pater dicitur et initium omnium et proprie Monogenes. Atquin non proprie, siquidem non solus agnascitur. Nam cum illo processit et femina, cui Veritas ⟨nomen⟩. [Monogenes, quia prior genitus, quanto congruentius Protogenes uocaretur !] Ergo Bythos et Sige, Nus et Veritas prima quadriga defenditur Valentinianae factionis, matrix et origo cunctorum. Namque ibidem Nus simul accepit prolationis suae officium, emittit et ipse ex semetipso Sermonem et Vitam. **7.** Quae si retro non erat, utique nec in Bytho. Et quale est, ut in deo

3—6. 11—185, 4 cf. Irenaeus *Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως* I 1, 1. V 184
8—9. 11—13 cf. Iren. I 1, 1. V 185

1 Feliculam *om. P* (*add.* R *in mg. ex Hirsangiensi*) caelorum, nescio ubi. illic *uulgo* V 184
2 etiam *PM*, enim *FRig* **3** *ΑΙΩΝΑΤΕΛΕΙΟΝ PM*, Aironate Aeion *F* **4** *Προπάτορα* et *Προαρχήν Eng* (*Irenaeum secutus*) : *ΠΡΟΑRΧΩ ΕΤ ΠΡΟΑΡΧΗΝ M*, *ΠΡΟΑΡΧΩ ΕΤ ΤΙΡΑΡΧΗΝ P*, τipoapxo e npappxxhn *F* Bython *Pam* : bythion *PMF* **8** sic et *PM* (*add. s. u.* ut *m. 1*), ut sic et *F* non *addidi* ut dicatur, sed *scripsi* : dicatur. sed *PMF* **10** ante *om. F* **11** se⟨det⟩ itaque *scripsi* : se itaque *PMFR*[1], sit itaque *R*[3] *uulgo* iste *PM*, istos *F* aeuis *PM*, eius *F* **13** stupentis *PM* (*ex* stupentibus *corr. m. 2*), stupentibus *F* **15** Ennoian (Ennoean) *Pam* : et notam *PMF* Charin *PM*, carni *F* **16** accedit *scripsi* : accedunt *PMF* monere *Rig* : mouere *PMF* **17** hac *F* **18** in Sige sua *Eng* : in Sigae suae *R*[3], in signe suae *PMFR*[1] uelut in *PMF*, ueluti *Rig* **20** sige *M* (n *add. s. u. m. 2*), sigen *P*, sige *F* Sige, et quem parit Nus est *uulgo*
3 non (*prius*) *om. F* agnascitur *Lat* : agnoscitur *PMF* **4** nomen *add. Iun*, V 185
⟨nomen, fortasse aptum, sed⟩ *mauult suppleri Eng* Monogenes—uocaretur *seclusi* **6** bythios *PMF* **8** probationis *F* **9** a semetipsa *F* **10** Bytho *Pam* : bythion

uita non fuerit ? Sed et haec soboles, ad initium uniuersitatis et formati⟨onem⟩ Pleromatis totius emissa, facit fructum : Hominem et Ecclesiam procreat. **8.** Habes ogdoadem, tetradem duplicem, ex coniugationibus masculorum et feminarum, cellas, ut ita dixerim, primordialium Aeonum, fraterna conubia Valentinianorum deorum, census omnis sanctitatis et maiestatis haereticae, nescio criminum an numinum turbam, certe fontem reliquae fecunditatis.

VIII. **1.** Ecce enim secunda tetras, Sermo et Vita, Homo et Ecclesia, quod in patris gloriam fruticasset huic numero, gestientes et ipsi tale quid patri de suo offerre, alios ebulliunt fetus, proinde coniugales per copulam utriusque naturae. Hac Sermo et Vita decuriam Aeonum simul fundunt, illac Homo et Ecclesia duos amplius, aequiperando parentibus, quia et ipsi duo cum illis decem tot efficiunt, quot ipsi procreauerunt. **2.** Reddo nunc nomina, quos decuriam dixi : Bythios et Mixis, ⟨Ageratos et Henosis, Autophyes⟩ et Hedone, Acinetos V 186
et Syncrasis, Monogenes et Macaria. Contra duodenarius numerus hi erunt : Paracletus et Pistis, Patricos et Elpis, Metricos et Agape, Aeinus et Synesis, Ecclesiasticus et Macariotes, Theletus et Sophia. Cogor hic, quid ista nomina desiderent, proferre de pari exemplo. **3.** In scholis Karthaginiensibus fuit quidam frigidissimus rhetor Latinus, Phosphorus nomine. Cum uirum fortem peroraret : 'uenio', inquit, 'ad uos, optimi ciues, de proelio cum uictoria mea, cum felicitate uestra, ampliatus gloriosus fortunatus maximus triumphalis'. Et scholastici statim familiae Phosphori *φεῦ* acclamant. **4.** Audisti Fortunatam et Hedonen et Acinetum et Theletum : acclama familiae Ptolomaei *φεῦ*. Hoc erit Pleroma illud arcanum, diuinitatis tricenariae plenitudo. Videamus, quae sint istorum priuilegia numerorum, quater-

19—186, 5 cf. Iren. I 1, 2.

PMF in deo uita R[3], inde obita *PMFR*[1] **11** suboles *PM* **12** formationem *Grabius* (*ad Iren. p. 8*) : formati *PMF* **14** coniugationibus *MFGR*[3], coniunctionibus *PR*[1] **16** omnis *scripsi* : omnes *PMF* **20** fruticasset huic numero (*intellego* : usque in hunc numerum), gestientes *scripsi* : fruticasset, huic numero gestientes *uulgo*, hic numerus *Eng* fruticasset *PM*, fructificasset *F* **22** proinde *PM*, deinde *F* coniugales R[3], coniugalis *PMFR*[1] **25** quot *FR*, quod *PM* **26** bythios *P*, bythos *MF*
1 Mixis R, maxis *PM*, maris *F* Ageratos et Henosis, Autophyes *add. Pam ex* V 186
Irenaeo : *om. PMF* hedone ; a-cinetos *M*, hedonea cinethos *PF* **3** hi erunt *MP*, habuerunt *F* helpis *PMF* **4** Acinus *scripsi* : aenos *M*, aenus *PF*, Ainus R *uulgo* sinhesis *MF*, synhesis *P* thelethus *F*, et electus *PM* **6** in scholis *Rmg* : inisclis *PMR*, nus—olis *F* quidem *F* frigidissimus *Iun* : frigidissimus *M* (f *eras.*), rigidissimus *PF* **7** Phosphorus R[3], phosphori *PM*, phophortis *F* **8** uenio *PM*, nemo *F* **11** Phosphori *φεῦ* R[3], phosphorifę *MF*, phorphorife *PR*[1] acclamant *P*, *om. MF* **12** helethum *PMF* Ptolemaei *φεῦ* R[3], tholomaiefę *PMF*

narii et octonarii ⟨et denarii⟩ et duodenarii. **5.** Interim in tricenario fecunditas tota deficit, — castrata est uis et potestas et libido genitalis Aeonum — quasi non et numerorum tanta adhuc coagula superessent et nulla alia de paedagogio nomina. Quare enim non et quinquaginta et centum procreantur? Quare non et Sterceiae et Syntrophi nominantur?

IX. **1.** Sed et hoc exceptio personarum est, quod solus ille Nus ex omnibus inmensi patris fruitur notione, gaudens et exultans, illis utique maerentibus. Plane Nus, quantum in ipso fuit, et uoluerat et temptauerat ceteris quoque communicare V 187 quae norat, quantus et quam incomprehensibilis pater. Sed intercessit mater Sige, illa scilicet, quae et ipsis haereticis suis tacere praescribit, etsi de patris nutu aiunt factum, uolentis omnes in desiderium sui accendi. **2.** Itaque dum macerantur intra semetipsos, dum tacita cupidine cognoscendi patrem uruntur, paene scelus factum est. Namque ex illis duodecim Aeonibus, quos Homo et Ecclesia ediderant, nouissima natu Aeon — uiderit soloecismus, Sophia enim nomen est — incontinentia sui sine coniugis Theleti societate prorumpit in patrem inquirere et genus contrahit uitii, quod exorsum quidem fuerat in illis aliis, qui circa Nun, in hunc autem, id est in Sophiam, deriuarat, ut solent uitia in corpore alibi connata in aliud membrum perniciem suam efflare. **3.** Sed enim sub praetexto dilectionis in patrem aemulatio superabat in Nun, solum de patre gaudentem. Vt uero impossibilia contendens Sophia frustra erat et uincitur difficultate et extenditur adfectione, modico abfuit prae ui dulcedinis et laboris deuorari et in reliquam substantiam dissolui; nec alias quam pereundo cessasset, nisi bono fato in Horon incursasset, — quaedam et huic uis: est fundamentum uniuersitatis ⟨et⟩ illius extrinsecus custos — quem et Crucem appellant et Lytroten et Carpisten. **4.** Ita Sophia, periculo exempta et tarde persuasa ⟨de⟩ declinata inuestigatione patris, conquieuit et totam

21—187, 22 cf. Iren. I 2, 1—2. V 186
23 cf. Iren. I 2, 4. **23—188, 2** cf. Iren. I 2, 2. V 187

15 et denarii *add. Iun* **16** *parenthesin indicauit Eng* **20** sterceiae *PMF*, hercitae *Rig*, hetaeri *Oehlerus* syntrophi *PMF*, Syntrophae *Pam* **23** quantum R^3, et quantum $PMFR^1$
5 suis *F* **6** cupiditate *P* (*corr. in* cupidine R *ex Hirsaugiensi*) **7** namque quae *P* (*del.* quae *R*) **9** nomen est *M* (*corr. in* nomine *m. 2*) **10** sui sine *Pam* : suisne *F*, uisne *PN* Theleti *Croius* : philetis *PMF* **13** deriuerat *F* **14** connata *PMF*, innata *Oehlerus* **15** praetexto *PMF*, praetextu R *uulgo* **17** frustra erat *Iun*, frustrarat *PMF*, frustrata erat *Oehlerus* **18** adfuit *M*, afuit *F* **20** per eum *M* (*corr. in* pereundo *m. 2*) fato R, facto *PMF* **21** *parenthesin indicauit Eng* **22** ⟨et⟩ illius *scripsi* : illius *PMF*, illius et Oehlerus **24** ⟨de⟩ declinata *scripsi* : declinata $PMFR^1$, de inclinata R^3 (*Iren : πεισθέντα, ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ πατήρ*) V 187

animationem (enthymesin) cum passione, quae insuper acciderat, V 188 exposuit.

X. **1.** Sed quidam exitum Sophiae et restitutionem aliter somniauerunt: post inritos conatus et spei deiectionem deformatam eam. Pallore, credo, et macie et incuria. Proprie utique patrem non minus denegatum dolebat quam amissum. Dehinc in illo maerore ex semetipsa sola, nulla opera coniugii, concipit et procreat feminam. Miraris hoc? Et gallina sortita est de suo parere; sed et uultures feminas tantum aiunt et tamen sine masculo matres. **2.** Et *** metuere postremo, ne finis quoque insisteret; haerere de ratione casus, curare de occultatione. Remedia nusquam. Vbi enim iam tragoediae atque comoediae, a quibus forma mutuaretur exponendi quod citra pudorem erat natum? Dum in malis res est, suspicit, conuertit ad patrem. Sed incassum enisa, ut uires deserebant, in preces succidit. Tota etiam propinquitas pro ea supplicat, uel maxime Nus. Quidni? Causa mali tanti! Nullus tamen Sophiae exitus uacuit. **3.** Omnes aerumnae eius operantur in materiae originem, siquidem ex illa tunc conflictatione [peruenit] ignorantia pauore maerore substantiae fiunt. Ibi demum pater, motus aliquando, V 189 quem supra diximus Horon per Monogenem Nun in haec promit in imagine sua, feminam marem, quia et de patris sexu ita uariant. Adiciunt autem Horon etiam Metagogea (circumductorem) uocari et Horotheten. **4.** Huius praedicant ope-

3—8. 10—12. 14—189, 1 cf. Iren. I 2, 3. V 188
1—13 cf. Iren. I 2, 4. V 189

1 animationem (enthymesin) *scripsi* (*cf. 183, 2*) : animationem senthimesi $PMFR^1$, animationem, id est enthymesin R^3, animationem, Enthymesin *Oehlerus* **5** *sic distinxi* : incuria proprie *MF*, incuria prope PR^1, incuria formae R^3 *uulgo*, incuria propria *Eng* utique $PMFR^1$, ut quae R^3 *uulgo* **6** denegatum *sensu, ut uidetur, obscoeno* **8** concipit *scripsi* : concepit *PMF* hoc *MF*, haec *P uulgo* **9** aiunt *MF*, parere aiunt *P uulgo* **10** matres *Iun* : mater *PMF* *lacunam statuit Pam, qui ex Irenaei interprete suppleuit* : ⟨primo quidem contristari propter inconsummationem generationis,⟩ ne finis quoque insisteret : *Irenaeus* (*ex Epiphanio corrigendus*) : μὴ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τέλος ἔχῃ. *inde fort. supplendum* : ne finis ⟨consistendi⟩ quoque. **11** insisteret; haerere *scripsi* : insisteret haerere *PMF*, insisteret et haerere *Oehlerus* **12** atque *MF*, et *P uulgo* **13** mutuaretur *P*, mutaretur *MF* citra *Pam* : circa *PMF* **14** suspicit *P*, suscipit *MF* **15** ut *Iun* : et *PMF* **16** succidit R^3, succedit $PMFR^1$ **17** quidni R^3, quid in $PMFR^1$ **18** operantur in materiae originem *scripsi* (*cf. 102, 16 et de Carne Chr. cap. 7*) : operantur *PMF* **19** ex illa conflictatione *scripsi* : et illa conflicatio in materiae originem *PMF* peruenit (prouenit *M*) *seclusi* pauore *scripsi* : pauorem $PMFR^1$, pauor R^3 *uulgo* V 188
1 maerore *scripsi* : maeror *PMF* *Comparanda sunt ad haec uerba Irenaei* : λέγουσι πρώτην ἀρχὴν ἐσχηκέναι τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς ἀγνοίας καὶ τῆς λύπης καὶ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐκπλήξεως. ibi demum R^3, ibidem $PMFR^1$ motus aliquando *MF*, aliquando motus *P uulgo* **3** et de *scripsi* : aede PMR^1, de FR^3 **5** ⟨id est⟩ V 189

8 concepit *tuet. Löfstedt, Krit. Bem. Tert. Apol., p. 104* V 188

ra et repressam ab inlicitis et purgatam a malis et deinceps confirmatam Sophiam et coniugio restitutam; et ipsam quidem in Pleromatis censu remansisse, enthymesin uero eius et illam adpendicem passionem ab Horo relegatam et crucifixam et extra eum factam. **5.** Malum, quod aiunt, foras ! Spiritalem tamen substantiam illam, ut naturalem quendam impetum Aeonis, sed informem et inspeciatam, quatenus nihil adprehendisset, ideoque fructum infirmum et feminam pronuntiatam.

XI. **1.** Igitur post Enthymesin extorrem et matrem eius Sophiam coniugi reducem iterum ille Monogenes, ille Nus, otiosus plane de patris cura atque prospectu solidandis rebus et Pleromati muniendo iamque figendo, ne qua eiusmodi rursus concussio incurreret, nouam excludit copulationem : Christum et Spiritum Sanctum, turpissimam putem duorum masculorum. **2.** Aut femina erit Spiritus Sanctus, et uulneratur a femina masculus ? Munus enim his datur unum : procurare concinnationem Aeonum, et ab eius officii societate duae scholae protinus, duae cathedrae, inauguratio quaedam V 190
diuidendae doctrinae Valentini. Christi erat inducere Aeonas naturam coniugiorum — uides quam rem plane — et innati coniectationem et idoneos efficere ⟨re⟩generandi in se agnitionem patris, quod capere eum non sit neque comprehendere, non uisu denique, non auditu compotiri eius, nisi per Monogenem. **3.** Et tamen tolerabo, quod ita discunt patrem nosse, † ne nos et illud. Magis denotabo doctrinae peruersitatem, quod docebantur incomprehensibile quidem patris causam esse perpetuitatis ipsorum, comprehensibile uero eius generationis illorum et formationis esse rationem. Hac enim dispositione illud,

14—19. 21—22 cf. Iren. I 2, 5.
2—6. 9—11. 15—17 cf. Iren. I 2, 5. V 190

circumductorem R^3 *uulgo* **8** censu remansisse *Gel* : censura mansisse *PMF* **9** adpendicen *M* ab Horo relegatam R^3, abhorrere ligatam *PMF*R^1 **10** eum *Rig* (*scil.* censum Pleromatis) : acuum *PMF* spiritalem *scil. esse* **12** inspeciatam *Gel* : inspectatam *PMF* **13** praenuntiatum *F* **15** iterum ille *scripsi* : ille iterum *PMF* **16** prospectu R^3, prospectus *PMF*R^1 **17** eiusmodi *PM*, huiusmodi *F* **18** incurreret *Rmg Gel* : incuteret *PMF* **19** turpissimam *Eng* : turpissimum *PMF* **21** munus enim *Eng* : nomen in *PMF*R^1, numen R^3 *uulgo* **22** ab eius R^3, dabis *PMF*R^1 societate R^3, societatem *PMF*R^1

3 quam rem plane *PMF*R^1, quam rem piam R^3 *uulgo* ex—coniectatione *fort.* (*cf. Iren :* ἀγεννήτου κατάληψιν γιγνώσκοντας) **4** regenerandi *scripsi* (*secundum Irenaeum sic restituendum :* ἱκανούς τε εἶναι ἀναγονεῦσαι [ἀναγορεῦσαι *codd.*] ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπίγνωσιν) : generandi *PMF* **7** discunt R^3, discedunt *PMF*R^1, disserunt *Oehlerus* nosse, ne nos et illud. magis *PMF*R^1, *ego uerba* ne nos et *dittographia orta ratus sic uelim restitui :* nosse. [ne nos et] illud magis denotabo doctrinae, [peruersitatem] quod ; nosse. ne nos et illud (*scil. faciamus*), magis *Eng*, nosse, ne nossent. illam magis R^3 *uulgo* **8** doctrinae denotabo *PR*^{1} **9** incomprehensibile R, incomprehensibilem *PMF* **10** comprehensibile R, conprehensibilem *PMF* V 190

opinor, insinuatur, expedire deum non adprehendi, siquidem inadprehensibile eius perpetuitatis est causa. **4.** Adprehensibile autem non perpetuitatis, sed natiuitatis et formationis, egentium perpetuitatis. Filium autem constituunt adprehensibile patris ; quomodo tamen adprehendatur, tum prolatus Christus edocuit. Spiritus uero Sancti prouincia, ut de doctrinae studio omnes peraequati gratiarum actionem prosequi nossent et ueram inducerentur quietem.

XII. **1.** Itaque omnes et forma et scientia peraequantur, facti omnes quod unusquisque ; nemo aliud, quia alteri omnes. Refunduntur in Nus omnes, in Homines, in Theletos, aeque V 191
feminae in Sigas, in Zoas, in Ecclesias, in Fortunatas, ut Ouidius Metamorphosis suas deleuisset, si hodie maiores cognouisset. **2.** Exinde refecti sunt et constabiliti sunt, et in requiem ex ueritate compositi magno cum gaudii fructu hymnis patrem concinunt. Diffundebatur et ipse laetitia, utique bene cantantibus filiis ⟨et⟩ nepotibus. Quidni diffunderetur, omni iocunditati Pleromate liberato ? Quis nauclerus non etiam cum dedecore laetatur ? Videmus cotidie nauticorum lasciuias gaudiorum. **3.** Itaque, ut nautae ad symbolam semper exultant, tale aliquid et Aeones : unum iam omnes etiam forma, nedum sententia, conuenientibus ipsis quoque nouis fratribus et magistris Christo et Spiritu Sancto, quod optimum atque pulcherrimum unusquisque florebat conferunt in medium. Vane, opinor. Si enim unum erant omnes ex supra dicta peraequatione, uacabat symbolae ratio, quae ferme ex uarietatis gratia constat. **4.** ** unum omnes bonum conferebant, quod omnes erant, de modo forsitan fuerit ratio aut de forma ipsius iam peraequationis. Igitur ex aere collaticio, quod aiunt, in honorem et gloriam patris pulcherrimum Pleromatis sidus fructumque perfectum

17—191, 6 cf. Iren. I 2, 6.
10—14. 19—23 cf. Iren. I 2, 6. V 191

12 in sinu autem *F* expedire R^3, experiri *PMF*R^1 **13** est *s. u. M* **15** adprehensibile *Eng* : adprehensibilem *PMF* **16** quomodo *P*, quoquo modo *M*, et quoquo modo *F* **17** prouincia (= munus, officium) *scripsi* : propria *PMF* ut de R^3, unde *PMF*R^1 **20** et forma *MF*, forma *P uulgo* scientia *PMF*, sententia *Pam* (*Iren :* γνώμῃ, *sed legit fort. Tert :* γνώσει), sapientia *Rig*

1 in Nus *Pam* : in nun *PMF* omnes ⟨masculi⟩ *fort.* aeque *PMF*, et quae *Rig* **3** maiores *scripsi* : maiorem *PMF* **5** compositi *P*, compositi sunt *M*, compositis *F* **6** utique R^3, et utique *PMF*R^1 **7** filiis et R^3, filiis *PMF*R^1 diffunderentur omni *uulgo* **8** iocunditati *scripsi* : iocunditate *PMF* **10** simbulam *PMF* **11** et Aeones *scil. faciunt* Aeones. unum *uulgo* **12** nouis *M* (v *ex* b *m. 2*), nobis *F*, *om. PR*^{1} **16** simbulae *PMF* *lacunam signaui :* aut si *desidero* **17** erant. de *uulgo* **19** collaticio *Rmg* : collocatio *PM*, collacio *F* et V 191

10 symbolam] *cfr d'Alès, Rech. sc. relig. 1935, p. 496* V 191

compingunt, Iesum. Eum cognominant Soterem et Christum et Sermonem de patritis, et Omnia iam, ut ex omnium defloratione constructum : Gragulum Aesopi, Pandoram Hesiodi, Acci Patinam, Nestoris Cocetum, Miscellaneam Ptolomaei. **5.** Quam propius fuit de aliquibus Osciae scurris † Pancapipannirapiam V 192 uocari a tam otiosis auctoribus nominum. Vt autem tantum sigillarium extrinsecus quoque inornassent, satellites ei angelos proferunt, par genus ; si inter se, potest fieri, si uero Soteri consubstantiuos, — ambigue enim positum inueni — quae erit eminentia eius inter satellites coaequales ?

XIII. **1.** Continet hic igitur ordo primus professionem pariter et nascentium et nubentium et generantium Aeonum, Sophiae ex desiderio patris periculosissimum casum, Hori oportunissimum auxilium, Enthymeseos et coniunctae Passionis expiatum, Christi et Spiritus Sancti paedagogatum, Aeonum tutelarem reformatum, Soteris pauoninum ornatum, Angelorum comparaticium antistatum. **2.** Quod superest, inquis, uos ualete et plaudite! Immo quod superest, inquam, uos audite et explodite ! Ceterum haec intra coetum Pleromatis decucurrisse dicuntur, prima tragoediae scaena, alia autem trans siparium coturnatio est, extra Pleroma dico. Et tamen ⟨hic⟩ exitus sub sinu patris intra ambitum Hori custodis : qualis extra iam in libero, ubi deus non erat ?

XIV. **1.** Namque Enthymesis, siue iam Achamoth, quod abhinc scribam hoc solo ininterpretabili nomine, ut cum uitio indiuiduae Passionis explosa est in loca luminis aliena, quod Pleromatis res est, in uacuum atque inane illud Epicuri, miserabilis etiam de loco est. Certe nec forma nec facies ulla, de uexatiua V 193 scilicet et abortiua genitura. Dum ita rerum habet, flectitur a superioribus Christus, — deducitur per Horon — aborsum

3 cf. Iren. I 2, 6. **7—13** cf. Iren. I 3, 1. **20—193, 3** cf. Iren. I 4, 1. V 192

gloriam *P*, gloriam *MF* **21** Iesum R^3, ieiunium PMR^1, uti unium *F* **22** patritis *Scal* : patruitis *PMF* **23** gragulum *PMF*, Graculum *R uulgo* aesiodi *PM*, esiodi *F* **24** tholomaei *PMF*

1 Osciae scurris *scripsi* : hostias (a *ex* ae *M*) curis (cur-ris *M a m. 2*) *PMF*, Atticis curis *Rig*, Atticis historicis R^3 pancapipannirapiam $PMFR^1$, Pancarpipanniraphiam *susp. Carolus Hoppe amicus, quo uocabulo mixto centonem illum scurris scaenicis sollemnem putat significari* (*cf. Dietrich, Pulcinella p. 145*), Pancarpiam R^3, Pancarpon *Rig* **3** inornassent (se *in ras.*) *M* **5** consubstantiuos R^3, constantiuos $PMFR^1$ **7** primus *scripsi* : primam *PMF* professionem $PMFR^1$ (= *πραγματείαν*), processionem R^3 *uulgo* **9** Hori *R*, mori *PMF* **11** Christi R^3, Christo $PMFR^1$ **14** et explodite *scripsi* : *et proicite *M*, et proiicite *P*, et proicite *F*, et proh dicite *Scal*, et proficite *Oehlerus* **17** ⟨hic⟩ exitus *scripsi* : exitus $PMFR^1$, si talis R^3 *uulgo* **18** custodis R^3, custodes $PMFR^1$ **21** scribam *scripsi* : scriptam $PMFR^1$, scriptum R^3 *uulgo* V 192

1 facie *fort.* de uexatiua *scripsi* (*cf. 200, 22*) : deuestiua $PMFR^1$, de bestiua *Eng* (*cf. 188, 8—10*), defectiua R^3, intempestiua *Oehlerus* **2** dum ita rerum habet = οὕτω τῶν πραγμάτων ἐχούσα (*Iun*) **3** *parenthesin indicaui* aborsum = *abortiuam* V 193

ut illud informet de suis uiribus, solius substantiae, non etiam scientiae forma. **2.** Et tamen cum aliquo peculio relinquitur, id erat 'odor incorruptibilitatis', quo compos casus sui potiorum desiderio suppararetur. Hac misericordia functus, non sine Spiritus Sancti societate, recurrit Christus in Pleroma. Vsus est rerum ex liberalitatibus quoque nomina accedere : Enthymesis de actu fuit, Achamoth unde, adhuc quaeritur, Sophia de matre manat, Spiritus Sanctus ex angelo. **3.** Accipit Christi, a quo derelictam se statim senserat, desiderium. Itaque prosiluit et ipsa lumen eius inquirere. Quem si omnino non nouerat, ut inuisibiliter operatum, quomodo lumen eius ignotum cum ipso requirebat ? Tamen temptauit et fortasse adprehendisset, si non idem Horos, qui matri eius tam prospere uenerat, nunc tam importune filiae occurrisset, ut etiam inclamauerit in eam 'Iao' ! Quasi 'Porro Quirites' ! Aut 'Fidem Caesaris' ! **4.** Inde inuenitur Iao in scripturis. Ita depulsa, quominus pergeret, nec habens superuolare Crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata, ut destituta, ut passioni illi suae intricata multi- V 194 plici atque perplexae, omni genere eius coepit adfligi : maerore, quod non perpetrasset inceptum, metu, ne sicut luce ita et uita orbaretur, ad haec consternatione, tum ignorantia, nec ut mater eius, — illa enim Aeon — ⟨sed⟩ pro condicione deterius, insurgente adhuc et alio fluctu, conuersionis scilicet in Christum, a quo uiuificata fuerat et in hanc ipsam conuersionem temperata.

XV. **1.** Age nunc discant Pythagorici, agnoscant Stoici, Plato ipse, unde materia, quam innatam uolunt, et originem et substantiam traxerit in omnem hanc struem mundi ; quod

13—17 cf. Iren. I 4, 2. V 194

4 informet R^3, informat $PMFR^1$ de suis uiribus *id est de ipsius aborsi illius uiribus* **5** et tamen *etc.* : *intellego : und dennoch* (*nämlich obgleich es eigentlich suis uiribus gebildet werden sollte*) *wird es zurückgelassen mit einer Art Erbschaft. Eng. aliter uult distingui :* forma, et tamen cum aliquo peculio. relinquitur. **6** id erat *scripsi* : iteratur *PMF*, iteratus *Eng* (= *duplex, cf. Iren. l. c.* : ἔχουσά τινα ὀδμὴν ἀφθαρσίας ἐγκαταλειφθεῖσαν ἐν αὐτῇ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος) compos ** casus *M*, compos se casus *F* **11** matre *PMF*, patre Rig (*Iren. secutus*) ex angelo ⟨Christi adiutore⟩ *fort.* **12** Christi *Oehlerus* : Christum *PMF* derelictam *Oehlerus* : derelicta *PMF*

1 ut passioni $PMFR^1$, Passioni R^3 *uulgo* intricata *Kellnerus* (διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῷ πάθει) : intrichea *PMF*, in trica R^3 *uulgo* multiplici R^3, multiplicia $PMFR^1$ **2** perplexae *scripsi* (*cf. Iren. l. c.* : τοῦ πάθους . . πολυμεροῦς καὶ πολυποικίλου ὑπάρχοντος) : perplexa *PMF* **3** perpetrasset *M* (*in ras.*) metu R^3, metum $PMFR^1$ sicut R^3, si ut $PMFR^1$ **4** ad haec consternatione *scripsi*, *uerbis* ad haec *huc insertis, quae in mss. post* Aeon (*5*) *leguntur ; cf. Irenaeum* : ἀπορίαν δὲ ἐπὶ τούτοις **5** sed *addidi* at haec pro conditione *Eng* **10** materia R^3, materiam $PMFR^1$ V 194

nec Mercurius ille Trismegistus, magister omnium physicorum, recogitauit. **2.** Audisti conuersionem, genus aliud passionis : ex hac omnis anima huius mundi dicitur constitisse, etiam ipsius Demiurgi, id est dei nostri ; audisti maerorem et timorem : ex his initiata sunt cetera. Nam ex lacrimis eius uniuersa aquarum natura manauit. **3.** Hinc aestimandum, quem exitum duxerit, quantis lacrimarum generibus inundauerit. Habuit et salsas, habuit et amaras et dulces, et calidas et frigidas guttas, et bituminosas et ferruginantes, et sulphurantes utique et uenenatas, ut et Nonacris inde sudauerit, quae Alexandrum occidit, et Lyncestarum inde defluxerit, quae ebrios efficit, et Salmacis inde se soluerit, quae masculos molles. **4.** Etiam caelestes imbres pipiauit Achamoth, et nos in cisternis alienos luctus et lacrimas seruare curamus. V 195 Proinde ex consternatione et pauore corporalia elementa ducta sunt. Et tamen in tanta circumstantia solitudinis, in tanto circumspectu destitutionis ridebat interdum, qua conspecti Christi recordans ; eo de gaudii risu lumen effulsit. **5.** Cuius hoc ? Prouidentiae ? Beneficium quale ! Illam ridere cogebat idcirco, ne semper nos in tenebris moraremur ! Nec obstupescas : quin laetitia eius tam splendidum elementum radiauerit mundo, cum maestitia quoque eius tam necessarium instrumentum defuderit saeculo ? O risum inluminatorem ! O fletum rigatorem ! Et tamen poterat remedio iam agere cum illius loci horrore. Omnem enim obscuritatem eius discussisset, quotiens ridere uoluisset. ** uel ne cogeretur desertores suos supplicare.

XVI. **1.** Conuertitur enim ad preces et ipsa more materno. Sed Christus, quem iam pigebat extra Pleroma proficisci, uicarium praefecti Paracletum Soterem — hic erit Iesus, largito ei patre uniuersorum Aeonum summam potestatem subiciendis eis omnibus, uti in ipso secundum apostolum omnia conderentur — ad eam emittit cum officio atque comitatu coaetane-

---

2—5 cf. Iren. I 4, 2. **15—196, 11** cf. Iren. I 4, 5. **19** cf. Col. 1, 17. V 195

---

12 Trismegistus *R*, trimegistus *PMF* **14** mundi *Gel :* modi *PMF* **15** dem iurgii *M* **16** ī = sunt *in ras. M* **17** hinc *F*, hic *PM uulgo* **20** ferruginantes *M in ras.* **21** utique *FR*, undique *PM* **22** Lyncestarum *R*[3], lycesiarum *PMF* **24** molles *MF*, mollescit *P* etiam caelestes *scripsi :* caelestes *PMF*

1 alienos *scripsi :* etiam alienos *PMF* **2** corporalia *R*[3], corporali *PMFR*[1] **4** circumspectu *P*, circumspecto *MF* **5** eo de gaudii *Iun :* eodem gaudio *PMF* *aliter distinxi :* cuius hoc prouidentiae beneficium quale (quae *P*) illam *uulgo* **8** quin *Scal :* quis *M* (is *in ras.*) *PF* **10** defuderit *Rig :* defuerit *PMNF*, defluxerit *GR*[3] **12** discussisset *Rig :* discussit sed *PMF* **13** *lacunam signaui :* et utique debebat uoluisse *intercidisse puto* **17** praefecti *scripsi :* praeficit *PMF* Paracletum. Soterem *uulgo* **18** patre *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) uniuersorum *R*[3], uniuerso *PMFR*[1] **19** conderentur *Pam :* confoederentur *PMF* **20** ad *FR*, at *PM* V 195

orum angelorum, credas et cum duodecim fascibus. **2.** Ibi demum, aduentu pompatico eius concussa, Achamoth protinus uelamentum sibi obduxit ex officio primo uenerationis et uerecundiae ; dehinc contemplatur eum fructiferumque suggestum. V 196 Quibus inde conceperat uiribus occurrit illi, κύριε χαῖρε dicens, opinor. Susceptam ille confirmat atque conformat agnitione iam et ab omnibus iniuriis Passionis expumicat, non eadem neglegentia in exterminium discretis, quam acciderat in casibus matris. **3.** Sed enim exercitata uitia et usu uiriosa confudit atque ita massaliter solidata defixit seorsum, in materiae corporalem paraturam commutans ex incorporali passione, indita habilitate atque natura, qua peruenire mox possent in aemulas aequiperantias corpulentiarum, ut duplex substantiarum condicio ordinaretur, de uitiis pessima, de conuersione passionalis. Haec erit materia, quae nos commisit cum Hermogene ceterisque, qui deum ex materia, non ex nihilo, operatum cuncta praesumunt.

XVII. **1.** Abhinc Achamoth, expedita tandem de malis omnibus, ecce iam proficit et in opera maiora frugescit. Prae gaudio enim tanti ex infelicitate successus concalefacta simulque contemplatione ipsa angelicorum luminum, ut ita dixerim, subfermentata — pudet, sed aliter exprimere non est — quodammodo subsuriit intra et ipsa in illos et conceptu statim intumuit spiritali ad imaginem ipsam, quam ui laetantis ⟨et⟩ ex laetitia prurientis intentionis imbiberat et sibi intimarat. **2.** Peperit denique, et facta est exinde trinitas generum ex trinitate causarum, unum materiale, quod ex passione, aliud animale, quod ex conuersione, V 197 tertium spiritale, quod ex imaginatione.

XVIII. **1.** Hac auctoritate trium scilicet liberorum agendis rebus exercitior facta formare singula genera constituit. Sed spiritale quidem non ita potuit attingere, ut et ipsa spiritalis. Fere enim paria et consubstantiua in alterutrum ualere societas

---

14—21 cf. Iren. I 4, 5 (in fine). **22—198, 6** cf. Iren. I 5, 1. V 196

---

21 fascibus *R*[3], facibus *PMFR*[1] ibi demum *M*, ibidem *PF* **22** sibi uelamentum *F* **23** ex *FR*, et *PM* primo *fort. delendum*

1 fructiferum *F* **2** κύριε χαῖρε *Pam :* quirie chaere *PMF* dicens, opinor. susceptam *scripsi :* hic, opinor, susceptam *PMF* **3** conformat *Lat :* confirmat *MF*, atque confirmat *om. P* agnition i s iam ⟨forma⟩ *fort.* (*cf. 193, 4. 5 ; 204, 4, 5*). **5** quam *F* (*cf. 41, 10*), qui *PM*, quae *R uulgo* **6** usu uiriosa *PM*, uisu ossa uiri *F* **7** *aliter distinxi :* seorsum in materiae corporalem paraturam commutans *uulgo* **8** passione indita *uulgo* habilitate atque natura *scripsi :* habilitatem atque naturam *PMF* **9** possent *scripsi :* posset *PMF* **11** de uitiis *R*, diuitiis *PMF* **14** achamota *PMF* **17** ipsa *om. F* **18** pudet (u *ex* e) *M* subsuriit *Rig :* substruit *PMFR*[1], subauit *R*[3] intra ⟨se⟩ *Lat* **20** ui *scripsi :* uis *PMF* laetantis *R*, laetantes *PMF* ⟨et⟩ ex *scripsi :* ex *PMF*, et *R uulgo* V 196

3 haec *M* **4** exercitior (ti *s. u. m. 1*) *M* **5** effingere *Iun* (*secutus Irenaei* μορφῶσαι ; V 197

naturae negauit. **2.** Eo animo se unum ad animale conuertit, prolatis Soteris disciplinis. Et primum, quod cum magno horrore blasphemiae et pronuntiandum et legendum est et audiendum, deum fingit hunc nostrum et omnium praeter haereticorum, Patrem et Demiurgum et Regem uniuersorum, quae post illum. Ab illo enim; si tamen ab illo, et non ab ipsa potius Achamoth, a qua occulto, nihil sentiens eius, et uelut sigillario extrinsecus ductu in omnem operationem mouebatur. **3.** Denique ex hac personarum in operibus ambiguitate nomen illi Metropatoris miscuerunt, distinctis appellationibus ceteris secundum status et situs operum, ut animalium quidem substantiarum, quas ad dextram commendant, Patrem nuncupent, materialium uero, quas ad laeuam delegant, Demiurgum nominent, Regem autem communiter in uniuersitatem.

XIX. **1.** Sed nec nominum proprietas competit † proprietati operum, de quibus nomina, cum deberet illa haec omnia uocitari, a qua res agebantur; nisi quod iam nec ab illa. Cum enim dicant Achamoth in honorem Aeonum *** imagines V 198 commentatam, rursus hoc in Soterem auctorem detorquent, qui per illam sit operatus, ut ipsam quidem imaginem Patris inuisibilis et incogniti daret, incognitam licet et inuisibilem Demiurgo, eundem autem Demiurgum Nun filium effingeret, Archangeli uero, Demiurgi opus, reliquos Aeonas exprimerent. **2.** Cum imagines audio tantas trium illorum, feminam Achamoth imaginem patris, et ignarum matris Demiurgum, multo magis patris, imaginem ⟨Nu⟩ non ignorantis patrem, et Angelos famulos simulacra dominorum, quaero: non uis nunc, ut imagines rideam peruersissimi pictoris? Hoc est mulum de asino pingere et Ptolomaeum describere de Valentino.

13—199, 4 cf. Iren. I 5, 2. V 198

sed cf. p. 199, 17—19) **7** se R^3, si $PMFR^1$ **10** fingit hunc R^3, fingi adhuc $PMFR^1$ **11** deum demiurgum *P* deum iurgum *F* **12** post R^3, postea $PMFR^1$ **13** ipsa R^3, ipso $PMFR^1$ Achamoth, a *R*, achamota *PMF* qua R^3, quo $PMFR^1$ **14** sigillario R^3, singillario $PMFR^1$ **16** Metropatoris *R*, metropateris *PMF* **19** materialium *scripsi :* maternarium *PF*, maternarum *M*, materiarum R *uulgo* **20** nominent (e *ex* a) *M* **21** competit ⟨cui nec⟩ p r o p r i e t a s operum *fort. ; intellego autem : aber auch die Namen gehören dem nicht als Eigentum, dem nicht die Werke als Eigentum gehören, von denen die Namen stammen. uocabulum proprietatis sic interpretandum esse docent quae sequuntur* **22** nomina *PMF*, nomina omnia R *uulgo* haec omnia *intellege : Pater, Demiurgus, Rex.* **23** agebantur (n *s. u. m. 1*) *M*

1 *lacunam signaui :* ⟨uniuersa facere uolentem, eorum⟩ *supplenda sunt ex Irenaeo :* τὴν γὰρ Ἐνθύμησιν ταύτην βουληθεῖσαν εἰς τιμὴν τῶν Αἰώνων τὰ πάντα ποιῆσαι εἰκόνας λέγουσι πεποιηκέναι αὐτῶν **3** ipsam *PM*, ipsa *F* ipsam quidem *intellege Achamoth* **4** daret *PM*, darent *F* licet *PMF*, scilicet R *uulgo* inuisibilem R, inuisibilis *PMF* **5** effingeret *PM*, effingere *F* **7** femina *F* **9** imagine *F* ⟨Nu⟩ non *scripsi :* non *PMF*, Nu R **10** *uerba :* quaero—pictoris, *quae in libris mss. supra l. 7 post* trium *leguntur, huc transposui* ut imagines rideam *intellege :* non uis nunc, rideam (*eas*) ut imagines p. p. **12** tholomaeum *PMF* V 198

XX. **1.** Igitur Demiurgus, extra Pleromatis limites constitutus, in ignominiosa aeterni exilii uastitate nouam prouinciam condidit, hunc mundum, repurgata confusione et distincta diuersitate duplicis substantiae illius detrusae animalium et materialium. Ex incorporalibus corpora aedificat: grauia leuia, sublimantia atque uergentia, caelestia atque terrena. Tum ipsam caelorum septemplicem scaenam solio desuper suo finit. **2.** Vnde et Sabbatum dictus est ab hebdomade sedis suae, ut Ogdoada mater Achamoth ab argumento ogdoadis primigenitalis. Caelos autem νοεροὺς deputant et interdum angelos eos faciunt, sicut V 199 et ipsum Demiurgum, sicut et Paradisum Archangelum quartum, quoniam et hunc supra caelum tertium pangunt, ex cuius uirtute sumpserit ⟨aliquid⟩ Adam, deuersatus illic inter nubeculas et arbusculas. **3.** Satis meminerat Ptolomaeus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci et in arbore pisces; sic et in caelestibus nuceta praesumpsit. Operatur Demiurgus ignorans et ideo fortasse non scit arbores in sola terra institui oportere. Plane mater sciebat. Quidni suggerebat, quae et effectum suum ministrabat? Sed tantum fastigium filio extruens per ea opera, quae illum et patrem et deum et regem ante Valentinianorum quoque ingenia testantur, cur se ipsam noluit ei notam, postea quaeram. XXI. **1.** Interim tenendum Sophiam cognominari et Terram et Matrem et, quod magis rideas, etiam Spiritum Sanctum, quasi marem [terram]. Ita omnem illi ⟨masculi⟩ honorem contulerunt feminae, puto et barbam, ne dixerim cetera. Alioquin Demiurgus adeo rerum non erat compos, de animalis scilicet census inualitudine spiritalia accedere, ut se solum ratus contionaretur: E g o d e u s, e t a b s q u e m e n o n e s t. **2.** Certe tamen non fuisse se retro sciebat. Ergo et factum intellegebat et factitatorem facti esse quemcumque. Quomodo ergo solus sibi uidebatur, etsi non certus, saltim suspectus de aliquo factitatore?

13—15 cf. Iren. I 5, 3. (in fine) **17—20** cf. Iren. I 5, 4. **19** Es. 45, 5. V 199

16 detrusae *scripsi : (cf. 196, 7) :* destrusae *PMF*, distrusae *Iun*, disclusae *Oehlerus* materialium *scripsi* materiarum *PMF* **18** tum R^3, cum $PMFR^1$ **20** dictus est F, dictum est PMR^1, dictum R^3, dictus *Iun* ut *scripsi :* et *PMF* ogdoada *= ogdoas*

1 νοεροὺς *Eng :* noeros *PMF* **4** aliquid *add. Eng.* (*Irenaeum secutus*) **5** et *fort. delendum* meminerit *F* **6** discipulorum *F* **12** Valentinianorum quoque *scripsi :* ualentinianorum *PMF* se ipsam *scripsi :* se quoque istam *MF*, sibi quoque ista *P* **13** noluit ei notam *scripsi :* noluit et notam *MF*, noluit esse nota *P* postea quaeram *cf. infra cap. 25* *male hoc loco distinguuntur capita* tenendum R^3, teneam dum *M* (deum *corr. m. 2*) P (deum *corr.* R), teneam deum *F* **15** quasi marem *P* (*cf. Irenaei* ἀρσενικῶς), quasi matrem *MF* terram *seclusi ; ceterum Irenaeum secutus huc transposui haec uerba, quae in libr. mss. post* et Matrem (*14*) *leguntur* **16** masculi *addidi* **18** de animalis scilicet census inualitudine *scripsi :* de animalibus scilicet censu inualitudinis *PMF* **20** non est *scil. deus ; ceterum ubi hic locus adfertur legitur :* et alius absque (praeter) me non est **21** factitorem *P* (*add.* ta *s. u.* R) *MF* V 199

XXII. **1.** Tolerabilior infamia est apud illos in diabolum, uel V 200 quia origo sordidior capit. Ex nequitia enim maeroris illius deputatur, ex qua angelorum et daemonum et omnium spiritalium malitiarum genituras notant. **2.** Et tamen diabolum quoque opus Demiurgi adfirmant et Munditenentem appellant et superiorum magis gnarum defendunt, ut spiritalem natura, quam Demiurgum, ut animalem. Meretur ab illis praelationem cui omnes haereses procurantur.

XXIII. **1.** Singularium autem potestatum arces his finibus collocant : in summis summitatibus praesidet tricenarius Pleroma, Horo signante lineam extremam. Inferius illum metatur medietatem Achamoth, filium calcans. Subest enim Demiurgus in Hebdomade sua. **2.** Magis diabolus in isto nobiscum conuenit mundo, coëlementato et concorporificato, ut supra editum est, ex Sophiae utilissimis casibus, qua nec aërem haberet, reciprocandi spiritus spatium, teneram omnium corporum uestem, colorum omnium indicem, organum temporum, si non et istum Sophiae maestitia colasset, sicut animalia metus, sicut conuersio eius ipsum Demiurgum. **3.** His omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est. Cuius originalem Sophiae passionem quia nondum ediderunt, ego interim argumentabor motiunculis eius excussum. Credas enim illam in tantis uexationibus etiam febricitasse.

XXIV. **1.** Cum talia de deo uel de diis, qualia de homine figmenta ? Molitus enim mundum Demiurgus ad hominem manus confert et substantiam ei capit non ex ista, inquiunt, arida, quam nos unicam nouimus, terra, — quasi non, etsi arida postmodum, adhuc tamen tunc, aquis * ante segregatis, V 201 superstite limo succida fuerit — sed ex inuisibili corpore materiae, illius scilicet philosophicae, de fluxili et fusili eius, quod unde fuerit audeo aestimare, quia nusquam * est. **2.** Si enim fusile et fluxile liquoris est qualitas, liquor autem omnis de Sophiae fletibus fluxit, sequitur, ut limum ex pituitis et gramis Sophiae constitisse credamus, quae lacrimarum proinde sunt

---

1—8 cf. Iren. I 5, 4. **9—13** cf. Iren. I 5, 3 (in fine). **24—201, 15** cf. Iren. I 5, 5. V 200

---

4 malitiarum R^3, militarium $PMFR^1$ **10** praesidet R^3, praesident $PMFR^1$ V 200 **11** meditatem *M* **13** sua, magis *uulgo* conuenit $PMFR^1$, communi R^3 *uulgo* **14** editum *PM*, dictum *F* **15** qua = quia ; *refer ad* utilissimis **17** indicem R^3, iudicem $PMFR^1$ **24** diis *PF*, deis *M* **26** ei R^3, si $PMFR^1$ **27** nos *om. F* terra *Oehlerus* : terram *PMF*

1 adhuc tunc *cf. 25, 17* : adhuc proxime *lacunam signaui* : paulo *siue* modico V 201 *intercidit* **2** superstite *P*, supersteti *M*, superstiti *F* succida fuerit *scripsi* : siccauerit *PMF* **4** audeo PMR^1, audio *F*, haud queo R^3 *uulgo* aestimare *intellege* : *coniectura inuenire* *lacunam signaui* : editum *desidero* (*cf. 200, 20—22*) **7** con-

faeces, sicut aquarum quod desidet limus est. Figulat ita⟨que⟩ hominem Demiurgus et de afflatu suo animat. Sic erit et choicus et animalis, ad imaginem et similitudinem factus, quadruplex res, ut imago quidem choicus deputetur, — materialis scilicet, etsi non ex materia, Demiurgus — similitudo autem animalis ; hoc enim et Demiurgus. **3.** Habes duos interim. Carnalem superficiem postea aiunt choico supertextam, et hanc esse pelliceam tunicam obnoxiam sensui.

XXV. **1.** Inerat autem in Achamoth ex substantia Sophiae matris peculium quoddam seminis spiritalis, sicut et ipsa Achamoth in filio Demiurgo sequestrauerat, ne hoc quidem gnaro. Accipe industriam clandestinae prouidentiae huius. **2.** Ad hoc enim et deposuerat et occultauerat, ut, cum Demiurgus animam mox de suo adflatu in Adam communicaret, pariter et semen illud spiritale quasi per canalem animam deriuaretur in choicum, atque ita, feturatum in corpore materiali uelut in utero et adultum illic, idoneum inueniretur suscipiendo quandoque sermoni perfecto. **3.** Itaque dum Demiurgus traducem animae suae V 202 committit in Adam, latuit homo spiritalis flatui eius insertus et pariter corpori inductus, quia non magis semen nouerat matris Demiurgus quam ipsam. Hoc semen Ecclesiam dicunt, Ecclesiae supernae speculum et hominis ⟨spiritalis⟩ censum, proinde eum ab Achamoth deputantes, quemadmodum animalem a Demiurgo, choicum substantia ἀρχῆς, carne materialem. Habes nouum, id est quadruplum Geryonem.

XXVI. **1.** Sic et exitum singulis diuidunt : materiali quidem, id est carnali, quem et sinistrum uocant, indubitatum interitum ; animali uero, quem et dextrum appellant, dubitatum euentum, utpote inter materialem spiritalemque nutanti et illac debito, qua plurimum adnuerit. Ceterum spiritalem emitti in animalis comparationem, ut erudiri cum eo et exerceri in conuersationibus possit. **2.** Indiguisse enim animalem etiam sensibilium disciplinarum. In hoc et paraturam mundi prospectam, in hoc

---

15 cf. Gen. 3, 21. **16—202, 8** cf. Iren. I 5, 6. V 201
9—203, 4 cf. Iren. I 6, 1. V 202

---

stitisse R^3, constituisse $PMFR^1$ **8** desidet R, desides *P* (*corr.* R) *MF* itaque *scripsi* (*cf. 184, 11*) : ita *PMF* **11** materialis R^3, materiali $PMFR^1$ **13** duos. interim *uulgo* **17** achamotha *PMF* **18** quidem *om. F* **22** canalem R^3, carnalem $PMFR^1$ ⟨per⟩ animam *fort.*, animae *Eng* (canalis animae = *Luftröhre*) anima deriuaret *Oehlerus* **24** sermoni R^3, sermone $PMFR^1$

1 anima *F* dum *Eng* : cum *PMF* **2** commisit *Iun* flatui eius *scripsi* V 202 (*συγκατασπαρεὶς τῷ ἐμφυσήματι αὐτοῦ*) : flatu iesus $PMFR^1$, flatu R^3, flatu ipsius *Iun* **3** corpori *sc. Adam* **5** hominis ⟨spiritalis⟩ censum *scripsi* : hominis ** censum *M*, hominis incensum *PF*, hominis censum R *uulgo* **7** arches *PM*, archas *F* carne $PMFR^1$, carnem R^3 *uulgo*, carnalem *Eng* **8** materia⟨lem⟩ *scripsi* : materia *PMF* quadruplum R^3, ** quadruplum *M*, in quadruplum PFR^1 **12** nutanti R^3, nuncianti $PMFR^1$ **13** qua R^3, quam $PMFR^1$ **15** possit *Pam* : potuit *PMF*

et Soterem in mundo repraesentatum, [in salutem scilicet animalis] alia adhuc compositione monstruosum. Volunt illum prosicias earum substantiarum induisse, quarum summam saluti esset redacturus, ut spiritalem quidem susceperit ab Achamoth, animalem uero a Demiurgo, quem mox induerit Christum; ceterum corporalem, ex animali substantia sed miro et inenarrabili rationis ingenio constructam, administrationis causa inter- V 203 im tulisse, quo congressui et conspectui et contactui et defunctui ingratis subiaceret; materiale autem nihil in illo fuisse, utpote salutis alienum. Quasi alii fuerit necessarius quam egenti salutem. Et totum hoc, ut carnis nostrae habitum alienando a Christo a spe etiam salutis expellant.

XXVII. **1.** Nunc reddo de Christo, in quem tanta licentia Iesum inserunt quidam, quanta spiritale semen animali cum inflatu infulciunt, fartilia nescio quae commenti et hominum et deorum suorum: esse etiam Demiurgo suum Christum, filium naturalem eundemque animalem, prolatum ab ipso, promulgatum prophetis, in praepositionum quaestionibus positum, id est per uirginem, non ex uirgine editum, quia delatus in uirginem transmeatorio potius quam generatorio more processerit, per ipsam, non ex ipsa, non matrem eam sed uiam passus. **2.** Super hunc itaque Christum deuolasse tunc in baptismatis sacramento Iesum per effigiem columbae. Fuisse autem et in Christo etiam ex Achamoth spiritalis seminis condimentum, ne marcesceret scilicet reliqua farsura. Nam in figuram principalis tetradis quatuor eum substantiis stipant, spiritali Achamothiana, animali Demiurgina, corporali inenarratiua et illaAtotericiana, id est columbina. Et Soter quidem permansit in Christo impassibilis inlaesibilis inadprehensibilis. Denique cum ad prehensiones uenitur, discessit ab illo, in cognitione Pilati. **3.** Proinde nec matris semen admisit iniurias, aeque V 204

7—204, 6 cf. Iren. I 7, 2. V 203

---

17 praesentatum *F* in salutem scilicet animalis *seclusi : explicant* in hoc. **18** animalis. alia adhuc compositione monstruosum uolunt *uulgo* alia *om. F* **19** prosicias *FM* (*s. u. a m. 2*), prospicias *PM*R^1, prospicientias *G*R^3 induisse R^3, inuidisse *PMF*R^1 saluti R^3, saluti ͙ *M*, salutis *PF*R^1 **20** susceperit R^3, susceperis *PMF*R^1 **21** a Demiurgo quem mox *scripsi :* quem mox a demiurgo *PMF* **22** substantia *PMF*, substantiam R *uulgo*

1 causa interim *Eng :* causam ui *PM*, causam in *F*, causa ideo *Oehlerus* **2** contractui *M* (*del.* r *m. 2*) **3** subiaceret R^3, subiacent *PMF*R^1 **4** alii *MF*, aliis *P uulgo* egenti *scripsi :* egentibus *PMF* **5** salutem *MF*, salute *P uulgo* **6** expectant *M* (*corr. m. 2*) *G*R^3, expertant *F*, excipiant *P* **7** tanta licentia R^3, tanti licentiam *PMF*R^1 **8** quantum *F* **11** eundemque *scripsi* (ἴδιον υἱόν, ἀλλὰ καὶ ψυχικόν) : denique *PMF* **12** prophetis R^3, profertis *PMF* **20** spiritali R^3, spiritalis *F*R^1, spirita *PM* **21** animali *MR*, animalis *PF* Demiurgiana *fort.* sine enarratiua *M* (*corr. m. 2*) *P* (*corr. m. 1*) *F* **24** ad prehensiones *scripsi :* adprehensiones *PM*, prehensiones *F*, ⟨ad⟩ adprehensiones R *uulgo*

insubditiuum et ne ipsi quidem Demiurgo compertum. Patitur uero animalis et carneus Christus in deliniationem superioris Christi, qui Achamoth formando substantiuali non agnitionali forma, Cruci, id est Horo, fuerat innixus. Ita omnia in imagines urgent, plane et ipsi imaginarii Christiani.

XXVIII. **1.** Interea Demiurgus omnium adhuc nescius, aut si aliquid et ipse per prophetas contionabatur, ne huius quidem operis sui intellegens — diuidunt enim et prophetiale patrocinium in Achamoth, ⟨in⟩ semen, in Demiurgum — ubi aduentum Soteris accepit, propere et ouanter accurrit cum omnibus suis uiribus — centurio de euangelio — et de omnibus inluminatus ab illo etiam spem suam discit, quod successurus sit in locum matris. **2.** Ita exinde securus dispensationem mundi huius, uel maxime ecclesiae protegendae nomine, quanto te⟨mpore⟩ oportuerit * insequitur.

XXIX. **1.** Colligam nunc ex disperso ad concludendum, quae de totius generis humani dispositione disserant. Triformem naturam primordio professi et tamen inunitam in Adam, inde iam diuidunt per singulares generum proprietates, nacti occasionem distinctionis huiusmodi ex posteritate ipsius Adae, moralibus quoque differentiis tripertita, Cain et Abel ⟨et⟩ Seth. **2.** ⟨Hos⟩ fontes quodammodo generis humani in totidem de- V 205 riuant argumenta naturae atque sententiae: choicum, saluti degeneratum, ad Cain redigunt, animale, mediae spei deliberatum, ad Abel componunt, spiritale, certae saluti praeiudicatum, in Seth recondunt. Sic et animas ipsas duplici proprietate discernunt, bonas et malas, secundum choicum statum ex Cain et animalem ex Abel. **3.** Spiritalem ex Seth de obuenientia superducunt iam non naturam sed indulgentiam, ut quam Achamoth de superioribus in animas bonas depluat, id est animali censui inscriptas. Choicum enim genus, id est malas animas, numquam capere salutaria; inmutabilem enim et inreformabilem naturae naturam

---

7—16 cf. Iren. I 7, 4. **9—10** cf. Iren. I 7, 3 (in fine). **18—205, 14** cf. Iren. I 7, 5. V 204

---

3 delineationem R *uulgo* **4** qui *PMF*R^1, qui ad R^3 formando *scripsi :* formandum *PMF*R^1, formandam R^3 **5** imagines urgent R^3, imagine surgent *PMF*R^1 **7** aut si *scripsi :* ut si *PMF*, etsi *Gel* **8** contionabatur *scripsi :* contionabitur *PMF* **9** prophetiale R^3, prophetiare *PMF*R^1, prophetiarum *fort.* **10** ⟨in⟩ semen R^3, semen *PMF*R^1 **11** suis uiribus *PM*, uiribus *F*, uiribus suis R *uulgo* **13** dicit *F* **15** tempore R^3, te *PMF*R^1 **16** *lacunam signaui :* consummare *intercidisse puto :* τελέσειν τὴν κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίαν **18** disserant R^3, iusserat *PMF*R^1 **19** professi R^3, profecti *PMF*R^1 inunitam *PM*, unitatem *F* **22** moralibus R, morabilius *MF*, morabilis *P* (*corr.* R) tripertita *scripsi :* tripertitae *PMF* ⟨et⟩ Seth R^3, sed *PMF*R^1

1 hos *addidi* fontes *F*, fo͓tes *M*, romtes *P* (*corr.* R) **2** sententiae *PMF*R^1 (*iudicialis dei intellege*), substantiae *Eng* **8** quam *Eng :* quos *PMF* de *Iun :* in *PMF* **9** censui R, sensui *PMF* **11** natura (a *ex* ae *m. 1*) *P* V 205

pronuntiauerunt. Id ergo granum seminis spiritalis modicum et paruulum iacitur, sed eruditus huius, ⟨quem⟩ supra diximus, fide augetur atque prouehitur, animaeque hoc ipso ita ceteris praeuerterant, ut Demiurgus tunc ignorans magni eas fecerit. **4.** Ex earum enim laterculo et in reges et in sacerdotes allegare consueuerat. Quae nunc quoque, si plenam atque perfectam notitiam adprehenderint istarum neniarum, naturificatae iam spiritalis condicionis germanitate certam obtinebunt salutem, immo omnimodo debitam.

XXX. **1.** Ideoque nec operationes necessarias sibi existimant nec ulla disciplinae munia obseruant, martyrii quoque eludentes necessitatem qua uolunt interpretatione. Hanc enim regulam animali semini praestitutam, ut salutem, quam non de priui- V 206 legio status possidemus, de suffragio actus elaboremus. Nobis enim inscriptura huius seminis, qui imperfectae essentiae sumus, quia norimus Theletum, et utique abortui deputamur, quod mater illorum. **2.** Sed nobis quidem uae, si excesserimus in aliquo disciplinae iugum, si obtorpuerimus in operibus sanctitatis atque iustitiae, si confitendum alibi nescio ubi et non sub potestatibus istius saeculi apud tribunalia praesidum optauerimus. **3.** Illi uero de passiuitate uitae et diligentia delictorum generositatem suam uindicent, blandiente suis Achamoth, quoniam et ipsa delinquendo profecit. Nam et honorandorum coniugiorum supernorum gratia edicitur apud illos meditandum atque celebrandum semper sacramentum ⌜comiti⌝, id est feminae, adhaerendi; alioquin degenerem nec legitimum ueritatis, qui deuersatus in mundo non amauerit feminam nec se ei iunxerit. Et quid facient spadones, quos uidemus apud illos?

XXXI. **1.** Superest de consummatione et dispensatione merce-

15—16 cf. Iren. I 7, 3. **21—206, 2** cf. Iren. I 6, 2. V 205
9—16 cf. Iren. I 6, 4. **17—207, 10** cf. Iren. I 7, 1. V 206

13 iacitur *scripsi* : iactu *PMF* eruditus *PMFR*^{1}, eruditu R^3 *uulgo* ⟨quem⟩ supra diximus, fide *scripsi* (supra diximus, *quod in mss. post* prouehitur *inuenitur, huc transposui*) : fides *PMF* (*ad rem cf. 202, 13—15 ;* eruditus *intellege igitur sensu actiuo*) **14** prouehitur, ⟨ut⟩ supra diximus R^3 *uulgo* animaeque *PF*, animae quae *M* **15** praeuerterant *Eng* : praeuertant *PMFR*^{1}, praeuertunt R^3 **16** eorum *PR*^{1} enim *MF*, ergo *P uulgo* **17** consueuerat, quae *uulgo* **18** naturificatae *PMF* (*cf. supra l. 8 :* iam non naturam sed indulgentiam) : maturificatae *Iun* **20** ⁎omnimodo *M*
4 norimus *PMFR*^{1}, amoribus R^3 *uulgo* Theletum *scripsi* : philetum *PMFR*^{1}, Theleti R^3 *uulgo* quia norimus Theletum *intellege : quia secundum leges naturae orti sumus ; per ironiam alluditur ad Sophiam sine masculo matrem cf. 188, 8—11.* (*Eng*) deputamur R^3, deputatur *PMFR*^{1}, deputatum *M* (*m. 2*) **5** mater illorum *id est Achamoth, magis uidelicet digna, quae abortui deputetur* uae si R^3, quasi *PMFR*^{1} **6** aliquo R^3, aliquot *PMR*^{1}, aliquod *F* obtorpuerimus *R*, obtortuerimus *MF*, obtortueribus *P* (*corr. R*) **9** de *F*, et de *PM uulgo* **10** blandiente R^3, blandiuntur *PMFR*^{1} **11** profecit R^3, proficit *PMFR*^{1} **12** gratia edicitur *Oehlerus* : gratiae dicitur *PMF* **14** feminae R^3, semini *PMFR*^{1} adhaerendi *scripsi* : adhaerendum V 206

dis. Vbi Achamoth totam massam seminis sui presserit, dein colligere in horreum coeperit, [uel] tum ad molas delatum et defarinatum in consparsionis alutacia absconderit, donec V 207 totum confrequentetur, tunc consummatio urgebit. Igitur imprimis ipsa Achamoth de regione medietatis, de tabulato secundo in summum transferetur. Restitutam Pleromati statim excipit compacticius ille Soter, sponsus scilicet, ⟨et⟩ ambo coniugium nouum fient, — hoc erit in scripturis sponsus ⟨et sponsa⟩ — et sponsalis Pleroma. **2.** Credas enim, ubi de loco in locum transmigratur, leges quoque Iulias interuenire. Sicut ex scaena et Demiurgus tunc de Hebdomade caelesti in superiora mutabit, in uacuum iam caenaculum matris, sciens iam, nec uidens illam. Nam si ita erat, semper ignorare maluisset.

XXXII. **1.** Humana uero gens in hoc exitus ibit: choicae et materialis notae totum ⟨in⟩ interitum, quia o m n i s c a r o f o e n u m. Et anima mortalis apud illos, nisi quae salutem fide inuenerit. Iustorum animae, id est nostrae, ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur, — agimus gratias, contenti erimus cum deo nostro deputari — qua census animalis nihil in Pleromatis palatium admittitur, nisi spiritale examen Valentini. **2.** Illic itaque primo despoliabuntur homines ipsi, id est interiores, — despoliari autem est deponere animas, quibus induti uide- V 208 bantur — easque demiurgo suo reddent, [quas ab eo auerterant] ipsi autem spiritus in totum fient intellectuales, neque detentui neque conspectui obnoxii, atque ita inuisibiliter in Pleroma recipientur. Furtim, si ita est. **3.** Quid deinde? Angelis distribuentur, satellitibus Soteris. In filios putas? Non unus. Sed in adpa-

12—18 cf. Iren. I 7, 1. **13** Es. 40, 6. **19** cf. Col. 3, 9. V 207

PMFR^1, adhaerendo R^3 *uulgo* **19** ubi R^3, subito *PMFR*^{1} massam *PMFR*^{1}, messem R^3 *uulgo* presserit *PMF* (*premere = ausdreschen, cf. uina, mella premere*), messerit *Eng*, perfecerit *Oehlerus* **20** uel *seclusi* tum *scripsi* : cum *PMF*
1 alutacia *scripsi* (*saccos alutacios intellego, cf. Iuuen. 14, 282*) : salutatia *PMR*^{1}, salutas *F*, aluearia R^3 *uulgo* **2** confrequentetur (*id est colligatur*) *PMFR*^{1}, confermentetur R^3 *uulgo* tunc igitur consummatio urgebit. imprimis *fort.* **3** medietatis *R*, meditatis *PMF* **4** transferetur *PMFR*^{1}, transfertur R^3 *uulgo* *post* transferetur *grauius distinxi* restitutam *scripsi* : restituta *PMF* Pleromati *scripsi* : pleromatię *PMFR*^{1}, pleromati et R^3 *uulgo* excipiet *fort.* **5** compacticius R^3 (*cf. Irenaei* τὸν ἐκ πάντων γεγονότα) : comparcinus *PMFR*^{1} et *add. Eng* **6** fient *R*, fiet *PMF* hoc *Eng* : hic *PMF* et sponsa *add. Eng* (*cf. Irenaeum l. c. :* τοῦτο εἶναι νυμφίον καὶ νύμφην) **8** ex scaena *scripsi* : et cainan *PMF*, et scenam *Oehlerus* et demiurgus *PM*, demiurgus *F* **9** mutabit (*sensu intransitiuo*) R^3, mutauit *PMFR*^{1} **10** sciens iam R^3, scientiam *PMFR*^{1} **11** maluisset *FR*, maluissent *PM* **13** ⟨in⟩ interitum *scripsi* : interitum *PMF*, ⟨interit⟩ interitum *Oehlerus* **16** *parenthesin indicauit Eng* **17** census animalis nihil *scripsi* : census nihil animale *PMF*, census nihil animalis *Eng* **19** despoliabuntur *scripsi* : despoliantur *PMF*
1 autem est *R*, est autem *PMF* **2** demiurgo = *factori ;* suo *scil. animarum* V 208 quas ab eo auerterant *seclusi* **3** detentui *M* (*m. 2*) *R*, detenui *PMF* **5** recipientur R^3, recipiuntur *PMFR*^{1} quid *om. F* **6** filios R^3, filio *PMFR*^{1} non

ritores? Ne istud quidem. Sed in imagines? Vtinam uel hoc! In quid ergo, si non pudet dicere? In sponsas. Tunc illi Sabinas raptas inter se de matrimoniis ludent. Haec erit spiritalium merces, hoc praemium credendi. **4.** Fabulae tales utiles, ut Marcus aut Gaius, in hac carne barbatus et in hac anima seuerus maritus pater auus proauus, certe quod sufficit masculus, in nymphone Pleromatis ab angelo — tacendo iam dixi, et forsitan pariat aliquem Onesimum Aeonem. His nuptiis recte deducendis pro face et flammeo tunc, credo, ille ignis arcanus erumpet et, uniuersam substantiam depopulatus, ipse quoque decineratis omnibus in nihilum finietur, et nulla iam fabula. **5.** Sed ne ego temerarius, qui tantum sacramentum etiam inludendo prodiderim. Verendum mihi est, ne Achamoth, quae se nec filio agnitam uoluit, insaniat, ne Theletus irascatur, ne Fortunata acerbetur. Et tamen homo sum Demiurgi; illuc habeo deuertere post excessum, ubi omnino non nubitur, ubi superindui potius quam despoliari ⟨habeo,⟩ ubi, etsi despo- V 209
lior, sexui meo deputor, angelis non angelus, non angela. Nemo mihi quicquam faciet, quem et tunc masculum inuenient.

XXXIII. **1.** Producam denique uelut epicitharisma post fabulam tantam etiam illa quae, ne ordini obstreperent et lectoris intentionem interiectione dispargerent, hunc malui in locum distulisse, aliter atque aliter commendata ab emendatoribus Ptolomaei. Extiterunt enim de schola ipsius discipuli super magistrum, qui duplex coniugium Bytho suo adfingerent: Cogitationem et Voluntatem. **2.** Vna enim satis non erat Cogitatio, qua nihil producere potuisset. Ex duabus facillime prolatum secundum coniugium Monogenem ⟨et⟩ Veritatem, ad imaginem quidem Cogitationis feminam Veritatem, ad imaginem

14 cf. Phil. 10. V 208
1 cf. II Cor. 5, 4. 2. **9—14** cf. Iren. I 12, 1. **8** cf. Matth. 10, 24. V 209

unus *scripsi* : non unius *F*, non *PM uulgo* adparitores R^3, adparatoris *PMFR*^{1} **7** imagines R^3, imaginis *PMFR*^{1} hoc, in quid R^3, hoc, inquit *PMFR*^{1} **8** ergo R^3, erro *PMFR*^{1} pudet R^3, putet *PMFR*^{1} sponsas R^3, sponsa est *PMFR*^{1}, **9** inter se de matrimoniis (*id est de coniugibus*) *PMFR*^{1}, iure matrimonii R^3 *uulgo* ludent *scripsi* : laudent *PMFR*^{1}, plaudent R^3, claudent *Oehlerus* **11** et Gaius *F* in hac carne *Iun* : in hanc carnem *PMF* in hac anima *Iun* : haec anima *PMFR*^{1}, haec omnia R^3 *reliqui* **13** nymphone R^3, symphone *PMFR*^{1} **14** pariat *scripsi* : parias *PMF* Onesimum *PMF*, nouissimum *Lat*, unum et tricesimum *Oehlerus* (*in notis*) **16** erumpet *P*, erumpit *MF* **21** Fortunata *Pam* : fortuna *PMF* **22** post excessum ubi *scripsi* : ubi post excessum *PMF* nubitur *Rig* : obnubitur *PMF*
1 potius R^3, potuit *PMFR*^{1} habeo *addidi* **2** angelis non angelus, non angela, V 209
id est inter angelos nec angelus nec angela putabor **3** mihi *om. F* et tunc *PMF*, nec tunc *Oehlerus* **8** tholomaei *PMF* **9** bythio *PMF* **11** facillime prolatum *PMFR*^{1}, facillimo prolatu R^3 *uulgo* **12** secundum coniugium *Eng* (*Irenaeus* : κατὰ συζυγίαν) : primum coniugium *PMF* Monogenem et R^3, monogenes *PMFR*^{1}

Voluntatis marem Monogenem. Voluntatis enim uis, ut quae effectum praestat cogitationi, uirilitatis obtinet censum.

XXXIV. **1.** Pudiciores alii, honorem diuinitatis recordati, ut etiam unius coniugis dedecus ab eo auellerent, maluerunt nullum Bytho sexum deputare, et fortasse 'hoc deum', non 'hic deus' neutro genere pronuntiant. Alii contra magis et masculum et feminam dicunt, ne apud solos Lunenses Hermaphroditum existimet annalium commentator Fenestella.

XXXV. **1.** Sunt, qui nec principatum Bytho defendant, sed po- V 210
stumatum, ogdoadem ante omnia praemittentes, ex tetrade quidem et ipsam sed aliis nominibus deriuatam. Primo enim constituunt Proarchen, secundo Anennoëton, tertio Arrheton, quarto Aoraton. **2.** Ex Proarche itaque processisse primo et quinto loco Archen, ex Anennoëto secundo et sexto loco Acatalepton, ex Arrheto tertio et septimo loco Anonomaston, ex Inuisibili quarto et octauo loco Agenneton. Hoc quae ratio disponat, ut singula binis locis et quidem tam intercisis nascantur, malo ignorare quam discere. Quid enim recti habent quae tam peruerse proferuntur?

XXXVI. **1.** Quanto meliores qui totum hoc taedium de medio amoliti nullum Aeonem uoluerunt alium ex alio per gradus reuera Gemonios structum, sed mappa, quod aiunt, missa semel octoiugem istam ex Propatore et Ennoea eius excusam. Ex ipso denique rerum motu nomina gerunt. 'Cum,' inquiunt, 'cogitauit proferre, hoc Pater dictus est. **2.** Cum protulit, quia uero protulit, hoc Veritas appellata est. Cum semetipsum uoluit probari, hoc Homo pronuntiatus est. Quos autem praecogitauit cum protulit, tunc Ecclesia nuncupata est.' Sonuit Homo Sermonem, — et hic est primogenitus filius — et Sermoni accessit Vita, et ogdoas prima conclusa est. Sed hoc taedium pusillum.

XXXVII. **1.** Accipe alia ingenia, cicuri iam anima, insignioris

1—8 cf. Iren. I 11, 5. **16—22** cf. Iren. I 12, 3. V 210

imaginem R^3, imagines *PMFR*^{1} **14** marem monogenem. uoluntatis *om. F* uoluntatis R^3, uoluntas *PMR*^{1} uis, ut quae R^3, uisa utique *PMFR*^{1} **15** uirilitatis *scripsi* : ueritatis *PMFR*^{1}, maris R^3 *uulgo* **17** coniugis *PM*, coniugiis *F*, coniugii *Pam* **18** ut *Iun* deum R^3, dominum *PMFR*^{1} **19** pronuntiant *FR*^{3}, pronuntient *PMR*^{1} **20** Hermaphroditum *R*, herma par oditum *PMF* **21** existimet *R*, existiment *PMF*
1 sunt, qui R^3, sunt, inquit, qui *PMFR*^{1} **3** sed *Pam* : sed et *PMF* **4** secundo V 210
FR, secundum *PM* **6** Archen—loco *om. F* **14** Gemonios R^3, gemonio *PMFR*^{1} **15** ex Propatore et *scripsi* (*secutus Irenaeum*) : et ex parte *PMFR*^{1}, ex patre et R^3 *uulgo* excusam *Eng* : ex causa *PMR*^{1}, ex causam *F*, exclusam R^3 **16** rerum *PMFR*^{1}, eius R^3 *uulgo* **18** uero *PMFR*^{1}, uera R^3 *uulgo* hoc *Eng* : hinc *PMF* **19** hoc *Eng* : hic *PMF* **20** tunc cum protulit *fort.* **21** *parenthesin indicauit Eng* **23** pusillum R^3, non pusillum *PMFR*^{1}, omnino pusillum *Oehlerus* **24** cicuri iam anima

apud eos magistri, qui ex pontificali sua auctoritate in hunc modum censuit : 'est,' inquit, 'ante omnia Proarche, inexcogitabile et V 211 inenarrabile ⟨et⟩ innominabile, quod ego nomino Monoteta. Cum hac erat alia uirtus, quam et ipsam appello Henoteta. **2.** Monotes et Henotes, id est Solitas et Vnitas, cum unum essent, protulerunt, non proferentes, initium omnium intellectuale innascibile inuisibile, quod sermo ⟨Monada⟩ uocauit. Huic adest consubstantiua uirtus, quam appellat Vnionem. Hae igitur uirtutes : Solitas Vnitas ⟨Singularitas⟩ Vnio ceteras prolationes Aeonum propagarunt.' O differentia ! Mutetur Vnio et Vnitas et Singularitas [et suum] et Solitas, quaqua designaueris : unum est.

XXXVIII. **1.** Humanior iam Secundus, ut breuior, ogdoadem in duas tetradas diuidens, in dexteram et sinistram, in lumen et tenebras, tantum quod desultricem et defectricem illam uirtutem non uult ab aliquo deducere Aeonum, sed a fructibus † de substantia ueniant.

XXXIX. **1.** De ipso iam domino Iesu quanta diuersitas scinditur ! Hi ex omnium Aeonum flosculis eum construunt ; illi ex solis decem constitisse contendunt, quos Sermo et Vita protulerunt, unde et in ipsum Sermonis et Vitae concurrerint tituli ; isti ex duodecim potius, ex Hominis et Ecclesiae fetu, ideoque Filium Hominis auite pronuntiatum ; alii ⟨a⟩ Christo et Spiritu Sancto, constabiliendae uniuersitati prouisis, confictum et inde paternae appellationis heredem. **2.** Sunt, qui Filium Hominis ⟨non⟩ aliunde conceperint dicendum, quam quia ipsum Patrem pro V 212 magno nominis sacramento Hominem appellasse ⟨se⟩ praesumpserint. Et quid amplius speres de eius dei fide, cui nomine adaequaris ? Talia ingenia superfruticant apud illos ex materni seminis redundantia. Atque ita inolescentes doctrinae Valentinianorum in siluas iam exoleuerunt Gnosticorum.

1—9 cf. Iren. I 11, 3. **11—15** cf. Iren. I 11, 2. **17—212, 2** cf. Iren. I 12, 4. V 211

---

scripsi : cicurianiana *PMF*, cicuria [inania] *Eng*, circulatoria *Oehlerus* **25** ex R^3, et *PMFR*¹

2 et *add.* R^3 **5** proferentes R^3, praeferentes *PMFR*¹ **6** Monada *add.* R^3 (*ex Irenaeo*) consubstantiua R^3, cum substantia *PMFR*¹ **7** Vnionem *scripsi :* unio *PMF* **8** Singularitas *add.* R^3 (*ex Irenaeo*) Aeonum R^3, eorum *PMFR*¹ **9** et Singularitas *PMFR*¹, Singularitas R^3 *uulgo* **10** et suum *seclusi* (*dittographia ortum uidetur ex eo quod sequitur* unum est) : est summa *Oehlerus* quaqua *scripsi :* quamquam *PMF* **12** tenebras ; tantum *Oehlerus* **15** ueniant *PMF*, uenientibus *Pam ; non sequor, quia nec ex Irenaeo hic deficiente nec ex interprete nec ex Epiphanio emendandi rationem accipio* **19** unde *scripsi :* inde *PMF* tituli *Oehlerus :* occuli *PMFR*¹, flosculi R^3 **21** auite *PMF* (= *nach dem Großvater*), aiunt *Rig* aliia R^3, alii *PMFR*¹ **22** inde *scripsi :* in se *PMFR*¹, iure R^3 *uulgo* **23** non *addidi* V 211

1 quam quia *scripsi :* quamquam *PMF*, quoniam *Iun* **2** se *add. Eng* **3** et *scripsi :* ut *PMF* nomine *scripsi :* nunc *PMF* adaequaris. talia *uulgo* **4** superfruticant *R*, superfructificant *PMF* **5** inolescentes *Lat :* insolescentes *PMF* ADVERSVS VALENTINIANOS EXPLICIT *PM*, Explicit liber aduersus Valentinianos *F* V 212

XVII

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE ANIMA

CVRA ET STVDIO

J. H. WASZINK

MONITVM

A	Codex Agobardinus (Parisinus Latinus 1622) saec. IX, fol. 118^{v}-166^{r}.
B	editio princeps Martini Mesnart (Parisiis 1545), uulgo Gagneiana, pp. 247^{v}-265^{v}.
Bmg	margo editionis Mesnartianae.
Gel.	editio Sigismundi Gelenii (Basileae 1550), pp. 639-689.
Pam.	editio Iacobi Pamelii (Antuerpiae 1579), pp. 564-602 (adnot. : pp. 602-647.)
La Cerda	editio Ludouici La Cerda, II (Parisiis 1630), pp. 222-434.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii (Parisiis 1634), pp. 304-357 (adnot. pp. 80-88).
Rig. 2	editio Rigaltiana altera (ib. 1641), pp. 304-357 (adnot. pp. 84-93).
Rig. 3	editio Rigaltiana tertia (ib. 1675), pp. 264-309.
Seml.	editio J. S. Semleri, IV (Halae Magdeburgicae 1771), pp. 209-336.
Leop.	editio E. F. Leopoldii (*Bibl. Patr. Eccles. Latin. selecta*, cur. E. G. Gersdorf, vol. IV-VII), pars iv (Lipsiae 1841), pp. 169-247.
Oehl.	editio Fr. Oehleri, II (Lipsiae 1854), pp. 553-650 (editio minor [Lipsiae 1854], pp. 1000-1077).
Lindn.	editio W. B. Lindneri (Lipsiae 1861).
Rfd.	editio Augusti Reifferscheid (CSEL, vol. XX, Vindobonae 1890), pp. 298-396. Paginae huius editionis in margine adnotantur sub siglo *V*.
Iun.	notae Francisci Iunii editioni Pamelianae iteratae (Franekerae 1597) additae, pp. 181-206.
Lat.	Latini Latinii Bibliotheca Sacra et Profana, a Dominico Marco Melitensi nunc primum e Bibliotheca Brancaccia in lucem edita (Romae 1677), p. 199.
Priorius	notae Ph. Priorii, Rigaltianae tertiae adiectae (pp. 264-307).
Scal.	notae Iosephi Iusti Scaligeri manu adscriptae exemplari editionis ‚Iunianae' quod in bibliotheca Academiae Lugduno-Batauae adseruatur.
Vrs.	Fuluii Vrsini lectiones, adseruatae a Ioa. a Wouwer, *Ad Q. Septimii Florentis Tertulliani opera emendationes epidicticae* (Francofurti 1603), pp. 76-91.
Hartel ap. Rfd.	coniecturae Guilielmi Hartelii, in adnotatione critica editionis Reifferscheidianae memoratae.
v. d. Vliet	Vliet, J. van der, *Studia ecclesiastica. Tertullianus I. Critica et interpretatoria* (Lugduni Batauorum 1891), pp. 87-92.
Kroym.	Aem. Kroymann, *Quaestiones Tertullianeae criticae* (Oeniponte, 1893), pp. 100-120.
Gomperz	Henr. Gomperz, *Tertullianea* (Vindobonae 1895), pp. 61-78.
Blf.	J. W. Ph. Borleffs.
Lfst.	Ein. Löfstedt.
Th.	Gösta Thörnell.

Magnanimitate qua solet nobis concessit eruditissimus uir, de textu Q. Sept. Florentis Tertulliani operis de anima iam optime meritus, J. H. Waszink, editionem suam alteram (anno 1947 Amstelodami, apud bibliopolas ‚Noord Hollandse Uitgeversmaatschappij' euulgatam) in hac noua Septimii operum recensione denuo typis mandare, paucis sane locis mutatis uel aliter distinctis. Qua de re tam ipsi editori quam memoratae Societati bibliopolarum quam maxime gratias agimus.

DE ANIMA V 298

I. **1.** De solo censu animae congressus Hermogeni, quatenus et istum ex materiae potius suggestu quam ex dei flatu constitisse praesumpsit, nunc ad reliquas conuersus quaestiones plurimum uidebor cum philosophis dimicaturus. **2.** Etiam in carcere Socratis de animae statu uelitatum est, nescio iam hoc primum, an oportuno in tempore magistri, etsi nihil de loco | interest. Quid enim liquido saperet anima tunc Socratis, V 299 iam sacro nauigio regresso, iam cicutis damnationis exhaustis, iam morte praesente utique consternata ad aliquem motum secundum naturam, aut exsternata, si non secundum naturam? Quamuis enim placida atque tranquilla, quam nec coniugis fletus statim uiduae nec liberorum conspectus exinde pupillorum lege pietatis inflexerat, uel in hoc tamen mota, ne moueretur, ipsa constantia concussa est aduersus incon-

---

In A principium libri deest usque ad aut micas *(cap. VI, l. 56).*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS DE ANIMA LIBER. DE IMMORTALITATE ANIMAE. Si substantia animae, et an corporalis, et an effigiata, unum esse animam et spiritum, non separari animam et animum, an sit, ubi sit quod dicitur hegemonicon, de quinque sensibus corporalibus, quod philosophi et haeretici distinguunt inter sensualia et intellectualia. Intellectum semper animae inesse, De caeteris naturalibus animae, Vnde anima aduersus haereticos qui eam de coelis deferunt : Aduersus argumentum Platonis, quod discentias reminiscentias dicat : De contemptu animae aduersus eos qui post partum corpori eam inducunt : Aduersus Platonicum dogma, quod non ex mortuis fiant uiui : Ad Pythagorae et Empedoclis opiniones de metempsychosi et metensomatisimo : Aduersus Simonis opinionem et Carpocratis haereticorum : De sexu animae et carnis, quod simul in utero formentur, in eum : De aetate carnis et animae : De cibis, quomodo ad animam pertinere uideantur : Nullam pene animam sine daemonio esse : Quomodo caro peccatrix dicatur : De bono et malo animae : De morte : De somno pertinente ad tractatum mortis : Et de anima Hermotimi : De Hermotimo : De somniis, quomodo ea patiatur anima, et unde eueniant : De ui mortis, et de Menandro haeretico : Nihil animae in corpore manere post mortem, ut uidetur quibusdam : De animae excessu, De receptu, De inferis, et an illuc omnes animae compellentur : An commorentur hic animae post mortem, uel ab inferis commeent, An aliquid interim animae patiantur apud inferos, B.

I. **4** plurimum] et plurimum *Gel (quem refutat Pam in adnot.)* **5** Socrati *Scal* uelitatum] uel ita uelificatum *B* est, nescio *Lindn. Borleffs Museum 41 (1934), 312*] est : nescio *reliqui* **6** magistri] magisterii *Scal* Magistri *(uocat.) Rig. in annot.; delet Kroym. 101* **7** Socratis] magistri *Kroym. 101 susp.* **9** motum *Lat Iun*] modum *B Gel ; Kroym. 101 totam sententiam inde a uoce* utique *hoc modo immutat* : utique ad aliquem modum, si non ad extremum secundum naturam, consternata **10** exsternata *Rig*] externum *B Gel* **10/11** naturam] conster-

stantiae concussionem. Quid autem aliud saperet uir quilibet iniuria damnatus praeter iniuriae solamen, nedum philosophus, gloriae animal, cui nec consolanda est iniuria, sed potius insultanda? **3.** Denique post sententiam obuiae coniugi et muliebriter inclamanti: ‚iniuste damnatus es, Socrates!' iam et de gratulatione responderat: ‚uolebas autem iuste?' Quo nihil mirandum, si et in carcere inuiscatas Anyti et Meliti palmas gestiens infringere ipsa morte coram immortalitatem uindicat animae necessaria praesumptione ad iniuriae frustrationem. **4.** Adeo omnis illa tunc sapientia Socratis de industria uenerat consultae aequanimitatis, non de fiducia compertae ueritatis. Cui enim ueritas comperta sine deo? Cui deus cognitus sine Christo? Cui Christus exploratus sine spiritu sancto? Cui spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento? Sane Socrates facilius diuerso spiritu agebatur, siquidem aiunt daemonium illi a puero adhaesisse, pessimum reuera paedagogum, etsi post deos et cum deis daemonia deputantur penes poetas et philosophos. **5.** Nondum enim Christianae potestatis documenta processerant, quae uim istam perniciosissimam nec unquam bonam, atquin omnis erroris artificem, omnis ueritatis auocatricem sola traducit. Quodsi idcirco sapientissimus Socrates secundum Pythii quoque daemonis suffragium | scilicet negotium nauantis socio V 300 suo, quanto dignior atque constantior Christianae sapientiae adsertio, cuius adflatui tota uis daemonum cedit? **6.** Haec sapientia de schola caeli deos quidem saeculi negare liberior, quae nullum Aesculapio gallinaceum reddi iubens praeuaricetur, nec noua inferens daemonia, sed uetera depellens, nec adulescentiam uitians, sed omni bono pudoris informans, ideoque non unius urbis, sed uniuersi orbis iniquam sententiam sustinens pro nomine ueritatis tanto scilicet et perosioris quanto plenioris, ut et mortem non de poculo per habitum iocunditatis absorbeat, sed de patibulo et uiuicomburio per omne ingenium crudelitatis exhauriat, interea in isto tenebrosiore carcere saeculi inter suos Cebetas et suos Phaedonas, si quid de anima examinandum est, ad dei regulas diriget, certa nullum alium potiorem animae demonstratorem quam auctorem. A deo discat quod a deo habeat, aut nec ab alio, si nec a deo. Quis enim reuelabit quod deus texit? Vnde sciscitandum est? Vnde et ignorare tutissimum est. Praestat per deum nescire, quia non reuelauerit, quam per hominem scire, quia ipse praesumpserit.

nata *B* **14** est *del. Kroym. 101* **17** est *del. Rig* **19** est, Socrates *B Pam 1597* **20** de gratulatione] de Socratica ratione *Rfd susp.* de grata simulatione *Hartel ap. Rfd (Patr. Stud. 4, 48 lectionem traditam uindicans)* ut de gratulatione *Gomperz 61* Quo *del. Gel* **21** inuiscatas *Gel*; *Casp. Scioppius (sec. Oehl)*] in te inuiscatas *B* lemniscatas *Lat* lemniscatas *uel* minic(u)latas *Iun* et inter uincula inuiscatas *Hartel ap. Rfd* interim inuiscatas *Hartel Patr. Stud. 4, 48* impiscatas *Bickel B Ph W 52 (1932), 961* **22** gestiens *Bmg*] gestio *B* gestit *Rfd* **22/23** immortalitatem uindicat animae *Lat*] immortaltem uindicans animam *B* immortalitem uindicans animae *Gel* immortalem uindicans animam *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 49* **34/35** atquin omnis *Oehl*] atqui hominis *B* antiqui hominis *Gel* antiqui *Lat* homini (*uel* hominibus), antiqui *Iun* **38** constantior Christianae *Vrs*] constantiae Christianae atque *B Gel* **39** caedit *Pam (corrigit Iun)* **41** galliceum *B* **45** et *om. Gel* perosioris] ‚alii operosioris' *Iun* **48** *post* exhauriat *punctum ponit* *Lindn* **48/49** istos tenebrosiores carceres *B* **50** examine examinandum *B* diriget, certa *Hartel ap. Rfd*] diriget. Certe *B Gel* dirigat. Certe *Pam* diriget. Cedo (*uel* Crede) *Lindn* **51** demonstras demonstratorem *Oehl* demonstratorem habemus *Rfd* **52** auctorem reperiet *Vrs* discas *Oehl* habeat *Vrs*] habeas *B Gel* discat *Vrs sec. Wouw. (uel ipse Wouw. ?)* **53** Vnde] inde *Rig* **54** Vnde] inde *Scal* unde ? *Iun dubitanter* et] at *Iun dubitanter*

II. **1.** Plane non negabimus aliquando philosophos iuxta nostra sensisse; testimonium est etiam ueritatis euentus ipsius. Nonnunquam et in procella confusis uestigiis caeli et freti aliqui portus offenditur prospero errore, nonnunquam et in tenebris aditus quidam et exitus deprehenduntur caeca felicitate, sed et natura pleraque suggeruntur quasi de publico sensu, quo animam deus dotare dignatus est. **2.** Hunc nacta philosophia ad gloriam propriae artis inflauit prae studio (non mirum, si istud ita dixerim) eloquii quiduis struere atque destruere eruditi magisque dicendo persuadentis quam docendo. Formas rebus imponit, eas | nunc peraequat, nunc V 301 priuat, de certis incerta praeiudicat, prouocat ad exempla, quasi comparanda sint omnia, omnia praescribit, proprietatibus etiam inter similia diuersis, nihil diuinae licentiae seruat, leges naturae opiniones suas fecit; ferrem, si naturalis ipsa, ut compos naturae de condicionis consortio probaretur. **3.** Visa est quidem sibi et ex sacris, quas putant, litteris hausisse, quia plerosque auctores etiam deos existimauit antiquitas, nedum diuos, ut Mercurium Aegyptium, cui praecipue Plato adsueuit, ut Silenum Phrygem, cui a pastoribus perducto ingentes aures suas Midas tradidit, ut Hermotimum, cui Clazomenii mortuo templum contulerunt, ut Orpheum, ut Musaeum, ut Pherecydem Pythagorae magistrum. Quid autem, si philosophi etiam illa incursauerunt, quae penes nos apocryphorum confessione damnantur, certos nihil recipien-

II. **2** etiam *del. Seml* inuentus *Gel* **4** aliquis Rig_1 ‚Helenismus Aliqui pro aliquis' *Bmg* **9** mirum, si *Gel*] mirum non *B (inter has uoces lacunam undecim duodecimue litterarum exhibens)* mirum, si et ego *Rfd susp.* **11** *uirgulam post* eas *ponit* *B* **13** comparanda sint omnia, omnia *Vrs*] comparanda sit, omnia *B* comparanda, omnia *Gel* comparanda omnia; *Iun* comparanda sic omnia, omnia *Hartel ap. Rfd* **13/14** proprietatibus *Lat*] propria aetatibus *B Gel* **15** legis *B* fecit *B*; *uindicat Lfst Krit. Apol. 104*] facit *Gel* **16** compos] cum post *B* **21** ingentem *B* Hermotimum *Paul. Leopardus Emendat. 8, 3*] Hermippum *B Gel* **22** templo *B* **25** confusione *La Cerda susp.*

dum quod non conspiret germanae et ipso iam aeuo pronatae propheticae paraturae, quando et pseudoprophetarum meminerimus et multo prius apostatarum spirituum, qui huiusmodi quoque ingeniorum calliditate omnem faciem saeculi instruxerint ? **4.** Postremo si etiam ad ipsos prophetas adisse credibile est indagatorem quemque sapientiae ex negotio curiositatis, tamen plus diuersitatis inuenias inter philosophos quam societatis, cum et in ipsa societate diuersitas eorum deprehendatur, siquidem uera quaeque et consonantia prophetis aut aliunde commendant aut aliorsum subornant cum maxima iniuria ueritatis, quam efficiunt aut adiuuari falsis aut patrocinari. **5.** Hoc itaque commiserit nos et philosophos in ista praesertim materia, quod interdum communes sententias propriis argumentationibus uestiant, contrariis alicubi regulae nostrae, interdum sententias proprias communibus argumentationibus muniant, consentaneis alicubi regulae illorum, ut prope exclusa sit ueritas a philosophia per ueneficia in illam sua ; et ideo utroque titulo societatis aduersario ueritatis urgemur et communes sententias ab argumentationibus philo|sophorum liberare et communes argumentationes a sententiis V 302 eorum separare, reuocando quaestiones ad dei litteras, exceptis plane quae sine laqueo alicuius praeiudicii ad simplex testimonium licebit adsumere, quia et ex aemulis nonnunquam testimonium necessarium, si non aemulis prosit. **6.** Nec ignoro, quanta sit silua materiae istius apud philosophos pro numero etiam ipsorum commentatorum, quot uarietates sententiarum, quot palaestrae opinionum, quot propagines quaestionum, quot implicationes expeditionum. Sed et medicinam inspexi, sororem, ut aiunt, philosophiae, sibi quoque hoc negotium uindicantem. Quidni ? ad quam magis animae ratio pertinere uideatur per corporis curam. Vnde et plurimum sorori refragatur, quod animam quasi coram in domicilio suo tractando magis norit. Sed uiderit utriusque praestantiae ambitio. Habuit et philosophia libertatem ingenii et medicina necessitatem artificii ad extendendos de anima retractatus : late quaeruntur incerta, latius disputantur praesumpta. Quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi, ut merito Heraclitus ille tenebrosus uastiores caligines animaduertens apud examinatores animae taedio quaestionum pronuntiarit terminos animae nequaquam inuenisse omnem

26 ipso] ipsorum *Iun* **32** inter philosophos] inter prophetas et philosophos *Rfd susp.* inter philosophos et prophetas *v. d. Vliet 87/8* **42** in illam] in illa *Rfd* inlata *Hartel Patr. Stud. 4, 49* in illam ⟨sua immiscente et illam in⟩ sua *Kroym. 101.* **50** sylua *B Gel, ut semper* **55** Quidni ? ad quam *Th. St. T. 3, 31*] quidem, ad quam *B* ut ad quam *Gel* quippe ad quam *Rfd* ad quam quidem *Hartel ap. Rfd* (*uel* et quidem ad quam *Patr. Stud. 4, 49*) **58** praestantiae] scientiae *Rfd susp.* **62** quanta difficultas probandi ! quanta operositas suadendi ! *Iun susp.* **65** inuenisse *Gel*] inueniens *B* inuenies *Rfd*

uiam ingrediendo. **7.** Christiano autem paucis ad scientiam huius rei opus est. Nam et certa semper in paucis, et amplius illi quaerere non licet quam quod inueniri licet ; infinitas enim quaestiones apostolus prohibet. Porro non amplius inueniri licet quam quod a deo discitur ; quod autem a deo discitur, totum est.

III. **1.** Atque utinam nullas haereses oportuisset existere, ut probabiles quique emicarent. Nihil omnino cum philosophis super anima quoque experiremur, patriarchis, ut ita dixerim, haereticorum, siquidem et ab apostolo iam tunc philosophia concussio ueritatis prouidebatur ; Athenis enim expertus linguatam ciuitatem cum omnes illic sapientiae atque facundiae | caupones degustasset, inde concepit praemonitorium V 303 illud edictum. **2.** Proinde enim et animae ratio ⟨concussa est⟩ per philosophatas doctrinas hominum miscentes aquas uino : alii immortalem negant animam, alii plus quam immortalem adfirmant, alii de substantia, alii de forma, alii de unaquaque dispositione disceptant ; hi statum eius aliunde ⟨de⟩ducunt, hi exitum aliorsum abducunt, prout aut Platonis honor aut Zenonis uigor aut Aristotelis tenor aut Epicuri stupor aut Heracliti maeror aut Empedoclis furor persuaserunt. **3.** Deliquit, opinor, diuina doctrina ex Iudaea potius quam ex Graecia oriens. Errauit et Christus piscatores citius quam sophistam ad praeconium emittens. Si qua igitur in hunc modum de nidoribus philosophiae candidum et purum aerem ueritatis infuscant, ea erunt Christianis enubilanda et percutientibus argumentationes originales, id est philosophicas, et opponentibus definitiones caelestes, id est dominicas, ut et illa quibus ethnici a philosophia capiuntur, destruantur, et haec quibus fideles ab haeresi concutiuntur, retundantur. **4.** Vna iam congressione decisa aduersus Hermogenen, ut praefati sumus, quia animam ex dei flatu, non ex materia uindicamus, muniti

II. **68** 1 Tim. 1, 4.
III. **1** 1 Cor. 11, 19. **7** Coloss. 2, 8. **9** Ies. 1, 22.

66 ingrediens *B* **68** infinitas] indefinitas *susp. Pam.* (*quem refutat Iun*) *et La Cerda*

III. **5** praeuidebatur *Harrisius* **6** illic] illis *Pam 1597* **7** praemonitorum *B* **8** Proinde] perinde *Rfd quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 50* et] it *Hartel ap. Rfd* ; *quam coniecturam repudiat Patr. Stud. 4, 50* ⟨concussa est⟩ *Har. Fuchs per litteras* ; *cf. Hartel loc. cit.* **12** aliunde deducunt *Lfst Spr. Tert. 76*] alium deducunt *B* aliunde ducunt *Gel et reliqui* **14** uigor] rigor *Pam Iun susp.* **18/19** sophistas *Vrs* **21** originales] *corruptum putat Gomperz 61, uocabulum quoddam ut* obscurus *uel* terrenus *uel* daemoniacus *dubitanter proponens* ; caliginosas *susp. Th. Gomperz ap. eundem 80* **24** *post* retundantur *uirgulam ponunt Gel Lindn, post* flatu (*lin.* **30**) *punctum* **25** En (ut praefati sumus) *B* **26** uindicauimus *Iun susp.* ; *Rfd*

et illic diuinae determinationis inobscurabili regula : e t f l a u i t, inquit, d e u s f l a t u m u i t a e i n f a c i e m h o m i n i s, e t f a c t u s e s t h o m o i n a n i m a m u i u a m, utique ex dei flatu, de isto nihil amplius reuoluendum ; habet suum titulum et suum haereticum. Ceteris hinc exordium inducam.

IV. **1.** Post definitionem census quaestionem status patitur. Consequens enim est, ut ex dei flatu animam professi initium ei deputaremus. Hoc Plato excludit innatam et infectam animam uolens. Et natam autem docemus et factam ex initii constitutione. Nec statim erra⟨b⟩imus utrumque dicentes, quia scilicet aliud sit natum, aliud factum utpote ⟨istud inanimalibus⟩, illud animalibus competens. Differentiae autem sua habendo loca et tempora | habent aliquando et passiuitatis V 304 commercia. Capit itaque et facturam pro in esse poni, siquidem omne quod quoque modo accipit esse generatur. Nam et factor ipse parens facti potest dici ; sic et Plato utitur. Igitur quantum ad fidem nostram factae nataeue animae, depulsa est philosophi opinio, auctoritate prophetiae quoque.

V. **1.** Accerseri⟨n⟩t Eubulum aliquem et Critolaum et Xenocraten et isto in loco amicum Platonis Aristotelen. Fortassean extruentur magis ad auferendam animae corpulentiam, si non alios e contrario inspexerint, et quidem plures, corpus animae uindicantes. **2.** Nec illos dico solos qui eam de manifestis corporalibus effingunt, ut Hipparchus et Heraclitus ex igni, ut Hippon et Thales ex aqua, ut Empedocles et Critias ex sanguine, ut Epicurus ex atomis (si et atomi corpulentias de coitu suo cogunt), ut Critolaus et Peripatetici eius ex quinta nescio qua substantia (si et illa corpus, quia corpora includit), sed etiam Stoicos allego, qui spiritum praedicantes animam paene nobiscum, qua proxima inter se flatus et spiritus, tamen corpus animam facile persuadebunt. **3.** Denique

27 Gen. 2, 7.

IV. **1** DE INNATA *B* DE SVBSTANTIA ANIMAE ET AN CORPORALIS *Gel* **3** deputemus *Vrs* **5** statum *Rfd* ; *quod damnant Hartel Patr. Stud. 4, 50 ; v. d. Vliet 88* errabimus *Blf Mus. 41 (1934), 312 et 53 (1948),* 147_5] errauimus *B Gel* **6** istud (*uel* hoc) inanimalibus *v. d. Vliet 88 addit ; approbat Blf Mus. 41 (1934), 312*] *om. libri omnes* **8** habendae Rig_3 **9** pro in esse *Kellner* 293_1] pro inesse *B Gel* ; *quod falso uindicaui Mnemos. III 3 (1936), 169* pro nasci *Pam* dici generari, pro in esse *Vrs* perinde esse *Hartel ap. Rfd* proinde *uel* perinde esse *Hartel Patr. Stud. 4, 51* prouenisse *Oehl* promiscue *Lindn v. d. Vliet 88/9* **12** *post* animae *punctum ponit Rfd* **13** philosophiae *Kroym. 102 (preli lapsu ?) qui post hanc uocem magnam partem operis intercidisse putat* opinio : auctoritate prophetiae quoque *B distinguit*

V. **1** accerserint *Iun*] accerserit *B Gel* **2/3** Aristotelen. Fortassean *Petr. Ciacconius*] Aristotelem fortasse an *B* Aristotelem fortasse. An *Gel* Aristotelen fortasse an *Vrs* **3** auferendum *Iun* **4** non] nos *Seml* **6** Hipparchus] Hippasus *Iun*

Zeno consitum spiritum definiens animam hoc modo instruit. Quo, inquit, digresso animal emoritur, corpus est ; consito autem spiritu digresso animal emoritur, ergo consitus spiritus corpus est ; ergo corpus est anima. **4.** Vult et Cleanthes non solum corporis lineamentis, sed et animae notis similitudinem parentibus in filiis respondere, de speculo scilicet morum et ingeniorum et adfectuum, corporis autem similitudinem et dissimilitudinem capere et animam, ⟨animam⟩ itaque corpus similitudini uel dissimilitudini obnoxium. **5.** Item corporalium et incorporalium passiones inter se non communicare; porro et animam compati corpori, cui laeso ictibus uulneribus ulce|ri- V 305 bus condolescit, et corpus animae, cui afflictae cura angore amore coaegrescit per detrimentum socii uigoris, cuius pudorem et pauorem rubore atque pallore testetur. Igitur anima corpus ex corporalium passionum communione. **6.** Sed et Chrysippus manum ei porrigit constituens corporalia ab incorporalibus derelinqui omnino non posse, quia nec contingantur ab eis (unde et Lucretius : t a n g e r e e n i m e t t a n g i n i s i c o r p u s n u l l a p o t e s t r e s), derelicto autem corpore ab anima affici morte. Igitur corpus anima, quae nisi corporalis corpus non derelinquet.

VI. **1.** Haec Platonici subtilitate potius quam ueritate conturbant. Omne, inquiunt, corpus aut animale sit necesse est aut inanimale. Et si quidem inanimale est, extrinsecus moue-

V. **31** Lucr. 1, 305.

susp. **15** corpus] anima *Gomperz 62* **16** digresso *om. B* consitus] consitus autem *B* **17** corpus] anima *Gomperz 62* *prius* est] est ; consitus autem spiritus anima est *Vrs* est ; consitus autem spiritus corpus est *Gomperz 62* cleantes *B* (Cleanthes *Bmg*) **19** filiis *Iun*] filios *B Gel* ; *dubitant Th. St. Tert. 1, 50 et Hoppe Gnom. 11 (1935), 252* filios, respondere de speculo *Hartel Patr. Stud. 4, 51 distinguit ; quem refutat Th. St. T. 1, 50* **20/21** corporis autem, similitudinem... capere ; et animam itaque corpus *Iun distinguit* ; *Arnim, St. V. F. 1, frag. 518* **21** ⟨animam⟩ itaque *Blf Mus 53 (1948),* 147_5 *et Har. Fuchs per litteras* (*cf* § 2 *ex.* : tamen corpus animam ; § *3 ex.* : ergo corpus est anima ; § *5 ex.* : Igitur anima corpus ; § *6 ex.* : Igitur corpus anima) corporis *Rfd* ; *contra quem disp. Hartel Patr. Stud. 4, 51* **22** si similitudini *Gomperz 63* ; *refutat Th. St. 1, 51* obnoxiam *Hicks (St. V. F. 1, frag. 518) Rfd* obnoxia *Gomperz 63 (qui ib. 80 hanc coniecturam repudiat) et (dubitanter) Th. St. T. 1, 51 ; sed cf. Hartel Patr. Stud. 4, 51* Item] interim *Rfd* ; *refutat Hartel l.c.* **26** coaegrescit *Lat*] cohaerescit *B Gel* socii *Gel*] societ *B* scilicet *Vrs* saucii *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 52* suci et *Th. St. T. 1, 52* cuiusque *Rfd* et cuius *susp. Hartel Patr. Stud. 4, 52* **27** pauore *B* **27** animam *Iun* **28** communione] communicatione *Arnim, l. c., frag. 518* **33** affici] hominem affici *Rfd* corpus *cogitandum putat Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 53 ; sed cf. Lfst. Spr. T.* 56_1 anima] animam *Iun* **33/34** quae nisi corporalis *Gel*] quam si corporali *B* a qua nisi corporali *Kroym. 102* **34** derelinquet. Haec *Gel*] *cf. VI, l.* **1**

VI. **1** Haec *Gel*] derelinquet. Videntur haec *B* derelinqueret. Haec *Pam* derelinquere uideretur. Haec *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 53* derelinqueret, uidetur. Haec *Rfd* derelinqueretur. Haec *Kroym. 102* Platonicis *B* **1/2** ueritate.

bitur, si uero animale, intrinsecus. Anima autem nec extrinsecus mouebitur, ut quae non sit inanimalis, nec intrinsecus, ut quae ipsa potius moueat corpus. Itaque non uideri eam corpus, quae non corporalium forma ex aliqua regione moueatur. **2.** Ad hoc nos mirabimur incongruentiam primo definitionis prouocantis ad ea quae in animam non conueniunt. Non enim potest anima animale corpus dici aut inanimale, cum ipsa sit quae aut faciat corpus animale, si adsit, aut inanimale, si absit ab illo. Itaque quod facit non potest esse ipsa, ut dicatur animale uel inanimale. Anima enim dicitur substantiae suae nomine. (**3.**) Quodsi non capit animale corpus dici aut inanimale, quod est anima, quomodo prouocabitur ad animalium et inanimalium corporum formam ? **3.** Dehinc si corporis est moueri extrinsecus ab aliquo, ostendimus autem supra moueri animam et ab alio, cum uaticinatur, cum furit, utique extrinsecus, cum ab alio, merito quod mouebitur extrinsecus ab alio secundum exempli | propositionem corpus V 306 agnoscam. Enimuero si ab alio moueri corporis est, quanto magis mouere aliud ? Anima autem mouet corpus, et conatus eius extrinsecus foris parent. Ab illa est enim impingi et pedes in incessum et manus in contactum et oculos in conspectum et linguam in effatum, uelut sigillario motu superficiem intus agitante. Vnde haec uis incorporalis animae ? Vnde uacuae rei solida propellere ? **4.** Sed quomodo diuisi uidentur in homine sensus corporales et intellectuales ? Corporalium aiunt rerum qualitates, ut terrae, ut ignis, corporalibus sensibus renuntiari, ut tactui, ut uisui, incorporalium uero intellectualibus conueniri, ut benignitatis, ut malignitatis. Itaque incorporalem esse animam constat cuius qualitates non corporalibus, sed intellectualibus sensibus comprehendantur. **5.** Plane, si non huius definitionis gradum exclusero. Ecce enim incorporalia ostendo corporalibus sensibus subici, sonum auditui, colorem conspectui, odorem odoratui, quorum exemplo etiam anima corpori accedit, ne dicas idcirco ea per corporales renuntiari sensus, quia corporalibus accedant. Igitur si constat incorporalia quoque a corporalibus comprehendi, cur non et anima, quae corporalis, ab incorporalibus renuntietur ? Certe definitio exclusa sit. **6.** De insignioribus argumentationibus erit etiam illa, quod omne corpus corporalibus ali iudicant, animam

Conturbant omne. Inquiunt *B distinguit* **11** si adsit, aut inanimale *om. B* **19** cum *Gel*] qui *B* quis *Vrs* quia *Oehl susp.*, *Rfd* ; *delet Ium* **21** agnoscam *Gel*] adagnoscam *B* Enimuero] iamuero *Rfd* **23** extrinsecus *B Gel*] intrinsecus *Kroym. 103* foris *delendum putat Fr. Leo ap. Kroym. 103* **25** singillario *Pam* sigillaria *Rfd* ; *lectionem traditam uindicat Hartel Patr. Stud. 4, 53* motus *B* **26** agitantem *B* uis *Lat*] uisio *B Gel* incorporalis *B* ; *uindicat Th. St. Tert. 1, 10*] incorporali *reliqui* **27** *interrogationis signum post* propellere *primus posuit Lat* homines *B* **29** terra *B Gel* **30** tactu, ut uisu *Vrs* **31** *alt.* ut] aut *Gel* uel *Rig* **33** sensibus] *„alii corrupte legunt...* censibus" *Ium* **38** sensus]

uero, ut incorporalem, incorporalibus, sapientiae scilicet studiis. Sed nec hic gradus stabit etiam Sorano methodicae medicinae instructissimo auctore respondente animam corporalibus quoque ali, denique deficientem a cibo plerumque fulciri. Quidni ? quo adempto in totum dilabitur ex corpore. Ita etiam ipse Soranus plenissime super anima commentatus quattuor uoluminibus et cum omnibus philosophorum sententiis expertus corporalem animae substantiam uindicat, etsi illam immortalitate fraudauit. Non enim omnium est credere quod Christianorum | est. **7.** Sicut ergo Soranus ipse rebus V 307 ostendit animam corporalibus ali, proinde et philosophus exhibeat illam incorporalibus pasci. Sed nemo unquam cunctanti de exitu animae mulsam aquam de eloquio Platonis infudit aut micas || de minutiloquio Aristotelis infersit. Quid f. 118v autem facient tot ac tantae animae rupicum et barbarorum, quibus alimenta sapientiae desunt, et tamen || indoctae pru- f. 119 dentia pollent, et sine academiis et porticibus Atticis et carceribus Socratis, denique ieiunantes a philosophia, nihilominus uiuunt ? Non enim substantiae ipsi alimenta proficiunt studiorum, sed disciplinae, quia nec opimiorem animam efficiunt, sed ornatiorem. Bene autem quod et artes Stoici corporales affirmant. Adeo sic quoque anima corporalis, si et artibus ali creditur. **8.** Sed enormis intentio philosophiae solet plerumque nec prospicere pro pedibus (sic Thales in puteum), solet et sententias suas non intellegendo ualetudinis corruptelam suspicari (sic Chrysippus ad elleborum). Tale aliquid, opinor, ei accidit, cum duo in unum corpora negauit, alienata a prospectu et recogitatu praegnantum, quae non singula cotidie corpora, sed et bina et terna in unius uteri ambitu perferunt. Inuenitur etiam in iure ciuili Graeca quaedam quinionem enixa, filiorum semel omnium mater, unici fetus parens multiplex, unici uteri puerpera numerosa, quae tot stipata corporibus, paene dixerim populo, sextum ipsa

„alii census ; uitiosissime" *Ium* **42** ali iudicant *Gel*] adiudicant *B* **46** deficientem a *Gel*] deficiente in ea *B* deficientem eam *Vrs* **48** etiam] et ne *B* **51** fraudabit *B* **53** perinde *Rfd* **54** incorporalibus] ita corporalibus *B* **55** mulsiam *B* **56** deminuti loquio *A qui ab his uerbis incipit* de multiloquio *Bmg* aristotilis *A ut semper except. XV, l. 16* intersit *B Gel* ; *post* infersit *interrogationis signum ponit Rfd* **57** Rupicum *B Gel* barbarorum] baronum *P. Pithoeus Vrs* **58** quibus] quibus si *Ium* et *om. B. Gel* indoctae *A* ; *approbat Gomperz 63/4*] indocta *B Gel* **60** carceribus Socratis] caesaribus sacratis *A* a *om. A* **62** sed] uel *Rfd* ; *quem refutat Gomperz 64* quiu *A corr.* nec] net *A* **66** nec] net *A* sic] scit *Heraldus* tales *A* **67** et *om. A* **68** sic] scit *Heraldus* ad elleborum] adelborum *A Bmg* ad Delleborum *B* **69** in *om. Rig* **70** alienato *Ium* alienatus *Vrs* ; *lectionem traditam uindicant Kroym. 103 Gomperz 2* praegnantum... **71** singula] pregnata umquam e non singulatim *A* **71** singula tantum *Kroym. 103* quotidie *A* et bina] labina *A* uel bina *Wissowa ap. Rfd* terna] terrena *A Gel* **72** praeferunt *Gel* **73** *uirgulam ante* filiorum *ponit A solus* **74** fetus] festus *A*

corpus fuit. **9.** Vniuersa conditio testabitur corpora de corporibus processura iam illic esse unde procedunt. Secundum sit necesse est quod ex alio est. Nihil porro ex alio est, nisi, dum gignitur, duo sunt. |

VII. **1.** Quantum ad philosophos satis haec, quia quantum V 308 ad nostros ex abundanti; quibus corporalitas animae in ipso euangelio relucebit. Dolet apud inferos anima cuiusdam et punitur in flamma et cruciatur in lingua et de digito animae felicioris implorat solacium roris. **2.** Imaginem existimas exitum illum pauperis laetantis et diuitis maerentis? Et quid illic Eleazari nomen, || si non in ueritate res est? Sed et si f. 119v imago credenda est, testimonium erit ueritatis. Si enim non haberet anima corpus, non caperet imago animae imaginem corporis, nec mentiretur de corporalibus membris scriptura, si non erant. **3.** Quid est autem illud quod ad inferna transfertur post diuortium corporis, quod detinetur illic, quod in diem iudicii reseruatur, ad quod et Christus moriendo descendit (puto, ad animas patriarcharum), si nihil anima sub terris? Nihil enim, si non corpus; incorporalitas enim ab omni genere custodiae libera est, immunis et a poena et a fouella. Per quod enim punitur aut fouetur, hoc erit corpus; reddam de isto plenius et oportunius. **4.** Igitur si quid tormenti siue solacii anima praecerpit in carcere seu deuersorio inferum, in igni uel in sinu Abrahae, probata erit corporalitas animae. Incorporalitas enim nihil patitur, non habens per quod pati possit; aut si habet, hoc erit corpus. In quantum enim omne corporale passibile est, in tantum quod passibile est corporale est.

VIII. **1.** Abruptum alioquin et absurdum idcirco quid de corporalium eximere censu, quia ceteris corporalibus exemplis non adaequet. Et ubi proprietatum priuata discrimina, per

---

VII. **3** sqq. Luc. 16, 22 *sqq.*

---

76 condicio *A* **77** secundum] seorsum *Bmg* **78** *alterum* est *A*] sit *B Gel* **79** gignitur, duo *A*; *approbat Kroym. 103*] gignitur. Sed tunc duo *B Gel*

VII. **1** haec, quia] haec quidem, *Iun* **7** eleazari *A*] Lazari *B Gel* est *om. Rig₃* et si *Blf Mus. 53 (1948), 147₅*] etsi *AB* **12** deuortium *mauult Iun* illic *om. A* **14** patriarcharum, si *A*; *approbat Kroym. 104*] patriarcharum, sed quamobrem? si *B Gel* sub] detinet sub *B Gel*; *Iun dubitat, utrum* anima detinet sub *an* animae detinetur sub *scribendum sit* **15** *alterum* enim *om. A* **16** liber est *A* *prius* et om. *B Gel* fouela *Gel* **18** opportunius *B Gel* **19** praecepit *Rig* in carcere] in corpore *A* carcere in corpore *B* sine corpore in carcere *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 53* deuersorio *Iun mauult*] di- *A* **22** quamtum *A corr.*

VIII. **2** exime recensu *A* **3** adaeque *Iun* Et ubi *AB*] ubi *Gel* ubique *Rfd*

quae magnificentia auctoris ex operum eorundem diuersitate signatur, ut sint tam discreta quam paria, tam amica quam et aemula? Siquidem et ipsi philosophi ex contrariis uniuersa constare condicunt secundum amicitiam et inimicitiam Empedoclis. **2.** Sic | igitur etsi corporalia incorporalibus obiacent, V 309 ipsa quoque ita inter se differunt, ut differentia species eorum ampliet, non genus mutet, ut sint corporalia, sic multa in dei gloria, dum uaria, sic uaria, dum diuersa, sic diuersa, dum his alii qualitatum || sensus, alii illis, dum his alia alimenta, alia f. 120 illis, dum haec inuisibilia, illa uisibilia, dum haec grauia, illa leuia. **3.** Aiunt enim et idcirco animam incorporalem renuntiandam, quia digressa ea grauiora efficiantur corpora defunctorum, cum leuiora esse deberent, unius corporis pondere exempto, si anima corpus. Quid enim, inquit Soranus, si mare negent corpus, quia extra mare immobilis et grauis nauis efficitur? Quanto ergo ualidius corpus animae, quod tanti postea ponderis corpus leuissima mobilitate circumfert! **4.** Ceterum etsi inuisibilis anima, et pro condicione corporis sui et proprietate substantiae et pro natura etiam eorum quibus inuisibilis esse sortita est. Solem noctuae nesciunt oculis; aquilae ita sustinent, ut natorum suorum generositatem de pupillarum audacia iudicent; alioquin non educabunt, ut degenerem, quem solis radius auerterit. **5.** Est adeo alteri quid inuisibile, alteri non, quod non ideo incorporale sit, quia non ex aequo uis ualet. Sol enim corpus, siquidem ignis; sed quod aquila confiteatur, neget noctua, non tamen praeiudicans aquilae. Tantundem et animae corpus inuisibile carni, si forte, spiritui uero uisibile est. Sic Iohannes in spiritu dei factus animas martyrum conspicit.

IX. **1.** Cum animae corpus adserimus propriae qualitatis et sui generis, iam haec condicio proprietatis de ceteris acci-

---

VIII. **31** Apoc. 6, 9.

---

susp. **5** discretam *A* **7/8** Empedoclis *om. A* **8** incorporalibus... **10** corporalia *om. A* **9** ita *om. Rig* **10** corporalia] incorporalia *susp. Blf Mus. 53 (1948), 147₅* **11** gloriam *Iun Vrs*; *dubitat Lfst ap. Hoppe Beitr. 27* sic uaria *om. A* **12** alimenta, alii *A* **14/15** renunciandam *A* **17** mare *om. A* **19** animae... **20** corpus *om. A* **21** caeterum *A*, *ut ubique* etsi *B*] est *A corr.* et si *Gel* est *Lat* ,Lat. est; aliter profecto malim etsi' *Iun*; *lectionem traditam uindicat Hartel Patr. Stud. 4, 54* et] at *Iun mauult* est *Oehl* **22** pro proprietate *Gel* **23** *post* inuisibilis *uirgulam ponunt Iun Lindn* nesciunt; oculis *F. J. Doelger distinguendum putat* oculi *Vrs* **24** sorum *A* **25** alioqui *B Gel* **26** adeo] ideo *B Gel* alteri... **27** inuisibile *om. A* **27** *ideo *A* **28** uis] uisus *Iun susp.* **29** nonttamen (*prius t m. rec.*) *A* **30** anima *A* **31** est *om. B Gel* Sic Iohannes] scio hanne *A*

IX. **1** DE EFFIGIE (— AE *A*) *AB* DE EFFIGIE ANIMAE *Gel* asserimus *A* **2** et sui *B Gel*; *uindicat Blf Mus. 41 (1934), 312*] et sensui *A* esse et sui

dentibus corpulentiae praeiudicabit aut haec adesse, quam corpus ostendimus, sed et ipsa sui generis pro corporis proprietate, | aut etsi non adsint, hoc esse proprietatis, non V 310 adesse corpori animae quae corporibus || ceteris adsint. Et f. 120v tamen non inconstanter profitebimur sollemniora quaeque et omnimodo debita corpulentiae adesse animae quoque, ut habitum, ut terminum, ut illud trifariam distantiuum, longitudinem dico et latitudinem et sublimitatem, quibus metantur corpora philosophi. **2.** Quid nunc, quod et effigiem animae damus, Platone nolente, quasi periclitetur de animae immortalitate ? Omne enim effigiatum compositum et structile affirmat ; dissolubile autem omne compositicium et structile ; sed animam immortalem, igitur indissolubilem, qua immortalem, et ineffigiatam, qua indissolubilem, ceterum compositiciam et structilem, si effigiatam, tamquam alio eam modo effigians intellectualibus formis, pulchram iustitia et disciplinis philosophiae, deformem uero contrariis artibus. **3.** Sed nos corporales quoque illi inscribimus lineas, non tantum ex fiducia corporalitatis per aestimationem, uerum et ex constantia gratiae per reuelationem. Nam quia spiritalia charismata agnoscimus, post Iohannem quoque prophetiam meruimus consequi. **4.** Est hodie soror apud nos reuelationum charismata sortita, quas in ecclesia inter dominica sollemnia per ecstasin in spiritu patitur ; conuersatur cum angelis, aliquando etiam cum domino, et uidet et audit sacramenta et quorundam corda dinoscit et medicinas desiderantibus sumit. Iamuero prout scripturae leguntur aut psalmi canuntur aut allocutiones proferuntur aut petitiones delegantur, ita inde materiae uisionibus subministrantur. Forte nescio quid de anima dissserueramus, cum ea soror in spiritu esset. Post transacta sollemnia || dimissa plebe, quo usu solet nobis re- f. 121 nuntiare quae uiderit (nam et diligentissime digeruntur, ut etiam | probentur), ‚inter cetera', inquit, ‚ostensa est mihi V 311 anima corporaliter, et spiritus uidebatur, sed non inanis et uacuae qualitatis, immo quae etiam teneri repromitteret,

Gomperz 64 caeteris *A* **3** praeiudicauit *B Gel* aut *Vrs*] ut *AB Gel* et *Oehl* adesse] adesse ei *Vrs* ; *damnat Hoppe Beitr. 111* quam] qua *Pam Iun* **4** ostendamus *Gel* **6** ceteris *Iun*] caeteris *A* et ceteris (cae-*B*) *B Gel* **7** solenniora *B Gel, ut semper* **9** distantiuum (*uel* distinctiuum *Lat*) *Lat Iun*] distantium *AB Gel* distentiuum *Vrs* **10** dico et *om. A* **12** *interrogationis signum post* nolente *ponunt B Gel, post* damus *Oehl Rfd* pereclitetur *A* **13** est *A corr.* **15/16** qua immortalem... indissolubilem *om. A* qua (*bis*) *Scal Vrs*] quam (*bis*) *B Gel* **19** Sed] et *A* **23** iohannen *A* *uirgulam post* post Iohannem quoque *ponit Iun* **24** consequi] et consequi *B Gel* **26** extasin *A, ut semper* **28** dignoscit *Rig* sumit] submittit *Pam* **29** Iamuero] ita uero *A* ; *in mg. m. librarii* Nota formam ueteris celebrationis **31** matheriae *A* **32** spiritum A **33** dimissa* *A* usu *A corr.* **33/34** renunciare *A* **34** quae uiderit nam et dili-*deest in A* (*p.f.i.*) **35** inquit *deest in A* (*p.f.i.*) **36** uidebntur *A corr.*

tenera et lucida et aerii coloris, et forma per omnia humana. Hoc uisio'. Et deus testis et apostolus charismatum in ecclesia futurorum idoneus sponsor ; tunc et si res ipsa de singulis persuaserit, credas. **5.** Si enim corpus anima, sine dubio inter illa quae supra sumus professi, proinde et coloris proprietas omni corpori aderit. Quem igitur alium animae aestimabis colorem quam aerium ac lucidum ? Non, ut aer sit ipsa substantia eius, etsi hoc Aenesidemo uisum est et Anaximeni, puto secundum quosdam et Heraclito, nec ut lumen, etsi hoc placuit Pontico Heraclidi **6.** — nam et cerauniis gemmis non ideo substantia ignita est, quod coruscent rutilato rubore, nec berullis ideo aquosa materia est, quod fluctuent colato nitore (quanta enim et alia color sociat, natura dissociat) —, sed quoniam omne tenue atque perlucidum aeris aemulum est, hoc erit anima, qua flatus et spiritus tradux, siquidem prae ipsa tenuitatis subtilitate de fide corporalitatis periclitatur. **7.** Sic et effigiem de sensu iam tuo concipe non aliam animae humanae deputandam praeter humanam, et quidem eius corporis quod unaquaeque circumtulit. Hoc nos sapere interim primordii contemplatio inducat. Recogita enim, cum deus flasset in faciem homini flatum uitae, et factus esset homo in animam uiuam, totus utique, per faciem statim flatum illum in interiora || transmissum et per uniuersa corporis f. 121v spatia diffusum simulque diuina aspiratione densatum omni intus linea expressum esse, quam densatus impleuerat, et uelut in forma gelasse. **8.** Inde igitur et |corpulentia animae V 312 ex densatione solidata est et effigies ex impressione formata. Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter unus, habens et ille oculos et aures suas, quibus populus dominum audire

IX. **66** Ier. 5, 21.

alterum et] nec *A* **38** aerii *AB Aug. gen. ad litt. 10, 25*] aetherii *Bmg Gel* aerei *Pam* **39** Hoc uisio. Et deus *Lindn*] Hoc uisio, et deus *A*. Haec uisio est. Deus *B Gel* ‚Hoc uisio'. Sed deus *Kroym. 104* **40** tunc et **si *A* tunc et si *B*] tu nisi *Gel* tu nec si *Rig* tu negas ; sed si *Fr. Leo ap. Kroym. 104* **41** credas] ne credas *Gel* ; *lectionem traditam uindicat Th. St. T. 2, 85/6* *post* dubio *Rfd aliquid intercidisse putat, ut* teneri eam et teneram esse inter] in se fert *Hartel ap. Rfd* et fert (*uel* in se fert) *Hartel Patr. Stud. 4, 55* **42** illa] alia *susp. Gomperz 64* *post* professi *punctum ponunt B Gel* perinde *Rfd* **43** omni] ut omni *susp. Gomperz 64/5* ; *quem refutat Th. St. T. 1, 23* aderit *A* ; *uindicant Gomperz 64/5 et Th. St. T, 1, 23*] adhaeret *B Gel* Quem] quae *A* **44** aëreum *Pam* ut aer] uter *A* **45** aeneas idemo *A* Enesidemo *B* **47** et *om. A* cerauniis *Iun*] ceraunеis *AB Gel* **49** nec] nec et *A corr.* beryllis *B Gel* aquos amateria *A* flutuent *A* collato *B* **52** flatus *A*] flatus est *B Gel* **54** non aliam] alienam *A Bmg* **55** et quidem *Gel*] etsi quidem *A* et si quidem *B* et, siquidem, *Gomperz 65* **56** nos] nobis *A* **57** contemplacio *A* recogitat *A* **58** homini *A*] hominis *B Gel* ; *uindicat Th. Eran. 7 (1907), 84* **59** totus *AB* ; *uindicat Th. St. T 2, 30/1*] totum *Gel* utique] itaque *A corr.* **60** transmissum et per uniuers-*deest in A* (*p.f.i.*) **61** diuina *deest in A* (*p. f.i.*) densatum] defusatum *A* **62** quam] quem *A* densatus *Iun*] densatur *A* densatum *B Gel* **64** ex impressione *A* ; *uindicat Th. St. T. 2, 31*] expressione *B Gel* ex expressione *Rfd* **66** populus] Paulus *Vrs* ; *lectionem traditam uindicant Lindn Kroym 104 Kellnerus*

et uidere debuerat, habens et ceteros artus, per quos et in cogitationibus utitur et in somniis fungitur. Sic et diuiti apud inferos lingua est, et pauperi digitus, et sinus Abrahae. Per has lineas et animae martyrum sub altari intelleguntur. A primordio enim in Adam concreta et configurata corpori anima, ut totius substantiae, ita et condicionis istius semen effecit.

X. **1.** Pertinet ad statum fidei simplicem animam determinare secundum Platonem, id est uniformem, dumtaxat substantiae nomine. Viderint artes et disciplinae, uiderint et effigies. **2.** Quidam enim uolunt aliam illi substantiam naturalem inesse spiritum, quasi aliud sit uiuere, quod uenit ab anima, aliud spirare, quod fiat a spiritu. Nam et animalibus non omnibus utrumque adesse ; pleraque enim uiuere solummodo, non etiam spirare, eo quod non habeant organa spiritus, pulmones et arterias. **3.** Quale est autem in examinatione humanae animae culicis atque formicae argumenta respicere, quando et uitalia pro cuiusque generis dispositione omnibus f. 122 propria animalibus temperauerit artifex deus, ut nulla inde || coniectura captanda sit ? Nam neque homo, si pulmonibus et arteriis structus est, idcirco aliunde spirabit, aliunde uiuet, neque formica, si membris huiusmodi caret, idcirco negabitur spirare, quasi solummodo uiuens. **4.** Cui uero tantum patuit in dei opera, ut alicui haec deesse praesumpserit ? Herophilus ille medicus aut lanius, qui sexcentos exsecuit, ut naturam scrutaretur, qui hominem | odiit, ut nosset, nescio an omnia V 313 interna eius liquido explorarit, ipsa morte mutante quae uixerant, et morte non simplici, sed ipsa inter artificia exsectionis errante. **5.** Philosophi pro certo renuntiauerunt culicibus et formicis et tineis deesse pulmones et arterias. Dic mihi, inspector curiosissime, oculos habent ad uidendum ? Atquin et pergunt quo uolunt, et uitant et appetunt quae uidendo sciunt : designa oculos, denota pupulas. Sed et exedunt tineae : demonstra mandibulas, deprome genuinos. Sed et personant culices, ne in tenebris quidem aurium caeci : tubam pariter et lanceam oris illius ostende. Quoduis animal, unius licet puncti, aliquo alatur necesse est : exhibe pabuli transmittendi decoquendi defaecandique membra. (**6.**) Quid ergo dicemus ? Si per haec uiuitur, erunt haec in omnibus utique quae uiuent, etsi non uidentur, etsi non apprehenduntur pro mediocritate. Hoc magis credas, si deum recogites tantum artificem in modicis quantum et in maximis. **6.** Si uero non putas capere tam minuta corpuscula dei ingenium, sic quoque magnificentiam eius agnoscas, quod modicis animalibus sine necessariis membris nihilominus uiuere instruxerit, saluo etiam uisu sine oculis et esu sine denticulis et digestu sine alueis, quemadmodum et incedunt quaedam sine pedibus || manante impetu, quod angues, et insurgente conatu, quod f. 122ᵛ uermes, et spumante reptatu, quod limaces. **7.** Ita et spirari cur non putes sine pulmonum follibus et sine fistulis arteriarum, ut pro magno amplectaris argumento idcirco animae humanae spiritum accedere, quia sint quae spiritu careant, et idcirco ea spiritu carere, quia de flaturalibus artibus structa non sint ? Viuere sine spiritu existimas aliquid, spirare sine pulmonibus non putas ? Quid est, oro te, spirare ? Flatum, opinor, ex semetipso agere. Quid est uiuere ? Flatum, opinor, ex se|metipso non agere. Hoc enim respondere debebo, si non V 314 idem est spirare quod uiuere. Sed mortui erit non agere flatum : ergo uiuentis est agere flatum. Sed et spirantis est agere flatum : ergo et spirare uiuentis est. Vtrumque si sine anima decurrere potuisset, non fuisset animae spirare, sed solummodo uiuere. At enim uiuere spirare est et spirare uiuere est. Ergo totum hoc et spirare et uiuere eius est cuius et uiuere, id est animae. **8.** Denique si separas spiritum natura, separa et opera : agant in discreto aliquid ambo, seorsum anima, seorsum spiritus ; anima sine spiritu uiuat, spiritus sine anima spiret ; alterum relinquat corpora, alterum remaneat, mors et uita conueniant. Si enim duo sunt anima et spiritus, diuidi possunt, ut diuisione eorum alterius discedentis, alterius inmanentis, mortis et uitae concursus eueniat. Sed nullo modo

---

300_2 domino *A Bmg* **68** cogitationibus *A Aug l. c.*] cogitatibus *B Gel* somnis *Aug l.c.* ; *Pam* **72** conditionis *B Gel* **73** efficit *B Gel*

X. **1** DE SIMPLICITATE SVBSTANTIAE QVOD ET SPIRITVS IPSA SIT *AB* VNVM ESSE ANIMAM ET SPIRITVM *Gel* **2** duntaxat *B* **4** effigies] haereses *Vrs* ; *lectionem traditam uindicat Kroym. 105* **5** quasi... **6** spiritu *om. A* **8** *eo *A* **9** quales *A corr.* examinatione] animatione *A Bmg* **13** aptanda *A* neque... **14** uiuet *om. A* spirauit *B* **15** caret *in rasura exhibet A* **17** haec *om. A* **18** aut lanius,] an lanius ? *Iun* *qui *A* septingentos *B* (,al. sexcentos' *Bmg*) **19** scutaretur *A corr.* odiit] odit *Iun quam lectionem uindicat Lfst Spr. Tert. 101 putans in A* odit *extare quod falso renuntiant Oehl Rfd* occidit *Diels Dox. 206_2* **21** simplicis *A* sed et ipsa *Kellner 301_2* **21/22** exectionis *AB Gel* **22** errante. Philosophi] errante philosopho *B* errantes philosophi *Gel* **23** cu*libus *A corr.* **26** pupillas *B Gel* et *om. A* ; *cf.* *Hoppe Beitr. 149_2* **27** mandibula *Iun* **28** aurium] uenarum *Rfd susp.* **29** lanceam] hiantiam *B Gel* **30** puncti spatio aliquo *Rfd susp.* ; *quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 55* exhibeas *B Gel* pa*buli *A* **33** uiuent] uidentur *Bmg* uiuunt *Iun susp.* ; *approbat Blf Mus. 41 (1934), 312* **33/34** adprachendantur *B* **37** quod modicis] quomodo dicis *A* **39** uisu] usu *B* **43/44** *interrogationis signum post* arteriarum, *non post* sint (**47**) *ponunt B Gel* **44** amplecturis *A corr.* **46** de *om. B Gel* artubus *Gel* partibus *Iun* **49** ex semetipsum *A* est uiuere ? *A* ; *Kroym. 105*] est non uiuere ? *B Gel* **52** uiuentis... **53** ergo *om. A* **53** si] sin *A corr.* **55** et spirare uiuere est] si et spirare uiuere *B Gel* **56** Ergo *A*] si ergo *B* sic ergo *Gel* **56/57** id est *om. A* **57** separs *A corr.* natura *A*] naturam *B Gel* et animam *Vrs* et animam natura (*aut* natura) *Kroym. 105* **58** indiscreto *A* **62/63** manentis *B Gel*

eueniet ; ergo duo non erunt, quae diuidi non possunt, quae diuidi possent, si fuissent. **9.** ‚Sed licet et duo esse concreta'. Sed non erunt concreta, si aliud est uiuere, aliud spirare : distinguunt substantias opera. Et quanto nunc firmius est, ut unum credas, cum distantiam non das, ut ipsa sit anima spiritus, dum ipsius est spirare || cuius et uiuere ? Quid enim, f. 123 si diem aliud haberi uelis, aliud lucem, quae accedat diei, cum dies ipsa lux sit ? Plane erunt et alia genera lucis, ut ex ignium ministerio. Erunt enim et aliae spiritus species, ut ex deo, ut ex diabolo. Ita cum de anima et spiritu agitur, ipsa erit anima spiritus, sicut ipsa dies lux. Ipsum est enim quid, per quod est quid.

XI. **1.** Sed ut animam spiritum dicam, praesentis quaestionis ratio compellit, quia spirare alii substantiae adscribitur. Hoc dum animae uindicamus, quam uniformem et simplicem agnoscimus, spiritum necesse est certa condicione dicamus, non | status nomine, sed actus, nec substantiae titulo, sed V 315 operae, quia spirat, non quia spiritus proprie est. Nam et flare spirare est. Ita et animam, quam flatum ex proprietate defendimus, spiritum nunc ex necessitate pronuntiamus, ceterum aduersus Hermogenen, qui eam ex materia, non ex dei flatu contendit, flatum proprie tuemur. **2.** Ille enim aduersus ipsius scripturae fidem flatum in spiritum uertit, ut, dum incredibile est spiritum dei in delictum et mox in iudicium deuenire, ex materia potius anima credatur quam ex dei spiritu. Idcirco nos et illic flatum eam defendimus, non spiritum, secundum scripturam et secundum spiritus distinctionem, et hic spiritum ingratis pronuntiamus secundum spirandi et flandi communionem. Illic de substantia quaestio est ; spirare enim substantiae actus est. **3.** Nec diutius de isto, nisi propter haereticos, qui nescio quod spiritale semen infulciunt animae de Sophiae matris occulta liberalitate conlatum ignorante factore, cum scriptura factoris magis dei sui conscia nihil amplius promulgauerit quam deum flantem || in faciem f. 123v hominis flatum uitae et hominem factum in animam uiuam, per quam exinde et uiuat et spiret, satis declarata differentia

64 *prius* quae diuidi... **66** sed non erunt *uncinis inclusit B* **64/65** possunt, quae diuidi *om. B* quae diuidi possent... sed non erunt *om. Gel* **64/67** Ergo duo non erunt, quae diuidi non possunt. Concretas, si aliud est uiuere, aliud spirare, distinguunt substantias opera *Iun* **65** si] et *B* si duo *Rfd ; quod damnat Kroym. 105/6* et *om. B* **67** distingunt *A* **68** *uirgulam post* das *posuit v. d. Vliet 90* **70** accedat *A*] accidat *B Gel* **71** planae *A* ut] aut *A* **72** *spiritus *A* **74** enim] etiam *Iun*

XI. **4** conditione *A* **6** propriae *A* **11** ipsius *om. A* **16** ingratiis *Iun* pronunciamus *A corr.* pronuntiamus. Secundum *B distinguit* **17** communionem *A*] conditionem *B Gel* illic de substantia, ⟨hic de actu substantiae⟩ *Kroym. 106* **19** hereticos *A*, *ut ubique* (*sed* haereses c. *50, 5*) nestio *A* **20** sophiae *AB* collatum *Gel* **21** sui conscia *Gel*] conscientia *A* sui consciam *B* **24** et uiuat] et *om. A* declarata differentia *Oehl*] declarat addifferentia *A*

spiritus et animae in sequentibus instrumentis, ipso deo pronuntiante: spiritus ex me prodiuit, et flatum omnem ego feci. Et anima enim flatus factus ex spiritu. Et rursus : qui dedit flatum populo super terram et spiritum calcantibus eam. Primo enim anima, id est flatus, populo in terra incedenti, id est in carne carnaliter agenti, postea spiritus eis qui terram calcant, id est opera carnis subigunt, quia et apostolus non primum quod spiritale, sed quod animale, postea spiritale. **4.** Nam etsi Adam statim prophetauit magnum illud sacramentum in Christum et ecclesiam : hoc nunc os ex ossibus meis et caro | ex carne mea; propter hoc V 316 relinquet homo patrem et matrem et agglutinabit se mulieri suae, et erunt duo in unam carnem, accidentiam spiritus passus est : cecidit enim ecstasis super illum, sancti spiritus uis operatrix prophetiae. **5.** Nam et malus spiritus accidens res est. Denique Saulem tam dei spiritus postea uertit in alium uirum, id est in propheten, cum dictum est : quid hoc filio Cis? an et Saul in prophetis? quam et mali spiritus postea uertit in alium uirum, in apostatam scilicet. Iudam quoque aliquamdiu cum electis deputatum usque ad loculorum officium, etsi iam fraudatorem, traditorem tamen nondum, postea diabolus intrauit. **6.** Igitur si neque dei neque diaboli spiritus ex natiuitate conseritur animae, solam eam constat ante euentum spiritus utriusque ; si solam, et simplicem et uniformem substantiae nomine, atque ita non aliunde spirantem quam ex substantiae suae sorte. ||

XII. **1.** Proinde et animum siue mens est νοῦς apud Graecos, f. 124 non aliud quid intellegimus quam suggestum animae ingenitum et insitum et natiuitus proprium, quo agit, quo sapit,

XI. **26** Ies. 57, 16. **28** Ies. 42, 5. **32** 1 Cor. 15, 46. **35** Eph. 5, 31/2. Gen. 2, 23/4. **43** 1 Reg. 10, 11.

declarat ad differentias *B* declarans differentias *Gel* **25** in sequentibus] insequentibus *A* **25/26** pronuntiant *A* **28** super* *A* **31** calcent *B* **32** carne *B* **33** postea quod *susp. Kroym. 106* spiritale *A* ; *approbat Kroym. 106*] spiritale est *B Gel* **34** et si *Rfd* **37/38** agglutinabit *A*] adglutinabit *B Gel* **38** mulieri *A*] uxori *B Gel* **39** carnem unam *Rig* **40** uis] sui *A* **41** de * nique *A* **42** alium] malum *A corr.* **44** mali *A* ; *uindicat Gomperz 65*] malus *B Gel* **45** euertit *B Gel* **46** aliquandiu *A* **46/47** adloculorum *A* **47** et, si Rig_{1-2} tamen] tandem *Gel ; lectionem* tamen *restituit Lat, A non inspecto* **48** sed postea *B* **50** euentum] aduentum *Iun*

XII. **1** DE ANIMO *AB* NON SEPARARI ANIMAM ET ANIMVM *Gel* animus *Hartel Patr. Stud. 4, 55* *uirgulam post* est *ponunt Pam Rig Oehl Rfd ; quod damnat Kroym. 106* νοῦς] NOYC *A* quod νοῦς *Kroym. 106* **2** non] quo non *AB ; Hartel Patr. Stud. 4, 56* quid *om. A* **3** natiuum *B* (natiuitus *Bmg*)

quem secum habens ex semetipsa secum moueat in semetipsa, atque ita moueri uideatur ab illo tamquam substantia alio, ut uolunt qui etiam uniuersitatis motatorem animum decernunt, illum deum Socratis, illum Valentini Vnigenitum ex patre *ΒΥΘΩΙ* et matre *ΣΙΓΗΙ*. **2.** Quam Anaxagorae turbata sententia est! Initium enim omnium commentatus animum et uniuersitatis oscillum de illius axe suspendens purumque eum affirmans et simplicem et incommiscibilem, hoc uel maxime | titulo segregat ab animae commixtione et tamen V 317 eundem alibi animam edicit. **3.** Hoc etiam Aristoteles denotauit, nescio an sua paratior implere quam aliena inanire. Denique et ipse definitionem animi cum differret, interim alterum animi genus pronuntiauit, illum diuinum, quem rursus et inpassibilem subostendens abstulit et ipse eum a consortio animae. Cum enim animam passibilem constet eorum quae sortita est pati, aut per animum et cum animo patietur, si concreta est animo, non poterit animus inpassibilis induci, aut si non per animum nec cum animo patietur anima, non erit concreta illi, cum quo nihil et cui nihil patitur. Porro si nihil per illum et cum illo anima patietur, iam nec sentiet nec sapiet nec mouebitur per illum, ut uolunt. **4.** Nam et sensus passiones facit Aristoteles. Quidni? Et sentire enim pati est, quia pati sentire est. Proinde et sapere sentire est et moueri sentire est. || Ita totum pati est. Videmus autem nihil istorum f. 124v animam experiri, ut non et animo deputetur, quia per illum et cum illo transigatur. **5.** Iam ergo et commiscibilis est animus aduersus Anaxagoran et passibilis aduersus Aristotelen. Ceterum si discretio admittitur, ut substantia duae res sint animus atque anima, alterius erit et passio et sensus et sapor omnis et actus et motus, alterius autem otium et quies et stupor et nulla iam causa, et aut animus uacabit aut anima. **6.** Quodsi constat ambobus haec omnia reputari, ergo unum erunt utrumque et Democritus obtinebit differentiam tollens et quaeretur, quomodo unum utrumque, ex duarum substan-

uirgulam ante proprium *ponit Gel* **4** secum moueat in semetipsa *om. A* secum moueat *Iun*] se commoueat *B Gel* in semet ipsam *Rfd ; quod damnat Kroym. 106* **5** alio *A ; uindicat Kroym. 106*] alia *B Gel* **6** mutatorem *Bmg* **7** unigenitum *A*] Monogenen *B Gel* Monogenem *Pam* **8** *ΒΥΘΩ A* βύθῳ *B Gel* Bytho *Rig* *Σιγῇ Vrs*] *ΣΕΙΓΗΝΕ A* *κειρήνῃ B* *εἰρήνῃ Gel* *ἐννοίᾳ Pam* *ἠρεμίᾳ Iun* Sige *Rig* quam *A ; uindicat Kroym. 106*] quamuis *B Gel* **9** enim *om. A* **10** et] ut *Seml* **11** incommissibilem *B* **12** titulos *A* commistione *B Gel* **13** animam edicit *Gel*] anima (* *A*) edicit *AB* animae addicit *Rig* animae dicit *Lindn* **14** inanire] damnare *B* („al. inanire' *Bmg*) **17** et *del. Gomperz 65/6* ipse eum] ipsum *Rfd* ipse, cum *Gomperz 65/6* **18** constat *A corr.* **19** aut per *om. A* patiatur *A* **20** potest *B Gel* **21** nec cum] necum *A* patiatur *A* **22** quo *Vrs*] qua *AB Gel* cui *AB Gel ; uindicant Lindn Th. St. T. 2, 45/6*] per quem *Iun* qui *Vrs* **23** animo *Rig_3* **29** transigitur *B Gel* **29/30** animae *Rig_3* **30** Anaxagoram *B Gel* aristotilen *A* Aristotelem *B Gel* **34** *secundum* et] ita *Iun mauult* uocabit *A*

tiarum confusione, an ex unius dispositione. Nos autem animum ita dicimus animae concretum, non ut substantia alium, sed ut substantiae officium.

XIII. **1.** Ad hoc dispicere superest, principalitas ubi sit, id est, quid cui praeest, ut cuius principalitas apparuerit, illa sit substantiae massa, id autem, cui massa substantiae praeerit, V 318 | substantiae massa, in officium naturale substantiae deputetur. Enimuero quis non animae dabit summam omnem, cuius nomine totius hominis mentio titulata est? **2.** Quantas animas pasco, ait diues, non ait animos, et animas saluas optat gubernator, non animos, et rusticus in opere et in proelio miles animam se, non animum, ponere affirmat. Cuius nominatiora pericula aut uota sunt, animi an animae? Quid autem agere dicuntur moribundi, animum an animam? Ipsi postremo philosophi ipsique medici, quamuis de animo quoque disputaturi, faciem tamen operis frontemque materiae de anima unusquisque proscripsit. **3.** Vt autem et a deo discas, animam semper deus alloquitur, animam compellat atque || aduocat, ut animum sibi f. 125 aduertat. Illam saluam uenit facere Christus, illam perdere in gehennam comminatur, illam pluris fieri uetat, illam et ipse bonus pastor pro pecudibus suis ponit. Habes animae principalitatem, habes in illa et substantiae unionem, cuius intellegas instrumentum esse animum, non patrocinium.

XIV. **1.** Singularis alioquin et simplex et de suo tota est, non magis structilis aliunde quam diuisibilis ex se, quia nec dissolubilis. Si enim structilis et dissolubilis, iam non immortalis. Itaque quia non mortalis, neque dissolubilis neque diuisibilis. Nam et diuidi dissolui est et dissolui mori est. **2.** Diuiditur autem in partes, nunc in duas a Platone, nunc in tres a Zenone, nunc in quinque ab Aristotele et in sex a Panaetio, in septem a Sorano, etiam in octo penes Chrysippum,

XIII. **16** Luc. 9, 56. **17** Mtth. 10, 28. Luc. 14, 26. Ioh. 10, 15 (11).

38 *post* dispositione *interrogationis signum ponit Iun* **39** substantiae *B Gel*

XIII. **1** despicere *A* **2** quid] qui *B Gel* **3** *prius* substantia *A* *prius* massa... **4** in *om. A* **6** mentiot *A* **7** ait *om. B Gel* **10/11** mori * bundum *A* **11** animam] anima *A* **12** disputarent *B Gel* **14** deus semper *B Gel* **15** compellatque/aduocat *A* **18/19** animae (ni *ex* m) principalita*tem *A* **20** intelligam *B Gel*

XIV. **2** structilis *Kroym. 107 ; Blf Mus. 53 (1948), 147_3*] instructilis *AB* in se structilis *Iun* **3** et dissolubilis ; si dissolubilis, iam *B Gel* **4** quia iam non *B Gel* **6** diuidetur *A* **7** Zenone] Varrone *Pam susp. ; del. Iun* in quinque ab Aristotele *Pam susp. ; Diels Dox. Gr. 205 ; approbant Kroym. 107 ; A. Schmekel Philos. d. mittl. Stoa 262 ; R. Hirzel Unters. z. Cic. phil. Schr. 2, 772 sqq. ; falsum putat Esser 113_4*] inquitque *A* in quinque *B Gel* a filio Nicomachi in quinque *Iun susp.* et] aut *Esser l.c.* **7/8** panetio *A* **8** in VII *A* et in septem *B Gel*

etiam in nouem penes Apollophanen, sed et in duodecim apud quosdam Stoicorum, et in duas amplius apud Posidonium, qui a duobus exorsus titulis, principali, quod aiunt ἡγεμονικόν, et a rationali, quod | aiunt λογικόν, in decem septem exinde V 319 prosecuit; ita aliae ex aliis species diuidunt animam. **3.** Huiusmodi autem non tam partes animae habebuntur quam uires et efficaciae et operae, sicut de quibusdam et Aristoteles iudicauit. Non enim membra sunt substantiae animalis, sed ingenia, ut motorium, ut actorium, ut cogitatorium, et si qua in hunc modum distinguunt, ut et ipsi illi quinque notissimi sensus, uisus auditus gustus tactus odoratus. Quibus omnibus etsi certa singulis domicilia in corpore determinauerunt, non idcirco haec quoque distributio animae ad animae sectiones pertinebit, quando ne ipsum quidem corpus ita diuidatur in membra, ut isti uolunt animam. **4.** Atquin ex multitudine membrorum unum corpus efficitur, ut concretio sit potius || ipsa diuisio. Specta portentosissimam Archimedis munificen- f. 125v tiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera uocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, et una moles erunt omnia. Sic et spiritus, qui illic de tormento aquae anhelat, non ideo separabitur in partes, quia per partes administratur, substantia quidem solidus, opera uero diuisus. **5.** Non longe hoc exemplum est a Stratone et Aenesidemo et Heraclito; nam et ipsi unitatem animae tuentur, quae in totum corpus diffusa et ubique ipsa, uelut flatus in calamo per cauernas, ita per sensualia uariis modis emicet, non tam concisa quam dispensata. Haec omnia quibus titulis nuncupentur et quibus ex se diuisionibus detineantur et quibus in corpore metationibus sequestrentur, medici potius cum philosophis considerabunt; nobis pauca conuenient.

---

in octo] VIII *A* **9** nouem] VIIII *A* apolphanen *A* duodecim *A Bmg*] decem *B Gel*; *approbat Diels Dox. Gr. 206* duodecim et in quindecim *K. Reinhardt Poseidonios* 355_1 **11** qui aduobus *A* quia duobus *B* tituli *A* hegemonicon *A* **12** a rationali] irrationali *susp. Stein l.c.* 189_{359}; *Esser l.c.* λογικόν] ἄλογον *susp. Stein l.c.*; *Esser l.c.*; *uoces et* irrationali, quod aiunt ἄλογον *ante* et a rationali *per haplographiam intercidisse putat* R. *Philippson, Rh. Mus. N. S. 78 (1929), 359* λογικόν in *om. A lacuna relicta* decem septem *A*] decem et septem *B Gel* decem *Iun* duodecim *Pam*; *approbant Stein l.c. 189*; *Diels Dox. Graeci 206*; *Philippson l.c.* decem et quattuor *Rfd susp.*; *lectionem traditam uindicat K. Schindler, Die stoische Lehre von den Seelenteilen und Seelenvermögen, etc. 59/61* **13** aliae *A*; *approbat Th. St. T. 1, 40*] in alias *B Gel* speties *A ut ubique, exc. c. 10, 9 et 32, 3* **17** actorium] altorium (= θρεπτικόν) *susp. La Cerda* **18** distingunt *A* distinguuntur *Iun* ut *delet Iun* in quinque *Gel*; *dubitat Iun* nouissimi *A* **22** corpus ita diuidatur] corpussit adiuidatur *A* **25** portentossissimam *A* **26** hydrolicum *Rig*$_3$ *primum* tot] toth *A corr.* **28** commertia *A* **32** est *om. A*; *damnat Hoppe Beitr.* 45_3 **33** *ipsi *A* **34** defusa *A* **37** detineantur *A Bmg*] deriuentur *B Gel* distineantur *Kroym. 107* **38** cum philosophis] tum philosophi *Gel*

XV. **1.** Inprimis an sit aliqui summus in anima gradus uitalis et sapientialis, quod ἡγεμονικόν appellant, id est principale, quia si negetur, totus animae status periclitatur. Denique qui negant | principale, ipsam prius animam nihil V 320 censuerunt. **2.** Messenius aliqui Dicaearchus, ex medicis autem Andreas et Asclepiades ita abstulerunt principale, dum in animo ipso uolunt esse sensus, quorum uindicatur principale. Asclepiades etiam illa argumentatione uectatur, quod pleraque animalia ademptis eis partibus corporis, in quibus plurimum existimatur principale consistere, et insuper uiuant aliquatenus et sapiant nihilominus, || ut muscae et uespae et lucustae, f. 126 si capita decideris, ut caprae et testudines et anguillae, si corda detraxeris; itaque principale non esse, quo, si fuisset, amisso cum suis sedibus uigor animae non perseueraret. **3.** Sed plures et philosophi aduersus Dicaearchum, Plato Strato Epicurus Democritus Empedocles Socrates Aristoteles, et medici aduersus Andrean et Asclepiaden, Herophilus Erasistratus Diocles Hippocrates et ipse Soranus, iamque omnibus plures Christiani, qui apud deum de utroque deducimur, et esse principale in anima et certo in corporis recessu consecratum. **4.** Si enim scrutatorem et dispectorem cordis deum legimus, si etiam prophetes eius occulta cordis traducendo probatur, si deus ipse recogitatus cordis in populo praeuenit: quid cogitatis in cordibus uestris nequam? si et Dauid: cor mundum conde in me deus, et Paulus corde ait credi in iustitiam, et Iohannes corde ait suo unumquemque reprehendi, si postremo qui uiderit feminam ad concupiscendum, iam adulterauit in corde, simul utrumque dilucet, et esse principale in anima, quod intentio diuina conueniat, id est uim sapientialem atque uitalem (quod enim sapit, uiuidum est), et in eo thesauro corporis haberi, ad quem deus respicit, **5.** ut neque | extrinsecus agitari putes principale istud secun- V 321

XV. **21** Sap. 1, 6. **22** Prou. 24, 12. **24** Mtth. 9, 4. **25** Ps. 50, 12. **26** Rom. 10, 10. **27** Ioh. 3, 20. **28** Mtth. 5, 28.

XV. **1** DE HE*MOGENICON *A* DE HEGEMONICO *B* DE HEGEMONICO AN SIT ET VBI SIT *Gel* aliqui *A*] aliquis *B Gel* **2** egemonicon *A* **3** quia *om. A* anima/estatus *A* periclitetur *A*; *quod lapsum calami putat Hoppe Beitr.* 36_3 **5** aliqui *A*] aliquis *B Gel* **6** abstulerint *A corr.* **10/11** aliquatinus *A* **11** locustae *B Gel* **13** quo *Kroym. 107 Gomperz 2*; *approbat Borleffs Mus. 41 (1934), 312*] quod *AB Gel* **14** amisso *A*] amissus *B Gel* sedibus *om. A* **15** aduerdi cae arcum *A* **16** Socrates] Xenocrates *Diels Dox. Gr. 204* **17** Andream *B Gel* Asclepiadem *B Gel* **18** herasistratus *A* ipocrates *A* **19/20** ducimur *A* docemur *Mercerus* deducimus *Iun* **21/22** despectorem *A* **23** deus] dominus *A* **25** si] sic *B Gel* **31** quod] quo *A* **32** sapit] rapit *Bmg* **33** thensauro *A* ad quem] atque *A* **34** neque] nec *A*

dum Heraclitum, neque per totum corpus uentilari secundum Moschionem, neque in capite concludi secundum Platonem, neque in uertice potius praesidere secundum Xenocraten, neque in cerebro cubare secundum Hippocraten, sed nec circa cerebri fundamentum, ut Herophilus, nec in membranulis, ut Strato et Erasistratus, nec in superciliorum meditullio, ut Strato Physicus, nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus, sed quod et Aegyptii renuntiauerunt et qui diuinarum || com- f. 126v mentatores uidebantur, ut et ille uersus Orphei uel Empedoclis: namque homini sanguis circumcordialis est sensus. **6.** Etiam Protagoras, etiam Apollodorus et Chrysippus haec sapiunt, ut uel ab istis retusus Asclepiades capras suas quaerat sine corde balantes et muscas suas abigat sine capite uolitantes, et omnes iam sciant se potius sine corde et cerebro uiuere, qui dispositionem animae humanae de condicione bestiarum praeiudicarint.

XVI. **1.** Est et illud ad fidem pertinens, quod Plato bifariam partitur animam, per rationale et inrationale. Cui definitioni et nos quidem applaudimus, sed non ut naturae deputetur utrumque. Naturale enim rationale credendum est, quod animae a primordio sit ingenitum, a rationali uidelicet auctore. Quid enim non rationale, quod deus iussu quoque ediderit, nedum id quod proprie afflatu suo emiserit? Inrationale autem posterius intellegendum est, ut quod acciderit ex serpentis instinctu, ipsum illud transgressionis admissum, atque exinde inoleuerit et coadoleuerit in anima ad instar iam naturalitatis, quia statim in naturae primordio accidit. **2.** Ceterum cum idem Plato ⟨naturale⟩ solum ra|tionale V 322 dicat, ut in anima dei ipsius, si nos etiam inrationale naturae adscribimus, quam a deo anima nostra sortita est, aeque in-

---

36 Moschionem *Bmg*] oschionem *A* Moscionem *B* Muschionem *Seml* **39** herophilo *A* membranullis *A corr.* membranula eius *Iun susp.* **40** Strato et *secl. Diels Dox. Gr. 204* **41/42** sed * quod *Rfd putans uoces* in corde habere sedem *intercidisse*; *etiam Kroym. 107 lacunam signat* sed quod et] sed et quod *Pam* secundum quod et *Hartel ap. Rfd (Patr. Stud. 4, 57 lectionem traditam uindicans)* **42** renunciauerunt *A* et] ei *B Gel*; *La Cerda susp.* (‚sc. Mercurio Trismegisto') ii *Vrs* ut *Hartel Patr. Stud. 4, 57* diuinorum *Iun* diuinarum litterarum *Rfd*; *contra quem disputat Hartel Patr. Stud. 4, 57* diuinarum rerum *Kroym. 108* **42/43** commemoratores *A Bmg*; *uindicat Kroym. 107* ‚alii *contemptores*, quod mendum puto' *La Cerda* commentator esse uidebatur *La Cerda susp.* **43** ut *om. Gel* orphaei *A* **43/44** empledoclis *A corr.* **44** hominis *B Gel* **45** est] 'st *Iun* Protagoras] Praxagoras *Pam susp.* Pythagoras *La Cerda et Diels Dox. Gr. 204* **45/46** apollo durus *A* Apollo Horus *La Cerda susp.* **46** haec] hac *A* hoc *Iun* sapiant *Iun* **50** humanae de *om. A* conditione *A*

XVI. **2** rationalem et irrationalem *B Gel* **3** adplaudimus *B Gel* **6** quid enim? non *Iun* *ediderit *A* **7** propriae *A* **10** et coadoleuerit *om. A* **12** ⟨naturale⟩ solum *Har. Fuchs per litteras*] solum *AB* **13** ut *delere uult Rfd* **14** ad-

rationale de deo erit, utpote naturale, quia naturae deus auctor est. Sed enim a diabolo immissio delicti, inrationale autem omne delictum; igitur a diabolo inrationale, a quo et delictum, extraneum a deo, a quo est inrationale alienum. Proinde delicti diuersitas horum ex distantia auctorum. **3.** Proinde cum Plato soli deo segregans rationale duo genera subdiuidit ex inrationali, indignatiuum, quod appellant θυμικόν, et concupiscentiuum, || quod uocant ἐπιθυμητικόν, f. 127 ut illud quidem commune sit nobis et leonibus, istud uero cum muscis, rationale porro cum deo, uideo et de hoc mihi esse retractandum propter ea quae in Christo deprehenduntur. **4.** Ecce enim tota haec trinitas et in domino: et rationale, quo docet, quo disserit, quo salutis uias sternit, et indignatiuum, quo inuehitur in scribas et Pharisaeos, et concupiscentiuum, quo pascha cum discipulis suis edere concupiscit. **5.** Igitur apud nos non semper ex inrationali censenda sunt indignatiuum et concupiscentiuum, quae certi sumus in domino rationaliter decucurrisse. Indignabitur deus rationaliter, quibus scilicet debet, et concupiscet deus rationaliter, quae digna sunt ipso. Nam et malo indignabitur et bono concupiscet salutem. **6.** Dat et apostolus nobis concupiscentiam: si quis episcopatum concupiscit, bonum opus concupiscit; et bonum opus dicens rationalem concupiscentiam ostendit. Concedit et indignationem. Quidni, quam et ipse suscepit? Vtinam et praecidantur, inquit, qui uos subuertunt. Rationalis et indignatio quae ex affectu disciplinae est. **7.** At cum dicit: fuimus aliquando natura filii irae, inrationale indignatiuum suggillat, quod non sit ex ea | natura quae a deo V 323 est, sed ex illa quam diabolus induxit, dominus et ipse dictus sui ordinis: non potestis duobus dominis seruire, pater et ipse cognominatus: uos ex diabolo patre estis, ne timeas et illi proprietatem naturae alterius adscribere, posterioris et adulterae, quem legis auenarum superseminatorem || et frumentariae segetis nocturnum f. 127v interpolatorem.

XVI. **35** 1 Tim. 3, 1. **39** Gal. 5, 12. **41** Eph. 2, 3. **45** Mtth. 6, 24. **46** Ioh. 8, 44 **48** Mtth. 13, 25.

---

scripserimus *B Gel* est] st *A* **15** quia naturae *om. A* **19** proinde *del. Iun* delicti *AB*] *om. Gel* licuit *Hartel Patr. Stud. 4, 58*; *post* delicti *lacunam signat Rfd* **20** Proinde] deinde *Hartel Patr. Stud. 4, 58* **21** inrationali] rationali ex rationale *A* rationali *Rig* **22** thymicon *A* *ΕΠΙΘΥΜΗΤΙΚΟΝ* *A* **23** *illud *A* **26** *alterum* et *om. A* **27** quo disserit *Iun*] quae disserit *AB Gel* **31** certi sumus] cer tissimus *A* **31/32** dñm *A* **37** sed bonum *B Gel* **38** et *om. A* **40** est indignatio *B Gel* **43** suggilat *A* **44** quam] qua *Iun* **48** et/et adulterae *A* **49** superseminatarum Rig_2

XVII. **1.** Contingit nos illorum etiam quinque sensuum quaestio, quos in primis litteris discimus, quoniam et hinc aliquid haereticis procuratur. Visus est et auditus et odoratus et gustus et tactus. **2.** Horum fidem Academici durius damnant, secundum quosdam et Heraclitus et Diocles et Empedocles, certe Plato in Timaeo inrationalem pronuntians sensualitatem et opinioni coimplicitam. Itaque mendacium uisui obicitur, quod remos in aqua inflexos uel infractos adseuerat aduersus conscientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadeat, quod aequalissimam porticum angustiorem in ultimo infamet, quod caelum tanta sublimitate suspensum mari iungat. **3.** Perinde auditus fallaciae reus, ut cum caeleste murmur putamus et plaustrum est, uel tonitru meditante pro certo de plaustro credimus sonitum. Sic et odoratus et gustus arguuntur, siquidem eadem unguenta eademque uina posteriore quoque usu depretiantur. Sic et tactus reprehenditur, siquidem eadem pauimenta manibus asperiora, pedibus leuiora creduntur, et in lauacris idem calidae lacus feruentissimus primo, dehinc temperatissimus renuntiatur. **4.** Adeo, inquiunt, sic quoque fallimur sensibus, dum sententias uertimus. Moderantus Stoici non omnem sensum, nec semper, de mendacio onerant. Epicurei constantius parem omnibus atque perpetuam defendunt ueritatem, || sed alia uia. Non enim sensum mentiri, sed [f. 128] opi|nionem. Sensum enim pati, non opinari ; animam enim [V 324] opinari. Absciderunt et opi|nionem a sensu et sensum ab anima. **5.** Et unde opinio, si non a sensu ? Denique nisi uisus rotundam senserit turrem, nulla opinio rotunditatis. Et unde sensus, si non ab anima ? Denique carens anima corpus carebit et sensu. Ita et sensus ex anima est et opinio ex sensu et anima totum. Ceterum optime proponetur esse utique aliquid quod efficiat aliter quid a sensibus renuntiari quam sit in rebus. Porro si potest id renuntiari quod non sit in rebus, cur non perinde possit per id renuntiari quod non sit in sensibus, sed in eis rationibus quae interueniant suo nomine ? **6.** Atque adeo licebit eas recognosci. Nam ut in aqua remus inflexus uel infractus appareat, aqua in causa est ; denique extra aquam integer uisui remus. Teneritas autem substantiae

XVII. **1** DE QVINQVE SENSIBVS *AB Gel* Contingit *Pam*] contigit *AB Gel* **5** *uirgulam post uoces* secundum quosdam *ponunt AB Gel* ; *recte primus distinxit Pam* Heraclitus et Diocles] Heraclides *Iun susp.* **6** P* lato *A* timeo *A* pronunciat *B Gel* pronuntiat *Pam* **7** complicitam *B Gel* **11** infamet] informet (,ὑποτυπώσῃ') *Iun susp.* **12** proinde *Bmg* **13** fallacia *A* **14** mugitante *O. Hey, A.L.L. 11, 270* pro certo] procella *Lindn susp.* **16** quoque] quaeque *Rfd susp.* ; *quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 58* depraetiantur *A* **19** calidus *B Gel* **25** sensum] sedsum *A* **25/26** animam enim opinari] animam opinari *Iun* animam enim non opinari *Rig* **26** sensu] sensus *A* **26/27** et sensum ab anima *om. A* **28** rodrunditatis *A corr.* **32** alter *A corr.* **35** eis

illius, qua speculum ex lumine efficitur, prout icta seu mota est, ita et imaginem uibrans euertit lineam recti. Item ut turris habitus eludat, interualli condicio compellit in aperto ; aequalitas enim circumfusi aeris pari luce uestiens angulos oblitterat lineas. Sic et uniformitas porticus acuitur in fine, dum acies in concluso stipata illic tenuatur, quo et extenditur. Sic et caelum mari unitur, ubi uisio absumitur, quae quamdiu uiget, tamdiu diuidit. **7.** Auditum uero quid aliud decipiet quam sonorum similitudo ? Et si postea minus spirat unguentum et minus sapit uinum et minus lacus feruet, in omnibus ferme prima uis tota est. Ceterum de scabro ac leui merito manus ac pedes tenera scilicet et callosa membra dissentiunt. || **8.** Igitur [f. 128v] hoc modo nulla sensuum frustratio causa carebit. Quodsi causae fallunt sensus et per sensus opiniones, iam nec in sensibus constituenda fallacia est, qui causas sequuntur, nec in opinionibus, quae a sensibus diriguntur sequentibus causas. **9.** Qui insaniunt, alios in aliis uident, ut Orestes matrem in sorore et Aiax Vlixen in armento, ut Athamas et Agaue in filiis bestias. Oculisne hoc mendacium exprobrabis, an furiis ? Qui redundantia fellis auru|ginant, amara sunt omnia. Num [V 325] ergo gustui praeuaricationem exprobrabis, an ualetudini ? Omnes itaque sensus euertuntur uel circumueniuntur ad tempus, ut proprietate fallaciae careant. **10.** Immo iam ne ipsis quidem causis adscribendum est fallaciae elogium. Si enim ratione haec accidunt, ratio fallacia perhiberi non meretur. Quod sic fieri oportet, mendacium non est. Itaque si et ipsae causae infamia liberantur, quanto magis sensus, quibus iam et causae libere praeeunt, cum hinc potissimum et ueritas et fides et integritas sensibus uindicanda sit, quod non aliter renuntient quam quod illa ratio mandauit, quae efficiat aliter quid a sensibus renuntiari quam sit in rebus ! **11.** Quid agis, Academia procacissima ? Totum uitae statum euertis, omnem naturae ordinem turbas, ipsius dei prouidentiam excaecas, qui cunctis operibus suis intellegendis incolendis dispensandis fruendisque fallaces et mendaces dominos praefecerit sensus. An non istis uniuersa conditio subministratur ? An non per istos secunda quoque mundo instructio accessit, tot artes, tot ingenia, tot studia negotia officia commercia || remedia consilia solacia uictus cultus [f. 129] ornatus, quae omnia totum uitae saporem condierunt, dum

A] his *B Gel* **41** conditio *A* **41/42** Aequalitas *ex* aequalitas *A* **44** illic] illuc *Hartel ap. Rfd* . **46** quiad aliud *A* **49** totum *Iun* **53** secuntur *A* **54** in *om. B* **56** Vlyssem *B* Vlixem *Gel* **58** lis qui *Gomperz 66* ; *quem refutat Hoppe Beitr. 111* mara *A corr. m. rec.* **59** ualetudine *A corr.* ualetudinem *B Gel* **62** fallaciae] fallacie *A* ellogium *Iun* **63** fallacia] fallaciae *B* (fallacia *Bmg*) **66** *post* praeeunt *interrogationis signum ponit Iun* **68** quod *delet Oehl* **69** quit *A* quam sit] quod sit *B* **70** Academice procacissime *B Gel* **73** colendis *Rfd* **74** condicio *A* **78** ornatus, quae omnia *Hartel*

per hos sensus solus omnium homo animal rationale dinoscitur intellegentiae et scientiae capax, et ipsius Academiae ? **12.** Sed enim Plato, ne quod testimonium sensibus signet, propterea et in Phaedro ex Socratis persona negat se cognoscere posse semetipsum, ut monet Delphica inscriptio, et in Theaeteto adimit sibi scire atque sentire et in Phaedro post mortem differt sententiam ueritatis, postumam scilicet ; et tamen nondum mortuus philosophabatur. **13.** Non licet, non licet | nobis in dubium sensus istos deuocare, ne et in Christo V 326
de fide eorum deliberetur, ne forte dicatur quod falso satanan prospectarit de caelo praecipitatum aut falso uocem patris audierit de ipso testificatam aut deceptus sit, cum Petri socrum tetigit, aut alium postea unguenti senserit spiritum, quod in sepulturam suam acceptauit, alium postea uini saporem, quod in sanguinis sui memoriam consecrauit. **14.** Sic enim et Marcion phantasma eum maluit credere, totius corporis in illo dedignatus ueritatem. Atquin ne in apostolis quidem eius ludificata natura est ; fidelis fuit et uisus et auditus in monte, fidelis et gustus uini illius, licet aquae ante, in nuptiis Galilaeae, fidelis et tactus exinde creduli Thomae. Recita Johannis testationem : *quod uidimus*, inquit, *quod audiuimus, oculis nostris uidimus, et manus nostrae contrectauerunt de sermone uitae.* Falsa utique testatio, si oculorum et aurium et manuum sensus natura mentitur. ||

XVIII. **1.** Conuertor ad intellectualium partem, quemad- f. 129v
modum illam Plato a corporalibus separatam haereticis commendauerit agnitionem ante mortem consecutus. Ait enim in Phaedone : 'Quid tum erga ipsam prudentiae possessionem ? Vtrumne impedimentum erit corpus, an non, si quis

XVII. **88** Luc. 10, 18. **89** Mtth. 3, 17. **90** Mtth. 8, 15. **91** Mtth. 26, 7/12. **92** Luc. 22, 20 (Mtth. 26, 27/9). **96** Mtth. 17, 3 *seqq.* **97** Ioh. 2, 1 *seqq.* **98** Ioh. 20, 27. **99** 1 Ioh. 1, 1.

XVIII. **4** Plato Phaedo 65 A *seq.*

ap. Rfd] ornatusque. Omnia *A* ornatusque, omnia *B* ornatusque : omnia *Gel* ornatusque? omnia *Rig₁* ornatusque omnia? *Rig₃* ornatusque, omnia? *Rfd* ornatus ? Quae omnia *Hartel Patr. Stud. 4, 59* **79** hos] os *A corr.* sensibus *A corr.* **79/80** dignoscitur *Rig* **80** et scientiae *om. A* **83/84** in te acht^{h}eto (h *prius inductum*) *A* **84** et *om. A* **85** sententiam] scientiam *Hartel Patr. Stud. 4, 59* *uirgulam ante* ueritatis *ponunt Rig Oehl Rfd* postumam *Gel* **86** mortuis *Bmg* non licet *semel exhibent B Gel* ; *cf. Lfst. Spr. Tert. 74* **87** reuocare *B Gel* **88** delibretur *Iun* Sathanam *B* Satanam *Gel* **90** testificatum *A Lindn* **91** *spiritum *A* **93** * memoriam *A* **98** galileę *A*

XVIII. **1** DE INTELLECTVALIBVS *AB* QVOD PHILOSOPHI ET HAERETICI DISTINGVANT INTER SENSVALIA ET INTELLECTVALIA *Gel* **2** a *add. A m. rec.* **4** Phaedone *Pam*] phado *A* Phaedro *B Gel* quid tum ?

illud socium assumpserit in quaestionem ? Tale quid dico : habetne ueritatem aliquam uisio et auditio hominibus ? An non etiam poetae haec nobis semper obmussant, quod neque audiamus certum neque uideamus ?' Meminerat scilicet et Epicharmi Comici : *animus cernit, animus audit, reliqua surda et caeca sunt.* **2.** Itaque rursus illum ergo ait supersapere qui mente maxime sapiat, neque uisionem proponens neque ullum eiusmodi sensum at|trahens animo, sed ipsa mente sincera utens in V 327
recogitando ad capiendum sincerum quodque rerum, si egressus potissimum ab oculis et auribus et, quod dicendum sit, a toto corpore ut turbante et non permittente animae possidere ueritatem atque prudentiam, quando communicat. **3.** Videmus igitur aduersus sensus corporales aliam portendi paraturam ut multo idoniorem, uires scilicet animae, intellectum operantes eius ueritatis, cuius res non sint coram nec subiaceant corporalibus sensibus, sed absint longe a communi conscientia in arcano et in superioribus et apud ipsum deum. Vult enim Plato esse quasdam substantias inuisibiles incorporales supermundiales, diuinas et aeternas, quas appellat ideas, id est formas, exempla et causas naturalium istorum manifestorum et subiacentium corporalibus sensibus, et illas quidem esse ueritates, haec autem imagines earum. **4.** Relucentne iam haeretica semina Gnosticorum et Valenti-
nianorum ? Hinc enim || arripiunt differentiam corporalium f. 130
sensuum et intellectualium uirium, quam etiam parabolae decem uirginum adtemperant, ut quinque stultae sensus corporales figurauerint, stultos uidelicet, quia deceptui faciles, sapientes autem intellectualium uirium notam expresserint, sapientium scilicet, quia contingentium ueritatem illam arcanam et supernam et apud pleroma constitutam, haereticarum idearum sacramenta ; hoc enim sunt et aeones et genealogiae illorum. **5.** Itaque et sensum diuidunt et intellectualibus quidem a spiritali suo semine, sensualibus uero ab animali, quia spiritalia nullo modo capiat ; et illius quidem esse inuisibilia, huius uero uisibilia et humilia et temporalia, quae sensu conueniantur in imaginibus constituta. Ob haec ergo

11 Plato Phaedo 65 E *seq.*

possessionem utrumne... quaestionem ? *Iun distinguit* **6** adsumpserit *B Gel* **7/8** ? An non etiam *scripsi*] An non ? an etiam *A* an non ? an non etiam *B Gel* **13** ullum] illum *Bmg* eiusmodi] aliusmodi *Iun* **14** sensum *Bmg*] *om. AB Gel* animo *Bmg*] animum *AB* **15** rogitando *A* **15/16** si egressus] segressus *Rig* **16** quod] quo *Gel* **20** uti *ex* ut *A* aut *B* idoneiorem *Iun* **23** sconscientia *A corr.* **24/25** incorporales supermundiales *om. A* **26** exemplares *B Gel* **33** quia] qui *Rig₃* **34** expraesserint *A* **37** Dearum *A* (*corr. m. rec.*) dearum *Bmg* Idaearum *Pam, ut semper* αἰῶνες *B Gel* **38** et intellectualibus] intellectualibus *Iun* ex intellectualibus *Rfd* et in intellectualibus *Hartel ap.*

praestruximus neque animum aliud quid esse quam animae suggestum et structum, neque spiritum extraneum quid quam quod et ipsa per flatum, ceterum accessioni deputandum quod aut deus postea aut dia|bolus adspiraret. **6.** Et nunc ad V 328 differentiam sensualium et intellectualium non aliud admittimus quam rerum diuersitates, corporalium et spiritalium, uisibilium et inuisibilium, publicatarum et arcanarum, quod illae sensui, istae intellectui attribuantur, apud animam tamen et istis et illis obsequio deputatis, quae perinde per corpus corporalia sentiat, quemadmodum per animum incorporalia intellegat, saluo eo, ut etiam sentiat, dum intellegit. **7.** Non enim et sentire intellegere est et intellegere sentire est ? || Aut f. 130v quid erit sensus, nisi eius rei quae sentitur intellectus ? Quid erit intellectus, nisi eius rei quae intellegitur sensus ? Vnde ista tormenta cruciandae simplicitatis et suspendendae ueritatis ? Quis mihi exhibebit sensum non intellegentem quod sentit aut intellectum non sentientem quod intellegit, ut probet alterum sine altero posse ? **8.** Si corporalia quidem sentiuntur, incorporalia uero intelleguntur, rerum genera diuersa sunt, non domicilia sensus et intellectus, id est, non anima et animus. Denique a quo sentiuntur corporalia ? Si ab animo, ergo iam et sensualis est animus, non tantum intellectualis, nam dum intellegit, sentit, quia si non sentit, nec intellegit ; si uero ab anima corporalia sentiuntur, iam ergo et intellectualis est uis animae, non tantum sensualis, nam dum sentit, intellegit, quia si non intellegit, nec sentit. Proinde a quo intelleguntur incorporalia ? Si ab animo, ubi erit anima ? Si ab anima, ubi erit animus ? Quae enim distant, abesse inuicem debent, cum suis muneribus operantur. **9.** Putabis quidem abesse animum ab anima, si quando, nam ita effici, ut nesciamus uidisse quid uel audisse, quia alibi fuerit animus. Adeo contendam immo ipsam animam nec uidisse nec audisse, quia alibi fuerit cum sua ui, id est animo. Nam et cum dementit | homo, anima dementit non peregri- V 329 nante, sed conpatiente tunc animo — ceterum animae princi-

Rfd ; qui Patr. Stud. 4, 60 inter hanc coniecturam et lectionem traditam dubitat **43** prestruximus *A* **44** quidquam *A* (d *add. m. rec.*) **46** adspirarit *Rig. in Erratis* adspirarat *Rig₂* **50** aput *A* **51** obsequio *om. A* (*quod approbat Kroym. 108*) ; *uncinis inclusit B* **53** saluo... sentiat] saluo eo, ut etiam ⟨intellegat, dum sentit, etiam⟩ sentiat *Kroym. 108* **54** sentire est ?] non sentire est *Vrs* Aut] at *B Gel* **57** suspendae *A* **60** sine *Bmg*] ex *AB* (*approbat Hartel Patr. Stud. 4, 60*) excluso *Rfd susp.* **64** animo] anima *Gel* **64/65** intellectuaris *A* **65** quia si] quasi *B* quia si... intellegit] *om. A ; uncinis inclusit B* (,al. desunt' *Bmg*) **67** et *om. A* intellectualis] intellectus *Gel* **68** perinde *Rfd* **72** si quando. Nam ita effici *Oehl* ; approbat *Kroym. 108*] si quando. Nam ita efficiunt *AB Gel* si quando animo ita afficimur *Vrs* aliquando ? Nam ita efficiunt *Lindn* **73** ut *om. A* uidisse *A*] nos uidisse *B Gel* ; *cf. Lfst Spr. Tert. 53* quia *Vrs*] nec audisse, quia *AB* nec non audisse, quia *Gel* **74** animus... **75** fuerit *om. A* Adeo] ideo *Iun susp.* **76** dementit anima *B Gel*

paliter casus est. **10.** Hoc unde firmatur ? Quod anima digressa nec animus in homine inueniatur ; ita illam ubique sequitur, a qua nec in fine subremanet. Cum uero sequitur et addicitur, perinde intellectus animae addicitur quam sequitur animus, cui addicitur || intellectus. Sit nunc et potior sensu f. 131 intellectus et potior cognitor sacramentorum, dummodo et ipse propria uis animae, quod et sensus. Nihil mea interest, nisi cum idcirco praefertur sensui intellectus, ut ex hoc quoque separatior habeatur quo potior affirmatur. Tunc mihi post differentiam etiam praelatio retundenda est peruentura quoque usque ad potioris dei persuasionem. **11.** Sed de deo suo quoque campo experiemur cum haereticis. Nunc de anima titulus et de intellectu non insidiose praeferendo locus. Nam etsi potiora sunt quae intellectu attinguntur ut spiritalia quam quae sensu ut corporalia, rerum erit praelatio, sublimiorum scilicet aduersus humiliores, non intellectus aduersus sensum. Quomodo enim praeferatur sensui intellectus, a quo informatur ad cognitionem ueritatum ? **12.** Si enim ueritates per imagines apprehenduntur, id est inuisibilia per uisibilia noscuntur, quia et apostolus nobis scribit : inuisibilia enim eius a conditione mundi de factitamentis intellecta uisuntur, et Plato haereticis : facies occultorum ea quae apparent, et : necesse est omnino hunc mundum imaginem quandam esse alterius alicuius, ecquid tibi uidetur intellectus duce uti sensu et auctore et principali fundamento nec sine illo ueritates posse contingi ? Quomodo ergo potior erit eo per quem est, quo eget, cui debet totum quod attingit ? **13.** Ita utrumque concluditur, neque praeferendum sensui intellectum | (per quod enim quid constat, V 330 inferius ipso est) neque separandum a sensu (per quod enim quid est, cum ipso est). ||

XIX. **1.** Sed ne illi quidem praetereundi qui uel modico f. 131v

97 Rom. 1, 20. **100** cf. J. H. Waszink in commentario ad locum, p. 267

78 unde] inde *Vrs* **80** nec] neque (que *inductum*) *A* *alterum* sequitur *om. A* ; *post hanc uocem uirgulam ponit Rfd* **81** proinde *Rfd* *posterius* addicitur] adicitur *A* **82** sensui *AB* **83** *prius* et] ut *Hartel Patr. Stud. 4, 60* **84** mea] in ea *Bmg* **86** patior *A* **87** praelatiore tundenda *B* peruenturo *Rig* ; *quod damnat Th. St. T. 1, 41* **88** quoque *om. A* ; *uindicat Th. St. T. 1, 41* **90** de *om. Gel* praeferendo] praetereundus *Rfd susp.* ; *quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 60* **100** et : necesse est *Lindn distinguit* **101** est] esse *Gel* **102** ecquid tibi uidetur *Kroym. 108*] uidetur *A* et quid sibi uidetur *B* et quod sibi uidetur *Gel* equidem ibi uidetur *Oehl* ecquid ibi ? uidetur *Lindn* ecquid ibi uidetur *Rfd* ; *quod approbat Hoppe Gnomon 11 (1935), 253* **107** quod *Kroym. 109*] quem *AB Gel* quid] (inquit) *B*

XIX. **1** INTELLECTVM SEMPER (SEMPER *om. A*) ANIMAE INESSE



temporis uiduant animam intellectu. Proinde enim uiam sternunt postea inducendi eius, sicut et animi, a quo scilicet proueniat intellectus. **2.** Volunt infantiam sola anima contineri, qua tantummodo uiuat, non ut pariter sapiat, quia nec omnia sapiant quae uiuant. Denique arbores uiuere nec tamen sapere secundum Aristotelen et si quis alius substantiam animalem in uniuersa communicat, quae apud nos in homine priuata res est, non modo ut dei opus, quod et cetera, sed ut dei flatus, quod haec sola, quam dicimus cum omni instructu suo nasci. **3.** Et si ad arbores prouocamur, amplectemur exemplum, siquidem et illis necdum arbusculis, sed stipitibus adhuc et surculis etiamnunc, simul de scrobibus oriuntur, inest propria uis animae. Verum pro temporis ratione remoratur coalescens et coadulescens robori suo, donec aetas adimpleat habitum, quo natura fungatur. Aut unde mox illis et frutices inoculantur et folia formantur et germina inflantur et flosculi inornantur et succi condiuntur, si non in ipsis omnis paratura generis quiescit et partibus promota grandescit ? **4.** Inde igitur et sapiunt unde uiuunt, tam uiuendi quam sapiendi proprietate, et quidem ab infantia et ipsae sua. Video enim et uitem adhuc teneram et inpuberem intellegentem tamen iam opera sua et uolentem alicui adhaerere, cui innixa et innexa proficiat. Denique non expectata rustica disciplina, sine arundine, sine ceruo, si quid attigerit, ultro amabit, ‖ et quidem uiriosius amplexabitur f. 132 de suo ingenio quam de tuo arbitrio. Properat esse secura. **5.** Video et hederas, quantum uelis premas, statim ad superna conari et nullo praeeunte suspendi, quod malint parietibus inuehi textili | silua quam humi teri uoluntaria iniuria. V 331 Contra quibus de aedificio male est, ut crescendo recedunt, ut refugiunt ? Sentias ramos aliorsum destinatos, et animationem arboris de diuortio parietis intellegas. Contenta est paruitate quam ex primordio prouidentissimi fructicis edidicit,

AB Gel **2** Proinde] perinde *Rfd* **3** et animi a quo *Rig*] et animi ma quo *A* et anima quo *B* in anima *Gel* **10** quod] quo *Rfd susp.*; *contra disputat Hartel Patr. Stud. 4, 61* **11** nasci] nascitur *Rfd susp.*; *refutat Hartel Patr. Stud. 4, 61* **13** etiamnuc *A corr.* **16** impleat *A* **17** fru*tices *A* **18** suci *Oehl Rfd* **21** propriaetate *A* **22** ipsa *Kroym. 109* **23** alicubi *Gel* **24** cui *A*] cum *B Gel* innixa] nixa *A corr.* innisa *Lat* **25** ceruo *A Bmg*] orno *B* corno *Pam* geruo (*uel* ceruo) *Iun susp.* si quod *Lat* **26** ambibit *Lat* amplexabitur *om. A* **27** *punctum post* arbitrio *primus posuit* Rig_2 **28** ederas *A* primas *A* **29** mali inparietibus *A corr.* **32** refugiunt ? Sentias *Vrs*] refugium sentias *AB Gel Lindn qui hoc modo distinguit* : ut... sentias, ramos... intelligas ! ramis *Iun* destinatum *Gel* destinatis *Iun* aliorsum tendere aliorsum destinatos *Rfd susp.* tendere (*uel* refugere : *Patr. Stud. 4, 61*) *mente addendum censet Hartel ap. Rfd* **33** deuortio *Iun* Contenta est *Rig*] continentia est *A Bmg* contenta sunt *B* contentae sua *Gel* contenta sua est *Oehl* contenta *Lindn* **34** prauitate *B* (paruitate *Bmg*), *quod approbat Kellner* 318_1 edidicit *Gel*] sedidicit *A* Se didicit *B* se diducit *Lindn* **35** timentis etiam *Lat* timentis iam *Rfd susp.* **36/37** sapiant... nolunt *om. A* **37** intellegat et infantia *Vrs*] intellegant et infantiam *AB Gel* **40** pullulabit *B* (-uit *Bmg*) *Gel* **42** tet statur *A* **44/45** odoratum aere *A* **46** motibus *Th. Eran. 7 (1907), 92/3*] *om. A* uocibus *B Gel* **47** lachrymabilis *B Gel* **47/48** augerem *A* **48** quod] quo *Rig* **49** spraesciens *A corr.* **50** Exinde] [non enim] exinde *B* (,al. deest' *Bmg*) non enim exinde *Pam* **52** et neminem *B Gel* **55/56** animum... non habens *om. A* **57** lactentium *B Gel* **57/58** expediendo *B Gel* (experiendo *Bmg*) **58** becbentes ex habentes *A* habentes *B* **60** utque *A corr.* uim] eum *Rfd*

timens etiam ruinam. **6.** Has ego sapientias et scientias arborum cur non contendam ? Viuant ut philosophi uolunt, sapiant ut philosophi nolunt, intellegat et infantia ligni, quo magis hominis, cuius anima uelut surculus quidam ex matrice Adam in propaginem deducta et genitalibus feminae foueis commendata cum omni sua paratura pullulauit tam intellectu quam et sensu. **7.** Mentior, si non statim infans, ut uitam uagitu salutauit, hoc ipsum se testatur sensisse atque intellexisse quod natus est, omnes simul ibidem dedicans sensus, et luce uisum et sono auditum et umore gustum et aere odoratum et terra tactum. Ita prima illa uox de primis sensuum motibus et de primis intellectuum pulsibus cogitur. **8.** Plus est quod de prospectu lacrimabilis uitae quidam augurem incommodorum uocem illam flebilem interpretantur, quod etiam praesciens habenda sit ab ingressu natiuitatis, nedum intellegens. Exinde et matrem spiritu probat et nutricem spiritu examinat et gerulam spiritu agnoscit, fugiens extranea ubera et recusans ignota cubilia ‖, neminem appetens nisi ex f. 132v usu. **9.** Vnde illi iudicium nouitatis et moris, si non sapit ? Vnde illi et offendi et demulceri, si non intellegit ? Mirum satis, ut infantia naturaliter animosa sit non habens animum et naturaliter affectiosa sit non habens intellectum. At enim Christus ex ore | lactantium et paruulorum expe- V 332 riendo laudem nec pueritiam nec infantiam hebetes pronuntiauit, quarum altera cum suffragio occurrens testimonium ei potuit offerre, altera pro ipso trucidata utique uim sensit.

XX. **1.** Et hic itaque concludimus omnia naturalia animae ut substantiua eius ipsi inesse et cum ipsa procedere atque proficere, ex quo ipsa censetur. Sicut et Seneca saepe noster : insita sunt nobis omnium artium et aetatum semina, magisterque ex occulto deus producit ingenia, ex seminibus scilicet insitis et occultis per infantiam, quae sunt et intellectus. Ex his enim

XX. **4** Ben. 4, 6, 6.

XX. 1 DE NATVRALIBVS *AB* DE CAETERIS NATVRALIBVS ANIMAE *Gel* omnia *om. A* **4** insita sunt] inquit : ,sunt *Iun. susp.* **5** magisterque]

producuntur ingenia. **2.** Porro et frugum seminibus una generis cuiusque forma est, processus tamen uarii : alia integro statu euadunt, alia etiam meliora respondent, alia degenerant pro condicione caeli et soli, pro ratione operis et curae, pro temporum euentu, pro licentia casuum ; ita et animam licebit semine uniformem, fetu multiformem. Nam et hic etiam de locis interest. **3.** Thebis hebetes et brutos nasci relatum est, Athenis sapiendi dicendique acutissimos, ubi penes Colyttum pueri mense citius eloquuntur praecoca lingua, siquidem et Plato in Timaeo Mineruam affirmat, cum urbem illam moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexisse talia ingenia pollicitam ; unde et ipse || in Legibus Megillo et Cliniae praeci- f. 133 pit condendae ciuitati locum procurare. Sed Empedocles causam argutae indolis et obtusae in sanguinis qualitate constituit, perfectum ac profectum de doctrina disciplinaque deducit. Tamen uulgata iam res est gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos inludunt, Sallustius uanos Mauros et feroces Dalmatas pulsat, mendaces Cretas etiam | apostolus inurit. V 333 **4.** Fortassean et de corpore et ualetudine aliquid accedat. Opimitas sapientiam impedit, exilitas expedit, paralysis mentem prodigit, pthisis seruat. Quanto magis de accidentibus habebuntur quae citra corpulentiam et ualentiam uel acuunt uel obtundunt ! Acuunt doctrinae disciplinae artes et experientiae negotia studia ; obtundunt inscitiae ignauiae desidiae libidines inexperientiae otia uitia, super haec, si et aliquae praesunt potestates. **5.** Enimuero praesunt, secundum nos quidem deus dominus et diabolus aemulus, secundum communem autem opinionem prouidentia et fatum et necessitas et fortuna et arbitrii libertas. Nam haec et philosophi distinguunt, et nos secundum fidem disserenda suo iam uouimus titulo. **6.** Apparet quanta sint quae unam animae naturam uarie collocarint, ut uulgo naturae deputentur, quando non species sint, sed sortes naturae et substantiae unius, illius

---

25 Tit. 1, 12.

---

magiter quae *A* **8** et] ut *Pam* **9** est] sit *Scal* **11** conditione *A* **14** et brutos *om. A* **15** Colytum *B Gel* **16** elocuntur *A* praecoce *B Gel* **19** Cliniae] incliniae *A* **20** locum] loci uim *A* procurarent *B Gel* **21** argute *A* **22** disciplinam *A* disciplinamque *B* **23** Tamen uulgata] tam mulgata *A* **26** ualetudine *A* ; *approbant Lfst Spr. T. 62 ; W. A. Baehrens Beitr. 298*] de ualetudine *B Gel* **27** exilitas expedit *om. A* **28** phthisis *B Gel* **29** circa *B Gel* et ualentiam *om. A* **30** optundunt *A* acunt *A* **30/31** et experientiae *B*] experimentiae *A* et experientia *Gel* experientiae *Rfd* **31** ignauia *B Gel* **32** aliquae *Mercerus*] alia quae *AB Gel* **33** praesunt] presunt *A* **34** dominus deus *B Gel* **35** prouidentia et fatum *scripsi*] prouidentiae fatum *A* et prouidentiae fatum *B* et prouidentia et fatum *Gel* **36** et fortuna et *Gel*] et fortunae *A* et fortunae et *B* fortunae et *Th. St. T. 3, 33* **36/37** distingunt *A* **37** uouimus *Bmg*] uouimus *ex* nouimus *A* nouimus *B Gel* **39** uariae *A* de-

scilicet quam deus in Adam contulit et matricem omnium fecit ; atque adeo sortes erunt, non species substantiae unius, id est uarietas ista moralis, quanta nunc est, tanta non fuerit in ipso principe generis Adam. Debuerant enim fuisse haec omnia in illo ut in fonte naturae atque inde cum tota uarietate manasse, si uarietas naturae || fuisset. f. 133v

XXI. **1.** Quodsi uniformis natura animae ab initio in Adam ante tot ingenia, ergo non multiformis, quia uniformis, per tot ingenia, nec triformis, ut adhuc trinitas Valentiniana caedatur, quae nec ipsa in Adam recognoscitur. **2.** Quid enim spiritale in illo ? Si quia prophetauit magnum illud sacramentum in Chri|stum et ecclesiam : hoc os ex ossibus meis V 334 et caro ex carne mea uocabitur mulier; propterea relinquet homo patrem et matrem et agglutinabitur mulieri suae et erunt duo in carnem unam, hoc postea obuenit, cum in illum deus amentiam immisit, spiritalem uim, qua constat prophetia. **3.** Si et malum eo in apparuit transgressionis admissum, nec hoc naturale deputandum est, quod instinctu serpentis operatus est, tam non naturale quam nec materiale, quia et materiae fidem iam exclusimus. Quodsi nec spiritale nec quod dicitur materiale proprium in illo fuit (etsi ex materia fuisset mali semen), superest, ut solum in illo et unicum fuerit naturale quod censetur animale, quod statu simplex et uniforme defendimus. **4.** De hoc plane relinquitur quaeri, an demutabile debeat credi, quod naturale dicatur. Idem enim conuertibilem negant naturam, ut trinitatem suam in singulis proprietatibus figant, quia arbor bona malos non ferat fructus nec mala bonos, et nemo de spinis metat ficus et de tribulis uuas. Ergo si ita est, neque de lapidibus filios Abrahae suscitare poterit deus nec genimina uiperarum facere paenitentiae fructus et errauit apostolus scribens : eratis et uos aliquando tenebrae et : fuimus et

---

XXI. **6** Gen. 2, 23/4. **22** Luc. 6, 43/4. **24** Mtth. 3, 7/9. **26** Eph. 5, 8. **27** Eph. 2, 3.

---

putantur *A corr.* **42** adeo] ideo *Rfd susp.* **43** id est *AB Gel*] ut et *Rig* item *Oehl* moralis *Bmg*] mortalis *AB* quum quanta *Vrs* quae quanta *Oehl* quia quanta *Rfd susp.* **46** manasses *A* si *om. A*

XXI. **2** quia uniformis] *om. A* quia multiformis *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 62 ; contra quem disputat Th. St. T. 1, 74* **3** iam nec *B Gel* triformis *B*] quadriformis *A Bmg* qua triformis *Rig* **3/4** caedatur] credatur *Bmg* **4** quae] quia *Iun susp.* rexognoscitur *A* **5** profetauit *A* **9** adglutinabitur *B* **10** carne *A* unam *om. A* **11** cum] quam *La Cerda susp.* **12** profetia *A* **15** materiale quia et *om. A* **16** etsi *A*] et si *B Gel* nam si *Vrs* Rig_3 nam sic Rig_{1-2} **17** *post* materia *uirgulam ponit Vrs* **18** status *AB* **19** uniformem *AB* **20** debeat... naturale *om. A* **21** iidem *Gel* naturam] naturalem *Bmg* **25** gemina

n o s a l i q u a n d o n a t u r a f i l i i i r a e et : i n h i s u o s q u o q u e f u i s t i s, s e d a b l u t i e s t i s **5.** Sed nunquam discordabunt sententiae sanctae. || Non dabit enim f. 134 arbor mala bonos fructus, si non inseratur, et bona malos dabit, si non colatur, et lapides filii Abrahae fient, si in fidem Abrahae formentur, et genimina uiperarum fructum paenitentiae facient, si uenena malignitatis exspuerint. **6.** Haec erit uis diuinae gratiae, potentior utique natura, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrii potestatem quod *αὐτεξούσιον* dicitur, quae cum | sit et ipsa naturalis atque mutabilis, V 335 quoquo uertitur, natura conuertitur. Inesse autem nobis *τὸ αὐτεξούσιον* naturaliter iam et Marcioni ostendimus et Hermogeni. **7.** Quid nunc, si et naturae condicio sic erit definienda, ut duplex determinetur, natorum et innatorum, factorum et infectorum? Atque ita quod natum factumque constiterit, eius natura capiet demutationem : et renasci enim poterit et refici. Innatum autem et infectum immobile stabit. Quod cum soli deo conpetat, ut soli innato et infecto et idcirco immortali et inconuertibili, absolutum est ceterorum omnium natorum atque factorum conuertibilem et demutabilem esse naturam, ut, etsi trinitas animae adscribenda esset, ex mutatione accidentiae, non ex institutione naturae deputaretur.

XXII. **1.** Cetera animae naturalia iam a nobis audiit Hermogenes cum ipsorum defensione et probatione, per quae dei potius quam materiae propinqua cognoscitur. Hic solummodo nominabuntur, ne praeterita uideantur. Dedimus enim illi et libertatem arbitrii, ut supra scripsimus, et dominationem rerum et diuinationem interdum, seposita quae per dei gratiam obuenit ex prophetia. Itaque iam ab isto dispositionis retractatu recedam, ut ordinem eius expungam. || **2.** Definimus f. 134v animam dei flatu natam, immortalem, corporalem, effigiatam, substantia simplicem, de suo sapientem, uarie procedentem, liberam arbitrii, accidentis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, diuinatricem, ex una redundantem. Sequitur nunc ut quomodo ex una redundet consideremus, id est, unde et quando et qua ratione sumatur.

---

28 1 Cor. 6, 11.

A corr. **28** *post* et *distinxi* **30** numquam *A* **32** fili *A* **33** formentur] fient formentur *A corr.* gemina *A corr.* **34** expuerint *A* **36** arbitrarii *A* autexusion (*m. rec. in mg.* αὐτοεξούσιον) *A* **37** quae cum] quaecumque *A corr.* atque et *Seml.* **38** natura conuertitur *A om.* **38/39** *ΤΟ ΑΥΤΕΞΟΥΣΙΟΝ A* **39** et Marcioni] et *om. Rig₃* **40** et naturae] et *om. Seml.* **46** et inconuertibili *om. A*

XXII. **1** a *sup. uers. A m. posteriore* **4** preterita *A* **6** interdum *om. A* **7/8** gratia *A* **9** corporalem *om. A*; *uncinis inclusit B* ,al. deest' *Bmg* **10** sapientem] patientem *Gel* uariae *A* **11** accidentiis *Iun Vrs* **13** ut] et *B*; *corr. A*

XXIII. **1.** Quidam de caelis deuenisse se credunt tanta persuasione quanta et illuc indubitate regressuros repromittunt, ut Saturninus Menandri Simoniani discipulus induxit, hominem affirmans | ab angelis factum primoque opus futtile V 336 et inualidum et instabile in terra uermis instar palpitasse, quod consistendi uires deessent, dehinc ex misericordia summae potestatis, ad cuius effigiem, nec tamen plene perspectam, temere structus fuisset, scintillulam uitae consecutum, quae illud exsuscitarit et erexerit et constantius animarit et post decessum uitae ad matricem relatura sit. **2.** Sed et Carpocrates tantundem sibi de superioribus uindicat, ut discipuli eius animas suas iam et Christo, nedum apostolis, et peraequent et cum uolunt praeferant, quas perinde de sublimi uirtute conceperint despectrices mundipotentium principatuum. **3.** Apelles sollicitatas refert animas terrenis escis de supercaelestibus sedibus ab igneo angelo, deo Israelis et nostro, qui exinde illis peccatricem circumfinxerit carnem. **4.** Examen Valentini semen Sophiae infulcit animae, per quod historias atque milesias aeonum suorum ex imaginibus uisibilium recognoscunt. **5.** Doleo bona fide Platonem omnium haereticorum condimentarium factum. Illius est enim et in Phaedone, quod animae hinc euntes sint illuc, et inde huc ||; item in f. 135 Timaeo, quod genimina dei delegata sibi mortalium genitura accepto initio animae immortali mortale ei circumgelauerint corpus; tum, quod mundus hic imago sit alterius alicuius. **6.** Quae omnia ut fidei commendet, et animam retro in superioribus cum deo egisse in commercio idearum et inde huc transuenire et hic quae retro norit de exemplaribus recensere, nouum elaborauit argumentum, *μαθήσεις ἀναμνήσεις*, id est discentias reminiscentias esse; uenientes enim inde huc animas obliuisci eorum in quibus prius fuerint, dehinc ex his uisibilibus edoctas recordari. Cum igitur huiusmodi argumento illa insinuentur a Platone quae haeretici mutuantur, satis haereticos repercutiam, si argumentum Platonis elidam. |

XXIII. **1** VNDE ANIMA *AB* VNDE ANIMA, ADVERSVS HAERETICOS QVI EAM DE COELIS DEFERVNT *Gel* **2** et *om. B Gel* **3** Saturnus *B* Saturnius *Rig₁₋₂* **4** futile *B Gel* **5** et inualidum *om. A* **8** scintullulam *B* **9** illum *B Gel* **13** proinde *B Gel* de *om. A* **14** despectrices *scripsi*] despectrice *AB Gel* mundi potentium *AB* **14/15** principatum *A* **15/16** desuper caelestibus *AB* (coe-*B*) **16** israhelis *A* Israel *Rig* **17** circumfixerit *A Kellner 323₁* **18** infulsit *Rig₃* **19** atque] aeque *uel* easque *Lat* millesias *A* eonum *A* **21** phedone *A* Phaedrone *B* **23** gemina *B* germina *Gel* **24** immortalis *Rfd susp.* **27** hunc *A* **29** *ΜΑΘΗΣΕΙΣ ΑΝΑΜΝΗΣΕΙΣ A* **30** huc inde *Gel* **32** edoctas recordari *Rig*] et doctas recordari *A* recordari edoctas *B Gel* igitur *om. A* **33** insinuantur *A* eretici *A*

XXIV. **1.** Primo quidem obliuionis capacem animam non V 337 cedam, quia tantam illi concessit diuinitatem, ut deo adaequetur. Innatam eam facit, quod et solum armare potuissem ad testimonium plenae diuinitatis; adicit immortalem, incorruptibilem, incorporalem, quia hoc et deum credidit, inuisibilem, ineffigiabilem, uniformem, principalem, rationalem, intellectualem. Quid amplius proscriberet animam, si eam deum nuncuparet? **2.** Nos autem, qui nihil deo adpendimus, hoc ipso animam longe infra deum expendimus, quod natam eam agnoscimus ac per hoc dilutioris diuinitatis et exilioris felicitatis, ut flatum, non ut spiritum; et si immortalem, ut hoc sit diuinitatis, tamen passibilem, ut hoc sit natiuitatis, ideoque et a primordio exorbitationis capacem et inde etiam obliuionis affinem. Satis de isto cum Hermogene. **3.** Ceterum quae, ut haberi merito possit ex peraequatione omnium proprietatum deus, nulli passioni subiacebit, ita nec obliuioni, cum tanta sit iniuria || obliuio quanta est gloria eius cuius f. 135v iniuria est, memoria scilicet, quam et ipse Plato sensuum et intellectuum salutem et Cicero thesaurum omnium studiorum praedicauit. Nec hoc iam in dubium deducetur, an tam diuina anima memoriam potuerit amittere, sed an quam amiserit recuperare denuo possit. Quae enim non debuit obliuisci, si oblita sit, nescio an ualeat recordari. Ita utrumque meae animae, non Platonicae congruet. **4.** Secundo gradu opponam: natura compotem animam facis idearum illarum, an non? ‚Immo natura', inquis. Nemo ergo concedet naturalem scientiam naturalium excidere; artium excidet, studiorum; excidet doctrinarum, disciplinarum; excidet fortasse et | ingeniorum et affectuum, quae naturae uidentur, V 338 non tamen sunt, quia, ut praemisimus, et pro locis et pro institutionibus et pro corpulentiis ac ualetudinibus et pro

---

XXIV. **1** ADVERSVS PLATONIS *μαθήσεις καὶ ἀναμνήσεις AB (graeca add. A m. rec.)* ADVERSVS PLATONIS ARGVMENTVM, QVOD DISCENTIAS REMINISCENTIAS DICAT *Gel* **2** congessit *Bmg* **3** eam] enim *Iun susp.* **4** addicit *B* **5** incorporalem *ante* inuisibilem *ponere uult Iun* **5/6** inuisibilem *om. A* **7** eam] enm *A corr.* enim *Iun* **8** appendimus *B Gel* **10** et *om. B Gel* **11/12** immortalem, ut hoc sit diuinitatis, tamen *Gel*] immortalem tamen *A* immortalem (tamen passibilem) ut hoc sit diuinitatis : Et cum immortalem, tamen *B* **14** cum hermogene, cum ermogene *A* **14/16** ceterum quae, ut... possit, ex... deus, nulli *Iun distinguit* **15** haberi] deus haberi *B* **16** *uirgulam ante* deus *exhibent B Gel* nulli] ut nulli *Hartel Patr. Stud. 4, 62* ita] ea *Rfd susp.* ista *Kroym. 109 susp.* **17** iniuria] iniuriae *Bmg* obliuio] ob- *uix legibile in A* **18** memoriae *Iun Kroym. 109* **19** intellectum *A corr.* **20** Nec] Nec ne *A* **22** amisit *A* **23** ita *om. A*; *approbat Kroym. 109* **27** excidere; artium *Iun Gomperz 66/7*] excidere artium; *AB Gel* artium excidet, studiorum excidet, doctrinarum, disciplinarum excident, fortasse et, *Iun distinguit* **28** *alterum* excidet] excident *B Gel* **30** ut] aut *A corr.*; *B* premisimus *A* **31** ueletudinibus *A corr.*

potestatibus dominatricibus et pro libertatibus arbitrii ex accidentibus constant. **5.** Naturalium uero scientia ne in bestiis quidem deficit. Plane obliuiscetur feritatis leo mansuetudinis eruditione praeuentus et cum toto suggestu iubarum delicium fiet Berenices alicuius reginae lingua genas eius emaculans. Mores bestiam relinquent, scientia naturalium permanebit. Non obliuiscetur idem naturalium pabulorum, naturalium remediorum, naturalium terrorum; et si de piscibus et si de placentis regina ei obtulerit, carnem desiderabit, et si languenti theriacam composuerit, simiam leo requiret, et si nullum illi uenabulum obfirmabit, gallum tamen formidabit. **6.** Perinde et homini omnium forsitan obliuiosissimo inoblitterata perseuerabit sola scientia naturalium, ut sola scilicet naturalis, memor semper manducandi in esurie et bibendi in siti, et oculis uidendum et auribus audiendum et naribus odorandum et ore gustandum || et manu contrectandum. Hi sunt f. 136 certe sensus, quos philosophia depretiat intellectualium praelatione. **7.** Igitur si naturalis scientia sensualium permanet, quomodo intellectualium, quae potior habetur, intercidet? Vnde nunc ipsa uis obliuionis antecedentis recordationem? ‚Ex multitudine', ait, ‚temporis'. Satis improspecte! Quantitas enim temporis non pertinebit ad eam rem quae innata dicatur ac per hoc potissimum aeterna credatur. Quod enim aeternum est, eo quia et innatum est, neque initium neque finem temporis admittendo nullum modum temporis patitur; cui temporis modus nullus est, nec ulla demutatione tempori subest nec ea de multitudine temporis uis est. **8.** Si tempus in causa est obliuionis, cur ex quo anima corpori inducitur, memoria delabitur, | quasi exinde tempus anima sustineat, quae sine V 339 dubio prior corpore non fuit utique sine tempore? Ingressa uero corpus statimne obliuiscitur, an aliquanto post? Si statim, et quae erit temporis nondum subputandi multitudo? [Infantia scilicet.] Si aliquanto post, ergo illo in spatio ante tempora obliuionis memor adhuc aget anima. Et quale est, ut postea obliuiscatur et rursus postea recordetur? Quoque autem tempore illam obliuio inruerit, quantus hic etiam habebitur modus temporis? Tota, opinor, uitae decursio satis non erit ad euertendam memoriam tanti ante corpus aeui.

---

32 et *Rig delet* **39** naturalium remediorum *om. A* **42** offirmabit *A* obfirmabitur *Rfd susp.* **45** memori *Iun* manducandum esurie et bibendum siti *Iun* aesuriae (a *inductum*) *A* **46** *primum* et] sciet *Gomperz 63* uidendum, *etc.*] uidendi, *etc. Rfd susp.*; *sed cf. Lfst. Spr. Tert. 12₂* **48** depreciat *A* **50** intercidit *B Gel* **52** inprospectis *A* in prospectis *B* **55** et *om. A* **57** tempori subest *A Lat*] temporis subest *B Gel* **57/58** nec... uis est *om. A* **58** ea de *Rig*] eadem *B Gel* eadem in *Lat* ei de *Rfd* tempori *Rig* uis] uisa *Iun susp.* **63** statim ne *A* et quaerit *A* ecquae erit *Oehl* supputandi *Gel* **64** infantia scilicet *reclusi* aliquando *A* **65** *post* anima *interrogationis signum ponunt Oehl Rfd* **68** *uirgulam post* temporis *ponunt B Gel* **69** euertendam *Lat*] uer-

9. Sed rursus Plato causam demutat in corpus, quasi et hoc fide dignum, ut nata substantia innatae uim extinguat. Magnae autem ac multae differentiae corporum pro gentilitate, pro magnitudine, pro habitudine, pro aetate, || pro f. 136v ualetudine. Num ergo et obliuionum differentiae aestimabuntur? Sed uniformis obliuio est; ergo non erit corporalitas multiformis in causa exitus uniformis. **10.** Multa item documenta teste ipso Platone diuinationem animae probauerunt, quae proposuimus iam Hermogeni. Sed nec quisquam hominum non et ipse aliquando praesagam animam suam sentit, aut ominis aut periculi aut gaudii augurem. Si diuinationi non obstrepit corpus, nec memoriae, opinor, officiet. In eodem certe corpore et obliuiscuntur animae et recordantur. Si qua corporis ratio incutit obliuionem, quomodo contrariam eius admittet recordationem (quia et ipsa post obliuionem recordatio memoria recidiua est)? Quod primae memoriae aduersatur, cur non et secundae refragatur? **11.** Postremo, qui magis reminiscerentur quam pueruli, ut recentiores animae, ut nondum immersae domesticis ac publicis curis, ut ipsis solis debitae stu|diis, quorum discentiae reminiscentiae fiunt? V 340 Immo cur non ex aequo omnes recordamur, cum ex aequo omnes obliuiscamur? Sed tantummodo philosophi; ne hi quidem omnes. Plato scilicet solus in tanta gentium silua, in tanto sapientium prato, idearum et oblitus et recordatus est. **12.** Igitur et si nullo modo consistit argumentatio ista praecipua, totum illud pariter euersum est, cui accommodata est, ut animae et innatae et in caelestibus conuersatae et consciae diuinorum illic et inde delatae et hic recordatae crederentur, ad occasiones plane haereticis subministrandas. ||

XXV. **1.** Iam nunc regrediar ad causam huius excessus, f. 137 uti reddam, quomodo animae ex una redundent, quando et

tendam *AB Gel*; *damnat Hoppe Beitr. 107*₃ **70** demotat *Rfd* deputat *Blf Mus. 41 (1934), 312*; *lectionem traditam uindicaui Mnemos. III 3 (1936), 169/70* **71** innata ac *A* **72** ac] et *Gel* multe *A* **72/73** getilitate *A* **74/75** estimabuntur *A* **76** in causa exitus uniformis *om. A* **80** aut ominis *Bmg*] aut hominis *AB* aut uigilans aut insomnis *uel* aut insomnis aut uigilans *Rfd susp.* ut eminus *Hartel ap. Rfd* **82** *prius* et *om. A* **85** *post* est *interrogationis signum ponit Rfd* **86** refragetur *B Gel* **87** ut recentiores] uirentiores *Bmg* ut recentioris *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 62*; *sed cf. Th. St. T. 2, 32* **88** immerse *A* **89** debitae *A*; *uindicat Th. St. T. 2, 32*] debitè *B* deditae *Gel* reminiscentiae *om. A* **91** ne] nec *Lat. et Kroym. 109 qui sic distinguit*: immo... recordamur, cum... obliuiscamur, sed... philosophi, nec... omnes? hi] ii *Lat* **92** gentium] sagientium *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 63* **93** *alterum* et *om. A* **94** et si] et *om. B Gel* **96** et innatae] et *sup. uers. A* conscie *A* **97** delatae et oblitae *Rfd susp.* **98** occansiones *A*

XXV. 1 ANIMAM ET CARNEM SIMVL CONCIPI *AB* DE CONCEPTV ANIMAE ADVERSVS EOS QVI POST PARTVM CORPORI EAM INDVCVNT *Gel* egrediar *A* **2** ut *Gel* rereddam *A* redundet *A corr.*

ubi et qua ratione sumantur; de qua specie nihil refert, a philosopho an ab haeretico an a uulgo quaestio occurrat. **2.** Nulla interest professoribus ueritatis de aduersariis eius, maxime tam audacibus quam sunt primo isti, qui praesumunt non in utero concipi animam nec cum carnis figulatione compingi atque produci, sed et effuso iam partu nondum uiuo infanti extrinsecus inprimi; ceterum semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum motuque naturali uegetatum compinguescere in solam substantiam carnis; eam editam et de uteri fornace fumantem et calore solutam, ut ferrum ignitum et ibidem frigidae immersum, ita aeris rigore percussam et uim animalem rapere et uocalem sonum reddere. Hoc Stoici cum Aenesidemo et ipse interdum Plato, cum dicit perinde animam extraneam alias et extorrem uteri prima adspiratione nascentis infantis adduci, | sicut exspiratione no- V 341 uissima educi. Videbimus an ex sententia finxerit. Ne ex medicis quidem defuit Hicesius, et naturae et artis suae praeuaricator. **3.** Puduit, opinor, illos id statuere quod feminae agnoscerent. Et quanto ruboratior exitus a feminis reuinci quam probari! In ista namque specie nemo tam idoneus magister arbiter testis quam sexus ipsius. Respondete, matres, uos quae praegnantes, uos quae puerperae, steriles et masculi taceant, uestrae naturae ueritas quaeritur, uestrae passionis fides conuenitur, an aliquam in fetu sentiatis uiuacitatem alienam de uestro, || de quo palpitent ilia, micent latera, tota f. 137v uentris ambitio pulsetur, ubique ponderis regio mutetur; an hi motus gaudia uestra sint et certa securitas, quod ita infantem et uiuere confidatis et ludere; an si desierit inquies eius, illi prius pertimescatis; an et audiat iam in uobis, cum ad nouum sonum excutitur; an et ciborum uanitates illi desideretis, illi etiam fastidiatis; an et ualetudinibus inuicem communicetis, ille quidem usque et contusionibus uestris, quibus et ipse intus per eadem membra signatur, rapiens sibi iniurias matris. **4.** Si liuor ac rubor sanguinis passio est, sine

3 qua] ex qua *B Gel* spetiae anihil *A* **5** in nulla *Hartel Patr. Stud. 4, 17* **8** et *del. Lat* **11** compisguescere *Lat* solam] solidam *Pricaeus Kellner 326*₂ **13** ibidem] idem *Rfd susp.* frigide *AB* **14** uii *A corr.* **15** interdu *A* **16** proinde *B* (perinde *Bmg*) **16/17** adspirationē *A* **17** aspiratione *A Bmg* **17/18** nouissima educi *Rig*] nouissimae duci *A* nouissime duci *B Gel* nouissime educi *Lat* **18** ex sententia $Rig_{1/2}$ *in Obseru.*] ex sententias *A* sententiam *B Gel* ex sententia sua *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 63* fixcrit *A corr.*; *Rig in Obseru.* **19** Hicesius] hic eius *A* hic Esius *B* **20** id *A*] hoc *B Gel* **21** Et *A Bmg*] at *B* aut *Gel* ruboratior *Lat*] roboratior *AB Gel* **22** spetiae *A* **23** sexus ipsus *Scal* sexus ipsius sensus *Rfd* sexus ipse *Gomperz 68*; *lectionem traditam uindicat Hartel Patr. Stud. 4, 63/4* **24** uos quae (*bis*) *Gomperz 68*] uos quae *A* uosque *B Gel* pregnantes *A* **27** uestro, de quo] uestra de qua *Rfd susp.*; *quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 64* **28** an] han *A corr.* **30** inquias *A* **31** et in uobis *Gel* **32** uanitates] uarietates *Iun* **34** usque et *AB*] usque *Gel* usque de *Lat* usque eo *Vrs* usque eo, de *Rig* usque ex *Oehl* **35** ipsae *Iun* **36** liuorum *A*

anima non erit sanguis ; si ualetudo omnis accessio est, sine anima non erit ualetudo ; si alimonia inedia crementa decrementa pauor motus tractatio est animae, his qui fungitur uiuet. Denique desinit uiuere qui desinit fungi. Denique et mortui eduntur ; quomodo, nisi et uiui ? Qui autem et mortui, nisi qui prius uiui ? Atquin et in ipso adhuc utero infans trucidatur necessaria crudelitate, cum in exitu obliquatus denegat partum, matricida, ni moriturus. | **5.** Itaque est inter [V 342] arma medicorum et cum organo, ex quo prius patescere secreta coguntur tortili temperamento, cum anulocultro, quo intus membra caeduntur anxio arbitrio, cum hebete unco, quo totum facinus extrahitur uiolento puerperio. Est etiam aeneum spiculum, quo iugulatio ipsa dirigitur caeco latrocinio ; ἐμβρυοσφάκτην appellant de infanticidii officio, utique uiuentis infantis peremptorium. Hoc et Hippocrates habuit et Asclepiades et Erasistratus et maiorum quoque prosector Herophilus et mitior ipse Soranus, certi animal esse conceptum atque ita miserti infelicissimae huiusmodi ‖ infantiae, ut prius occi- [f. 138] datur, ne uiua lanietur. **6.** De qua sceleris necessitate nec dubitabat, credo, Hicesius, iam natis animam superducens ex aeris frigidi pulsu, quia et ipsum uocabulum animae penes Graecos de refrigeratione respondens. Num ergo barbarae Romanaeque gentes aliter animantur, quia animam aliud quid quam ψυχήν cognominauerunt ? Quantae uero nationes sub feruentissimo axe censentur colorem quoque excoctae ? Vnde illis animam, quibus aeris rigor nullus ? Taceo cubiculares aestus et omnem illic caloris paraturam enitentibus necessariam, quas afflari uel maxime periculum est. In ipsis paene balneis fetus elabitur, et statim uagitus auditur. **7.** Ceterum si aeris rigor thesaurus est animae, extra Germanias et

37 sanguis... **38** non erit *om.* *A* **37** omnis] animae *Vrs* **38** inaedia *A* **39** anime *A* his] is *B* iis *Vrs* **40** *prius* desinit] desiit *A* *alterum* Denique] sedenim *Gomperz 69* **41** nisi] si *A* ; *Gomperz 69* *prius* et] ut *Hartel Patr. Stud. 4, 64/5* (*hoc modo distinguens* : Denique... fungi, denique... eduntur. Quomodo, nisi ut uiui ?) *Gomperz 69* („Sedenim et mortui eduntur ; quomodo si ut uiui ?', *sc. aduersarius dicit*) et mortui] ei mortui *susp. Hartel Patr. Stud. 4, 64* mortui *Gomperz 69* **42** in *om.* *A* **43** in exitu] inexit *A* obligatus *A Bmg* **44** ni] qui *AB* (*in B uncinis inclusum*) est *A*] et *B Gel* **45** et *om.* *A* cum organo (*uel* cum organio) *Th. St. T. 2, 60/1*] cum organia *A* organa *B Gel* organon *Vrs* ex] est *Gel* aes *Lindn* **46** anulocultro *Rig*] anulo cultro *A* anulo, cultro *B* anulo cultrato *Gel* **47** cum] aut cum *Iun susp.* **48** facinus] pecus *Gel* pignus *Rfd susp.* attrahitur *B Gel* **49** latro. cinio *A* **50** ἐμβρυοσφάκτην *Vrs*] *EMBPYOPΣEKTHN* *A* ἐμβρυοπάκτην *B* ἐμβρυορσέκτην *Bmg* ἐμβρυορέκτην *Gel* ἐμβρυονέκτην *Lat* ἐμβρυορήκτην *Scal* **52** maiorum] uiuorum *Diels Dox. Gr.* 206_{2} **53** animales se *A corr.* **54** miserati *B Gel* infelicissime *B* **55** ne uiua lanietur *Gel*] ne uiuat *A* ne uiuat lanietur *B* **56** hic Esius *B* **57** quia et] quiait *A* quia ut *B* paenes *A* **58** de refrigeratione respondens. Num *AB Gel* ; *uindicat Hartel Patr. Stud. 4, 65/6*] de refrigeratione. Respondeat (-eas *Rfd*) num *Vrs Rfd* de refrigeratione respondeat. Num *Rig* **59** quia] qui *A* **60** quid quam] quicquam *ex* quicquid *A* *ΨYXHN* *A* **61** quoque] quaeque *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 66* **62** animam *B Gel* **64** quae *Seml* **66/67** et

Scythias et Alpes et Argaeos nemo debuit nasci. Atquin et populi frequentiores apud orientalem et meridialem temperaturam et ingenia expeditiora, omnibus Sarmatis etiam mente torpentibus. Et animi enim de rigoribus scitiores prouenirent, si animae de frigusculis euenirent ; cum substantia enim et uis. **8.** His ita praestructis | possumus illos quoque [V 343] recogitare qui exsecto matris utero uiui aerem hauserunt, Liberi aliqui et Scipiones. Quodsi qui, ut Plato, perinde non putat duas animas in unum conuenire, sicut nec corpora, ego illi non modo duas animas in unum congestas ostendissem, sicut et corpora, in fetibus, uerum et alia multa cum anima conserta, daemonis scilicet ⟨substantiam⟩, nec unius, ut in Socrate ipso, uerum et septenarii spiritus, ut in Magdalena, et legionarii numeri, ut in Geraseno, quo facilius anima cum anima conseretur ex societate substantiae quam spiritus nequam ex diuersitate naturae. **9.** At idem in sexto Legum ‖ [f. 138v] monens cauere, ne uitiatio seminis ex aliqua uilitate concubitus labem corpori et animae supparet, nescio de pristina magis an de ista sententia sibi exciderit. Ostendit enim animam de semine induci, quod curari monet, non de prima aspiratione nascentis. Vnde, oro, similitudine animae quoque parentibus de ingeniis respondemus secundum Cleanthis testimonium, si non et ex animae semine educimur ? Cur autem et ueteres astrologi genituram hominis ab initio conceptus dirigebant, si non exinde et anima est, ad quam aeque pertinet, si quid est, flatus ?

XXVI. **1.** Sed omnis inaequalitas sententiae humanae usque ad dei terminos. In nostras iam lineas gradum colligam, ut quod philosophis medicisque respondi, Christiano probem. De tuo, frater, fundamento fidem aedifica ; aspice uiuentes uteros sanctissimarum feminarum nec modo spirantes iam illic infantes, uerum etiam prophetantes. **2.** Ecce uiscera Rebeccae inquietantur et longe adhuc partus et aeris nullus impulsus. Ecce duplex fetus in locis matris tumultuatur et

XXV. **79** Marc. 16, 9. **80** Marc. 5, 1 *seqq.*

XXVI. **6** Gen. 25, 22 *seqq.*

Scythias *delet* Rig_{3} **67** Scythias *Iun*] cythias *A* Scythas *B Gel* Argaeos] algeos *A* **69** armatis *AB* **75** putatat *A corr.* **77** cum *Gel*] ut cum *AB* ; *defendit Hartel Patr. Stud. 4, 66* **78** daemonia *Hartel Patr. Stud. 4, 66* scilicet ⟨substantiam⟩ *Har. Fuchs per litteras* ; *cf. Comm. meum ad loc. p. 333*] scilicet *A B* **81** conseretur *Gel*] conferetur *AB* censeretur *Vrs* ex] et *A corr.* **83** uiciatio *A* **84** pristinis *A* **87** oro te *B Gel* **88** Cleantis *B* **89** et *om.* *A* seminae *A* **91** dirigebant *AB*] digerebant *Bmg Gel* et *om.* *A* est ? ad *Iun* ad] at *A corr.* **92** si quid] quidquid *Bmg* flatus] status *Vrs* ; *Kellner* 329_{2}

XXVI. **3** responde *A corr.* **4** aedificem *Bmg* **5** faeminarum *A* **8** tu-

nusquam adhuc populi duo. Portentosa forsitan petulantia infantiae ante certantis quam uiuentis, ante animosae quam animatae, si tantummodo | matrem subsultando turbasset. V 344 At cum partus aperitus et numerus inspicitur et auguratus recognoscitur, puto, iam non animae solummodo probantur infantum, sed et pugnae. **3.** Detinebatur qui praeuenerat nasci a praeuento necdum plenius edito, tantum manu nato. Et si ipse animam de prima aspiratione potabat Platonico more aut de aeris rigore carpebat Stoica forma, quid ille qui expectabatur, qui adhuc intus detinebatur et foris iam detinebat ? Nondum, opinor, || spirans plantam fratris inuaserat, etiamnunc calens matre se priorem prodisse cupiebat. O infantem et aemulum et ualidum et olim contentiosum, credo, quia uiuum. **4.** Aspice etiam singulares conceptus et quidem monstrosiores, sterilis et uirginis, quae uel hoc ipso imperfectos edere potuissent pro euersione naturae, ut altera seminis stupida, altera intacta. Decebat, si forte, sine anima nasci, qui fuerant non rite concepti, sed et illi uiuunt in suo quisque utero. Exsultat Elizabeth, Johannes intus impulerat ; glorificat dominum Maria, Christus intus instinxerat. Agnoscunt matres suos inuicem fetus, agnitae mutuo ab ipsis utique uiuentibus, qui non tantum animae erant, uerum et spiritus. **5.** Sic et ad Hieremiam legis dei uocem : p r i u s q u a m t e i n u t e r o f i n g e r e m, n o u i t e. Si fingit deus in utero, et afflat ex primordii forma : et f i n x i t d e u s h o m i n e m e t f l a u i t i n e u m f l a t u m u i t a e. Nec nosset autem hominem deus in utero nisi totum : e t p r i u s q u a m e x i r e s d e u u l u a, s a n c t i f i c a u i t e. Et mortuum adhuc corpus ? Vtique nequaquam : d e u s enim u i u o r u m, n o n m o r t u o r u m.

XXVII. **1.** Quomodo igitur animal conceptum ? Simulne conflata utriusque substantia corporis animaeque an altera earum praecedente ? Immo simul ambas et concipi et confici,

27 Luc. 1, 41. 46. **31** Hier. 1, 5. **33** Gen. 2, 7. **35** Hier. 1, 5. **37** Mtth. 22, 32.

multuantur *Rig*$_3$ **10/11** animosae quam animatae] animos aequa animate *ex* animos aequa animitate *A* animos aeque animate *B* **11** sussultando *A* **14** infantium *B Gel* preuenerat *A* **15** nec dum *Rig* **16** spiratione *B Gel* portabat *AB* (potabat *Bmg*) platoni comore *A* **19** opinor] *post hoc uerbum in A duo folia desunt quae interierunt postquam paginae numeratae sunt ; man. s. XIX in fol. 141r* : hic duo folia desiderantur **20** in matre *Iun* **21** contentiosum ! credo *Iun* **24** pro euersione] prouersione *Iun* ut altera] altera ut *Rfd contra quem disputat W. A. Baehrens Beitr. 311* semini *Iun* **35/36** : et priusquam] Et, priusquam *Iun* **37** *interrogationis signum post* utique *ponunt Lat Iun*

XXVII. **2** utriusque] utrique *Bmg* **3/4** confici, perfici *B* ; *uindicat Lfst. Spr.*

perfici dicimus, sicut et promi, nec ullum interuenire momentum in | conceptu quo locus ordinetur. **2.** Recogita enim de V 345 nouissimis prima : si mors non aliud determinatur quam disiunctio corporis animaeque, contrarium morti uita non aliud definietur quam coniunctio corporis animaeque ; si disiunctio simul utrique substantiae accidit per mortem, hoc debet coniunctionis forma mandasse pariter obuenientis per uitam utrique substantiae. **3.** Porro uitam a conceptu agnoscimus, quia animam a conceptu uindicamus ; exinde enim uita, quo anima. Pariter ergo in uitam compinguntur quae pariter in mortem separantur. Tunc si alteri primatum damus, alteri secundatum, seminis quoque discernenda sunt tempora pro statu ordinis. Et quando collocabitur corporis semen, quando animae ? **4.** Immo si tempora seminum diuidentur, et materiae diuersae habebuntur ex distantia temporum. Nam etsi duas species confitebimur seminis, corporalem et animalem, indiscretas tamen uindicamus et hoc modo contemporales eiusdemque momenti. Ne itaque pudeat necessariae interpretationis. Natura ueneranda est, non erubescenda. Concubitum libido, non condicio foedauit. Excessus, non status est impudicus, siquidem benedictus status apud deum : c r e s c i t e e t i n m u l t i t u d i n e m p r o f i c i t e, excessus uero maledictus, adulteria et stupra et lupanaria. **5.** In hoc itaque sollemni sexuum officio quod marem ac feminam miscet, in concubitu dico communi, scimus et animam et carnem simul fungi, animam concupiscentia, carnem opera, animam instinctu, carnem actu. Vnico igitur impetu utriusque toto homine concusso despumatur semen totius hominis habens ex corporali substantia humorem, ex animali calorem. Et si frigidum nomen est anima Graecorum, quare corpus exempta ea friget ? **6.** Denique ut adhuc uerecundia magis pericliter quam probatione, in illo ipso uoluptatis ultimae aestu quo genitale | uirus expellitur, nonne aliquid de anima V 346 quoque sentimus exire atque adeo marcescimus et deuigescimus cum lucis detrimento ? Hoc erit semen animale, protinus ex animae destillatione, sicut et uirus illud corporale semen ex carnis defaecatione. **7.** Fidelissima primordii exempla. De limo caro in Adam. Quid aliud limus quam liquor opimus ? Inde erit genitale uirus. Ex afflatu dei anima. Quid aliud

XXVII. **25** Gen. 1, 28.

Tert. 30] confici et perfici *Gel* **6** primum *Rfd* ; *quem refutat Gomperz 69* **8** quam]. Iam *B* **13** compinguntur *Bmg*] confinguntur *B* **14** tunc *om. Gel. Iun* **16** colocabitur *B* **21** eiusdemque] eius denique *B* **31** despumatur *Iun Vrs* ; *uindicat Hoppe Beitr. 99*$_3$] despumat in *B Gel* **33** quare corpus] qualē et corpus et *B* calet et corpus *Hartel ap. Rfd* calet corpus et *Hartel Patr. Stud. 4, 67* **35** periclitetur *Bmg* ultimo *Vrs* **37/38** deuirescimus *Bmg*

afflatus dei quam uapor spiritus? Inde erit quod per uirus illud efflamus. **8.** Cum igitur in primordio duo diuersa atque diuisa, limus et flatus, unum hominem coegissent, confusae substantiae ambae iam in uno semina quoque sua miscuerunt atque exinde generi propagando formam tradiderunt, ut et nunc duo, licet diuersa, etiam unita pariter effluant pariterque insinuata sulco et aruo suo pariter hominem ex utraque substantia effruticent, in quo rursus semen suum insit secundum genus, sicut omni condicioni genitali praestitutum est. **9.** Igitur ex uno homine tota haec animarum redundantia, obseruante scilicet natura dei edictum: crescite et in multitudinem proficite. Nam et in ipsa praefatione operis unius, faciamus hominem, uniuersa posteritas pluraliter praedicata est: et praesint piscibus maris. Nihil mirum repromissio segetis in semine.

XXVIII. **1.** Quis ille nunc uetus sermo apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursu, quod hinc abeuntes sint illuc et rursus huc ueniant et fiant et dehinc ita habeat rursus ex mortuis effici uiuos? Pythagoricus, ut uolunt quidam; diuinum Albinus existimat, Mercurii forsitan Aegyptii. Sed nullus sermo diuinus nisi dei unius, quo prophetae, quo apostoli, quo ipse Christus intonuit. Multo antiquior Moyses etiam | Saturno, nongentis circiter annis, nedum V 347 pronepotibus eius, certe diuinior multo, qui decursus generis humani ab exordio mundi quoque per singulas natiuitates nominatim temporatimque digessit, satis probatus diuinitatem operis ex diuinatione uocis. **2.** Si uero Samius sophista Platoni auctor est de animarum recidiuatu reuolubili semper ex alterna mortuorum atque uiuentium suffectione, certe ille Pythagoras, etsi bonus cetera, tamen ut hanc sententiam exstrueret, non turpi modo, uerum etiam temerario mendacio incubuit. Cognosce, qui nescis, et crede nobiscum. Mortem

53 Gen. 1, 28. **55/56** Gen. 1, 26.

XXVIII. **2** Plato Phaedo 70 C.

48 etiam] tamen *Rfd susp.* **52/53** redundantia, obseruante *Gel Iun*] redundantia obseruante, agitur *B* redundantia agitur, obseruante *Pam*; *Rig in Obseru.* redundantia. Obseruante agitur *Lindn* **57** *distinctionem post* mirum *in omnibus editionibus obuiam sustulit Th. St. T. 3, 29*$_1$

XXVIII. **1** ADVERSVS PLATONEM, NON EX MORTVIS FIERI VIVOS *B Gel* **3** sint *B Kroym. 109/10*] eant *Gel* fiant *B*] fiant ex uiuis mortui *Kroym. 110* uiuant *Gel* **3** ita habeat *scripsi*] ita habeant *B Kroym. 110* e uita abeant *Gel* **5** quidam; diuinum Albinus existimat *Oehl*] quidam diuinus Albinus (Malbinus *Bmg*) existimat *B* quidam diuinus, Albini, ut existimo, aut *Gel* quidam, diuinus; Albini, ut existimo, aut *Iun* quin et diuinus, ut Albinus existimat, aut *Vrs* quidam; diuinus, Albinus existimat, *Lindn* Mercurrii *B* **6** unicus *Gomperz 70* **10** quosque *Iun* **11** probans *Gel* **13** animarum de *Gel* **15** qui

simulat, subterraneo latitat, septennio illic patientiam damnat; interea quae de posteris defunctis ad fidem rerum esset relaturus ab unica conscia et ministra matre cognoscit. Vt satis sibi uisus est corpulentiam interpolasse ad omnem mortui ueteris horrorem, de adytis fallaciae emergit ut ab inferis redditus. **3.** Quis non crederet reuixisse quem crediderat obisse, audiens praesertim ab eo, quae de posteris mortuis nisi apud inferos non uideretur cognoscere potuisse? Sic ex mortuis uiuos effici senior sermo est. Quid enim, si et iunior? Neque ueritas desiderat uetustatem neque mendacium deuitat nouellitatem. Teneo plane falsum, antiquitate generosum; quidni falsum, cuius testimonium quoque ex falso est? Quomodo credam non mentiri Pythagoran, qui mentitur, ut credam? Quomodo mihi persuadebit Aethalidem et Euphorbum et Pyrrhum piscatorem et Hermotimum se retro ante Pythagoran fuisse, ut persuadeat uiuos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoran peierauit? Quanto enim credibilius ipse ex semetipso semel redisset in uitam quam totiens alius atque alius, tanto et in durioribus fefellit, ‖ qui molliora mentitus f. 141 est. **4.** ‚Sed clipeum Euphorbi olim Delphis consecratum recognouit et suum dixit et de signis uulgo ignotis probauit'. Respice ad hypogeum eius et, si capit, crede. Nam qui talem commentus est stropham, cum iniuria bonae ualetudinis, cum fraude |uitae septennio excruciatae infra terram inedia V 348 ignauia umbra, cui tanti fuit fastidium caeli, quam non accesserit temeritatem, quam non temptauerit curiositatem, ut ad notam clipei illius perueniret? **5.** Quid autem, si in historiis aliquibus occultioribus repperit? Quid, si defectae iam traditionis superstites aliquas famae aurulas hausit? Quid, si ab aedituo redempta clam inspectione cognouit? Scimus etiam magiae licere explorandis occultis per catabolicos et paredros et pythonicos spiritus. Non enim et Pherecydes, Pythagorae magister, his forsitan artibus diuinabat, ne dicam somniabat? Quid, si idem daemon in illo fuit qui et in Euphorbo res sanguinis gessit? Denique qui se Euphorbum ex argumento clipei probarat, cur neminem Troianorum commilitonum aeque recognouit? Nam et illi iam reuixissent, si uiui ex mortuis fierent.

tamen *B* **18** septenni se illic patientia *Gel* **31** Aethalidem] Ephalidem *B Gel* **32** Hermotimum *Pam*] Hermippum *B Gel* se] si *B* **35** semel *Vrs*] semet *B*; *om. Gel* **36** *post* alius *interrogationis signum ponit Iun* qui molliora] *ab his uerbis redit A* **39** hypogium *A* hypogaeum *Iun* **45** reperit *Gel* **47** aedetuo *A* **48** magiae] magos *Gel* magia *Lindn* magiam *Rfd Kroym. 110* licere] elicere *B Gel*; *approbat Kroym. 110* dicere *Rfd lectionem traditam uindicat Th. Eran. 7 (1907), 93/5* **48/49** per catabolicos *B*] percatabolicos *A*; *approbat Th. Eran. 7 (1907), 93/5* procatabolicos *Gel* pericatabolicos *Rfd* **49** parhedros *A* **49/50** pirecydes *A* **50** forsan *B Gel* **52** cessit *AB* in euphorbbum (*prius* b *eras.*) *A*

XXIX. **1.** Mortuos quidem ex uiuis effici constat, non ideo tamen et ex mortuis uiuos. Ab initio enim uiui priores, unde ab initio aeque mortui posteriores, non aliunde quam ex uiuis. Illi habuerunt unde potius orirentur, dum ne ex mortuis. Isti non habuerunt unde magis deducerentur, nisi ex uiuis. **2.** Igitur si ab initio uiui non ex mortuis, cur postea ex mortuis? Defecerat ille, quicumque est origini fons? An formae paenituit? Et quomodo in mortuis salua est? Non, quia ab initio mortui ex uiuis, idcirco semper ex uiuis? || Aut enim in f. 141r utraque parte forma initii perseuerasset aut in utraque mutasset, ut si uiuos ex mortuis postea fieri oportuerat, perinde oporteret etiam non ex uiuis effici mortuos. **3.** Si non peraequare deberet fides institutionis, (**3.**) non usquequaque contraria ex contrariis reformari alternant. Et nos enim opponemus contrarietates nati et innati, uisualitatis et caecitatis, iuuentae et senectae, sapientiae | et insipientiae; nec tamen V 349 ideo innatum de nato prouenire, quia contrarium ex contrario fiat, nec uisualitatem iterum ex caecitate, quia de uisualitate caecitas accidat, nec iuuentam rursus de senecta reuiuescere, quia ex iuuenta senecta marcescat, nec insipientiam ex sapientia denuo obtundi, quia de insipientia sapientia acuatur. **4.** Haec et Albinus Platoni suo ueritus subtiliter quaerit contrarietatum genera distinguere, quasi non et haec tam absolute in contrarietatibus posita sint quam et illa quae ad sententiam magistri sui interpretatur, uitam dico et mortem. Nec tamen ex morte uita reddatur, quia ex uita mors deferatur.

XXX. **1.** Quid autem ad cetera respondebimus? Primo enim, si ex mortuis uiui, sicut mortui ex uiuis, unus omnino et idem numerus semper haesisset omnium hominum, ille scilicet numerus qui primus uitam introisset. Priores enim mortuis uiui, dehinc mortui ex uiuis et rursus ex mortuis uiui.

XXIX. **2** et] sed *A* **3** *post* posteriores *punctum ponit Oehl* *distinctionem post* uiuis *tollunt B Gel hoc modo distinguentes* : *B* : non aliunde... errentur. Dum ne... deducerentur, nisi ex uiuis ? *Gel* : non aliunde... proficiscerentur, dum ne... deducerentur. **4** habuerant *B Gel* potius orirentur *Rig*] potius orrentur *A* potius errentur *B* proficiscerentur *Gel* **5** habuerint *B Gel* nisi ex uiuis *om. Gel* **7** origini *A* ; *uindicat Lfst. Synt. I, 167*] originis *B Gel* **10** aut in] in aut in *A corr.* **11** ut *om. A* ; *approbat Hartel Patr. Stud. 4, 68* **12** etiam] iam *Iun dubitanter* uiuis] uisuis *A corr.* **12/13** mortuos, si non, peraequare... institutionis *Lindn et Hartel ap. Rfd* mortuos ; si non, nec peraequare... institutionis *Hartel Patr. Stud. 4, 67/8* **14** alternare *Hartel Patr. Stud. 4, 68 dubitanter* alternarent *F. Vollmer Thes. l. L. I : 1754, 25* **15** uis ualitaris *A* **16** insapientiae *A corr.* **17** ideo] idoneo *A* **18** uisualitatem] cuius ualitatem *A* **18/19** quia de uisualitate *om. A* **19/20** reuiuiscere *B Gel* **21** ex sapientia] insapientiam *A* obtundi] obtendi *Gel* ,alii obtrudi ; legere malim obtundi' *Iun* de] ex *Gel* **22** Haec] hic *Rfd* **25** ad sententiam *Bmg*] absentiam *AB* interpretatur *Iun*] interpretantur *AB Gel*

XXX. **3** hesisset *A* hominum *om. A* **4/5** enim ex mortuis *B Gel* **5** et

Et dum hoc semper ex iisdem, ita totidem semper, qui ex iisdem. Nam neque plures aut pauciores exissent quam redirent. **2.** Inuenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines || uel uagi uel extorres uel gloriosi quique f. 142 occupant terras, ut Scythae Parthicas, ut Temenidae Peloponnesum, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phoenices Africam, dum sollemnes etiam amigrationes, quas ἀποικίας uocant, consilio exonerandae popularitatis in alios fines examina gentis eructant. Nam et origines nunc in suis sedibus permanent et alibi amplius | gentilitatem feneraV 350 uerunt. **3.** Certe quidem ipse orbis in promptu est cultior de die et instructior pristino. Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas retro fundi amoenissimi oblitterauerunt, siluas arua domuerunt, feras pecora fugauerunt, harenae seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur, tantae urbes quantae non casae quondam. Iam nec insulae horrent nec scopuli terrent; ubique domus, ubique populus, ubique respublica, ubique uita. **4.** Summum testimonium frequentiae humanae: onerosi sumus mundo, uix nobis elementa sufficiunt, et necessitates artiores, et querellae apud omnes, dum iam nos natura non sustinet. Reuera lues et fames et bella et uoragines ciuitatum pro remedio deputanda, tamquam tonsura insolescentis generis humani; et tamen, cum eiusmodi secures maximam mortalium uim semel caedant, nunquam restitutionem eius uiuos ex mortuis reducentem post mille annos semel orbis expauit. Et hoc enim sensibile fecisset aequa uis amissionis et restitutionis, si uiui ex mortuis fierent. **5.** Cur autem mille annis post et non statim ex mortuis uiui, cum, si non statim supparetur quod erogatum, in totum absumi periclitetur praeueniente restitu-

rursus ex mortuis uiui *om. A* **6** hisdem *A* ; isdem *Oehl* **7** isdem *A* nam *om. A* ; *Hoppe Beitr. 154 dubitat, utrum* nam *delendum sit an non* pautiores *A* **7/8** redirent] redissent, neque plures, aut pautiores exissent quam redirent *A* redissent *Rig in Obseruat* ; *lectionem* redirent *uindicat Lfst. Krit. Apol. 99* **8** autem *Gel*] etiam *AB* **8/9** humanamum *A* **10** ab origine *A Bmg* **11** *primum* ut] aut *A corr.* scytae *A corr.* Particas (p-*A*) *AB* Parthicam *Vrs* **11/12** ut Temenidae Peloponnesum *om. A* Temenidae *Iun Scal*] Menidae *B Gel* Amyclae *Vrs* **12** Phyges *B* **12/13** et Phoenices *AB* **13** solennes *B Gel*, *ut semper* migrationes *B Gel* **14** ΑΠΟΙΚΙΑΣ *A* μετοικίας *B* (ἀποικίας *Bmg*) *Gel* uocant *A*] appellant *B Gel* **15** aborigines *Vrs* **16/17** faenerauerunt *A* **21** panduntur *Wissowa ap. Rfd (coll. Liu. 21, 37, 3)* **22** tantae iam urbes *Vrs* tantae urbes iam *Rig* **23** scopoli *A* **25** humanae : onerosi *Iun primus distinxit* onerosi* *A* **26** arctiores *Gel* quaerellae *A* querelae *B Gel* **27** sustineret *A* **28** et uoragines] et *del. Fr. Leo ap. Kroym. 110* et ceterae uoragines *Kroym. 110* **29** inolescentis *Rig* **31** numquam *A* **32/33** Et hoc enim] hoc enim *uel* hoc etenim *Kroym. 110* **34** et non *om. A* **35** *post* uiui *interrogationis signum ponit Vrs* **36** erogatur *Vrs* periclitetur genus humanum

tionem defectione, quia nec pariasset commeatus hic uitae miliario tempori longe scilicet || breuior et idcirco facilior ante f. 142v extingui quam redaccendi? Igitur quae hoc modo intercidisset, si uiui ex mortuis fierent, quando non intercidit, non erit credendum uiuos ex mortuis fieri.

XXXI. **1.** Iam uero si ex mortuis uiui, utique singuli ex singulis. Singulorum ergo corporum animas ut singulas in singula corpora reuerti oportuerat. Porro si et binae et trinae et quinae usque uno utero resumuntur, non erunt ex mortuis uiui, quia non singuli ex singulis. Et hoc autem modo primordii forma signatur, | cum et nunc plures animae de una V 351 proferuntur. **2.** Item cum uaria aetate discedant animae, cur una reuertuntur? Omnes enim ab infantia imbuuntur, qua infans reuertatur. Quale est autem, ut senex defunctus infans reuertatur? Si decrescit foris anima retrograda aetate, quanto magis erat ut progressior reuerteretur mille post annis, certe uel coaetanea suae mortis, ut aeuum quod reliquisset iterum recepisset? **3.** Sed etsi eaedem semper reuoluerentur, licet non corporum quoque formas easdem, licet non fatorum quoque sortes easdem, tamen uel ingeniorum et studiorum et affectionum pristinas proprietates secum referre deberent, quoniam temere eaedem haberentur carentes his per quae eaedem probarentur. Vnde scias, inquis, an ita quidem fiat occulte, sed condicio miliarii aeui interimat facultatem recensendi, quia ignotae tibi reuertuntur? Atquin scio non ita fieri, cum Pythagoran Euphorbum mihi opponis. **4.** Ecce enim Euphorbum militarem et bellicam animam satis constat uel de ipsa gloria clipeorum consecratorum. Pythagoran uero tam residem et inbellem, ut proelia tunc Graeciae uitans Italiae

---

Kroym. 111 **37** parias set *A* parias, sed *B* **38** milliario *A* **39** quae] quia *Kroym. 111* **39/40** *post* intercidisset *lacunam signat Rfd secundum quem haec fere interierunt* : humani generis aetas

XXXI. **2** anima *Seml* ut] et *Rfd susp.* **6** signatur *Bmg Gel*] singulatur *AB* „forte sigillatur ; nihil muto' *Ium* **7** uariaetate *A* decedant *Gel* **8/9** qua infans reuertatur *om. A* **9** reuertatur] reuertitur *Ium mauult* *interrogationis signum post* reuertatur *ponit Lat* **10** retro gradua *A* **13** *interrogationis signum post* recepisset *primus posuit Ium* aedem *A* eadem *Bmg* **14/15** licet non fatorum quoque sortes easdem, tamen *Kroym. 111*] *om. A* licet non flatorum : tamen quoque fortes casam (causam *Scal*) *B Gel Scal* licet non flatorum : tamen *Ium* licet non staturam, tamen uel sortes easdem *Lindn* **15** uel *del. Lindn* **16** affectionum] adiectionum *B Gel* **17** aedem *A* his] iis *Lat* **18** eaedem *Lat*] aedem *A* eadem *B Gel* **19** occultae *A* milliarii *Ium* **19/20** recensendi] reminiscendi *Rfd susp.* **20** quia ignotae tibi *Rig*] quia ignota et ibi *A* quia ignorata et ibi *B Gel* qua ignorata et ibi *Pam* quia ignota et sibi *Mercerus* qua ignorata tibi *Ium* quia ignoratae tibi *Lindn* quia ignotae ibi *Rfd* qua ignotae tibi *Hartel Patr. Stud. 4, 68* **21** Euphorbum] *euporbum *A* **21/22** Ecce enim Euphorbum *Ium*] ecce enim *A* ecce enim, Euphorbum mihi opponis, ecce enim Euphorbum *B Gel* **23** consecrator *A* **24** graetiae *A* Graecae *Ium* in

maluerit quietem geometriae et astrologiae et musicae deuotus, alienus studio et affectu Euphorbi. Sed et Pyrrhus ille fallendis piscibus agebat, || Pythagoras contra nec edendis, ut f. 143 animalibus abstinens. Aethalides autem et Hermotimus fabam quoque in pabulis communibus inruerat, Pythagoras uero ne per fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidit. **5.** Quomodo ergo eaedem animae recuperantur, quae | nec ingeniis nec institutis iam nec uictibus eaedem proba- V 352 buntur? Iam nunc de tanto Graeciae censu quattuor solae animae recensentur. Sed et quid utique de solo Graeciae censu, ut non ex omni gente et ex omni aetate ac dignitate, ex omni denique sexu, et metempsychosis et metensomatosis cotidie existant, cur solus Pythagoras alium atque alium se recognoscat, non et ego? **6.** Aut si priuilegium philosophorum est, et utique Graecorum, quasi non et Scythae et Indi philosophentur, cur neminem se retro meminit Epicurus, neminem Chrysippus, neminem Zeno, ne ipse quidem Plato, quem forsitan Nestorem credidissemus ob mella facundiae?

XXXII. **1.** Sed enim Empedocles, quia se deum delirarat, idcirco, opinor, dedignatus aliquem se heroum recordari, thamnus et piscis fui, inquit. Cur non magis et pepo, tam insulsus, et chamaeleon, tam inflatus? Plane ut piscis, ne aliqua sepultura conditiore putesceret, assum se maluit in Aetnam praecipitando. Atque exinde in illo finita est metensomatosis, ut aestiua cena post assum. **2.** Perinde igitur et hic dimicemus necesse est aduersus portentosiorem praesumptionem bestias ex hominibus et homines ex bestiis reuoluentem. Viderint thamni, licebit et lapathi, ne plus

---

XXXII. **3** *cf.* J. H. Waszink in commentario ad locum, p. 384.

---

italiae *A* **25** quiete *A* **27** fallendi *A corr.* nec edendis] recedendis *A* **28** Aephalides *AB* Ephalides *Gel* Hermotimus *Paul. Leopardus*] ermippus *A* Hermippus *B Gel* **29** inruerat] inuenerat *Rfd susp.* insuerat *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 69* **31** aedem *A* **32** uitibus *A corr.* **33** gregiae *A* quattuor... **34** censu *om. A* **35** ut *del. Vrs* et *del. B Gel* ae * tate *A* **36** *prius* et *om. A* metempsychosis etmetem * somatosis *A* μετεμψύχωσις et μετενσωμάτωσις *B Gel* μετεμψυχώσεις et μετενσωματώσεις *Rig* **37** quotidie *A* exsistant *A* *interrogationis signum post* existant *ponit Ium* **40** se] et *Leopold* meminite picurus *A* **41** Zenone (e *in ras. m. rec.*) *A* ne *om. A* **42** facundie ex factumdie *A*

XXXII. **1** AD METEMPSYCHOSIS ET METENSOMATOSIS *A* ANIMAE ΜΕΤΕΜΨΎΧΩΣΙΣ & μετενσωμάτωσις *B* ADVERSVS PYTHAGORAE ET EMPEDOCLIS OPINIONES DE METEMPSYCHOSI ET METENSOMATOSI *Gel* empodocles *A* qui *Leopold* **3** tamnus *A* **4** planae *A* **5** sepultura conditiore putesceret *Vrs* (patesceret *secundum Wouwer.*)] sepultura conditio reputesceret *AB* sepulturae conditio reputesceret *Gel* sepulturae conditione putesceret *Mercerus* **6** Aethnam (a-*A*) *AB* **7** est *A*] sit *B Gel* fuit *Ium* proinde *B* (perinde *Bmg*) **8** demicemus *A* portensiorem *A* (*corr. i. mg.*) **10** licet *Lat* et lapathi (*uel* bis elati) *Lat*] et lapti *AB Gel* et lappae *Ium* et lapati *Vrs* et raptim *Rig* elabi *Lindn* et lapidi *Hartel ap. Rfd* Ne...

ridere quam docere cogamur. Dicimus animam humanam nullo modo in bestias posse transferri, etiamsi secundum philosophos ex elementiciis substantiis || censetur. | **3.** Siue f. 143v enim ignis anima, siue aqua, siue sanguis, siue spiritus, siue V 353 aer, siue lumen, recogitare debemus contraria quaeque singulis speciebus animalia; igni quidem ea quae rigent, colubros stelliones salamandras, etiam quaecumque de aemulo producentur elemento, de aqua scilicet; perinde contraria aquae illa quae arida et exsuccida: denique siccitatibus gaudent lucustae papiliunculi chamaeleontes; item contraria sanguini quae carent purpura eius, cochleas uermiculos et maiorem piscium censuum; spiritui uero contraria quae spirare non uidentur, carentia pulmonibus et arteriis, culices formicas tineas et hoc genus minutalia; item aeri contraria quae semper subterraneum et subaquaneum uiuentia carent haustu eius (res magis quam nomina noueris); item contraria lumini quae caeca in totum uel solis tenebris habent oculos, talpas uespertugines noctuas. Haec ut ex apparentibus et manifestis substantiis doceam. **4.** Ceterum si et atomos Epicuri tenerem et numeros Pythagorae uiderem et ideas Platonis offenderem et entelechias Aristotelis occuparem, inuenirem fors his quoque speciebus animalia quae nomine contrarietatis opponerem. Contendo enim ex quacumque substantia supra dicta constitisset humana anima, non potuisse eam in tam contraria unicuique substantiae animalia reformari et censum eis de sua translatione conferre, a quibus excludi ac respui magis haberet quam admitti et capi nomine huius primae contrarietatis, quae substantiui status diuersitatem committit, tunc et reliquae per consequentem ordinem || cuiusque natu- f. 144 rae. **5.** Nam et sedes alias humana anima sortita est et uictus et instructus et sensus et affectus et concubitus et fetus, item ingenia, tum opera gaudia taedia uitia cupidines uoluptates ualetudines medicinas, suos postremo et uitae modos et exitus mortis. **6.** Quomodo igitur illa anima quae terris inhaerebat, nullius sublimitatis, nullius profunditatis intrepida, ascensu etiam scalarum fatigabilis, submersu etiam | piscina- V 354 rum strangulabilis, aeri postea insultabit in aquila aut mari postea desultabit in anguilla? Quomodo item pabulis liberalibus et delicatis atque curatis educata, non dico paleas, sed spinas et agrestes amaritudines frondium et bestias sterquili-

11, dicimus *Vrs distinguit* **13** substanciis *A* censeretur *B Gel* **14** *secundum* siue] sine *B* **16** quidem *om. A* **17** daaemulo *A* **18** contria *A* aquae *Iun*] atque *AB Gel* utique *Vrs* **19** *arida* *A* exsucina *A* exucida *B Gel* denique quae *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 69* **20** locustae *B Gel* **21** cocleas *A* **25** per subterraneum *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 69* **26** nouerim *Bmg Gel* item] itãc *A* contraa *A corr.* **28/29** substanciis *A* **29** atomo sepicuri *A* **30** numero spytagorae *A* (h *add.*) **34** eam] iam *A Bmg* **37** prime *A* **46** scalarum... etiam *om. A* **48** aqguilla *A corr.* **50/51** sterquili-

niorum [uermium], etiam uenena ruminabit, si in capram transierit uel in coturnicem, immo et cadauerinam, immo et humanam, sui utique memor, in urso et leone? Sic et cetera ad incongruentiam rediges. Ne singulis perorandis immoremur, ipsius animae humanae quisquis modus, quaecumque mensura, quid faciet in amplioribus longe uel minutioribus animalibus? Necesse est enim et corpus omne anima compleri et animam omnem corpore obduci. Quomodo ergo anima hominis complebit elephantum? Quomodo item obducetur in culice? Si tantum extendetur aut contrahetur, profecto periclitabitur. **7.** Et ideo adicio: si nulla ratione capax est huiusmodi translationis in animalia nec modulis corporum nec ceteris naturae suae legibus adaequantia, numquid ergo demutabitur secundum qualitates generum et uitam eorum contrariam || humanae uitae, facta et ipsa contraria f. 144v humanae per demutationem? Enimuero si demutationem capit amittens quod fuit, non erit quae fuit; et si quae fuit non erit, soluta est metensomatosis, non adscribenda scilicet ei animae quae, si demutabitur, non erit. Illius enim metensomatosis dicetur quaecumque eam in suo statu permanendo pateretur. **8.** Igitur si nec mutari potest, ne non sit ipsa, nec permanere in statu, quia contraria non capit, quaero adhuc causam aliquam fide dignam huiusmodi translationis. Nam etsi quidam homines bestiis adaequantur pro qualitatibus morum et ingeniorum et affectuum, quia et deus: | a s s i- V 355 m i l a t u s e s t, inquit, h o m o i n r a t i o n a l i b u s i u m e n t i s, non ideo milui ex rapacibus fient et canes ex spurcis et pantherae ex acerbis aut oues ex probis et hirundines ex garrulis et columbae ex pudicis, quasi eadem substantia animae ubique naturam suam in animalium proprietatibus repetat. Aliud est autem substantia, aliud natura substantiae, siquidem substantia propria est rei cuiusque, natura uero potest esse communis. **9.** Suscipe exemplum. Substantia est lapis, ferrum; duritia lapidis et ferri natura substantiae est. Duritia communicat, substantia discordat. Mollitia lanae,

75 Ps. 48, 21.

norum *ex* sterquiliniorum *A* **51** uermium *seclusi, cf. comm. meum ad loc., p. 389* (*uirgulam post* uermium *exh. B, ante* uermium *Gel*) [uermium], etiam] uerminantium, et *Iun* uenerarum inabit *AB* **52** *prius* et *om. A* cadauerinam carnem *Rfd susp.* **53** Sic et] si *A* **54** redige *Seml* **55** ipse *A* **57** et *om. A* **58** corpori *A Bmg* **59** obducceretur *A* **60** extenderetur *B Gel* contrahetur *Vrs*] contraheretur *AB Gel* **61** si] quod *Gel* **63** anaequantia *A* **64** demu**tabitur *A* **65** contrarium/contrarium *A* **66** enimuero si demutationem *om. A* **67** non erit quae fuit *om. A* **68** *et* **69/70** μετενσωμάτωσις *B Gel* **69** non erit quae fuit *Rfd*; *quem refutat Gomperz 70* **72** quia] qui *Rfd susp.* **75/76** adsimulatus *B Gel* **76** in rationalibus *B* irrationabilibus *Pam* **78** aut oues ex probis *om. A* **79** gar^r^ullis *A* (r *detersum*) **83** suspice *Seml*

mollitia plumae : pariant naturalia earum, substantiua non pariant. Sic et, si saeua bestia uel proba uocetur homo, sed non eadem anima : nam et tunc naturae similitudo notatur, cum substantiae dissimilitudo conspicitur. Ipsum enim quod hominem similem bestiae iudicas, confiteris animam non eandem, similem dicendo, non ipsam. **10.** Sic et diuina pronuntiatio sapit, pecudibus adaequans hominem ‖ natura, non sub- f. 145 stantia. Ceterum nec deus hominem hoc modo notasset et ipse, si pecudem de substantia nosset.

XXXIII. **1.** Etiam cum iudicii nomine uindicatur hoc dogma, quod animae humanae pro uita et meritis genera animalium sortiantur, iugulandae quaeque in occisoriis et subigendae quaeque in famulatoriis et fatigandae in operariis et foedandae in immundis, perinde honorandae et diligendae et curandae et appetendae in speciosissimis et probissimis et utilissimis et delicatissimis, et hic dicam : si demutantur, non ipsae dispungentur quae merebuntur. **2.** Euacuabitur ratio iudicii, si meritorum deerit sensus. Deerit autem sensus meritorum, si status uerterit animarum. Vertit autem status animarum, si non eaedem |perseuerauerint. Aeque si perse- V 356 uerauerint in iudicium, quod et Mercurius Aegyptius nouit, dicens animam digressam a corpore non refundi in animam uniuersi, sed manere determinatam, u t i r a t i o n e m, inquit, p a t r i r e d d a t e o r u m q u a e i n c o r p o r e g e s s e r i t, uolo iudicii utique diuini iustitiam grauitatem maiestatem dignitatem recensere, si non sublimiore fastigio praesidet humana censura, plenior utriusque sententiae honore, poenarum et gratiarum, seuerior in ulciscendo et liberalior in largiendo. **3.** Quid putas futuram animam homicidae ? Aliquod, credo, pecus lanienae et macello destina-

---

87 saeu abestia *A* uel proba *om. A ; quod probant Hartel Patr. Stud. 4, 70 et Kroym. 112* ut homo *Rfd susp. (contra quem Hartel Patr. Stud. 4, 70)* et homo *Kroym. 112* **89** ipsud *A* **90/91** eandem, similem *Lat. distinguit*] eandem similem, similem *B Gel* **91** *uirgulam post* dicendo *tollit Kroym. 112* **91/92** pronunciatio *A* **92** adhaequans *A* **93/94** et ipse, si *Th. Eran. 7 (1907), 95/6*] et ipsi *A* si *B Gel* ut ipse *Hartel Patr. Stud. 4, 70* **94** de] eadem de *Rfd susp. ; quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 70* nosse *A*

XXXIII. **2** pro uita meritis *A corr.* **5** proinde *B Gel* et diligendae *om. A* **6** spetiosissimis *A* **7** delectatissimis *B* (delicatissimis *Bmg*) **8** non ipsae dispungentur *om. A* Et euacuabitur *B Gel* **9** si *om. B* meritum *A* **9/10** deerit sensus... sensus meritorum *om. A* **10/11** uertit... animarum *om. A* **11** aedem *ex* eaedam *A* *prius* perseuerauerint] perseuerint *A* **11/12** Aeque si perseuerauerint *del. Wissowa ap. Rfd* aeque si perseuerant. Viderit iudicium *Hartel Patr. Stud. 4, 72* aeque si non *Vrs* atque si *Rfd susp.* **12** *post* iudicium *punctum ponit* Rig **13/14** in animam uniuersi *om. A* **16** *post* gesserit *punctum ponit Gel, punctum cum uirgula Hartel Patr. Stud. 4, 72* **17** recense *Gel* *post* non *uirgulam ponit Iun* **18** pleno *Bmg* **19** poenarum] poenarum et sententia-

tum, ut perinde iuguletur, quia et ipsa iugulauerit, perinde decorietur, quia et ipsa despoliauerit, perinde in pabulum proponatur, quia et ipsa bestiis fecerit eos quos in siluis et auiis trucidauerit. **4.** Si ita iudicabitur, nonne illa anima plus solacii quam supplicii relatura est, quod funus inter cocos pretiosissimos inuenit, quod condimentis Apicianis et Lurconianis humatur, quod mensis Ciceronianis infertur, quod lancibus splendidissimis Sullanis effertur, quod exsequias ‖ con- f. 145v uiuium patitur, quod a coaequalibus deuoratur potius quam a miluis et lupis, ut in hominis corpore tumulata et in suum genus regressa resurrexisse uideatur, exsultans aduersus humana iudicia, si ea experta est ? **5.** Namque illa sicarium uariis et exquisitis et iam praeter naturam eruditis feris dissipant, et quidem uiuentem, immo facile nec morientem curata mora finis ad plenitudinem poenae. Sed et si anima praefugerit ultimo gladio, ne corpus quoque euaserit ferrum, nihilominus iugulo utroque confossis costisque transfixis compensatio proprii facinoris exigitur. Inde in ignem | datur, ut et sepul- V 357 tura puniatur. Aliter denique non licet. Nec tamen tanta est rogi cura, ut reliquias aliae bestiae inueniant ; certe nec ossibus parcitur nec cineribus indulgetur nuditate plectendis. **6.** Tanta est apud homines homicidii uindicta quanta ipsa quae uindicatur natura. Quis non praeferat saeculi iustitiam, quam et apostolus non frustra gladio armatam contestatur, quae pro homine saeuiendo religiosa est ? Si ceterorum quoque scelerum mercedem cogitemus, patibula et uiuicomburia et culleos et uncos et scopulos, cui non expediat apud Pythagoran et Empedoclen sententiam pati ? **7.** Nam et qui laboribus atque seruitiis puniendi in asinos utique et mulos recorporabuntur, quantum sibi de pistrinis et aquilegis rotis gratulabuntur, si metallorum et ergastulorum et operum publicorum ip-

---

XXXIII. **45** Rom. 13, 4.

---

rum *B* siuerior *A* **22** iuguletur... perinde *om. A* **24** fecerit *AB ; cf. Hartel Patr. Stud. 4, 72*] infecerit *Gel* obiecerit *Vrs* iecerit *Rfd susp.* eos quos] os, quas *Gel* **25** auiis] aruis *B Gel* **26** quam supplicii *om. A* coccos *B Gel* ‚cocos... *uel* coquos' *Iun* crocos *La Cerda susp.* **27** preciosissimos *A* praetiosissimos *B* **27/28** luchronianis *A* **28** *alterum* quod... **29** effertur *om. A* Syllanis *B Gel* **30** aco aequalibus *A* **33** expar tast *A* **34** etiam *AB Gel* preter *A* **35** facile nec *A ; uindicat Hartel Patr. Stud. 4, 72/3*] nec facile *B Gel* **35/36** curatam ora *A* paenae *A* **37** *uirgulam post* ferrum *primus posuit v. d. Vliet 90/1* nihilminus *A* **38** utroque *AB Gel*] uentreque *Lat* uiroque (*= partibus genitalibus*) *Rig in Obseru.* uteroque *Scal* latereque *Rfd* confosso *Vrs* **39** propria *v. d. Vliet 90 susp.* Inde] inde nec *Kroym. 112/3 hoc modo distinguens* : **39/41** ut... puniatur (aliter... cura), ut... inueniant ; *contra quem disputat Gomperz 71* **41** ut] ut ne *Rfd susp.* inueniant] non inueniant *v. d. Vliet 91/2 ; Gomperz 71* **42** pascitur *A* **45** armata *Gel (laps. preli, ut uidetur)* **47** *primum* et *om. Gel* **48** phytagoran *A* **51** pristinis *AB* **52** et ergastulorum *om. A* publicorum ipsorumque] publicorumque *A*

sorumque carcerum, licet otiosorum, recordentur! Perinde qui integre morati commendauerint iudici uitam, quaero praemia, sed potius inuenio supplicia. Nimirum magna merces bonis in animalia quaecumque restitui. || **8.** Pauum se meminit f. 146 Homerus Ennio somniante; sed poetis nec uigilantibus credam. Et si pulcherrimus pauus et quo uelit colore cultissimus, sed tacent pennae, sed displicet uox, et poetae nihil aliud quam cantare malunt. Damnatus est igitur Homerus in pauum, non honoratus. Plus de saeculi remuneratione gaudebit, pater habitus liberalium disciplinarum, ut malit famae suae ornamenta quam caudae. **9.** Age nunc, ut poetae in pauos uel in cycnos transeant, si uel cycnis decora uox est, quod animal indues uiro iusto Aeaco? Quam bestiam integrae feminae Didoni? Quam uolucrem patientia, quam pecudem sanctimonia, quem piscem innocentia sortientur? Omnia famula sunt hominis, omnia subiecta, omnia mancipata. Si quid horum futurus est, diminoratur illic ille cui ob merita uitae imagines, statuae et | tituli, honores publici, priuilegia V 358 rependuntur, cui curia, cui populus suffragiis immolat. **10.** O iudicia diuina post mortem humanis mendaciora, contemptibilia de poenis, fastidibilia de gratiis, quae nec pessimi metuant nec optimi cupiant, ad quae magis scelesti quam sancti quique properabunt, illi, ut iustitiam saeculi citius euadant, isti, ut tardius eam capiant! Bene philosophi docetis, utiliter suadetis leuiora post mortem supplicia uel praemia, cum, si quod iudicium animas manet, grauius debet credi in dispunctione uitae quam in administratione, quia nihil plenius quam quod extremius, nihil autem extremius quam quod diuinius. **11.** Deus itaque iudicabit plenius, quia extremius, per sententiam aeternam tam supplicii quam refrigerii || f. 146v nec in bestias, sed in sua corpora reuertentibus animabus, et hoc semel et in eum diem quem solus pater nouit, ut pendula expectatione sollicitudo fidei probetur, semper diem obseruans, dum semper ignorat, cotidie timens, quod cotidie sperat.

84 Mtth. 24, 36 (Marc. 13, 32).

53 prinde *A* proinde *B* **55** mertes *A* **58/59** *post* cultissimus *interrogationis signum ponit Rfd quem refutant Hartel Patr. Stud. 4, 73 ; v. d. Vliet 91* **59** pinnae *B Gel* **61** non *om. AB* (‚*al.* non honoratus' *Bmg*) *Gomperz 72 qui distinguit* : damnatus...pauum, honoratus...remuneratione ; gaudebit, pater... disciplinarum, ut... caudae. **63** caudae. Age *Mercerus* ; *Petr. Ciacconius*] gaudae age *A* gaudeat. age *B Gel* caudae. At age *Scal* gaudia. at age *Vrs* poete *A* **65** Aeaco *Vrs*] deloco *A* de loco *B* Deloco *Gel* Deiocae *P. Leopardus Emendat. VIII, 3* Deioci *Lat* **66** femine *A* pacientia *A* **69** deminoratur *Iun* **70** et *om. A* **72** mendiciora *Pam* ; *approbat Kroym. 113* **72/73** contemptebilia *A* **73** nec] n& *A* **74** ad quae *Mercerus*] at quae *A* atque *B Gel* ad quem *Mercerus sec. Oehl (unde ?)* **76** ea *Kroym. 113* **78** debet *A* ; *cf. Hoppe Beitr.* 32$_1$] debeat *B Gel* **80** *rasuram ante prius* extremius *exhibet A* *alterum* extremius *Th. Eran. 7 (1907), 96/7*] plenius *AB Gel* **83** nec *uix legibile in A* *uirgulam post* animabus *primus posuit Iun* **84** et *om. A*

XXXIV. **1.** Nulla quidem in hodiernum dementiae huiusmodi sententia erupit sub nomine haeretico, quae humanas animas refingat in bestias, sed necessarie hanc quoque speciem intulimus et exclusimus ut superioribus cohaerentem, quo perinde in pauo retunderetur Homerus sicut in Pythagora Euphorbus atque ita hac etiam metempsychosi siue metensomatosi repercussa illa rursus caederetur quae aliquid haereticis sumministrauit. **2.** Nam et Simon Samarites in actis apostolorum redemptor spiritus sancti, posteaquam damnatus ab ipso cum pecunia sua in interitum frustra fleuit, conuersus ad ueritatis expugnationem quasi pro solacio ultionis, fultus etiam artis suae uiribus, ad praestrigias uirtutis alicuius Helenam quandam Ty|riam de loco libidinis publicae V 359 eadem pecunia redemit, dignam sibi mercedem pro spiritu sancto; **3.** et se quidem fingit summum patrem, illam uero iniectionem suam primam, qua iniecerat angelos et archangelos condere; huius eam propositi compotem exilisse de patre et in inferiora desultasse atque illic praeuento patris proposito angelicas potestates genuisse ignaras patris, artifices mundi huius; ab his non perinde animo retentam, ne digressa ea alterius genimina uiderentur, et idcirco omni contumeliae addictam, || ut nusquam discedere depretiatam liberet, hu- f. 147 manae quoque formae succidisse uelut uinculis carnis coercendam; **4.** ita multis aeuis per alios atque alios habitus femininos uolutatam etiam illam Helenam fuisse exitiosissimam Priamo et Stesichori postea oculis, quem excaecasset

XXXIV. **8** Act. ap. 8, 18 *seqq.*

86 *prius* cotidie *Rfd*] quotidie *AB Gel* *alterum* cotidie *A*] quotidie *B Gel*

XXXIV. **1** ADVERSVS OPINIONEM SIMONIS HERETICI (HAE — *Gel*) *AB Gel* ad hodiernum *B Gel* **2** sententiae rupit *A* sub] suo *A* **3** reuincat *Bmg* necessariae *A* necessario *Rig*$_5$ **5** pauo retunderetur *A*] pauone tunderetur *B Gel* pauo tunderetur *Seml* **6** euphorbus *A* **8** subministrauit *B Gel* hactis *A* **10** ab ipso] ‚a Petro aut ab Apto' *Mercerus* ab apostolo *Rfd Kroym. 113* ; *lectionem traditam uindicat Gomperz 72* in interitum *A* ; *approbat Kroym. 113*] interitum *B Gel* **11** solatio *A* **12** praestrigias *A* ; *uindicat Blf Mus. 53 (1948), 147*$_5$] praestigias *B Gel* **13** Helenam *Rig*] helenen *A* Helenem *B Gel* ‚aut legendum Helenem aut... (quod malim) Helenam' *Iun* locis *A* **14** mercem *Rig in Obseruat.* **15** finxit *Lat* **16** qua] quam *Rfd* **16/17** et archangelos *om. A* **17** exsilisse *B Gel* **19** patris, artifices *Hilgenfeld Ketzergesch.*^{2} *180*$_{294}$] patris artificis *AB Gel* **20** iis *Lat* non perinde animo (animo ex animam *A*) *AB Gel Rfd* (*crucem ante* non *ponens*)] perinde animo *Pam* uero per inuidiam *Lat* (*ex Iren. 1, 23*) compari inde animo *Oehl* non prompto animo *Lindn* propter inuidiam *Kellner 343*$_2$ non pio quidem animo *Rfd susp.* non pio perinde animo *Hartel ap. Rfd* **20/21** ea alterius] ex alterius *AB* ea alter *Bmg* **22** nunquam *Bmg* **23** succedisse *A* **24** multi saeuis *A* **26** et excaecasset *B Gel*

ob conuicium carminis, dehinc reluminasset ob satisfactionem laudis; proinde migrantem eam de corporibus in corpora postrema dedecoratione sub titulo prostitisse Helenam uiliorem. Hanc igitur esse ouem perditam, ad quam descenderit pater summus, Simon scilicet, et primum recuperata ea et reuecta, nescio umeris an feminibus, exinde ad hominum respexerit salutem quasi per uindicatam liberandorum ex illis angelicis potestatibus, quibus fallendis et ipse configuratus aeque et hominibus hominem ementitus in Iudaea quidem filium, in Samaria uero patrem gesserit. **5.** O Helenam inter poetas et haereticos laborantem, tunc adulterio, nunc stupro infamen, nisi quod de Troia gloriosius eruitur quam de lupanari, mille nauibus de Troia, nec mille denariis forsitan de lupanari. Erubesce, Simon, tardior in requirendo, inconstantior in retrahendo. At Menelaus statim insequitur amissam, statim repetit ereptam, decenni |proelio extorquet, non latens, V 360 non fallens, non cauillabundus. Vereor, ne ille magis pater fuerit qui circa Helenae recuperationem et uigilantius et audentius et diutius laborauerit.

XXXV. **1.** Sed non tibi soli metempsychosis hanc fabulam instruxit: inde etiam Carpocrates utitur, pariter magus, pariter fornicarius, etsi Helena minus. Quidni? cum propter omnimodam diuinae et humanae disciplinae euersionem constituendam recorporari animas asseuerauerit; nulli enim uitam istam rato fieri, || nisi uniuersis quae arguunt eam f. 147r expunctis, quia non natura quid malum habeatur, sed opinione. Itaque metempsychosin necessarie imminere, si non in primo quoque uitae huius commeatu omnibus inlicitis satisfiat (scilicet facinora tributa sunt uitae!), ceterum totiens animam reuocari habere quotiens minus quid intulerit, reliquatricem delictorum, donec exsoluat nouissimum quadrantem detrusa identidem in carcerem corporis. **2.** Huc enim temperat totam illam allegorian domini certis interpretationibus relucentem et primo quidem simpliciter intellegendam. Nam et ethnicus homo aduersarius noster est, incedens in eadem uia uitae communis. Ceterum oportebat nos de mundo exire, si cum illis conuersari non liceret. Huic ergo boni animi praestes iubet (diligite enim inimicos uestros, inquit, et orate pro maledicentibus uos), ne aliquo commercio negotiorum iniuria prouocatus abstrahat te ad suum iudicem, et ad custodiam delegatus ad exsolutionem totius debiti arteris. **3.** Tum si in diabolum transfertur aduersarii mentio ex obseruatione comitante, cum illo quoque moneris eam inire concordiam quae deputetur ex fidei conuentione; pactus es enim renuntiasse ipsi et pompae et angelis eius. Conuenit inter uos de isto. Haec erit amicitia obseruatione sponsionis, ne quid eius postea re|sumas ex his quae eierasti, quae illi V 361 reddidisti, ne te ut fraudatorem, ut pacti transgressorem iudici deo obiciat, sicut eum legimus alibi sanctorum criminatorem et de ipso etiam nomine diaboli delatorem, et iudex te tradat angelo exsecutionis, et ille te in carcerem mandet infernum, unde non dimittaris nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso. Quid his sensibus aptius? Quid his interpretationibus uerius? **4.** Ceterum ad Carpocraten: si omnium || facinorum debitrix anima est, quis erit inimicus et f. 148 aduersarius eius intellegendus? Credo, mens melior, quae illam in aliquid innocentiae inpegerit adigendam rursus ac rursus in corpus, donec in nullo rea deprehendatur bonae uitae. Hoc est ex malis fructibus bonam arborem intellegi, id est, ex pessimis praeceptis doctrinam ueritatis agnosci. **5.** Spero huiusmodi haereticos Heliae quoque inuadere exemplum, tamquam in Iohanne sic repraesentati, ut metempsychosi patrocinetur pronuntiatio domini: Helias iam uenit, et non cognouerunt eum, et alibi: et si uultis audire, hic est Helias, qui uenturus est. Numquid ergo et Iudaei ex opinione Pythagorica

XXXV. **12** Mtth. 5, 26.

18 1 Cor. 5, 10. **19** Mtth. 5, 44 (Luc. 6, 27). **21** Mtth. 5, 25/6 (Luc. 12, 58/9). **30** Mtth. 5, 25/6 (Luc. 12, 58/9). **31** Apoc. 12, 10. **45** Mtth. 17, 12. **46** Mtth. 11, 14.

27/28 satis factionem *A* **29** postremo dedecoratiore *Vrs* Helena *Rfd susp.* **31** patrem *A* **32** humeris *A corr. B Gel* **33** respexit *Pam* **35** et hominibus *AB*] hominibus et *Gel* ementitus] & mentitus *A corr.* **36** se gesserit *Rfd quem refutat Lfst. Spr. Tert. 50* **37** et] het *A corr.* sed *B* **39** *prius* mille... **40** lupanari *om. A* **41** trahendo *A* statim... amissam *om. A* **42** repetit] perpetit *A* decennii *B Gel* **43** cauellabundus *A* **44/45** exaudentius *A*

XXXV. **1** AD (ADVERSVS *Gel*) CARPOCRATIS OPINIONEM *AB Gel* **3** etsi... Quidni?] ‚praestat includi notis parentheseos' *Iun* **5** adseuerauerit *B Gel* **7** quia] qua *Seml* **8** necessariae *A* **14** allegoriam *B Gel* **16** intellegendum *A* et *om. A* **17** incaedens *A* in *del. Rig* eandem *Rig* uiam *A Rig* **19** boni *A*; *approbant Gomperz 73; Th. St. T. 3, 33/4*] bonum *B Gel* praestes] praesto esto *Gomperz 73* praesto es(se) *Stowasser ap. Gomperz 73; lectionem traditam uindicat Th. St. T. 3, 33/4* iubet *om. A* **20** enim *om. A* et *om. Gel* **21** commertio *A* **22/23** in custodiam *B Gel* **23** exsoluitionem *A* **25** comitantem *Gomperz 74* **27** renunciasse *A* renuntiare *B Gel* **28** de obseruatione *Rfd susp.* obseruatio *Bmg* **29** ei eierasti *B Gel* **29/30** eie reddidisti (eie *inductum*) *A* **31** sicuti *Pam* **32** diaboli *om. A* **33** executionis *B Gel* **36** ad *A*; *approbat Lfst. Z. Spr. T. 87; sed cf. comm.*] apud *B Gel* Carpocratem *Gel* **38** mens] meus *B* **39** aliquid innocentiae] aliud quid nocentiae *Rfd susp.* **44** sic *om. A* **45** patrocinentur praenuntio *A* **48** nunquid *A*

consulebant Iohannem: tu es Helias? et non ex praedicatione diuina: et ecce mittam uobis Helian Thesbiten? **6.** Sed enim metempsychosis illorum reuocatio est animae iam pridem morte functae et in aliud corpus iteratae, (**6**) Helias autem non ex decessione uitae, sed ex translatione uenturus est, nec corpori restituendus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est translatus, non ex postliminio uitae, sed ex supplemento prophetiae, idem et ipse, et sui nominis et sui hominis. Sed quomodo Helias Johannes? Habes angeli uocem: et ipse, inquit, praecedet coram populo in uirtute et in spiritu Heliae, non in anima eius nec in | carne. Hae V 362 enim substantiae sui cuiusque sunt hominis, spiritus uero et uirtus extrinsecus conferuntur ex dei gratia; ita et transferri in alterum possunt ex dei uoluntate, ut factum est retro de Mosei spiritu.

XXXVI. **1.** In has quaestiones inde, opinor, excessimus quo nunc reuertendum est. Constitueramus animam in ipso et ex ipso seri homine et unum esse a primordio || semen, sicut f. 148v et carnis, in totum generis examen, propter aemulas scilicet opiniones philosophorum et haereticorum et illum sermonem Platonis ueternosum. Nunc ordinem sequentium exinde tractatuum teximus. **2.** Anima in utero seminata pariter cum carne pariter cum ipsa sortitur et sexum, ita pariter, ut in causa sexus neutra substantia teneatur. Si enim in seminibus utriusque substantiae aliquam intercapedinem eorum conceptus admitteret, ut aut caro aut anima prior seminaretur, esset etiam sexus proprietatem alteri substantiae adscribere per temporalem intercapedinem seminum, ut aut caro animae aut anima carni insculperet sexum, **3.** quoniam et Apelles, non pictor, sed haereticus, ante corpora constituens animas uiriles ac muliebres, sicut a Philumena didicit, utique carnem ut posteriorem ab anima facit accipere sexum. Et qui animam post partum carni superducunt utique ante formatae, marem

49 Joh. 1, 21. **50** Mal. 4, 5. **58** Luc. 1, 17. **63** Num. 11, 17.

phythagorica *A* **49/50** predicatione *A* **50** Heliam *B Gel* **51** *interrogationis signum post* Thesbiten *primus posuit Iun* **56** expost liminio *A* **59** et *sup. uers. A* *secundum* in *om. A* **60** haec *B Gel* **62** dei] fidei *Bmg* **64** Mosis *Rig*

XXXVI. **1** DE SEXV ANIMAE ET CARNIS (CARNIS ET ANIMAE *A*) PARITER ORIENTE *AB* DE SEXV ANIMAE ET CARNIS QVOD SIMVL IN VTERO FORMENTVR *Gel* **9** in *om. AB* **10** in aliquam *AB* intercapidinem *A* **11** aut anima] ut anima *A* **13** intercapidinem *A* **14** quoniam] quomodo *Rfd susp.* **16** mulieres *A* a] ad *A* ab *Rig* Philomena *B Gel* in carnem *B* **18** carni superducunt] carnis ducunt *A* *uirgulam*

aut feminam de carne sexum praeiudicant animae. **4.** Vtriusque autem substantiae indiscreta semina et unita suffusio eorum communem subeunt generis euentum, qua lineas duxerit quaecumque illa est ratio naturae. Certe et hic se primordiorum forma testatur, cum masculus temperius effingitur (prior enim Adam), femina aliquanto serius | (poste- V 363 rior enim Eua). Ita diu caro informis est, qualis ex Adae latere decerpta est, animal tamen et ipsa iam, quia et illam tunc Adae portionem animam agnoscam. Ceterum et ipsam dei afflatus animasset, si non ut carnis, ita et animae ex Adam tradux fuisset in femina.

XXXVII. **1.** Omnem autem hominis in utero serendi struendi fingendi paraturam || aliqua utique potestas diuinae f. 149 uoluntatis ministra modulatur, quamcumque illam rationem agitare sortita. Haec aestimando etiam superstitio Romana deam finxit Alemonam alendi in utero fetus et Nonam et Decimam a sollicitioribus mensibus et Partulam, quae partum gubernet, et Lucinam, quae producat in lucem. Nos officia diuina angelos credimus. **2.** Ex eo igitur fetus in utero homo, a quo forma completa est. Nam et Mosei lex tunc aborsus reum talionibus iudicat, cum iam hominis est causa, cum iam illi uitae et mortis status deputatur, cum et fato iam inscribitur, etsi adhuc in matre uiuendo cum matre plurimum communicat sortem. **3.** Dicam aliquid et de temporibus animae nascentis, ut ordinem decurram. Legitima natiuitas ferme decimi mensis ingressus est. Qui numeros ratiocinantur, et decurialem numerum ut exinde reliquorum parentem colunt, denique perfectorem natiuitatis humanae. **4.** Ego ad deum potius argumentabor hunc modum temporis, ut decem menses decalogo magis inaugurent hominem, ut tanto temporis numero nascamur quanto disciplinae numero renascimur. Sed et cum septimo mense natiuitas plena

XXXVI. **24/25** 1 Tim. 2, 13.

XXXVII. **9** Ex. 21, 22.

ante uoces utique ante formatae *ponit Gel* **19** faeminam *A* **20** discreta *AB* (indiscreta *Bmg*) unitas effusio *A* **22** certae *A* **23** temporius *Gel* **25** diu] quamdiu *Rfd* dum *Hartel ap. Rfd* diutius *Kroym. 113* Adae *om. A* **27** animam *AB*; *uindicat Th. St. T. 2, 33*] animal *Gel* animatam *Vrs* **29** faemina *A*

XXXVII. **1** DE AETATE ANIMAE (CARNIS ET ANIMAE *Gel*) *AB Gel* **2** figendi *A* diuine *ex* diuinae *A* **3** quamcumque] ‚alii quaecumque' *Iun* illa *Vrs*; *damnat Kroym. 113* **4** Haec] hoc *A* estimando *A* **5** alendis... fetibus *Rfd susp.* **6** sollitioribus *A* **9** Moysi *B Gel* Moysei *Scal* Moysis *Vrs* **10** hominis... **11** illi *om. A* **11** *secundum* et *om. A* **12** etsi] et sic *Iun* **14** ut *om. A* ordine *A* **16** parentum *Gel* **19** de decalogo *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 73/4*; *damnat Gomperz 74* **21** renascimur] nascimur *A* na-

est facilius quam octauo, honorem sabbati agnoscam, ut quo die dedicata est dei conditio, eo mense interdum producatur dei imago. Concessum est properare nati|uitati et tamen V 364 idonee occurrere in hebdomadem, in auspicia resurrectionis et requietis et regni. Ideo ogdoas nos non creat ; tunc enim nuptiae non erunt. **5.** Societatem carnis atque animae iamdudum commendauimus a congregatione seminum ipsorum usque ad figmenti perfectionem ; perinde nunc et a natiuitate defendimus, inprimis quod simul crescunt, sed diuisa ratione || pro generum condicione, caro modulo, anima ingenio, caro f. 149r habitu, anima sensu. Ceterum animam substantia crescere negandum est, ne etiam decrescere substantia dicatur atque ita et defectura credatur ; sed uis eius, in qua naturalia peculia consita retinentur, saluo substantiae modulo, quo a primordio inflata est, paulatim cum carne producitur. **6.** Constitue certum pondus auri uel argenti, rudem adhuc massam : collectus habitus est illi et futuro interim minor, tamen continens intra lineam moduli totum quod natura est auri uel argenti. Dehinc cum in laminam massa laxatur, maior efficitur initio suo per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur, non, dum augetur ; etsi sic quoque augetur, dum extenditur : licet enim habitu augeri, cum statu non licet. **7.** Tunc et splendor ipse prouehitur auri uel argenti, qui fuerat quidem et in massa, sed obscurior, non tamen nullus. Tunc et alii atque alii habitus accedunt pro facilitate materiae, qua duxerit eam qui aget, nihil conferens modulo nisi effigiem. Ita et animae crementa reputanda, non substantiua, sed prouocatiua.

XXXVIII. **1.** Quamquam autem et retro praestruxerimus, omnia naturalia animae ipsi substantiae inesse pertinentia ad

26/27 Mtth. 22, 30. **33** ne etiam... **49** prouocatiua : adducit Aug. gen. ad litt. 10, 25, 40.

tiuitatis *Rig* **22** quoto *Gel* **23** est *om. B Gel* eo] toto *B Gel* **24** concessum *A* tam *Rig* **25** idonee] ideo ne *AB* ebdomadem *A* hebdomaden *B* **27** sotietatem *A* **28** congregatione *A Bmg*] concretione *B Gel* **29** proinde *B Gel* a natiuitate] natiuitatem *A* **30** diuersa *B Gel* **33** decrescere] crescere *A* adque *A* **34** qua naturalia] quantunaturalia *A* qua intus naturalia *susp. Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 74* pecunia *A corr.* **35** retinetur *A* **41** dilationem *B* certi, non per adiectionem] certe non ad periectionem *A* **42** non, dum *Aug. gen. ad litt. 10, 25, 40 ; Gel*] nondum *AB* non*dum *Wissowa ap. Rfd putans* per incrementum *uel tale quid intercidisse ; refutat Hartel Patr. Stud. 4, 74* **44** et splendor] explendor *A* exsplendor *Rig*$_1$ *in Obseru.*, *Rig*$_{2/3}$ *in textu* prouehitur], alii perhibetur ; uitiose' *Iun* **46** nullius *Bmg* et *om. A* **47** agit *Pam* auget *Iun* **49** prouectiua *Iun*

XXXVIII. **1** DE CIBIS QVOMODO AD ANIMAM PERTINEANT (PERTINERE VIDEANTVR *B Gel*) *AB Gel* quanquam *AB Gel* **2** subsub-

sensum et intellectum ex ingenito animae censu, sed paulatim per | aetatis spatia procedere et uarie per accidentia euadere V 365 pro artibus, pro institutis, pro locis, pro dominatricibus potestatibus, quod tamen faciat ad carnis animaeque propositam nunc societatem, pubertatem quoque animalem cum carnali dicimus || conuenire pariterque et illam suggestu sensuum et f. 150 istam processu membrorum exsurgere a quarto decimo fere anno, non quia Asclepiades inde sapientiam supputat, nec quia iura ciuilia abhinc agendis rebus attemperant, sed quoniam et haec a primordio ratio est. **2.** Si enim Adam et Eua ex agnitione boni et mali pudenda tegere senserunt, ex quo id ipsum sentimus, agnitionem boni et mali profitemur. Ab his autem annis et suffusior et uestitior sexus est, et concupiscentia oculis arbitris utitur et communicat placitum et intellegit quae sint et fines suos ad instar ficulneae contagionis prurigine accingit et hominem de paradiso integritatis educit, exinde scabida etiam in ceteras culpas et delinquendi non naturales, cum iam non ex instituto naturae, sed ex uitio. **3.** Ceterum proprie naturalis concupiscentia unica est alimentorum solummodo, quam deus et in primordio contulit : e x o m n i l i g n o, inquit, e d e t i s, et secundae post diluuium geniturae supermensus est : e c c e d e d i u o b i s o m n i a i n e s c a m t a m q u a m o l e r a f a e n i, prospectam non tam animae quam carni, etsi propter animam. Auferenda est enim argumentatoris occasio, qui quod anima desiderare uideatur alimenta, hinc quoque mortalem eam intellegi cupit, quae cibis sustineatur, denique derogatis eis euigescat, postremo subtractis intercidat. **4.** Porro non solum proponendum est quisnam ea desideret, sed et cui ; et si propter se, sed et cur et quando et quonam usque ; tum quod aliud | natura V 366 desideret, aliud necessitate, aliud secundum proprietatem,

XXXVIII. **22** Gen. 2, 16. **24** Gen. 9, 3.

stantiae *A* **3** sensum *ex* sum *A corr.* ex *Rfd*] et *A* et ex *B Gel* **4** uariae *A* accidentiae *A corr.* **11** quoniam *Rig*] qm̄ *A* quod *B Gel* **12** a *A*] de *B Gel* euua *A* **13** ex quo id] et quosd *A* **17** sint et] sint * et *Rfd putans* instrumentum *uel similem uocem intercidisse ; damnat Hartel Patr. Stud. 4, 75* fines] sinus *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 75* ficulneae contagionis] ficulneae * contagionis *Rfd secundum quem* zonae *uel tale quid intercidit ; sed cf. Hartel Patr. Stud. 4, 74/5 ; Kroym. 114 ; Hoppe Beitr. 44 ; H. Koch, Theol. Stud. u. Krit. 105 (1933), 50* purigine *AB* (prurigine *Bmg*) pubere *uel tale quid susp. Kellner 349*$_1$ **19** et... naturales *om. Rig*$_1$ delinquenti *Iun* **19/20** naturales, cum] naturales * cum *Rfd qui existimat* rationes *uel* uias *uel* modos *uel similem uocem intercidisse ; refutat Hartel Patr. Stud. 4, 75* **20** instituto *A corr.* **22** et *om. B Gel* **25** olaera *A* holera *B Gel* prospectam *AB*] prospectum *Gel* prospectans *Vrs ; inter* prospectam *et* prospecta *dubitat Th. St. T. 2, 33/4* **27** argumenta*toris A* **29** cybis *A* **32/33** natura desideret] est natura desiderare *Bmg* natura desiderare *Kellner 349*$_1$

aliud in causam. Desiderabit igitur cibos anima sibi quidem ex causa necessitatis, carni uero ex natura proprietatis. Certe enim domus animae caro est, et inquilinus carnis anima. || **5.** Desiderabit itaque inquilinus ex causa et necessitate huius f. 150v nominis profutura domui toto inquilinatus sui tempore, non ut ipse substruendus nec ut ipse loricandus nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus, quia non aliter contineri possit quam domo fulta. **6.** Alioquin licebit animae dilapsa domo ex destitutione priorum subsidiorum incolumi abire, habenti sua firmamenta et propriae condicionis alimenta, immortalitatem rationalitatem sensualitatem intellectualitatem arbitrii libertatem.

XXXIX. **1.** Quae omnia natiuitus animae conlata idem, qui in primordio inuidit, nunc quoque obumbrat atque deprauat, quominus aut ultro prospiciantur aut qua oportet administrentur. Cui enim hominum non adhaerebit spiritus nequam ab ipsa etiam ianua natiuitatis animas aucupabundus, uel qua inuitatus tota illa puerperii superstitione ? **2.** Ita omnes idololatria obstetrice nascuntur, dum ipsi adhuc uteri infulis apud idola confectis redimiti genimina sua daemoniorum candidata profitentur, dum in partu Lucinae et Dianae eiulatur, dum per totam hebdomadem Iunoni mensa proponitur, dum ultima die Fata Scribunda aduocantur, dum prima etiam constitutio infantis super terram Statinae deae sacrum est. **3.** Quis non exinde aut totum filii caput reatui uouet aut aliquem excipit crinem aut totum nouacula prosecat aut sacrificio obligat aut sacro obsignat, pro gentica, pro auita, pro publica aut priuata deuotione ? Sic igitur et Socraten puerum adhuc spiritus daemo|nicus inuenit; sic et omnibus V 367 genii deputantur, quod daemonum nomen est. || Adeo nulla f. 151 ferme natiuitas munda est, utique ethnicorum. **4.** Hinc enim et apostolus ex sanctificato alterutro sexu sanctos procreari ait, tam ex seminis praerogatiua quam ex institutionis disci-

---

34 sibi] si *A corr. in mg.* **37** Desiderabit] siderabit *A (p.f.i.)* **38** inquilinatui *A* **39** loricandus *Lat*] gloriandus *AB Gel* solidandus *uel* glutinandus *susp. Lindn* **42** priorum *A Bmg*] propriorum *B Gel*

XXXIX. **4** *ante* Cui : NVLLAM FERE (PENE *Gel*) ANIMAM SINE DAEMONIO (DE — *A*) ESSE *AB Gel* nequam, qua *susp. Rfd et M. Ihm, Thes. l. L. II : 1237, 93/6* **5** ianua] innua *A corr.* animae *Iun susp.* uel] ultro *Rfd susp.* qua] quia *Hartel ap. Rfd* **7** ipsa *AB* uteri] uiri *La Cerda susp.* **10** heiulatur *A* eiulantur *Bmg* hebdomadam *B Gel* **11** diae *A* fata scribundo *Iun dubitanter* **12** Statinae deae] statim aedeae (Ae — *B*) *AB* statim Aedeae *uel* Idaeae (= Rheae, terrae) *uel* Adoneae (Aug. ciu. Dei *4, 21*) *uel* Statiuae *Renatus ap. La Cerda* Statilinae deae *mauult R. Agahd, Jahrb. class. Philol. Suppl. 24 (1898), 171* **13** filii] feli *AB* reatui] ea tui *A Bmg* **14** aliquid excipit ; Crimen *A* totum *Iun*] tota *AB Gel* **16** plublica *A corr.* **20** apostolus] lus *deest in A (p.f.i.)* **21** praerogatiua] procreatiua *A Bmg*

plina. Ceterum, inquit, immundi nascerentur, quasi designatos tamen sanctitatis ac per hoc etiam salutis intellegi uolens fidelium filios, ut huius spei pignore matrimoniis, quae retinenda censuerat, patrocinaretur. Alioquin meminerat dominicae definitionis : nisi quis nascetur ex aqua et spiritu, non inibit in regnum dei, id est, non erit sanctus.

XL. **1.** Ita omnis anima eo usque in Adam censetur, donec in Christo recenseatur, tamdiu immunda, quamdiu recenseatur, peccatrix autem, quia immunda, recipiens ignominiam et carnis ex societate. **2.** Nam etsi caro peccatrix, secundum quam incedere prohibemur, cuius opera damnantur concupiscentis aduersus spiritum, ob quam carnales notantur, non tamen suo nomine caro infamis. Neque enim de proprio sapit quid aut sentit ad suadendam uel imperandam peccatelam. Quidni ? quae ministerium est, et ministerium non quale seruus uel minor amicus, animalia nomina, sed quale calix uel quid aliud eiusmodi corpus, non anima. Nam et calix ministerium sitientis est ; nisi tamen qui sitit calicem sibi accommodarit, nihil calix ministrabit. **3.** Adeo nulla proprietas hominis in choico, nec ita caro homo tamquam alia uis animae et alia persona, sed res est alterius plane substantiae et alterius condicionis, | addicta tamen animae ut suppellex, ut instru- V 368 mentum in officia uitae. Caro igitur increpatur in scripturis, quia nihil anima sine carne in operatione libidinis gulae uinulentiae saeuitiae idololatriae ceterisque carnalibus non sensibus, sed effectibus. **4.** Denique sensus delictorum etiam sine effectibus || imputari solent animae. Qui uiderit ad f. 151v

---

XXXIX. **22** 1 Cor. 7, 14. **26** Joh. 3, 5.

XL. **1** Rom. 5, 14. 21. **21** Mtth. 5, 28.

---

23 sanctitati *Vrs ; cf. Lfst. Spr. T. 10* ac] hac *A* saluti *Vrs* **24** infidelium *Kroym. 114* pignora *B Gel* **25** patrocinarentur *Gel* **26/27** nascatur *B Gel* **27** introibit *B Gel* ibit *Rig*

XL. **1** QVOMODO CARO PECCATRIX DICATVR *AB Gel* **2/3** quamdiu recenseatur] quamdiu ethnica (*uel* non Christiana) *susp. Kroym. 115* quamdiu in mundo *Fr. Leo ap. Kroym. 115 ; approbat Gomperz 2 et 75* **3/4** recipiens ignominiam et carnis ex societate *Lindn*] recipiens ignominiam ex carnis ex societate *A* recipiens ignominiam suam ex carnis societate *B Gel* respuens ignominiam suam et in carnem et societatem *Bmg* recipiens ignominiam ex carnis societate *Rig* respuens ignominiam suam et in carnem ex societate *Oehl Kroym. 115* nec recipiens ignominiam ex carnis societate *Rfd* nec capiens ignominiam ex carnis. Ex societate enim, etsi *Gomperz 75* **6** notantur infamia *B Gel* (infamia *uncinis inclusit B*) **9** Quidni ?] quid enim, *Iun* **10** animalia nomina *A ; approbat Th. St. T. 2, 35*] animalia nomine *B* animalis nomine *Gel* animati et homines *Oehl* animati homines *Lindn* **12** est *om. A* tamen *om. A* **13** Adeo] ideo *Rfd susp.* **14** choicho *A* **15** plane substantiae et alterius *om. A* plane] conditionis. Plane *B* **16** supellex *B Iun* **17** officina *Pam* increpaturis *A corr.* **18** gullae *B* **19** uinolentiae *B Gel* idolatriae *A* **21** uiderit mulierem *Pam ; contra quem*

concupiscentiam, iam adulterauit in corde. Ceterum quid caro sine anima perinde in operatione probitatis iustitiae tolerantiae pudicitiae? Porro quale est, ut cui nec bona documenta propria subscribas, ei crimina adpingas? Sed ea per quam delinquitur conuenitur, ut illa a qua delinquitur oneretur, etiam in ministerii accusationem. Grauior inuidia est in praesidem, cum officia pulsantur; plus caeditur qui iubet, quando nec qui obsequitur excusatur.

XLI. **1.** Malum igitur animae, praeter quod ex obuentu spiritus nequam superstruitur, ex originis uitio antecedit, naturale quodammodo. Nam, ut diximus, naturae corruptio alia natura est, habens suum deum et patrem, ipsum scilicet corruptionis auctorem, ut tamen insit et bonum animae, illud principale, illud diuinum atque germanum et proprie naturale. **2.** Quod enim a deo est, non tam extinguitur quam obumbratur. Potest enim obumbrari, quia non est deus, extingui non potest, quia a deo est. Itaque sicut lumen aliquo obstaculo impeditum manet, sed non comparet, si tanta densitas obstaculi fuerit, ita et bonum in anima a malo oppressum pro qualitate eius aut in totum uacat occulta salute aut qua datur radiat inuenta libertate. **3.** Sic pessimi et optimi quidam, et nihilominus unum omnes animae genus; sic et in pessimis aliquid boni et in optimis nonnihil pessimi. Solus enim deus sine peccato et solus homo sine peccato Christus, quia et deus Christus. Sic et diuinitas animae in praesagia erumpit ex bono priore | et conscientia dei in testimonium prodit: ‚deus bonus' V 369 et ‚deus uidet' et ‚deo commendo'. Propterea nulla anima sine crimine, quia nulla sine boni semine. ‖ **4.** Proinde cum f. 152 ad fidem peruenit reformata per secundam natiuitatem ex aqua et superna uirtute, detracto corruptionis pristinae aulaeo totam lucem suam conspicit. Excipitur etiam a spiritu sancto, sicut in pristina natiuitate a spiritu profano. Sequitur animam nubentem spiritui caro, ut dotale mancipium, et iam non animae famula, sed spiritus. O beatum conubium, si non admiserit adulterium!

Iun et Kroym. 115 **21/22** ‚qui uiderit ad concupiscendum *alii' Seml* **23** *interrogationis signum post* anima *ponit Iun* **26** adpingas] appugnas *A* **27** *uirgulam post* oneretur *delet Iun* in *om. A* **27/28** accusatione *Iun* **28** presidem *A*

XLI. 1 DE MALO ET BONO ANIMAE *AB Gel* **4** deum] dominum *Rfd* **6** illud] illum *A corr.* propriae *A* **8** non est deus *om. A* **9** aliquod *A* **11** ita] uia, ita *AB* obuia, ita *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 76* **12** occulta salute *AB Gel*] occultata luce *Rig* occulta(ta) sua luce *Hartel Patr. Stud. 4, 76* **17** presagia *ex* pressagia *A* **18** priore] proprio *Bmg*; *cf. adn. crit. ad c. 38, 42* **18/19** bonus' et] bonus est *B Gel* bonus *Rig* **22** uirtute, et detracto *Iun* **23** a *om. A*: *cf. Hoppe Beitr.* 20_1 **24** profanos sequitur *Iun* **25** ut] et *A* et iam non *om. A* **26** famulae *A*

XLII. **1.** De morte iam superest, ut illic materia ponat, ubi ipsa anima consummat. Quamquam Epicurus uulgari satis opinione negarit mortem ad nos pertinere. Quod enim dissoluitur, inquit, sensu caret; quod sensu caret, nihil ad nos. Dissoluitur autem et caret sensu non ipsa mors, sed homo qui eam patitur. At ille ei dedit passionem, cuius est actio. Quodsi hominis est pati mortem dissolutricem corporis et peremptricem sensus, quam ineptum, ut tanta uis ad hominem non pertinere dicatur! **2.** Multo coactius Seneca post mortem, ait, omnia finiuntur, etiam ipsa. Hoc si ita est, iam et mors ad semetipsam pertinebit, si et ipsa finitur; eo magis ad hominem, in quo inter omnia finiendo et ipsa finitur. Mors nihil ad nos, ergo et uita nihil ad nos. Si enim quo dissoluimur praeter nos, etiam quo compingimur extra nos. Si ademptio sensus nihil ad nos, nec adeptio sensus quicquam ad nos. **3.** Sed mortem quoque interimat qui et animam; a nobis ut de postuma uita et de alia prouincia animae, ita de morte tractabitur, ad quam uel ipsi pertinemus, si ad nos illa non pertinet. Denique nec speculum eius somnus aliena materia est. |

V 37v

XLIII. **1.** De somno ‖ prius disputemus, post, mortem f. 1520 qualiter anima decurrat. Non utique extranaturale est somnus, ut quibusdam philosophis placet, cum ex his eum deputant causis quae praeter naturam haberi uidentur. **2.** Stoici somnum resolutionem sensualis uigoris affirmant, Epicurei deminutionem spiritus animalis, Anaxagoras cum Xenophane defetiscentiam, Empedocles et Parmenides refrigerationem, Strato segregationem consati spiritus, Democritus indigentiam spiritus, Aristoteles marcorem circumcordialis caloris. Ego me

---

XLII. **3** Epic. sent. II, p. 71 Usen. **10** cf. J. H. Waszink in commentario ad locum, p. 460.

XLII. 1 DE MORTE *AB Gel* materiam *Oehl* ponatur *Rfd*; cf. *Hartel Patr. Stud. 4, 76*; *Lfst. Spr. Tert. 22* **2** consummatur *Rfd*; *cf. Lfst. Spr. Tert. 22* quanquam *A* **4** quod] et quod *B Gel* **7** Quodsi] quid si *A* **8** corporis et peremptricem *bis exhibent AB* **11/12** seipsam *Iun* **12** pertinebit, si, et ipsa finitur: *Iun distinguit* sic et *A* **13** inter] interim *Hartel Patr. Stud. 4, 76* omnibus *A* *post* nos *interrogationis signum ponit Iun* **14** quo] quod *AB* dissoluitur *Iun hoc modo distinguens*: si enim quo dissoluitur, praeter nos; etiam quo compingimur, extra nos **15** quo] quod *A corr.* **16** Sed] si et *Iun* **17** quis *B Gel* a] in *Gel* **17/18** de postuma uita et *Rig*] depositum a uita et *AB* depositum habitat et ut *Gel* **18** ita] ‚ista *Vir Doctus ad oram exemplaris mei' Oehl* **19** non pertinet *om. A* denique nec *om. A*

XLIII. 1 DE SOMNO. Prius *AB* DE SOMNO PERTINENTE AD TRACTATVM MORTIS. De somno prius *Gel* disputem *A* **4** preter *A* **5** sensualis uigoris] animalis uaporis *Siebeck Gesch. d. Psychol. 2, 276₂*; *sed cf. L. Stein, D. Psychol. d. Stoa 1, 141, ann. 271* Epicuraei *A* **5/6** diminutionem *B Gel* **6** cum cum *A* **7/8** Strato segregationem *om. A* **8** con sati *A* **8/9** indi-

nunquam ita dormisse praesumo, ut ex his aliquid agnoscam. Neque enim credendum est defetiscentiam esse somnum, contrarium potius defetiscentiae, quam scilicet tollit, siquidem homo somno magis reficitur quam fatigatur. Porro nec semper ex fatigatione concipitur somnus, et tamen cum ex illa est, illa iam non est. **3.** Sed nec refrigescentiam admittam aut marcorem aliquem caloris, cum adeo corpora somno concalescant et dispensatio ciborum per somnum non facile procederet calore properabili et rigore tardabili, si somno refrigeraremur. Plus est, quod etiam sudor digestionis aestuantis est index. Denique concoquere dicimur, quod caloris, non frigoris operatio est. **4.** Perinde deminutionem animalis spiritus aut indigentiam spiritus aut segregationem consati spiritus immortalitas animae non sinit credi. Perit anima, si minoratur. **5.** Superest, si forte, cum Stoicis resolutionem sensualis uigoris somnum determinemus, quia corporis solius quietem procuret, non et animae. Animam enim ut semper mobilem et semper exercitam nunquam succidere quieti, alienae scilicet a statu immortalitatis; nihil enim immortale finem operis sui admittit, somnus autem finis est operis. Denique corpori, cui mortalitas competit, ei soli quies | finem operis adulatur. || V 371 f. 153

6. Qui ergo de somni naturalitate dubitabit, habet quidem dialecticos in dubium deducentes totam naturalium et extranaturalium discretionem, ut et quae putauerit citra naturam esse naturae uindicari sciat posse, a qua ita esse sortita sunt, ut citra eam haberi uideantur, et utique aut natura omnia aut nulla natura; apud nos autem id poterit audiri quod dei contemplatio suggerit, auctoris omnium de quibus quaeritur. **7.** Credimus enim, si quid est natura, rationale aliquod opus dei esse. Porro somnum ratio praeit, tam aptum, tam utilem, tam necessarium, ut absque illo nulla anima sufficiat, recreatorem corporum, redintegratorem uirium, probatorem ualetudinum, pacatorem operum, medicum laborum, cui legitime fruendo dies cedit, nox legem facit auferens rerum etiam colorem. Quodsi uitale salutare auxiliare somnus, nihil eiusmodi non rationale, nihil non naturale, quod rationale. **8.** Sic et medici omne contrarium uitali salutari auxiliari

gentiam spiritus *om. A* **10** numquam *A* **12** siquidem] si quid *A* **15** nec] non *Rig₃* refrigerescentiam *A* **16** coloris *A* **17** et *Gel*] ut *AB* **18** properabilis *Gomperz 75* et rigore tardabili *om. A* tardabilis *Gomperz 75* **19** quod *om. A* **20** concoquere dicimur] con quoque recedimur *A* (con *sup. uers.*) **21** proinde *B Gel* diminutionem *A* **22** con sati *A* **22/23** immortalis anima *B Gel* **24** superest] supest est *A* ut cum *Rfd susp.* **27** numquam *A* succidere *Lat*; *approbat Hoppe Gnom. II (1935), 253*] succedere *AB Gel* **30** adulatur *B Gel*; *uindicaui Mnemos. III 3 (1936), 170*] adlatur *A* adlatura *Mercerus* **32/33** et extranaturalium *om. A* **33** et *om. A* **34** sunt] est *AB* **41** probatorem] prolatorem *uel* prorogatorem *Lat*; *quod damnat Iun* **42** pacatorem] peractorem *Hartel ap. Rfd*; *qui Patr. Stud. 4, 77 hanc coniecturam repudiat* **45** nihil

extra naturales cardines relegant. Nam et aemulas somno ualetudines, phreneticam atque cardiacam, praeter naturam iudicando naturalem somnum praeiudicauerunt; etiam in lethargo non naturalem notantes testimonio naturali respondent, cum in suo temperamento est. Omnis enim natura aut defraudatione aut enormitate rescinditur, proprietate mensurae conseruatur. Ita naturale erit statu, quod non naturale effici potest decessu uel excessu. **9.** Quid, si et esum et potum de naturae sortibus eximas? Nam et in his plurima somni praeparatura est. Certe his a primordio naturae suae homo inbutus est. Si apud deum discas, ille fons generis, Adam, ante ebibit soporem quam sitiit quietem, ante dormiit quam laborauit, immo quam et edit, || immo quam et profatus est, f. 153ᵛ ut uideant naturalem indicem | somnum omnibus naturalibus V 372 principaliorem. **10.** Inde deducimur etiam imaginem mortis iam tunc eum recensere. Si enim Adam de Christo figuram dabat, somnus Adae mors erat Christi dormituri in mortem, ut de iniuria perinde lateris eius uera mater uiuentium figuraretur ecclesia. Ideo et somnus tam salutaris, tam rationalis etiam in publicae et communis iam mortis effingitur exemplar. **11.** Voluit enim deus, et alias nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus, paradigmate Platonico plenius humani uel maxime initii ac finis lineas cotidie agere nobiscum, manum porrigens fidei facilius adiuuandae per imagines et parabolas sicut sermonum, ita et rerum. Proponit igitur tibi corpus amica ui soporis elisum, blanda quietis necessitate prostratum, immobile situ, quale ante uitam iacuit et quale post uitam iacebit, ut testationem plasticae et sepulturae, expectans

XLIII. **57** Gen. 2, 21 *seqq.* **62** 1 Cor. 15, 35. **64** Ioh. 19, 34.

non naturale, quod rationale *scripsi*] *om. A Gel* [nihil non naturale rationale quod rationale] *B* ‚al. desunt' *Bmg* nihil non naturale *Pam* nihil non naturale, quia naturale, quod rationale *Kroym. 115*; *inter lectionem libri B et* nihil rationale non naturale, quod rationale *dubitat Th. St. T. 1, 77/8* **47** naturales *AB*] naturae *Bmg Gel* **48** atque cardiacam *om. A* **49** indicando *B* **50/51** testimonio naturali respondent] somnum naturalem spondent *Rfd susp.* somnum, naturalem respondent *Kroym. 115*; *lectionem traditam uindicant Hartel Patr. Stud. 4, 77*; *Th. St. T. 2, 34/6* **51** cum in] cum sine *Hartel ap. Rfd*; *idem uel* cum in iis sine *Hartel Patr. Stud. 4, 77*; *quem refutat Th. St. T. 2, 34/6* **54** *prius* et *om. Gel* **55** et in his] et his *uel* etiam his *Hartel Patr. Stud. 4, 78*; *refutat Th. St. T. 2, 37* somni] homini *Hartel ap. Rfd susp.* **56** paratura *Pam*; *contra disputat Hartel Patr. Stud. 4, 78* **57** imbutus *B Gel* **58** dormit *B* **60** uideamus *Rfd susp.* uideas *Hartel Patr. Stud. 4, 78 susp.* indicem somnum] indigentiam somni *Rfd susp.* indici somnum *Hartel ap. Rfd qui Patr. Stud. 4, 78 inter hanc coniecturam* (*pro* indici *etiam* indicere (*sc.* deum) *proponens*) *et lectionem traditam dubitat*; *sed cf. Th. St. T. 2, 37* **62** censere *Rfd susp.* **62/63** figuram dabat] figurabat *Bmg Gel* **63** mortem] uitam *Seybold Zeitschr. neutest. Wiss. 12, 351* **64** iniuria perinde lateris] uulnere percussi lateris *uel* ianua (*siue* ostio) aperti lateris *Seybold l.c.* **65** salutares *A corr.* **69** quotidie *A* **72/73** prostratrum *A* **74** sculpturae *A*

animam quasi nondum conlatam et quasi iam ereptam. **12.** Sed et illa sic patitur, ut alibi agere uideatur, dissimulatione praesentiae futuram absentiam ediscens (de Hermotimo sciemus), et tamen interim somniat : unde tunc somnia ? Nec quiescit nec ignauescit omnino nec naturam immortalitatis seruam soporis addicit. Probat se mobilem semper ; terra mari peregrinatur negotiatur agitatur laborat ludit dolet gaudet, licita atque inlicita persequitur, ostendit quod sine corpore etiam plurimum possit, quod et suis instructa sit membris, sed nihilominus necessitatem habeat rursus corporis agitandi. Ita cum euigilauerit corpus, redditum officiis eius resurrectionem mortuorum || tibi affirmat. Haec erit somni et f. 154 ratio naturalis et natura rationalis. Etiam per imaginem mortis fidem initiaris, spem meditaris, discis mori et uiuere, discis uigilare, dum dormis. |

XLIV. **1.** Ceterum de Hermotimo. Anima, ut aiunt, in V 373 somno carebat, quasi per occasionem uacaturi hominis proficiscente de corpore. Vxor hoc prodidit. Inimici dormientem nacti pro defuncto cremauerunt. Regressa anima tardius, credo, homicidium sibi imputauit. Ciues Clazomenii Hermotimum templo consolantur. Mulier non adit ob notam uxoris. **2.** Quorsum istud ? Ne, quia facile est uulgo existimare secessionem animae esse somnum, hoc quoque Hermotimi argumento credulitas subornetur. Genus fuerat grauioris aliquanto soporis, ut de incubone praesumptio est uel de ea ualetudinis labe quam Soranus opponit excludens incubonem, aut tale quid uitii quod etiam Epimeniden in fabulam impegit quinquaginta paene annos somniculosum. Sed et Neronem Suetonius et Thrasymeden Theopompus negant unquam somniasse, nisi uix Neronem in ultimo exitu post pauores suos. **3.** Quid,

spectans *A* ; *cf. Hoppe Beitr.* 107_2 **75** et] aut *Hartel ap. Rfd* erectam *B* (ereptam *Bmg*) **77** absentiae. Edisce *A* **77/78** de Hermotimo sciemus *om. Gel* **78** unde tunc somnia ? *om. Gel* tunc] sunt *B* **80** seruam soporis *Gel*] serii soporis *AB* seruam sopori (*uel* soporis) *Iun* feriis soporis *Oehl* seruitio soporis *Hartel ap. Rfd* seruituti (*uel* seruam) soporis *Th. Sr. T. 3, 22* **81** peregrinantur *A corr.* negotiatur agitatur *om. A* aginatur *Iun* (*coll. adu. Hermog. 41 = 170,21 Kr.*) **86** At haec *A* **87** rationalis]-lis *uix legibile est in A*

XLIV. **1** DE HERMOTIMO *AB* DE HERMOTIMI ANIMA *Gel* **2** uagaturi *Gel* hominis *Gel* ; *defendit Hartel Patr. Stud. 4, 79*] nominis *AB* luminis *Gel sec. Oehl.* (*unde ?*) somnis *Hartel ap. Rfd* uacaturi muneris *uel* uacaturae nomine *Gomperz 76* **4** *uirgulam ante* tardius *ponunt Pam Iun* **5** clazomeni *A* **5/6** Hermotimum *Bmg*] Hermippum *AB* **6** templum *A* consolatur *A corr. m. rec.* **7** q^u^ursum *A* Ne quia *A*] ut ne quia *B* ut quia non *Gel* utne quia *Rfd* ; *cf. Hoppe Beitr. 132* **7/8** successionem *Seml* **8** somnum *Pam*] somnium *AB Gel* **9** *post* subornetur *interrogationis signum ponit Rfd* **10** de ea *om. A* **11** labe *om. A* **12** Epimenidem *B Gel* **12/13** quinquaginta] sexaginta *Iun susp.* „sed auctoritatem MSS desidero" **13/14** scutonius *A* **14** Thrasymeden *scripsi*] tharis medem *A* Thasimedem *B* Thrasimedem *Gel* Thrasymedem *Oehl*

si et Hermotimus ita fuit, ut otium animae nihil operantis in somnis diuortium crederetur ? Omnia magis coniectes quam istam licentiam animae sine morte fugitiuae, et quidem ex forma continuam. Si enim tale quid semel accidere dicatur, ut deliquium solis aut lunae, ita et animae, sane persuaderer deuinitus factum ; congruere enim hominem seu moneri seu terreri a deo, uelut fulgure rapido, momentaneae mortis ictu — si non magis || in proximo esset somnium credi, quod uigi- f. 154r lanti potius accidere deberet, si non somnium magis credi oporteret.

XLV. **1.** Tenemur hic de somniis quoque Christianam sententiam expromere, ut de accidentibus somni et non modicis iactatio|nibus animae, quam ediximus negotiosam et V 374 exercitam semper ex perpetuitate motationis, quod diuinitatis et immortalitatis est ratio. Igitur cum quies corporibus euenit, quorum solacium proprium est, uacans illa a solacio alieno non quiescit et, si caret opera membrorum corporalium, suis utitur. **2.** Concipe gladiatorem sine armis uel aurigam sine curriculis, gesticulantes omnem habitum artis suae atque conatum : pugnatur, certatur, sed uacua iactatio est. Nihilominus tamen fieri uidentur quae fieri tamen non uidentur ; actu enim fiunt, effectu uero non fiunt. **3.** Hanc uim ecstasin dicimus, excessum sensus et amentiae instar. Sic et in primordio somnus cum ecstasi dedicatus : e t m i s i t d e u s e c s t a s i n i n A d a m e t d o r m i i t. Somnus enim corpori prouenit in quietem, ecstasis animae accessit aduersus quietem, et inde iam forma somnum ecstasi miscens et natura de forma. **4.** Denique et oblectamur et contristamur et conterremur in somniis, quam affecte et anxie, passibiliter, cum in nullo permoueremur, a uacuis scilicet imaginibus, si compotes somniaremus. Denique et bona facta gratuita sunt in

XLV. **14** Gen. 2, 21.

negantum/quam *A* **16/17** animae... diuortium *om. A* **17** crederetur ?] crederet, ut *Lat* **19** continuae *Lat* ; *quem refutat Iun* continua *Rfd susp.* ; *lectionem traditam uindicat Hartel Patr. Stud. 4, 79* **20** so/is *A* soli *Iun* persuadere *A* **21** congrueret *Hartel Patr. Stud. 4, 79* **22** terreri a deo, uelut *Lat*] terreri ; adeo uult ut *A* terreri, adeo uelut *B Gel* fulgore *Lat* *uirgulam post* fulgure, *non post* rapido *ponit Iun* **24/25** si... oporteret *om. Rig* si non] nisi non *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 79* ; *lectionem traditam uindicat Th. St. T. 1, 79*

XLV. **1** DE SOMNIIS *AB* DE SOMNIIS QVOMODO EA PATIATVR ANIMA ET VNDE EVENIANT *Gel* **2** somni et non *Rig*] somnii et non *AB* ‚al. sed' *Bmg* somni, sed non *Gel* somnis et *Rfd susp.* **4** ex] et *B* **6** proprium *om. A* **8** conspice *Pam. 1597* **9/10** artis suae atque conatum *om. A* **10** iactio *A* **11** *sec.* tamen *del. Iun* **12** affectu *Gel* extasin *AB Gel* ‚legendum ubique ecstasin more Graeco ; aut (si quis malit) extasin' *Iun* **15** obdormiuit *B Gel* **19** et passibiliter *B Gel* **20/21** conpotes *A* (*sed 24* compotem) **21** et] ei

somnis et delicta secura ; non magis enim ob stupri uisionem damnabimur quam ob martyrii coronabimur. **5.** Et quomodo, inquis, memor est somniorum anima, scilicet quam compotem esse non licet ? Hoc erit proprietas amentiae huius, quia non fit ex corruptela bonae ‖ ualetudinis, sed ex ratione naturae ; f. 155 nec enim exterminat, sed auocat mentem. Aliud est concutere, aliud mouere, aliud euertere, aliud agitare. **6.** Igitur quod memoria suppetit, sanitas mentis est ; quod sanitas mentis salua memoria stupet, amentiae genus est. Ideoque non dicimur furere, sed somniare ; ideo et prudentes, si quando, sumus. Sapere enim nostrum licet obumbretur, non tamen extinguitur, nisi quod et ipsum potest uideri uacare tunc, ecstasin autem | hoc quoque operari de suo proprio, ut sic V 375 nobis sapientiae imagines inferat, quemadmodum et erroris.

XLVI. **1.** Ecce rursus urgemur etiam de ipsorum somniorum retractatu quibus anima iactatur exprimere. Et quando perueniemus ad mortem ? Et hic dixerim : cum deus dederit ; nullae longae morae eius quod eueniet. **2.** Vana in totum somnia Epicurus iudicauit liberans a negotiis diuinitatem et dissoluens ordinem rerum et in passiuitate omnia spargens, ut euentui exposita et fortuita. Porro si ita est, ergo erit aliquis et ueritatis euentus, quia non capit solam eam euentui omnibus debito eximi. Homerus duas portas diuisit somniis, corneam ueritatis, fallaciae eburneam ; respicere est enim, inquiunt, per cornu, ebur autem caecum est. **3.** Aristoteles maiorem partem mendacio reputans agnoscit et uerum. Telmessenses nulla somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant. Quis autem tam extraneus humanitatis, ut non aliquam aliquando uisionem fidelem senserit ? Pauca de insignioribus perstringens Epicuro pudorem imperabo. **4.** Astyages Medorum regnator quod filiae Mandanae adhuc uirginis uesicam in diluuionem Asiae fluxisse somnio uiderit, Herodotus refert ; item anno post nuptias eius ‖ ex isdem locis uitem f. 155ᵛ exortam toti Asiae incubasse. Hoc etiam Charon Lampsacenus

B **22** obtupri *A* **25** ametiae *A* **30** memoria stupet] memoria indicatur, si memoria stupet *Rfd susp., in textu lacunam signans ; quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 80* ideoque *A*] ideo *B Gel* **30/31** dicimus *A corr.* **34** ecstasi *Hartel ap. Rfd ; qui Patr. Stud. 4, 81 lectionem traditam uindicat*

XLVI. **1** etiam] et iam *B* sententiam *Rfd ; quem refutat Hartel Patr. Stud. 4, 81* **2** retractatu] ueritate *aut* euentu *Rfd susp. ; sed cf. Hartel Patr. Stud. 4, 81* expromere *Oehl susp. (coll. c. 45 l. 2)* **6** ut] et *A* **10** eburnam *A* perspicere *Rfd ; lectionem traditam uindicat* Hoppe *Beitr. 104* **11** autem *om. A* **12** maiorem *Rfd susp. ; Blf Mus. 41 (1934), 312*] maiore *AB Gel* maiori *Oehl* partem *Rfd susp. ; Blf l. c.*] *om. A* sententiam *B Gel* mendatio *A* mendaciorum *Rfd susp.* reputans *Blf l. c.*] recitans *A Gel* ei recitans *B* citans *Rfd susp.* ueram *Rig* uera *Rfd susp.* **12/13** Telmissenses *Iun mauult* **19** hisdem *B Gel* eiusdem *Iun* iisdem Rig_3

Herodoto prior tradit. Qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non fefellerunt, siquidem Asiam Cyrus et mersit et pressit. **5.** Philippus Macedo nondum pater Olympiadis uxoris naturam obsignasse uiderat anulo : leo erat signum ; crediderat praeclusam genituram, opinor, quia leo semel pater est. Aristodemus uel Aristophon coniectans immo nihil uacuum ob|signari, filium, et quidem maximi impetus, portendi. V 376 Alexandrum qui sciunt, leonem anuli recognoscunt. Ephorus scribit. **6.** Sed et Dionysii Siciliae tyrannidem Himeraea quaedam somniauit. Heraclides prodidit. Et Seleuco regnum Asiae Laodice mater nondum eum enixa praeuidit. Euphorion promulgauit. Mithridaten quoque ex somnio Ponti potitum a Strabone cognosco, et Baraliren Illyricum a Molossis usque Macedoniam ex somnio dominatum de Callisthene disco. **7.** Nouerunt et Romani ueritatis huiusmodi somnia. Reformatorem imperii, puerulum adhuc et priuatum loci, et Iulium Octauium tantum et sibi ignotum Marcus Tullius iam et Augustum et ciuilium turbinum sepultorem de somnio norat. In Vitelliis commentariis conditum est. **8.** Nec haec sola species erit summarum praedicatrix potestatum, sed et periculorum et exitiorum : ut cum Caesar in praelio perduellium Bruti et Cassii Philippis aeger, alias maius tamen discrimen ab hostibus relaturus, de Artorii uisione destituto tabernaculo euadit ; ut cum Polycrati Samio filia crucem prospicit de solis unguine et lauacro Jouis. **9.** Reuelantur et honores ‖ et f. 156 ingenia per quietem, praestantur et medellae, produntur et furta, conferuntur et thesauri. Ciceronis denique dignitatem

21 tanti operis *Bmg* *lacunam post* tanto operi *signat Rfd putans* fore parem *uel simile quid intercidisse* interpraetati *A* **23** praessit *A* **24** obsignatam esse *Rfd* obsignasse se (*uel* obsignasse) *Hartel Patr. Stud. 4, 82 ; lectionem traditam uindicat Lfst. Spr. T. 52* uiderat] uisus erat *Scal* **25** genituram. Opinor... est, Aristodemus *Iun distinguit* mater *La Cerda susp.* *post* est *lacunam signat Rfd putans* aduersatus est *uel tale quid intercidisse* **26** coniectant *uel* ⟨de maiore cautione interpretantur, sed Aristander⟩ coniectans *Hartel Patr. Stud. 4, 82* coniectant *Blf. Mus. 41 (1934), 312* **29** dionisius *A* siciliae *ex* siliciae *A* **29/30** hemere. aquaedam *A* Hemerea *B* ,Himeram legit *Valerius' Bmg* Himerea *Gel* **30** Seleucho *B* **31** praenixa *A* **31/32** prouulgauit *B Gel* **32** mitridaten *A* Mithridatem *B Gel* Mithradatem *Iun* quoquo *A* **33** baralirem *A* Balaridem *B Gel* illyricum mallosis *A* **34/35** Callisthene disco. Nouerunt] gallis tenendis cognouerunt *A* **35** huiusmodis omnia *A corr.* **36** *alterum* et *om. A* **37** Octauianum *Rfd susp.* Marcus Tullius et Catulus *La Cerda susp.* **38** norant *Gel La Cerda* **39** Vitelliis *AB Gel ; uindicaui Mnemos. III 3 (1936), 170/1*] Vitellii *Vrs* uitae illius *Ger. Vossius* **41** praelium *AB Gel* **42** cassi *A* philippus *AB* **42/43**, alias maius tamen discrimen ab hostibus relaturus, de *scripsi*] alias maius tamen alias crimen ab hostibus relaturum se *AB* alias maiestatem, alias crimen (discrimen *Pam*) ab hostibus relaturus *Gel Pam* maius tamen alias discrimen *Rig* alias, maius tamen ratus discrimen ab hostibus relaturum se *Oehl* alias maius ominatus discrimen ab hostibus relaturum se *Lindn* alias, maius tamen discrimen ab hostibus relaturus, de *Hartel ap. Rfd* alias, maius tamen discrimen ab hostibus relaturum de *Hartel Patr. Stud. 4, 82/3* **43** artori *AB* **44/45** solis unguine] soli sanguine *A* **46** medelae *B Gel*

paruuli etiamnunc gerula iam sua inspexerat. Cycnus de sinu Socratis demulcens homines discipulus Plato est. Leonymus pyctes ab Achille curatur in somniis. Coronam auream cum ex arce Athenae perdidissent, Sophocles tragicus somniando redinuenit. Neoptolemus tragoedus apud Rhoeteum Troiae | sepulcrum Aiacis monitus in somnis ab ipso ruina liberat, V 377 et cum lapidum senia deponit, diues inde auro redit. **10.** Quanti autem commentatores et affirmatores in hanc rem? Artemon Antiphon Strato Philochorus Epicharmus Serapion Cratippus Dionysius Rhodius Hermippus, tota saeculi litteratura. Solum, si forte, ridebo qui se existimauit persuasurum, quod prior omnibus Saturnus somniarit, nisi si et prior omnibus uixit. Aristoteles, ignosce ridenti. **11.** Ceterum Epicharmus etiam summum apicem inter diuinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi. Nam et oraculis hoc genus stipatus est orbis, ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonii in Boeotia, Mopsi in Cilicia, Hermionae in Macedonia, Pasiphaae in Laconica. Cetera cum suis et originibus et ritibus et relatoribus, cum omni deinceps historia somniorum, Hermippus Berytensis quinione uoluminum satiatissime exhibebit. Sed et Stoici deum malunt prouidentissimum humanae institutioni inter cetera praesidia diuinatricum artium et disciplinarum somnia quoque magis indidisse, peculiare solacium naturalis oraculi. **12.** Haec quantum ad fidem somniorum || a nobis f. 156v quoque consignandam et aliter interpretandam. Nam de oraculis etiam ceteris, apud quae nemo dormitat, quid aliud pronuntiabimus quam daemonicam esse rationem eorum spirituum qui iam tunc in ipsis hominibus habitauerint uel memorias eorum affectauerint ad omnem malitiae suae scenam, in ista aeque specie diuinitatem mentientes eademque industria etiam per beneficia fallentes medicinarum et admo-

48 suam *Gel* **49** Cleonymus *Gel* **50** somnis *Rig* **51** prodidissent *B* tragigus *A* **52** Rhoeteum *Iun*] ritreum *A* Erithreum *B Gel* Rheteum *Pam* Rhoiteum *Oehl* Roeteum *Rfd* Troiae et *Rfd* **53** sepulchrum *AB Gel* ipsa *B Gel* liberatur *B Gel* **54** disponit *Hartel Patr. Stud. 4, 83* **55** et affirmatores *om. A* **55/56** arthemon *A* **57** diony*sius *ex* dioni*sius *A* et Dionysius *B Gel* r^h^odius *A* **60** uixit. Aristoteles, ignosce ridenti *AB Gel*; *approbat Hartel Patr. Stud. 4, 83*] uixit Aristoteles, ignosce ridenti *Seml* uixit Aristoteles. Ignosce ridenti Iun **61/62** somnia *susp. A. O. F. Lorenz, Leb. u. Schr. des... Epicharmos (Berol. 1864), 299* **63/64** apud Oropum, Amphilochi] apudor optumam, philoci *A* apud Horopum, Amphiloci *B Gel* **64** Trophoni *A* **65** boetia *A* calicia *A* Sicilia $Rig_{1/2}$ Hermione *Pam* Hermoniae Rig_3 phasiphae *A* Pasipheae *B Gel* **66/67** relationibus *Seml* **68** Berithensis *B* Beritensis *Gel* Beriensis *Vrs* **71** somnia] omnia *Leopold* magis *A Bmg*; *approbant Kroym. 116 (qui hanc uocem dat. plur. subst. q. e.* magus *putat) et Th. St. T. 2, 38*] nobis *B Gel* **73** et taliter *Rig* etsi aliter *Kroym. 116* interpretandum *AB Lindn qui hoc modo distinguit* : . Et aliter interpretandum. **75** pronunciabimus *A* daemoniacam Rig_{2-3} **76** uel ad *B Gel* **77/78** scaenam *A* **77** spetiae *A* **79** beneficia], ueneficia

nitionum, praenuntiationum, quo magis laedant iuuando, dum per ea quae iuuant ab inquisitione uerae diuinitatis abducunt ex insinuatione falsae? **13.** Et utique non clausa | uis est nec sacrariorum circumscribitur terminis; uaga et V 378 peruolatica et interim libera est. Quo nemo dubitauerit domus quoque daemoniis patere nec tantum in adytis, sed in cubiculis homines imaginibus circumueniri.

XLVII. **1.** Definimus enim a daemoniis plurimum incuti somnia, etsi interdum uera et gratiosa, sed, de qua industria diximus, affectantia atque captantia, quanto magis uana et frustratoria et turbida et ludibriosa et immunda. Nec mirum, si eorum sunt imagines quorum et res. **2.** A deo autem, pollicito scilicet et gratiam spiritus sancti in omnem carnem et sicut prophetaturos, ita et somniaturos seruos suos et ancillas suas, ea deputabuntur quae ipsi gratiae comparabuntur, si qua honesta sancta prophetica reuelatoria aedificatoria uocatoria, quorum liberalitas soleat et in profanos destillare, imbres etiam et soles suos peraequante deo iustis et iniustis, siquidem et Nabuchodonosor diuinitus somniat et maior paene uis hominum ex uisionibus deum discunt. Sicut ergo dignatio dei et in ethnicos, ita et temptatio mali et in sanctos, a quibus nec interdiu absistit, ut uel dormientibus obrepat qua potest, si uigilantibus non potest. || **3.** Tertia species erunt somnia f. 157 quae sibimet ipsa anima uidetur inducere ex intentione circumstantiarum. Porro quam non est ex arbitrio somniare (nam et Epicharmus ita sentit), quomodo ipsa erit sibi causa alicuius uisionis? Num ergo haec species naturali formae relinquenda est seruans animae etiam in ecstasi res suas perpeti? **4.** Ea autem, quae neque a deo neque a daemonio neque ab anima uidebuntur accidere, et praeter opinionem et praeter interpretationem et praeter enarrationem facultatis, ipsi proprie ecstasi et rationi eius separabuntur. |

XLVII. **5** Ioel 2, 28/9. **10/11** Mtth. 5, 45. **12** Dan. 2, 1 *seq.*

Renatus' La Cerda **79/80** admonitionum, *A*] admonitionum et *B Gel* **80** praenunciatione *A* quo] quae *Gel* laedanti/uuando *A* **82** insinuationem *A* **86** circumueniri *v. d. Vliet 92*; *approbat Blf Mus. 41 (1934), 312*] circumuenire *AB Gel*

XLVII. **2** de *del. Iun* **2/3** de... diximus *notis parentheseos includit Kroym. 116* **3** *post* captantia *punctum ponit Kroym. 116* **4** *secundum* et *del.* Rig *post* immunda *interrogationis signum ponit Kroym. 116* **5** A *del. Rfd*; *quem refutant Kroym. 116 Lfst. Spr. T. 93* **6** *prius* et *inductum in A* **9** uocatoria *om. A* **14** *prius* et in *om. A* *tertium* et *om.* B *Gel*; *cf. v. d. Vliet 91, Th. St. T. 2, 82* **15** nec interdiu nec noctu *v. d. Vliet 91/2 qui in hac sententia lacunam signat* abjistit *A* **18** quam] qua *Vrs* quoniam *Lat* quum *Seml* quia *Rfd*; *lectionem traditam uindicat Kroym. 116* **19** picharmus *A* **20** forma *A* **21** seruanti *Kroym. 116* **22** ea] et *A corr.* **23** alnima *A corr.* occidere *Gel* **24** interpraetationem *A* narrationem *A* **24/25** facultati ipsi propriae *Kroym. 116* **25** propriae *A*

XLVIII. **1.** Certiora et colatiora somniari affirmant sub V 379 extimis noctibus, quasi iam emergente animarum uigore prodacto sopore. Ex temporibus autem anni uerno magis quieta, quod aestas dissoluat animas et hiems quodammodo obduret et autumnus, temptator alias ualetudinum, succis pomorum uinosissimis diluat. **2.** Item ex ipsius quietis situ, si neque resupina neque dextero latere decumbat neque conresupinatis internis, quasi refusis loculis, statio sensuum fluitet aut conpressa iecoris sagina ⟨sedes turbata⟩ sit mentis. Sed haec ingeniose aestimari potius quam constanter probari putem, etsi Plato est qui ea aestimauit; et fortassean casu procedant. Alioquin ex arbitrio erunt somnia, si dirigi poterunt. **3.** Nam quod et de cibis distinguendis uel derogandis nunc praesumptio nunc superstitio disciplinam somniis praescribit, examinandum est: superstitio, ut cum apud oracula incubaturis ieiunium indicitur, ut castimoniam inducat, praesumptio, ut cum Pythagorici ob hanc quoque speciem fabam respuunt onerosum et inflatui pabulum. Atquin trina illa cum Daniele fraternitas || legumine solo contenti, ne regiis f. 157v ferculis contaminarentur, praeter sapientiam reliquam somniorum praecipue gratiam a deo redemerunt et impetrandorum et disserendorum. **4.** Ieiunus autem nescio an ego solus plurimum ita somniem, ut me somniasse non sentiam. Nihil ergo sobrietas, inquis, ad hanc partem? Immo tanto magis ad hanc, quantum et ad omnem; si et ad superstitionem, multo amplius ad religionem. Sic enim et daemonia expostulant eam a suis somniatoribus ad lenocinium scilicet diuinitatis, quia familiarem dei | norunt, quia et Daniel rursus trium V 380 hebdomadum statione aruit uictu, sed ut deum inliceret humiliationis officiis, non ut animae somniaturae sensum et sapientiam strueret, quasi non in ecstasi acturae. Ita non ad

XLVIII. **18** Dan. 2, 16 *seqq.* **28** Dan. 10, 1 *seqq.*

XLVIII. **1** collatiora *A corr.*; *B* **3** producto *Seml* autem *om. A* **4** quieta, quod *Vrs*] qui & aquod *A* quieta est quod *B Gel* aestas *Iun*] *om. AB Gel* dissoluat aestas *Iun* animas *del. Iun* hiemps *A Rfd* hyems *B Gel* **5** sucus *A* succus *B* sucis *Oehl* **6** po†morum *A* uinosissimus *B* uiriosissimis *Iun susp.* **7** *alterum* neque] neque/neque *A* **8** repulsis *A Bmg* localis *AB* **9** fluit et *AB* compressu *Gel* sagina *A Bmg*] angina *B Gel* ⟨sedes turbata⟩ sit *scripsi* (sedes... mentis — statio sensuum)] sit *AB* **11** fortasse an *AB Gel* **13** derogandis] decorandis *A* decurandis *Rig* **15** examinanda est superstitio *B Gel* **16** incubaristuris *A corr.* ut] *om. A* uel *Rfd* castimoniam] *om. A* castimonia *Rfd* inducat] *om. A* inducit *B* inducitur *Rfd* **18** et inflatui] et inflatum *Gel* ex inflatu *Rfd susp.* **19** regis *B Gel* **21** a *sup. uers. A* **21/22** imperandorum *A* **22** ieiunus *A*; *susp. Iun A non inspecto*] ieiuniis *B Gel* **24** *interrogationis signum post* partem *primus posuit Iun* **28** danihel *A* **29** aruit] caruit *Mercerus Rfd*; *damnant Hartel Patr. Stud. 4, 83/4*; *Lfst. Spr. T. 77* **31** in] *om. A* aliter *uel* alias in *Rfd susp.* sine *Hartel ap. Rfd, Patr.*

ecstasin summouendam sobrietas proficiet, sed ad ipsam ecstasin commendandam, ut in deo fiat.

XLIX. **1.** Infantes qui non putant somniare, cum omnia animae pro modo aetatis expungantur in uita, animaduertant succussus et nutus et renidentias eorum per quietem, ut ex re comprehendant motus animae somniantis facile per carnis teneritatem erumpere in superficiem. **2.** Sed et quod Libyca gens Atlantes caeco somno transigere dicuntur, animae utique natura taxantur. Porro aut Herodoto fama mentita est nonnunquam in barbaros calumniosa aut magna uis eiusmodi daemonum in illo climate dominatur. Si enim et Aristoteles heroem quendam Sardiniae notat incubatores fani sui uisionibus priuantem, erit et hoc in daemonum libidinibus, tam auferre somnia quam inferre, ut Neronis quoque seri somniatoris et Thrasymedis insigne inde processerit. || **3.** Sed et a f. 158 deo deducimus somnia. Quid ergo nec a deo Atlantes somniarent, uel quia nulla iam gens dei extranea est in omnem terram et in terminos orbis euangelio coruscante? Num ergo aut fama mentita est Aristoteli aut daemonum adhuc ratio est? Dum ne animae aliqua natura credatur immunis somniorum.

L. **1.** Satis de speculo mortis, id est de somno, cum etiam de negotiis somni, id est de somniis; nunc ad originem | huius V 381 excessus, id est ad ordinem mortis, quia nec ipsam sine quaestionibus, licet finem omnium quaestionum. **2.** Publica totius generis humani sententia mortem naturae debitum pronuntiamus. Hoc stipulata est dei uox, hoc spopondit omne quod nascitur, ut iam hinc non Epicuri stupor suffundatur

XLIX. **15** Rom. 10, 18.

Stud. 4, 84 lectionem traditam uindicans **33** commodandam *Rfd susp.*; *quod damnat Hartel Patr. Stud. 4, 84*

XLIX. **1** omni *A* **6** atlantico *A* Athlantico *B* Atlantica *susp. Th. St. T. 2, 40* transigere *A*; *uindicant Hartel Patr. Stud. 4, 84 Kroym. 117*] non transigere *B* (‚al. deest non' *Bmg*) noctem transigere *Gel*; *Th. St. T. 2, 40 dubitat utrum* noctem *omittendum sit necne* **7** taxantur *AB Kroym. 117*] taxatur *Gel Th. St. T. 2, 40* non taxatur *Rfd*; *dubitat Hartel Patr. Stud. 4, 84/5* **9** et *om. A* **10** heroën *B* **12** auferes omnia *A* **13** Thrasymedis *Iun*] tharsi medis *A* Thrasimedis *B Gel* **13** Sed... **16** Num *secludit Kroym. 118* **14** somnia] omnia *AB* (‚al. somnia' *Bmg*) quid ergo?... somniarent? *Iun* Athlantes *B* **16** Num] nunc *Kellner 362₄* unum *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 86*; *lectionem traditam defendit Hoppe Gnom. 11 (1935), 253* **17** Aristoteli] *delet Hartel Patr. Stud. 4, 86* Herodoto *Kroym. 118*; *inter utriusque coniecturas dubitat Th. St. T. 2, 41* adhuc] ad hoc *Rfd Kroym 118* **18** animae *om. B Gel* somniorum? *Rfd*; *interrogationis signum delent Iun Hartel Patr. Stud. 4, 85/6 Kroym. 118*

L. **1** DE MORTIS VI (VI *om. A*) ET DE MENANDRO HAERETICO (HE— *A*) *AB Gel* cum *AB Gel*] tum *Iun Vrs* **3** ad *om. Gel* ordinem mortis] originem mortis *B* (‚al. ordinem' *Bmg*) mortem *Kroym. 118* ipsa *Rfd*; *quod damnat Kroym. 118* **4** finis *Rfd*; *quod damnat Kroym. 118* **7** suffundatur tantum

negantis debitum istud ad nos pertinere, sed haeretici magi Menandri Samaritani furor conspuatur dicentis mortem ad suos non modo non pertinere, uerum nec peruenire : in hoc scilicet se a superna et arcana potestate legatum, ut immortales et incorruptibiles et statim resurrectionis compotes fiant, qui baptisma eius induerint. **3.** Legimus quidem pleraque aquarum genera miranda, sed aut ebriosos reddit Lyncestarum uena uinosa aut lymphaticos efficit Colophonis scaturigo daemonica aut Alexandrum occidit Nonacris Arcadiae uenenata. Fuit et Iudaeae lacus medicus ante Christum. Plane Stygias paludes poeta tradidit mortem diluentes, sed et Thetis filium planxit. Quamquam si et Menander in Stygem mergit, moriendum erit || nihilominus, ut ad Stygem uenias ; apud [f. 158v] inferos enim dicitur. **4.** Quaenam et ubinam ista felicitas aquarum, quas nec Iohannes baptizator praeministrauit nec Christus ipse discipulis demonstrauit ? Quod hoc Menandri balneum ? Comicum credo. Sed cur tam infrequens, tam occultum, quo paucissimi lauant ? Suspectam enim faciam tantam raritatem securissimi atque tutissimi sacramenti, apud quod nec pro deo ipso mori lex est, cum contra omnes iam nationes ascendant in montem domini et in aedem dei Iacob mortem per martyrium quoque flagitantis, quam de Christo etiam suo exegit. Nec magiae tantum dabit quisquam, ut eximat mortem aut repastinet uitis modo uitam aetate renouata. Hoc enim ne Medeae quidem licuit in hominem, etsi licuit in ueruecem. **5.** Translatus est Enoch et Helias nec mors | eorum reperta est, dilata scilicet ; ceterum morituri [V 382] reseruantur, ut antichristum sanguine suo extinguant. Obiit et Iohannes, quem in aduentum domini remansurum frustra fuerat spes. Fere enim haereses ad nostra exempla prosiliunt inde sumentes praesidia quo pugnant. Postremo compendium est : ubi sunt illi quos Menander ipse perfudit, quos in Stygem suam mersit ? Apostoli perennes ueniant, adsistant ; uideat illos meus Thomas, audiat contrectet et credidit.

L. **28** Gen. 28, 12. **33** Gen. 5, 24 (Hebr. 11, 5). 4 Reg. 2, 11. **35** Apoc. 11, 3. **36** Ioh. 21, 23. **41** Ioh. 20, 24/9.

Gomperz 77 **8** sed et *Gomperz 77* magi] magis *Vrs* **14** sed aut] sicut aut *Lindn dubitanter* scilicet ut *Oehl* **15** aut] ut *Oehl* scatur rigo *A* **16** aut] ut *Oehl* Alexandrum occidit *scripsi*] Alexandro accidit *AB Gel* ut Alexandrum, occidit *Iun* **17** iudeae *A* ante Christum] amne Christi *Bmg* **18** deluentes *Iun* *post* diluentes *uirgulam posui* **19** quanquam *A* stygen (*etiam l. 20*) *B* **20** nihilominus] ni- *uix legibile est in A* **21** inferor *A corr.* **24** *post* balneum *interrogationis signum primus posuit Iun* comicum] magicum *Vrs* cur] quur *B* **25** quo paucissimi lauant] quod paucis simulabant *Bmg* **29/30** de Christo] dextro *A* **32** nemediae *A* Nemediae *B* **32/33** in hominem, etsi licuit *om. A* **33** licuit] quidem *Rig₃* uerbecem *AB* **38** pugnent *Iun susp.* **40** mersit, apostoli perennes ? *Iun distinguit* assistant *ex* ac sistant *A* **41** credat *Pam* crediderit *Rfd* ; *lectionem traditam uindicat Lfst. Spr. T. 91/2*

LI. **1.** Opus autem mortis in medio est, discretio corporis animaeque. Sed quidam ad immortalitatem animae, quam quidem non a deo edocti infirme tuentur, ita argumentationes emendicant, ut uelint credi etiam post mortem quasdam animas adhaerere corporibus. **2.** Ad hoc enim et Plato, etsi quas uult animas ad caelum statim expedit, in Politia tamen cuiusdam || insepulti cadauer opponit longo tempore sine ulla [f. 159] labe prae animae scilicet indiuiduitate seruatum. Ad hoc et Democritus crementa unguium et comarum in sepulturis aliquanti temporis denotat. **3.** Porro et aeris qualitas corpori illi potuit tutela fuisse. Quid enim, si aridior aer et solum salsius ? Quid, si et ipsius corporis substantia exsuccior ? Quid, si et genus mortis ante iam corruptelae materias erogarat ? Vngues autem cum exodia neruorum sint, merito neruis resolutione porrectis prouectiores et cotidie deficiente carne expelli uidentur. Comae quoque alimenta de cerebro, quod aliquamdiu durare praestat secreta munitio. Denique in uiuentibus etiam pro cerebri ubertate uel affluit capillago uel deserit. Habes medicos. **4.** Sed nec modicum quid animae subsidere in corpore est decessurum quandoque et ipsum, cum totam corporis scenam tempus aboleuerit. Et hoc enim in opinione quorundam est ; propterea nec ignibus | funeran- [V 383] dum aiunt parcentes superfluo animae. Alia est autem ratio pietatis istius, non reliquiis animae adulatrix, sed crudelitatis etiam corporis nomine auersatrix, quod et ipsum homo non utique mereatur poenali exitu impendi. **5.** Ceterum anima indiuisibilis, ut immortalis, etiam mortem indiuisibilem exigit credi, non quasi immortali, sed quasi indiuisibili animae indiuisibiliter accidentem. Diuidetur autem et mors, si et anima, superfluo scilicet animae quandoque morituro ; ita portio mortis cum animae portione remanebit. **6.** Nec ignoro aliquod esse uestigium opinionis istius. De meo didici. Scio feminam quandam uernaculam ecclesiae, forma et aetate integra functam, post unicum et breue matrimonium cum in pace dormisset et morante adhuc || sepultura interim oratione [f. 159v] presbyteri componeretur, ad primum halitum orationis

---

LI. **1** NIHIL ANIMAE IN CORPORE SVBREMANERE *AB Gel* POST MORTEM *Gel addit* **2** quidam] quidem *Vrs* animae tuendam *Kroym. 119* **3** quidem *Iun*] quidam *AB Gel* a deo] adeo *A Iun* **6** celum *A* politiam *A* **11** enim *om. B Gel* **12** exsuctior *A* exsucior *Oehl* **13** corruptelae *Bmg* ; *uindicat Kroym. 119*] corruptele *A* corruptrices *B Gel* **13/14** erogat *A Bmg* **14** exodia *Iun*] exordia *AB Gel* **15** et] sed *B* ex *Rfd susp.* quotidie *A Gel* **17** prestat *A* **18** crebri *A* afluit *A* affuit *B* **19** medicos. Sed] medicos, si *Gel* **20** *uirgulam post* est *posuit Iun* **21** scaenam *A* **25** homo] id est homo *uel* scilicet homo *Rfd susp.* humo *Hartel ap. Rfd* (*approbat Gomperz 71*) *qui Patr. Stud. 4, 86 lectionem traditam uindicat* **27** inuisibilis *A Bmg* inuisibilem *A Bmg* **28** inuisibili *AB* **28/29** inuisibiliter *AB* (indi-*Bmg*) **29** *prius* et *om. A* **30** morituro *Iun*] moriturae *AB Gel* **33** uernacula *Harnack ap. Rfd* **35** sepultura] se- *deest in A* (*p.f.i.*) **36** habitum *B Gel* aditum *Vrs*

manus a lateribus dimotas in habitum supplicem conformasse rursumque condita pace situi suo reddidisse. **7.** Est et illa relatio apud nostros, in coemeterio corpus corpori iuxta collocando spatium accessui communicasse. Si et apud ethnicos tale quid traditur, ubique deus potestatis suae signa proponit, suis in solacium, extraneis in testimonium. Magis enim credam in testimonium ex deo factum quam ex ullis animae reliquiis, quae si inessent, alia quoque membra mouissent, et si manus tantum, sed non in causam orationis. Corpus etiam illud non modo fratri cessisset, uerum et alias mutatione situs sibimet ipsi refrigerasset. **8.** Certe undeunde sunt ista, signis potius et ostentis deputanda, naturam facere non possunt. Mors, si non semel tota est, non est ; si quid animae remanserit, uita est ; non magis uitae miscebitur mors quam diei et nox.

LII. **1.** Hoc igitur opus mortis : separatio carnis atque animae ; seposita quaestione fatorum et fortuitorum bifariam distinxit | humanus affectus, in ordinariam et extraordinariam V 384 formam, ordinariam quidem naturae deputans, placidae cuiusque mortis, extraordinariam uero praeter naturam iudicans, uiolenti cuiusque finis. **2.** Qui autem primordia hominis nouimus, audenter determinamus mortem non ex natura secutam hominem, sed ex culpa, ne ipsa quidem naturali ; facile autem usurpari naturae nomen in ea quae uidentur a natiuitate ex accidentia adhaesisse. Nam si homo in mortem directo institutus fuisset, tunc demum mors || naturae adscribereretur. f. 160 Porro non in mortem institutum eum probat ipsa lex condicionali comminatione suspendens et arbitrio hominis addicens mortis euentum. Denique si non deliquisset, nequaquam obisset. Ita non erit natura quod ex oblationis potestate accidit per uoluntatem, non ex instituti auctoritate per necessitatem. **3.** Proinde etsi uarii exitus mortis, ut est multimoda condicio causarum, nullum ita dicimus lenem, ut non ui agatur. Ipsa illa ratio operatrix mortis, simplex licet, uis est. Quid enim ? quae tantam animae et carnis societatem, tantam a conceptu concretionem sororum substantiarum diuellit ac dirimit. Nam etsi prae gaudio quis spiritum exhalet, ut Chilon

---

38 condicta *Iun*   illa] alia *Gel*   **39** corpori fratris *Rfd susp.*   **39/40** colocando *A*   **40** accessui *Hartel ap. Rfd*] accessu *AB* ; *uindicat Hartel Patr. Stud.* *3, 82* recessu *Gel*   **41** aliquid *A*   tradit *A*   utique *B Gel*   **42** in testimonium] *om. A* in *omittere mauult Iun*   **47** undeunde *Scal. Mercerus*] unde *AB Gel* ; *uindicat Iun ; dubitat Hoppe Beitr.* 113_2 **51** et *om. B Gel*

LII. **1** separationem *Gel*   **2** factorum *Rfd susp.*   **8** culpam *A corr.*   **10** „al. ex accidenti. sed et accidentia Tertulliani est" *Iun*   **11** dir & to *A*   **12** probat] - obat *deest in A (p.f.i.)*   **15** obiisset *B Gel*   erat *Pam*   oblationis] exorbitationis *Rfd* abolitionis *Hartel ap. Rfd (Patr. Stud. 4, 87 hanc coniecturam delens)*   **18** diximus *AB*   **20** Quid enim] quidni *Heraldus*

Spartanus, dum uictorem Olympiae filium amplectitur, etsi prae gloria, ut Clidemus Atheniensis, dum ob historici stili praestantiam auro coronatur, etsi per somnium, ut Plato, etsi per risum, ut P. Crassus, multo uiolentior mors quae per aliena grassatur, quae animam per commoda expellit, quae tunc mori affert, cum iocundius uiuere est in exultatione in honore in requie in uoluptate. **4.** Vis est et illa nauigiis, cum longe a Caphereis saxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, adulante flatu, labente cursu, laetante | comitatu, V 385 intestino repente perculsu cum tota securitate desidunt. Non secus naufragia sunt uitae etiam tranquillae mortis euentus. Nihilo refert integram abire corporis nauem an dissipatam, dum animae nauigatio euertatur. ||

LIII. **1.** Sed quo deinde anima nuda et explosa deuertit, f. 160v sine dubio prosequemur ex ordine ; prius tamen quod est loci huius explebimus, ne, quia uarios exitus mortis ediximus, expectet quis a nobis rationes singulorum medicis potius relinquendas, propriis arbitris omnium letalium rerum siue causarum et ipsarum corporalium condicionum. **2.** Plane ad immortalitatem animae hic quoque protegendam in mentione mortis aliquid de eiuscemodi exitu interstruam, in quo paulatim ac minutatim anima dilabitur ; habitum enim sustinens defectionis abducitur, dum absumi uidetur, et coniecturam praestat interitus de excessus temperatura. Tota autem in corpore et ex corpore est ratio. Nam quisquis ille exitus mortis, sine dubio aut materiarum aut regionum aut uiarum uitalium euersio est : materiarum, ut fellis, ut sanguinis ; regionum, ut cordis, ut iecoris ; uiarum, ut uenarum, ut arteriarum. **3.** Dum igitur haec ex propria quaque iniuriae causa uastantur in corpore ad usque ultimam euersionem et

---

24 Clydemus *AB*   **24/25** ob historici stili praestantiam *Oehl*] ab historicis diu praestantium *AB* ab histrionibus ob praestantiam *Gel* ob historiarum praestantiam *Rfd* historicis ludis praestantium *Hartel Patr. Stud. 4, 88*   **26** mors, quam quae *v. d. Vliet 92* ; *quod damnat Th. Eran. 7 (1907), 97*   **28** iucundius *A*   uiuere] uere *B*   **29** requiete *A*   et illa] illa *Oehl* ut illa, *Hartel ap. Rfd et Patr. Stud. 4, 88* et inlata *Rfd* ; *lectionem traditam uindicat Th. Eran. 7 (1907), 97/8*   nauigii *AB* nauigia *Hartel Patr. Stud. 4, 88*   **30** Caphereis *scripsi*] chaperaei *A* Chspereis *B* Caphareis *Gel*   nullis depugnata turbinibus *om. A*   **31** cursu, laetante *om. A* (cursulae tantae) *B*   **32** *post* desidunt *uirgulam ponit Hartel Patr. Stud. 4, 88*   **33** naufraugia *B* ‚alii naufrangia' *Iun*   *post* uitae *edd. omnes uirgulam exhibent quam delendam probauit Th. Eran. 7 (1907), 98*   **35** dum *B Gel* ; *uindicat Th. Eran. 7 (1907), 98*] cum *A*

LIII. **1** DE ANIMARVM EXCESSV *AB Gel*   Sed quo *deest in A (p.f.i.)*   quo deinde] quod inde *B*   deuertit *scripsi*] diuertit *A* deuertet *B Gel* diuertet *Pam*   *interrogationis signum post* deuertet *exhibent Oehl Rfd* ; *Iun uirgulam post* deuertet *delet, post* sine dubio *ponit*   **5** propris *A*   arbitriis *B*   laetalium *B*   **8** mentionem *B*   eiusmodi *B Gel*   in *delet Iun*   **9** quo... anima] quoque protegendam animam *A*   **10** abducitur, dum] dum abducitur, *Kroym. 119*   **13** aut regionum... **14** materiarum *om. A*   **16** quaeque *Rfd*

rescissionem uitalium, id est naturalium, finium situum officiorum, necessario et anima dilabentibus paulatim instrumentis et domiciliis et spatiis suis paulatim et ipsa migrare compulsa deducitur in deminutionis effigiem, non alio modo quam quo et aurigam ipsum quoque defecisse praesumitur, cum uires equorum defatigatio denegauit, quantum de dispostione destituti hominis, non de passionis ueritate. Perinde auriga corporis, spiritus animalis, deficiens uectaculi nomine, non suo deficit, opere decedens, non uigore, actu elanguens, non statu, constantiam, non substantiam decoquens, quia comparere ces|sat, non quia esse. **4.** Sic et rapida V 386 quaeque mors, ut ceruicum messis, semel ac tantam ianuam pandens, ut ruinae uis semel omnia uitalia elidens, ut apoplexis, || interior ruina, nullam animae moram praestat nec f. 161 discessum eius in momenta discruciat, at ubi longa mors, prout deseritur anima, ita et deserit ; non tamen conciditur hac facie, sed extrahitur, et dum extrahitur, postremitatem suam partem uideri facit. Non omnis autem pars statim et abscisa est, quia postera est, nec quia exigua est, statim et ipsa peritura est. Sequitur seriem suus finis et mediocritas trahitur a summa et reliquiae uniuersitati cohaerentes expectantur ab illa, non derelinquuntur. Atque ita ausim dicere : totius ultimum totum est, quia, licet minus atque posterius sit, ipsius est. **5.** Hinc denique euenit saepe animam in ipso diuortio potentius agitari sollicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex maiore suggestu iam in libero constituta per superfluum quod adhuc cunctatur in corpore enuntiat quae uidet, quae audit, quae incipit nosse. Si enim corpus istud Platonica sententia carcer, ceterum apostolica dei templum, cum in Christo est, sed interim animam consepto suo obstruit et obscurat et concretione carnis infaecat, unde illi, uelut per corneum specular, obsoletior lux rerum est. **6.** Procul dubio cum ui mortis exprimitur de concretione

---

LIII. **46** 1 Cor. 6, 19

---

18 recessionem *Gel* **20** spaciis *A* **21** deminutionis *Iun*] diminutionis *AB Gel* **25** deficiens uectaculi *Th. St. T. 1, 56*] deficiens uectaculis *A* deficientis uectaculi *B Gel* **27** languens *Gel* **28** comparare *B* (comparere *Bmg*) **29** ac *del. Pam* tantam] totam *Iun* **30** *primum* ut] aut *Urs* ruina *A* Rig$_1$ *in Obseru.* uitalia *om. Gel* **33** prout *Bmg*] proubi *AB* anima] mors *Bmg* conceditur *A Bmg* condicitur *B* **34** facies *A Bmg* **35** partim *Rfd susp.* **36** abscissa *B Gel* **37** ipsa *om. Gel* **38** a] ad *B Gel* **39** relinquuntur *A* atque ita, ausim dicere, totius *Iun distinguit* **41** uenit *A* ; *approbat Blf Mus. 41 (1934), 312* ; *damnat Hoppe Beitr. 110* euenit saepe, animam *Iun distinguit* **42** sollicitore *A corr.* **44** per *om. A* **46** ceterum... **47** Christo *del. Kroym. 119* **47** sed] et *Kroym. 119* **48** et obscurat... **49** est *del. Kroym. 119* **49** per *om. A* **49/50** est

carnis et ipsa expressione colatur, certe de oppanso corporis erumpit in apertum ad meram et puram et suam lucem, statim semetipsam in expeditione substantiae recognoscit et in diuinitatem ipsa libertate resipiscit, ut de somnio emergens ab imaginibus ad ueritates. Tunc et enuntiat et uidet, tunc exultat aut trepidat, prout paraturam deuorsorii sui sentit, de ipsius statim angeli facie, euocatoris animarum, Mercurii poetarum. |

LIV. **1.** Quo igitur deducetur anima, iam hinc reddimus. V 387 Omnes ferme philosophi, || qui immortalitatem animae, qualiter- f. 161v qualiter uolunt, tamen uindicant, ut Pythagoras, ut Empedocles, ut Plato, quique aliquod illi tempus indulgent ab excessu usque in conflagrationem uniuersitatis, ut Stoici, suas solas, id est sapientium, animas in supernis mansionibus collocant. **2.** Plato quidem non temere philosophorum animabus hoc praestat, sed eorum qui philosophiam scilicet exornauerint amore puerorum. Adeo etiam inter philosophos magnum habet priuilegium impuritas. Itaque apud illum in aetherem sublimantur animae sapientes, apud Arium in aerem, apud Stoicos sub lunam. **3.** Quos quidem miror, quod imprudentes animas circa terram prosternant, cum illas a sapientibus multo superioribus erudiri affirment. Vbi erit scholae regio in tanta distantia deuersoriorum ? Qua ratione discipulae ad magistras conuentabunt tanto discrimine absentes ? Quis autem illis postumae eruditionis usus ac fructus iamiam conflagratione perituris ? **4.** Reliquas animas ad inferos deiciunt. Hos Plato uelut gremium terrae describit in Phaedone, quo omnes labes mundialium sordium confluendo et ibi desidendo exhalent et quasi caeno immunditiarum suarum grossiorem haustum et priuatum illic aerem stipent.

LV. **1.** Nobis inferi non nuda cauositas nec subdiualis aliqua

---

LIV. **7** Plato Sympos. 203. Phaedr. 248 *seq.* **18** Plato Phaedo 112 *seq.*

---

procul dubio : cum *Iun distinguit* **51** expraessione *A* **53** expedicione *A* **54** ut de somno. ut de somnio *A* ut de somno *B Gel* **55** Tunc et] et *del. Iun* et uidet] quae uidet *Gel* **56** exaltat *B* diuersorii *Gel* **57** uocatoris *A*

LIV. **1** DE RECEPTV *AB Gel* Quo] quod *A* **2** fermae *A* qui im- *deest in A (p.f.i.)* **2/3** qualiterqualiter *Oehl Rfd*] qualiter *AB Gel* **3** tamen] tantum *B Gel* pytagoras *A* **5** et stoici *A* **6** sapientum *B Gel* **10** & herem *A* **11** haerem *A* **13** illa *A* **14** scolae *A* **15** deuersorium *A* **16** conuentabunt *B Gel* ; *uindicat Hoppe Gnom. 11 (1935), 253*] conuertentur *A Bmg* **19** phedone *A* **20** ibi] ibidem *B* *alterum* et *om. AB* **21** suarum *om. A* crassiorem *Gel* haustu *susp. Krohn Thes. l. L. VI, 2 : 2337, 3* **22** illic aerem] illicerem *A* illic aere *Rfd susp.*

mundi sentina creduntur, sed in fossa terrae et in alto uastitas et in ipsis uisceribus eius abstrusa profunditas, siquidem Christo in corde terrae triduum mortis legimus expunctum, id est in recessu intimo et interno et in ipsa terra operto et intra ipsam clauso et inferioribus adhuc abyssis superstructo. | **2.** Quodsi Christus deus, quia et homo, mortuus secundum V 388
scripturas et sepultus || secundum easdem, huic quoque legi f. 162
satisfecit forma humanae mortis apud inferos functus, nec ante ascendit in sublimiora caelorum quam descendit in inferiora terrarum, ut illic patriarchas et prophetas compotes sui faceret, habes et regionem inferum subterraneam credere et illos cubito pellere qui satis superbe non putent animas fidelium inferis dignas, serui super dominum et discipuli super magistrum, aspernati, si forte, in Abrahae sinu expectandae resurrectionis solacium capere. **3.** ‚Sed in hoc', inquiunt, ‚Christus inferos adiit, ne nos adiremus. Ceterum quod discrimen ethnicorum et Christianorum, si carcer mortuis idem ?' Quo ergo animam exhalabis in caelum Christo illic adhuc sedente ad dexteram patris, nondum dei iussu per tubam archangeli audito, nondum illis quos domini aduentus in saeculo inuenerit, obuiam ei ereptis in aerem, cum his qui mortui in Christo primi resurgent ? Nulli patet caelum terra adhuc salua, ne dixerim clausa. Cum transactione enim mundi reserabuntur regna caelorum. **4.** Sed in aethere dormitio nostra cum puerariis Platonis aut in aere cum Ario aut circa lunam cum Endymionibus Stoicorum ? Immo, inquis, in paradiso, quo iam tunc et patriarchae et prophetae appendices dominicae resurrectionis ab inferis migrauerint. Et quomodo Iohanni in spiritu paradisi regio reuelata, quae subicitur altari, nullas alias animas apud se praeter martyrum ostendit? Quomodo Perpetua, fortissima martyr, sub die passionis in reuelatione paradisi solos illic martyras uidit, nisi quia nullis

---

LV. **4** Mtth. 12, 40. **6** Ps. 85, 13. **10** Eph. 4, 9. Ioh. 3, 13. **11** 1 Petr. 3, 19. **14** Mtth. 10, 24. **15** Luc. 16, 22. **20** 1 Thess. 4, 15/16. **27** Mtth. 27, 52. **30** Apoc. 6, 9.

LV. **2** alto] aluo *Iun susp.* **4** Christum *B Gel* terrae] trita *A* triduum... expunctum *om. A* **5** in ipsa *Gel*] ex ipsa *AB* **6** clauso *AB*] cauato *Bmg Gel* **7** *ante* Quodsi : DE INFERIS ET AN ILLVC OM̄S *A* DE INFERIS ET AN ILLVC OMNES ANIMAE COMPELLENTVR (-ANTVR *Gel*) *B Gel* **8** secundum] secus *A* huic] hic *Gel* **9** apud inferos] -d infe- *deest in A* (*p.f.i.*) **12** regionem] originem *Gel* **13** quia *Gel* putant *Rig* **14** dño *A* **16** carpere *B* **19** Quomodo ergo *Gel* Quo ergo anima modo *Rig*; *lectionem traditam uindicat Kroym. 119* anima *Gel* exhalabis *Kroym. 119 qui hoc modo distinguit* : Quo... exhalabis ? In caelum ? Christo... patris, nondum... audito, nondum... inuenerit, obuiam... resurgunt (*l.* -ent) ?] exhalabit *AB Gel* **20** sedente... patris *om. A* turbam *A corr.* **22** raptis *Gel* **24** inclausa *Rfd susp.* **26** pueris *B Gel* **33** paradysi *A* martyras *A*] contra martyres *B* commartyres

romphaea paradisi ianitrix cedit nisi qui in Christo decesserint, non in Adam ? **5.** Noua mors pro deo et extraordinaria pro Christo alio et priuato || excipitur hospitio. Agnosce itaque f. 162v
differentiam ethnici et fidelis in morte, si pro | deo occumbas, V 389
ut paracletus monet, non in mollibus febribus et in lectulis, sed in martyriis, si crucem tuam tollas et sequaris dominum, ut ipse praecepit. Tota paradisi clauis tuus sanguis est. Habes etiam de paradiso a nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem domini.

LVI. **1.** Occurrit disceptatio, an hoc ab excessu statim fiat, an quasdam animas aliqua ratio detineat hic interim, an etiam receptas liceat postea ab inferis ex arbitrio uel ex imperio interuenire. **2.** Nec harum enim opinionum suasoriae desunt. Creditum est insepultos non ad inferos redigi quam iusta perceperint, secundum Homericum Patroclum funus in somniis de Achille flagitantem, quod non alias adire portas inferum posset arcentibus eum longe animabus sepultorum. Nouimus autem praeter poeticae iura pietatis quoque Homericae industriam. Tanto magis enim curam sepulturae collocauit, quanto etiam moram eius iniuriosam animabus incusauit, simul et ne quis defunctum domi detinens ipse amplius cum illo maceretur enormitate solacii dolore nutriti. Ita querellas animae insepultae ad utrumque confinxit, ut instantia funeris et honor corporum seruetur et memoria affectuum temperetur. **3.** Ceterum quam uanum, ut anima corporis iusta sustineat, quasi aliquid ex illis ad inferos auehat ? Multo uanius, si iniuria deputabitur animae cessatio sepulturae, quam pro gratia deberet amplecti. Vtique enim tardius ad inferos abstrahi malet, quae nec mori uoluit : amabit impium heredem, per quem adhuc pascitur luce. Aut si qua pro certo iniuria est tardius sub terram detrudi, titulus autem iniuriae || cessatio est sepulturae, perquam iniquum eam f. 163
iniuria affici, cui non imputabitur cessatio sepulturae ad

---

39 Mtth. 16, 24 (10, 38 ; Marc. 8, 34 ; Luc. 14, 27).

Gel uidit *A*] suos uidit *B Gel* (suos *uncinis inclusit B*) **34** romphea *A* caedit *B Gel* decesserint. Non... **36** hospitio *B Gel distinguunt* ; *interrogationis signum post* Adam *primus posuit Vrs* **36** excipitur] exci- *deest in A* (*p.f.i.*) **37** si]s- *deest in A* (*p.f.i.*) morte. Si... **40** praecepit, tota *Rig distinguit* **38** paraclitus *A* **40** paradysi *A* habet *A*

LVI. **1** AN COMMORENTVR HIC ANIMAE POST MORTEM VEL AB INFERIS COMMEENT *Gel* **4** suasoria *Gel* **5** insepultas *B* non ante ad *Gel* redici *A corr.* **7** somnis *Gel* **8** argentibus *A* **9** poëtica *B Gel* **13** nutrito *Rfd* **14** quaerellas *A* querelas *B Gel* **15** memoria *A Bmg*] moeror *B Gel* **18** 'deputatur alii' *Iun* **20** malet *B*] mallet *A Gel* **21** per quam *Gel* **23/24** ea iniuriam *B* **24** non *deest in A* (*p.f.i.*) imputatur *Gel* ; *lectionem tradi-*

proximos scilicet pertinens. **4.** Aiunt et im|matura morte V 390 praeuentas eo usque uagari istic, donec reliquatio compleatur aetatum, quacum peruixissent, si non intempestiue obissent. Porro aut constituta sunt tempora unicuique, et constituta praeripi posse non credam, aut si constituta sunt quidem, dei tamen uoluntate uel aliqua potestate mutilantur, frustra mutilantur, si iam impleri sustinentur, aut si non sunt constituta, nulla erit reliquatio temporum non constitutorum. **5.** Adhuc addam : ecce obiit uerbi gratia infans sub uberum fontibus, puta nunc puer inuestis, puta uesticeps, qui tamen octoginta annos uicturus fuisset. Hos praereptos ut anima eius hic post mortem transigat, quale est ? Aetatem enim non potest capere sine corpore, quia per corpora operantur aetates. Nostri autem illud quoque recogitent, corpora eadem recepturas in resurrectione animas in quibus discesserunt. **6.** Idem ergo sperabuntur et corporum modi et eaedem aetates, quae corporum modos faciunt. Quo ergo pacto potest infantis anima hic transigere praerepta tempora, ut octogenaria resurgat in corpore mensis unius ? Aut si hic necesse erit ea tempora impleri quae fuerant destinata, num et ordinem uitae, quem sortita sunt tempora pariter cum illis hic destinatum, pariter hic anima decurret, ut et studeat ab infantia pueritiae delegata et militet ab adulescentia iuuentae excitata et censeat a iuuenta senectae ponderata, et fenus exprimat et agrum urgeat, nauiget litiget nubat laboret aegritudines obeat et quaecumque illam cum temporibus || manebant tristia ac f. 163r laeta ? **7.** Sed haec sine corpore quomodo transigentur ? Vita sine uita ? Sed uacua erunt tempora solo decursu adimplenda. Quid ergo prohibet apud inferos ea impleri, ubi perinde nullus est usus illorum ? Ita dicimus omnem animam quaqua aetate decesserit, in ea stare ad eum | diem usque, quo perfectum V 391 illud repromittitur ad angelicae plenitudinis mensuram temperatum. **8.** Proinde extorres inferum habebuntur quas ui ereptas arbitrantur, praecipue per atrocitates suppliciorum,

---

tam uindicant Kroym. 120 Hoppe Beitr. 37/8 **25** *ante* Aiunt : AN DEMORENTVR HIC ANIMAE POST MORTEM *AB* **26** praeuentos *Kroym. 120* cosque *A* eousque *B Gel* isthic *B Gel* isti hic *Iun susp.* relinquatio *A* **27** aetatum *B* ; *uindicat Kroym. 120*] aestatum *A* aetatis *Gel* quacum *A*] qua cum *B Gel* quas tum *Vrs* ; *quod uindicat Hoppe Gnom. 11 (1935), 253* quantum (*uel* quam tum *Lindn*) *Oehl Lindn* quam tum *Rfd* quascumque *Kroym. 120* obiissent *B Gel* **29** praecipi *Gel* non] ne *B* **30** potestate mutilantur] potestatum utilantur *A* potestatum mutilantur *Bmg* **31** sustinentur *AB*] sustinent *Gel* **34** octoginta] LXXX *A* **38/39** resurrectionem *A* ; *quod damnat Hoppe Beitr.* 29_1 **39** decesserunt *B Gel* iidem *Gel* **40** moduli *B Gel* aedem *A* **41** modos] modo *AB* **47** adolescentia *B Gel* iuuentae Rig_2] iuuenta *A Gel* inuenta *B* a *del. Lat* **48** senecta *Lat* faenus *A* **50** manebant] mane- *deest in A (p.f.i.)* **51** Vita] ui *deest in A (p.f.i.)* **52** *interrogationis signum post* uita *primus posuit Iun* **53** implere *Rfd* **55** eam *A* usque, quo *Rfd*] usquequo *AB Gel* **57** perinde *Rfd* nec extorres *Vrs* **58** praecipue per atrocitates

crucis dico et securis et gladii et ferae ; nec isti porro exitus uiolenti quos iustitia decernit, uiolentiae uindex. Et ideo, inquies, scelestae quaeque animae inferis exulant. Alterum ergo constituas, compello, aut bonos aut malos inferos : si malos placet, etiam praecipitari illuc animae pessimae debent ; si bonos, cur idem animas immaturas et innuptas et pro condicione aetatis puras et innocuas interim indignas inferis iudicas ?

LVII. **1.** Aut optimum est hic retineri secundum ahoros aut pessimum secundum biaeothanatos, ut ipsis iam uocabulis utar quibus auctrix opinionum istarum magia sonat, Ostanes et Typhon et Dardanus et Damigeron et Nectabis et Berenice. **2.** Publica iam litteratura est quae animas etiam iusta aetate sopitas, etiam proba morte disiunctas, etiam prompta humatione dispunctas euocaturam se ab inferum incolatu pollicetur. Quid ergo dicemus magian ? Quod omnes paene, fallaciam. Sed ratio fallaciae solos non fugit Christianos, qui spiritalia nequitiae, non quidem socia conscientia, sed inimica scientia nouimus, || nec inuitatoria operatione, sed expugna- f. 164 toria dominatione tractamus multiformem luem mentis humanae, totius erroris artificem, salutis pariter animaeque uastatorem ; sic etiam magiae, secundae scilicet idololatriae, in qua se daemones perinde mortuos fingunt, quemadmodum in illa deos. Quidni ? cum et dii mortui. **3.** Itaque inuocantur quidem ahori et biaeothanati sub illo fidei argumento, quod credibile uideatur eas potissimum animas ad uim et iniuriam facere quas per uim et iniuriam saeuus | et immaturus finis V 392 extorsit, quasi ad uicem offensae. **4.** Sed daemones operantur sub ostentu earum, et hi uel maxime qui in ipsis tunc fuerunt, cum aduiuerent, quique illas in huiusmodi impegerant exitus. Nam et suggessimus nullum paene hominem carere daemonio, et pluribus notum est daemoniorum quoque opera et imma-

---

B Gel] praecipua atrocitate *A Bmg* **61** quaequae *Rfd* exultant *A* **62** aut malos inferos] inferos aut malos *B Gel* **62/63** si malos, placet : *B Gel distinguunt* **63** et iam *Gel* **64** *alterum* et *del. Rig* **65** interim] inter *La Cerda* *uirgulam post* interim *ponit Gel* indignas *Iun*] dignas *AB Gel* **66** non iudicas *Pam*

LVII. **1** retineris *A* ahoros *Gel*] achoros *AB* aoros *Bmg* **2** biaeothanato *A* **3** magica *B Gel* ostentantes *AB* Hostanes *Pam* **4** Damogeron *Iun* **5** littera *A* litera *Bmg* **6** sop*itas *A* **8** magiam *B Gel* paene] poenae *B* **9** fallatiae *A* **11** *ope*ratione *A* **12** tractamus] -actamus *deest in A (p.f.i.)* **12/13** humanae totius, *Iun distinguit* **13** salutis] *alterum* s *deest in A (p.f.i.)* **14** uastatricem scientiam magiae *Vrs* uastatorem, totius erroris artificem, sic etiam magiae *Gomperz 78* magiae] magiae obnitimur *Kroym. 120* scilicet et *B* idolatriae *A corr. i. mg. m. alia eiusdem aetatis* **15** per*i*nde *A* **16** Itaque], aeque *Oehl* ita *Kellner* 373_2 **17** hacori *A* achori *B* **19** et immaturus] etiam maturus *AB* **20** ad inuicem *A Bmg* Sed *om. B* **21** obtentu *B Gel* **22** impegerunt *Vrs* ; *lect. trad. uindicat Lfst. Spr. T. 80* **23** carere] capere *A*

turas et atroces effici mortes, quas incursibus deputant. **5.** Hanc quoque fallaciam spiritus nequam sub personis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam rebus probamus, cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominis sui affirmat, interdum gladiatorem uel bestiarium, sicut et alibi deum, nihil magis curans quam hoc ipsum excludere quod praedicamus, ne facile credamus animas uniuersas ad inferos redigi, ut et iudicii et resurrectionis fidem turbent. Et tamen ille daemon, postquam circumstantes circumuenire temptauit, instantia diuinae gratiae uictus id quod in uero est inuitus confitetur. **6.** Sic et in illa alia specie magiae, quae iam quiescentes animas euellere ab inferis creditur et conspectui exhibere, non alia fallaciae uis est : || operatior plane, f. 164v
quia et phantasma praestatur, quia et corpus affingitur ; nec magnum illi exteriores oculos circumscribere, cui interiorem mentis aciem excaecare perfacile est. **7.** Corpora denique uidebantur Pharaoni et Aegyptiis magicarum uirgarum dracones ; sed Mosei ueritas mendacium deuorat. Multa utique et aduersus apostolos Simon et Elymas magi ; sed plaga caecitatis de praestigiis non fuit. Quid noui aemulatio ueritatis a spiritu immundo ? Ecce hodie eiusdem Simonis haeretici tanta praesumptio se artis extollit, ut etiam prophetarum animas ab inferis mouere se spondeant. **8.** Et credo, quia mendacio possunt ; nec enim pythonico | tunc spiritui minus V 393
licuit animam Samuelis effingere post deum mortuos consulente Saule. Absit alioquin, ut animam cuiuslibet sancti, nedum prophetae, a daemonio credamus extractam, edocti quod ipse satanas transfiguretur in angelum lucis, nedum in hominem lucis, etiam deum se asseueraturus in fine signaque portentosiora editurus ad euertendos, si fieri possit, electos. Dubitauit, si forte, tunc prophetam se dei asseuerare et utique Sauli, in quo iam

LVII. **40** Exod. 7, 12. **43** Act. ap. 8, 9 *seqq.* 13, 8 *seqq.* **48** 1 Reg. 28, 6 *seqq.* **52** 2 Cor. 11, 14. **53** 2 Thess. 2, 4. **54** Mtth. 24, 24.

25 quas] quasi *A* **26** sub personis] supersonis *A* **28** hominis *Mercerus*] hominem *AB Gel* **29** sui] suis *Vrs* fuisse *Iun* **31** predicamus *A* **32** turbet *Vrs* **35** spetiae *A* **37** operatior] oper- *deest in A (p.f.i.)* operantior *Oehl* operatrix *uel tale quid susp. Kellner 374₂* *post* operatior *distinguit Vrs ; sed cf. Hartel Patr. Stud. 4, 89* *post* plane *distinguit B* **38** quia *del. Iun* praestat *Vrs* **39** magnum] imaginum *B* **42** Moysis *Rig* Mosis *Seml* deuorauit *B Gel* **43** Simon *A*] Simon dedit *B Gel* Simon edidit *Scal* Elimas *B Gel* **45** immundorum *A corr.* hodiae *A* haeretici (he — *A*) *A Bmg*] haereticos *B Gel* heredes *Gebhardt ap. Rfd* **46** se artis extollit *A ; approbat Hartel Patr. Stud. 4, 89*] artifex tollit *B* artis extollit *Bmg Gel* **47/48** mendatio *A* **48** phytonico *A corr.* **51** prophete *A* **52** Sathanas *B Gel* **54** in fine *A*] insigne *B om. Gel* signaque] que *om. A* portentosiora... euertendos *om. A* aedi-

ipse morabatur, **9.** ne putes alium fuisse qui phantasma administrabat, alium qui commendabat, sed eundem spiritum et in pseudoprophetide et in apostata facile mentiri quod fecerat credi, per quem Sauli thesaurus illic erat ubi et cor ipsius, ubi scilicet deus non erat. Et ideo per quem uisurum se credidit uidit, quia per quem uidit et credidit. **10.** Si et de nocturnis imaginibus opponitur saepe non frustra mortuos uisos (nam et Nasamonas propria oracula apud parentum sepulcra mansitando captare, ut Heraclides scribit uel Nymphodorus uel Herodotus, et Celtas apud uirorum fortium busta || eadem de causa abnoctare, ut Nicander affirmat), non f. 165
magis mortuos uere patimur in somnis quam uiuos, sed eadem ratione mortuos qua et uiuos et omnia quae uidentur. Non enim quia uidentur uera sunt, sed quia adimplentur. Fides somniorum de effectu, non de conspectu renuntiatur. **11.** Nulli autem animae omnino inferos patere satis dominus in argumento illo pauperis requiescentis et diuitis ingemiscentis ex persona Abrahae sanxit, non posse inde relegari renuntiatorem dispositionis infernae, quod uel tunc licere potuisset, ut Moysi et prophetis crederetur. **12.** Sed etsi | quasdam reuoca- V 394
uit in corpora dei uirtus in documenta iuris sui, non idcirco communicabitur fidei et audaciae magorum et fallaciae somniorum et licentiae poetarum. Atquin in resurrectionis exemplis, cum dei uirtus siue per prophetas siue per Christum siue per apostolos in corpora animas repraesentat, solida et contrectabili et satiata ueritate praeiudicatum est hanc esse formam ueritatis, ut omnem mortuorum exhibitionem incorporalem praestrigias iudices.

LVIII. **1.** Omnis ergo anima penes inferos ? inquis. Velis ac nolis, et supplicia iam illic et refrigeria : habes pauperem et

60 Mtth. 6, 21. **72** Luc. 16, 30/1.

LVIII. **2** Luc. 16, 19 *seqq.*

turus *Gel* **57** *uirgulam post* morabatur *ponit Blf. Mus. 41 (1934), 312, interrogationis signum Rig, punctum Oehl Rfd* fantasma *A* **58** administrauit *A* eodem *A Bmg* **59** pseudopropheti *A* **60** Saulis *B Gel* thensaurus *A* illicerat *A* **63** frustrari *Gel* **64** uisos *Vrs*] uiuos *AB Gel* Nasammonas *B Gel* Nasamones *Leopold* **65** sepulchra *B Gel* **65/66** nymphidorus *ex* nympidorus *A* **68** mortuos] -os *deest in A (p.f.i.)* patitur *A Bmg* sed] si *A ; uindicat Gomperz 78* **69** uiuos et omnia quae uidentur *A ; cf. Gomperz 78*] uiuos et omnia quae uidentur uera sunt *B* uiuos. at somnia quae uidentur uera sunt *Gel* uiuos. nec omnia, quae uidentur uera sunt *Rfd* uiuos] -s *deest in A (p.f.i.)* **73** illo *om. A* ingemescentis *A* **74** inde *om. Gel* renuctiatorem *A* **76** Mosi *Seml* et si *B* **81** representat *A* **84** praestrigias *scripsi, cf. 34, 12*] praestigias *AB*

LVIII. **1** AN PVNIANTVR APVD INFEROS ANIMAE *AB* AN ALIQVID INTERIM PATIANTVR APVD INFEROS ANIMAE *Gel* omnes ergo animae *B Gel* *interrogationis signum post* inferos *primus posuit Iun* inquit *A* **2** re-

diuitem. Et quia distuli nescio quid ad hanc partem, iam oportune in clausula reddam. **2.** Cur enim non putes animam et puniri et foueri in inferis interim sub expectatione utriusque iudicii in quadam usurpatione et candida eius ? Quia saluum debet esse, inquis, in iudicio diuino negotium suum sine ulla praelibatione sententiae ; tum quia et carnis opperienda est restitutio || ut consortis operarum atque mercedum. **3.** Quid f. 165v ergo fiet in tempore isto ? Dormiemus ? At enim animae nec in uiuentibus dormiunt ; corporum enim est somnus, quorum et ipsa mors cum speculo suo somno. Aut nihil uis agi illic, quo uniuersa humanitas trahitur, quo spes omnis sequestratur ? Delibari putas iudicium an incipi ? Praecipitari an praeministrari ? Iam uero quam iniquissimum otium apud inferos, si et nocentibus adhuc illic bene est et innocentibus nondum ! Quid amplius uis esse post, mortem confusa spe et incerta expectatione ludentem an uitae recensum iam et ordinationem iudicii inhorrentem ? **4.** Semper autem expectat anima corpus, ut doleat aut gaudeat ? Nonne et de suo sufficit sibi ad |utrumque titulum passionis ? Quotiens inlaeso corpore V 395 anima sola torquetur bile ira taedio plerumque nec sibi noto ? Quotiens item corpore afflicto furtiuum sibi anima gaudium exquirit et a corporis tunc importuna societate secedit ? **5.** Mentior, si non de ipsis cruciatibus corporis et gloriari et gaudere sola consueuit. Respice ad Mucii animam, cum dexteram suam ignibus soluit ; respice ad Zenonis, cum illam Dionysii tormenta praetereunt. Morsus ferarum ornamenta sunt iuuentutis, ut in Cyro ursi cicatrices. Adeo nouit et apud inferos anima et gaudere et dolere sine carne, quia et in carne et inlaesa si uelit dolet et laesa si uelit gaudet. Hoc si ex arbitrio suo in uita, quanto magis ex iudicio dei post mortem ? **6.** Sed nec omnia opera [optima] cum carnis ministerio anima partitur ; nam et solos cogitatus et nudas uoluntates censura diuina persequitur. Q u i u i d e r i t || a d c o n c u p i- f. 166 s c e n d u m, i a m a d u l t e r a u i t i n c o r d e. Ergo

---

35 Mtth. 5, 28.

---

frigeria habes, *Iun distinguit* **4** oportunae *A* opportune *B Gel* clausulam *B Gel* **6** quadamus *A* **7** in *del. Vrs* **8** tum] *om. A* et tunc *B* operienda *B Gel* **9** ut consortis] ut co- *deest in A (p.f.i.)* **15** otium *A* ; *approbat Hartel Patr. Stud. 4, 89*] etiam *B Gel* **17** quid amplius ? uis *Iun* quid ? ampliationem uis *Vrs* quid, amplius uis *Oehl* esse *om. A* ; *add. alia m. eiusdem aetatis* post, mortem *distinxi*] post mortem, *libri omnes* confusam spem *Oehl* ; *uindicat Hoppe Gnom. 11 (1935), 253* **20** gaudeat] geat *A* **21** in laeso *B* **24** importuna tunc *B Gel* **26** Mucii *Blf Mus. 53 (1948), 147_3*] Mutii *AB* **27** ad *om. A* **28** praeterunt *Iun* **30** et dolere et gaudere *Pam* **31** et inlaesa] et *om. B Gel* **32** inuita *B* **33** optima *AB* ; *om. Gel* optiuo *Rfd* ; *Hoppe Beitr. 82/3 dubitat, utrum* optima *delendum sit an non* **34** partitur *Bmg Gel*] patitur *AB*

uel propter haec congruentissimum est animam, licet non expectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit. Sic et ob cogitatus pios et beniuolos, in quibus carne non eguit, sine carne recreabitur. **7.** Quid nunc, si et in carnalibus prior est quae concipit, quae disponit, quae mandat, quae impellit ? Et si quando inuita, prior tamen tractat quod per corpus actura est ; nunquam denique conscientia posterior erit facto. Ita huic quoque ordini competit eam priorem pensare mercedes cui priori debeantur. **8.** In summa, cum carcerem illum, quem euangelium demonstrat, inferos intellegimus et nouissimum quadrantem modicum quoque delictum mora resurrectionis illic luendum interpretamur, nemo dubitabit animam aliquid pensare penes inferos salua resurrectionis | plenitudine per carnem quoque. Hoc etiam para- V 396 cletus frequentissime commendauit, si qui sermones eius ex agnitione promissorum charismatum admiserit. **9.** Ad omnem, ut arbitror, humanam super anima opinionem ex doctrina fidei congressi iustae dumtaxat ac necessariae curiositati satisfecimus ; enormi autem et otiosae tantum deerit discere quantum libuerit inquirere.

---

46 Mtth. 5, 25/6.

---

37 uel *om. Pam* haec] -c *uix legibile est in A* hoc *Gel* **38** puniri... carne *om. A* **39** beneuolos *B Gel* in quibus] quibus *Hartel Patr. Stud. 4, 90 et Hoppe Beitr. 83_1, putantes A* in *omittere quod falso renuntiat Rfd* **40** Quid nunc] Quidni *Hartel Patr. Stud. 4, 90* in *om. A* **41** desponit *A* **43** numquam *A* **44** ordine *Iun* eam] etiam *Gel* **45** priores *B* (priori *Bmg*) debeatur *A* **46** quem *Vrs*] quod *AB Gel* **46/47** intelligamus *Vrs* **47** quodque *Rig* **48** interpretemur *Vrs* **49** adanimam *A* **49/50** saluare.surrectionis *A* **50** per] praeter *Iun susp.* **50/51** paraclitus *A* **51** quis *B Gel* **54** curiositati *Iun*] curiositatis *AB Gel* **55** satisfecimus *Lat*] fecimus *A Bmg* faciemus *B* satisfaciemus *Gel* satisfecerimus *Vrs* **56** TERTVLLIANI DE CENSV ANIMAE EXPLICIT *A* Q. Septimii Florentis Tertulliani libri de anima finis *B*

XVIII

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE CARNE CHRISTI

CVRA ET STVDIO

AEM. KROYMANN

MONITVM

- *A* codex Parisinus Latinus 1622, saec. IX (Agobardinus).
- *F* codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.
- *G* codex amissus Gorziensis, quem adhibuit Rhenanus in editione sua tertia.
- *M* codex Montepessulanus H 54, saec. XI.
- *N* codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9, saec. XV.
- *P* codex Scelestadtensis 439, saec. XI (Paterniacensis).
- *T* codex Trecensis 523, saec. XII.

- R^1 editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521 (codicibus Paterniacensi et Hirsaugiensi superstructa).
- R^3 editio tertia Beati Rhenani, Basileae, 1539.
- R consensus harum editionum.
- *R^1mg* margo editionis primae Rhenani.
- *B* editio Mesnartii, Parisiis, 1545.
- *Bmg* margo editionis Parisiensis.
- ⌞ ⌟ his uncis textui interpositis includuntur eae litterae quae in *A* euanuerunt.

Textum exhibemus Kroymannianum, pauca emendantes iuxta G. Thörnell, in 'Gnomon', t. 22, 1950, pp. 156-159.

DE CARNE CHRISTI

V 189

I. **1.** Qui fidem resurrectionis ante istos Sadducaeorum propinquos sine controuersia moratam ita student inquietare, ut eam spem negent etiam ad carnem pertinere, merito Christi quoque carnem quaestionibus destruunt, tamquam aut nullam omnino aut quoque modo aliam praeter humanam, ne, si humanam constiterit fuisse, praeiudicatum sit aduersus illos eam resurgere omni modo, quae in Christo resurrexerit. Igitur unde illi destruunt carnis uota, inde nobis erunt praestruenda. **2.** Examinemus corporalem substantiam domini; de spiritali enim certum est. Caro quaeritur, ueritas et qualitas eius; retractatur, an fuerit et unde et cuiusmodi fuerit. Renuntiatio eius dabit legem nostrae resurrectioni. Marcion, ut carnem Christi negaret, negauit V 190
etiam natiuitatem, aut ut natiuitatem negaret, negauit et carnem, scilicet ne inuicem sibi responderent natiuitas et caro, quia nec natiuitas sine carne nec caro sine natiuitate. **3.** Quasi non eadem licentia haeretica et ipse potuisset aut admissa carne natiuitatem negare, ut Apelles discipulus et postea desertor ipsius, aut et carnem et natiuitatem pro-

I. **2** *cf.* Act. 23, 8

I. **1** INCIPIT DE CARNE XPI *AN*, INCIPIT DE CARNE X NICASI VIVAS IN XPO Dño NRO AMEN *T*, INCIP EIVSDE DE VERA CARNE DNI *P*, Q. Septimii Florentis Tertulliani Incipit lib De carne christi *F*, *deest titulus in M, sed legitur in fine huius libri* : DE CARNE XPI EXPLICIT **2** saducaeorum *MP*, saduceorum *TNF* **3** moratam *MPNFRB*, morata *A*, orta *T Bmg* ita *Rig.* : ista *A*, *om. rel. omnes* **4** spem] semper *TBmg* **5** xpi quoque carnem *AT*, quoque carnem christi *MPNFRB* destruunt *Mercerus* (*cf. l. 9*) : distruunt *A*, distrahunt *rel. omnes et libri et editiones* **6** quoquo modo] quam (a *litt. in ras. a m. 1, ut uid.*) *T* **7** ne, si humanam *om. T* fuisse ?cp̄iudicatum (*hoc est : et compraeiudicatum*) *T* (?cp̄ *in ras. a m. 2*) **8** xpo *A*, x *T*, christum *MPNFRB* **9** resurrexit *T* **11***sq.* carnis q̄ritur *TB* (*in T quattuor litt. a me punctis signatae a m. 2 in ras. exaratae sunt*) *aliter distinxi* : caro quaeritur. Veritas et qualitas eius retractatur, an *uulgo* **12** retractatur *AB*, retractatatur *T*, retractantur *MPNFR* **12***sq.* et unde et cuiusmodi fuerit *om. A* **13** renuntiatio eius] *hoc est responsio carnis ; cf. supra l. 11* : caro quaeritur **15** aut *om. T* **16** sibi responderent *scripsi* ; sibi testimonium responderent *A*, sibi testimonium redderent *T*, sibi testimonium redderent responderent *MPNRB*, sibi testimonium redderent et responderent *F* **18** et *om. T* **19** amissa *T* ut] aut *T* apelles *ARB*, appelles *TMPNF* **20** ipsius] eius *T* aut et *MPNFRB*, aut *AT* **20***sq.*

I. **12** ueritas et qualitas eius retractatur : an fuerit *recte dist. Thörnell* **16** sibi testimonium responderent *A*, *tuet. Thörnell*

fessus aliter illas interpretari, ut condiscipulus et condesertor eius Valentinus. **4.** Scilicet qui carnem Christi putatiuam introduxit, aeque potuit natiuitatem quoque phantasma confingere, ut et conceptus et praegnatus et partus uirginis et ipsius exinde infantis ordo τῷ δοκεῖν haberentur ** eosdem oculos eosdemque sensus fefellissent quos carnis opinio elusit.

II. **1.** Plane, natiuitas a Gabriele adnuntiatur. Quid illi cum angelo creatoris? Et in uirginis uterum conceptus inducitur. Quid illi cum essentia creatoris? Odit moras, V 191
qui subito de caelis Christum deferebat. 'Aufer hinc', inquit, 'molestos semper Caesaris census et diuersoria angusta et sordidos pannos et dura praesepia. Viderit angelica multitudo dominum suum noctibus honorans. Seruent potius pecora pastores; et magi ne fatigentur de longinquo; dono illis aurum suum. **2.** Melior sit et Herodes, ne Ieremias glorietur. Sed nec circumcidatur infans, ne doleat, nec ad templum deferatur, ne parentes suos oneret sumptu oblationis, nec in manus tradatur Simeoni, ne senem

---

II. **1** *cf.* Luc. 1, 26—30 **2** *cf.* Luc. 1, 31. 35. 41 **5** *cf.* Luc. 2, 1—5 **6** *cf.* Luc. 2, 7 **7** *cf.* Luc. 2, 13. 14 **8** *cf.* Matth. 2, 1. 11 **8***sq.* *cf.* Matth. 2, 16 **10** *cf.* Matth. 2, 17; *cf.* Hier. 31, 15 *cf.* Luc. 2, 21 **11** *cf.* Luc. 2, 24 **12** *cf.* Luc. 2, 25—35 **13** *cf.* Luc. 2, 36—38

---

professus *T*, confessus *rell. omnes* **21** illas *ATBmg*, illis *MPNFRB* **22** scilicet *scripsi* : sed et *libri omnes et uulgo* **23** natiuitatem *A*, natiuitatis *TMPNFRB* phantasma *AT*, fantasmata *MPNFRB* **24** conceptus praegnantis *F* (et *s. u. add. m. 2*) **25** exinde *om. M* (*add. in mg. m. 1*) ordo τῷ δοκεῖν R^2R^3 (*Iun.*) : ordo to docin *A*, ordo το αοκειν *T*, ordo τὸ δοκεῖν *B*, ordo to coxin MPR^1, ordo tecoxin *N*, orthodoxie *F* *lacunam indicaui* : haberentur ⟨magis esse quam haberent (*scil. esse*) ut⟩ *uelim suppleri comparato imitatore Hieronymo in Epist. ad. Pammachium* : sed et ipsa natiuitas τῷ δοκεῖν, idest putatiue, uisa magis sit quam fuerit **26** fefellisset *T* **27** elusit *T Rig.*, clusit *A*, inlusit *M* (s *in ras.*) *PNRB*, illusit *F*

II. **1** gabrihele *MP* adnuntiatur] *scil. in euangelio Lucae, non in Marcionis euangelio reprobantis prima illius duo capita* (*cf. Adu. Marc. IV 7*) **2** creatoris et uirginis utero? *BT* **3** essentia *BT* (*h. e.* οὐσία ; *cf. de hoc uocabulo quod disserit Quintil. VIII 3 idemque III 6*) : esset a *A*, esaia *MPNFR uulgo* creatoris] propheta creatoris *A* **4** de caelis xpm *T*, christum de caelis *MPNFRB*, xpm de caelo *A* referebat *A* aufer ATR^3B, aufers $MPNFR^1$, auferas R^1mg **5** inquid *AF* **6** sordido spanos *A*, sordidos (*alt.* o *in ras. M* ; dos *ex* bus *corr. P m. 1*) pannos *MNFRB*, pannos sordidos *T* **7** domium *AF*, deum *TMPNRB* noctibus *om. T* (*Bmg* : n o c t i b u s alibi deest) noctibus] = *noctu cf. De cor. cap. 11, 18* **8** pecora potius *T* magis *A* ne fatigentur *ATRB*, efatigentur *MP*, effatigentur *NF* **9** melior sit heres** *T* (et *om.* ; *litt.* s *in ras. a m. 1* ; *duae litterae erasae, quae fuisse uidentur* : es) **10** hieremias *TMPF* **11** nec ad *TMPFRB*, ne ad *AN* oneret *ARB*, honeret *MPN*, *oneret *T* (*litt.* h *erasa*), honoret *F* **12** oblationis *RB*, obligationis *AMPNFR* symeonis *T Bmg* **12***sq.* ne senem moriturum *MPNFRB*, ne se moriturum *T*, ne senex

---

II. **3** cum essentia creatoris] cum Escia propheta creatoris *optime restituit Thörnell*

moriturum exinde contristet. Taceat et anus illa, ne fascinet puerum.' His, opinor, consiliis tot originalia instrumenta Christi delere, Marcion, ausus es, ne caro eius probaretur. **3.** Ex qua, oro te, auctoritate? Exhibe. Si prophetes es, praenuntia aliquid : si apostolus, praedica publice : si V 192
apostolicus, cum apostolis senti : si tantum Christianus es, crede quod traditum est : si nihil istorum es, merito dixerim, morere. **4.** Nam et mortuus es, qui non es Christianus, non credendo quod creditum Christianos facit, et eo magis mortuus es, quo magis non es Christianus, qui cum fuisti, excidisti, rescindendo quod retro credidisti, sicut et ipse confiteris in quadam epistula et tui non negant [et nostri probant]. **5.** Igitur rescindens quod credidisti iam non credens rescidisti, non tamen quia credere desisti, recte rescidisti, atquin rescindendo quod credidisti probas, antequam rescinderes, aliter ⟨creditum tibi⟩ fuisse. Quod credidisti aliter, illud ita erat traditum. Porro quod traditum erat, id erat uerum, ut ab eis traditum, quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum rescindens quod erat uerum rescidisti. Nullo iure fecisti. **6.** Sed plenius eiusmodi praescriptionibus aduersus omnes haereses alibi iam usi sumus. Post quas nunc ex abundanti retractemus, desiderantes rationem, qua non putaueris natum esse Christum.

III. **1.** Necesse est, quatenus hoc putas arbitrio tuo licuisse, ut aut impossibilem aut inconuenientem deo existimaueris natiuitatem. Sed deo nihil impossibile nisi quod non uult. An ergo noluerit nasci — quia si uoluit, et potuit et natus V 193
est — consideremus. Ad compendium decurro : Si enim

---

moriturus *A* **13** contristet $TMNFR^3B$, constet PR^1, contristetur *A* (*Rig. Oehler*) **13***sq.* ne fascinet uel faticinet *F* (c *s. u. add. m. 2*) **14** tot *om. T* **15** Marcion delere *T* marciona usus *A* es *AT*, est *MPNFRB* **16** ex quo *Oehler* auctoritate? Exhibe. *scripsi* : exhibe auctoritatem *A* (*Oehler*), auctoritate (*om.* exhibe) *TMPNFR* profetes *AT*, propheta *reliqui* **18** si tantum] si autem *T*, si tantummodo *F* cristianus *A* **21** credendum *A* creditum *ATBmgF*, traditum *MPRB*, *om. N* **21***sq.* et eo magis mortuus es, quo magis *in ras. a m. 2 T* **22** quo magis *AT* (*m. 2*) *Bmg*, qui *MPNFRB* fuisti *T*, fuisses *rell. omnes et uulgo* **24** epistula *A*, epistola *MPRB*, epla *TNF* *uerba* et nostri probant *nescio an eicienda sint, ut quae et sensu carere uideantur et clausulae legi obstrepant* **25** iam non] non *om. T*, alias n o n deest *Bmg* **26** non tamen — — rescidisti *om. P* rescidisti] (*alt. loco*) credidisti *TBmg* **27** atquin *N*, adquin *T* (n *eras.*) *MP*, atque in *A*, ad qm *F*, atqui *RB* rescindendo] rescindens *P* **27***sq.* quam rescinderes — — credidisti *om. P* probas — — quod credidisti *om. A* **28** creditum tibi *addidi* credidisti] rescidisti *TBmg* **29** ita erat] iterat *A*, t (*i. e.* tibi) erat *T* **30** uerum] uerbum *A* ut ab eis] et abis *T* fuit] erat *T* **32** fecisti** *T* (*duae litt. erasae*) plenus *MP*, pleni'** *T* (*corr. ex* plenus) **34** retractemus *A*, retractamus *rell. omnes*

III. **4** noluerit *Vrs.* : uoluerit *libri omnes* et potuit *A*, potuit *T Bmg*, *om.*

nasci se deus noluisset, quacunque de causa, nec hominem se uideri praestitisset. Nam quis hominem uidens eum negaret natum ? Ita quod noluisset esse, nec uideri omnino uoluisset. **2.** Omnis rei displicentis etiam opinio reprobatur, quia nihil interest, utrum sit quid an non sit, si cum non sit esse praesumitur. Plane interest, illud ut falsam non patiatur, quod uere non est. 'Sed satis erat illi', inquis, 'conscientia sua. Viderint homines si natum putabant, quia hominem uidebant.' **3.** Quanto ergo dignius, quo constantius humanam sustinuisset existimationem uere natus, eandem existimationem etiam non natus subiturus cum iniuria conscientiae suae. Quam tu ad fiduciam reputas, ut non natus aduersus conscientiam suam natum se existimari sustineret ? Quid tanti fuit edoce, quod sciens Christus quid esset id se quod non erat exhiberet ? **4.** Non potes dicere : Ne, si natus fuisset et hominem uere induisset, deus esse desisset, amittens quod erat, dum fit quod non erat. Periculum enim status sui deo nullum est. 'Sed ideo', inquis, 'nego deum in hominem uere conuersum, ita ut et nasceretur et carne corpora- V 194
retur, quia qui sine fine est etiam inconuertibilis sit necesse est. Conuerti enim in aliud finis est pristini. **5.** Non competit ergo conuersio eius, cui non competit finis.' Plane, natura conuertibilium ea lege est, ne permaneant in eo, quod conuertitur in eis, et ita non permanendo pereant, dum perdunt conuertendo quod fuerunt. Sed nihil deo par est ; natura eius ab omnium rerum condicione distat. Si ergo quae a deo distant, a quibus et deus distat, cum conuertuntur amittunt quod fuerunt, ubi erit diuersitas diuinitatis a ceteris rebus, nisi ut contrarium obtineat, id est ut deus et in omnia conuerti possit et qualis est perseuerare ? **6.** Alio-

MPNFRB **6** uoluisset *T* nec *om. T* **7** presciuisseṭ* *T* (*quattuor litt. in ras. a m. 2, una littera erasa, quae fuit* ã) nam] *om. T* **8** ita quod *AT*, itaque quod *MPNFRB* uoluisset *T* omnino] homini *A* **10** an] aut *A* **11** praesumitur esse *F* interesse *F* illud *om. A* *aliter distinxi* : interest illud, ut *uulgo* falsam (*scil.* opinionem) *scripsi* : falsum *AMPNFR*, falli *T* **12** inquies *T* **13** uiderunt *T* si] sed *T* **14** quo *AT*, quantoque *MPNFRB* **15sq.** uere — — existimationem *om. A* **16sq.** *grauius distinxi* : conscientiae suae, quam *uulgo* **17** quantum ad *A* fidutiam *ATPN* reputas, ut non natus] reputans non tantum *A* **18** se] esse *A* **19** edoce] edocuit *P*, edoce, ut *RB* quod sciens *AT*, cum sciens *MPNFGRB*, consciens *Pam.* esset id se *AT*, essetis se *F*, esset esse *MPNRB* **20** non *altero loco*] et non *A* potes* *M* (t *eras. ut uid.*) ne si *A*, ** si *T* (*duae litt. erasae*), nisi *MPNF*, si *RB* **22** quod erat, dum fit *om. P* dum fit *A*, dum est *T*, dum assumit *MNFRB* **23** ideo, inquis] ego, inquies *T* **23sq.** homine *T* **24** et (*prius*) *om. AT* **24sq.** corporatur *A* **25** qui *om. F* sine] si *T* **26sq.** conuerti enim — — competit finis *om. T*, haec desunt in aliis *Bmg* enim cenverti *F* **27** eius cui *A Rig.*, *om.* eius *MPNFRB* ; *sed cf. Ad nationes I 5 = I p. 66, 4* : de re competit status nominis **28** conuertibulum *P* **29sq.** perdunt *TMPN*, perdent *F*, pereunt *A* **31** conditione *ATP* **32** quae *TRB*, que *A*, *om. reliqui* aut a quibus *Vrs.* a quibus et deus (et *s. u. a m. 1*) *T*, et *om. AMPNFRB* **33** a *om. A* **34** contineat *Gel.* **35** omnia] omnibus *N*

quin par erit eorum, quae conuersa amittunt quod fuerunt, quorum utique deus ⟨ut⟩ in omnibus par non est, sic nec in exitu conuersionis. Angelos creatoris conuersos in effigiem humanam aliquando legisti et credidisti et tantam corporis ueritatem gestasse, ut et pedes eis lauerit Abraham et manibus ipsorum ereptus sit Sodomitis Loth, conluctatus quoque homini angelus toto corporis pondere dimitti desiderauerit ab eo, a quo detinebatur. **7.** Quod ergo angelis inferioribus deo licuit, uti conuersi in corpulentiam humanam an- V 195
geli nihilominus permanerent, hoc tu potentiori deo auferes, quasi non ualuerit Christus eius uere hominem indutus deus perseuerare ? Aut numquid et angeli illi phantasma carnis apparuerunt ? Sed non audebis hoc dicere. Nam si sic apud te angeli creatoris sicut et Christus, eius dei erit Christus, cuius angeli tales, qualis et Christus. **8.** Si scripturas opinioni tuae resistentes non de industria alias reiecisses, alias corrupisses, confudisset te in hac specie euangelium Iohannis, praedicans spiritum columbae corpore delapsum desedisse super dominum. Qui spiritus cum hoc esset, tam uere erat et columba quam et spiritus, nec interfecerat substantiam propriam adsumpta substantia extranea. **9.** Sed quaeris, corpus columbae ubi sit resumpto spiritu in caelum : aeque ut angelorum eadem ratione interceptum est, qua et editum fuerat. Si uidisses cum de nihilo proferebatur, scisses et cum in nihilum subducebatur. Si non fuit initium

III. **40** *cf.* Gen. 18, 4 **41** *cf.* Gen. 19, 10. 11 **42** *cf.* Gen. 32, 24—26 **52** *cf.* Ioh. 1, 32—34

36 erat *N* quod] quae *N* **37** deus *om. A* ut *addidi* sic *ATNF*, si *M* (c *s. u. a m. 1*), si *PRB* **40** ueritatem gestasse *ATMPN*, gestasse ueritatem *FR uulgo* **41** lot *A* colluctatus *AF* **42** pondere corporis *F* **42sq.** desiderauit *R qui post* Lot (*41*) *grauius distinxit* **43** ab eo a q* *T* (a quo *in ras. a m. 1*) *B*, a deo *AMPNFR* ergo] enim *A Oehler* **43sq.** inferioribus deo *MPNFRB*, inferioribus dei *T*, inferioris dei *A* **44** couersis *A* **44sq.** ut angeli *A*, et angeli *fort.* **45** tu] ut *A* auferes *A*, aufers *TMPNFRB* **46** xps eius *AT*, Christus *reliqui omnes et uulgo* **47** phantasma *A*, fantasma *TMPF*, phantasmata *N Rig. Oehler* **48** si *om. T* **49** sicut] quem ad modum *T* eius dei *AT*, eius dei substantiae *Bmg*, eiusdam *M* (*in mg. add. m. 1* : substantiae), eiusdem substantiae *PNFRB* **50** cuius] cui *T* angeli *AT*, angeli *M* (*add. in mg. m. 1* angeli), angeli angeli *PNFRB* **52** corrumpisses *A* in hac specie *ATBmg*, hinc *MPNFRB* euuangelium *A* **53** delapsum *A*, dilapsum *T*, lapsum *MPNFRB* **54** desedisse] sedisse *T*, descendisse *F* hoc] *om. T*, alibi deest h o c *Bmg* **55** uera *T* et *post. loco om. T* **56** adsumpta *TMPF*, assumpta *ANRB* **58** ut angelorum *scripsi* : et angelorum *ATM* (*sed in M uocula* et *erasa est*), angelorum *PNFRB* eadem *AT*, et eadem *PNFRB* (*in M uocula* et *a m. 1 s. u. addita est*) **60** et cum *ATN* cum *MPFRB*

III. **37** ⟨ut⟩ *del.* Thörnell

uisibile, nec finis. Tamen corporis soliditas erat, quoquo
momento corpus uidebatur; non potest non fuisse quod V 196
scriptum est.

IV. **1.** Igitur si neque ut impossibilem neque ut periculo-
sam deo repudias corporationem, superest, ut quasi indig-
nam reicias et accuses. Ab ipsa iam exorsus odio habita
natiuitate, perora, age, iam spurcitias genitalium in utero
elementorum, humoris et sanguinis, foeda coagula carnis ex
eodem caeno alendae per nouem menses. Describe uterum
de die insolescentem, grauem, anxium, nec somno tutum,
incertum libidinibus fastidii et gulae. Inuehere iam et in
ipsum mulieris enitentis pudorem, uel pro periculo hono-
randum, uel pro natura religiosum. **2.** Horres utique et in-
fantem cum suis impedimentis profusum; utique et ablutum
dedignaris quod pannis dirigitur, quod unctionibus forma-
tur, quod blanditiis deridetur. Hanc uenerationem naturae,
Marcion, despuis, et quomodo natus es? Odis nascentem
hominem, et quomodo diligis aliquem? Te quidem plane
non amasti, cum ab eclesia et fide Christi recessisti. Sed
uideris, si tibi displices, aut si aliter es natus. **3.** Certe Chri-
stus dilexit hominem illum in inmunditiis in utero coagu- V 197
latum, illum per pudenda prolatum, illum per ludibria nu-
tritum. Propter eum descendit, propter eum praedicauit,
propter eum omni se humilitate deiecit usque ad mortem,
et mortem crucis. Amauit utique quem magno redemit. Si
Christus creatoris est, suum merito amauit; si ab alio deo

62*sq*. *cf*. Luc. 3, 22 (σωματικῷ εἴδει)

IV. **21** *cf*. Phil. 2, 8

---

61 corporis solid.... *T* (*quattuor litt. erasae, quae fuerunt* itas *ut uid.*) corporis soliditas] *elegantius dictum pro eo quod est corpus solidum* quoquo *A*, quo *reliqui omnes* **62** non potest *om*. *F* (*s. u. add. m. 1* nec potest)

IV. **1** ut (*priore loco*) *om*. *A*, neq;** ut *T* (*duae litt. erasae*) ut (*altero loco*) *om*. *T* **3** iam *TB*, quidem *AMPNFR* odio habita *TB*, *om*. *AMPNFR*: habere *c. datiuo iunctum cf*. *Ad nat*. *I 1 = I p. 60, 5* **4** spurtitias *A* **5** umoris *A* *aliter distinxi*: humoris et sanguinis foeda coagula, carnis *uulgo* foeda *om*. *T* **6** coeno *NF uulgo* alendọ (a *s. u.*) *T* (*corr. m. 1*) **7** de die (diae *A*) *AMPNFR* (*cf*. *De an*. *30 = I p. 350, 2*), de die in diem *TB* nec somno tutum *T Rig*.: nec sono totum *A*, nexum, totum *MPNFRB* **8** fatidii *A* gulae *M* (u *in ras*.) in *om*. *T* **9***sq*. honorandum] horrendum *T* **10** religiosum] reuerandum *T* (a *in* e *corr. m. 1*) **11** ablutum *AT*, oblitum *MPNFRB* **12** dedignaris *AT*, dedignaberis *MPNFRB* *uirgulam ante uocem quae est* quod *deleui* dirigitur] ducitur *A* **13** diridetur *T* **13***sq*. naturae marcion *AT*, o marcion naturae *MPNFRB* **14** despuens *T* odis *T*, odisti *reliqui omnes* **16** eclesia *AF*, ecclesia *TMPNRB* **17** displicet *A* es natus *A*, natus es *T*, est natus *Bmg*, natus *MPNFRB* certe *AT*, et certe *MPNFRB* **18***sq*. utero coagutero coagulatum *A* **19** illum per pudenda prolatum *om*. *AP* (*in mg. haec add. Rhen.*) illum (*altero loco*) *om*. *T* **20** descendit, propter eum *om*. *A* **21** deiectus que *A* **22** magno] magno pretio *F* **23** creatoris est *A*, creator* ei'ē *T*

est, magis amauit, quando alienum redemit. Amauit ergo
cum homine etiam natiuitatem, etiam carnem eius. Nihil
amari potest sine eo per quod est id quod est. **4.** Aut aufer
natiuitatem et exhibe hominem, adime carnem et praesta
quem deus redemit. Si haec sunt homo, quem deus rede-
mit, tu haec erubescenda illi facis, quae redemit, et indigna,
quae nisi dilexisset non redemisset? Natiuitatem reformat
a morte regeneratione caelesti, carnem ab omni uexatione
restituit, leprosam emaculat, caecam reluminat, paralyticam
redintegrat, daemoniacam expiat, mortuam resuscitat, et
nasci in illam erubescit? **5.** Si reuera de lupa aut sue aut V 198
uacca prodire uoluisset et ferae aut pecoris corpore indutus
regnum caelorum praedicaret, tua, opinor, illi censura prae-
scriberet: 'Turpe hoc deo, et indignum hoc dei filio, et stul-
tum propterea, qui ita, credat.' Plane stultum, si de nostro
sensu iudicemus deum. Sed circumspice, Marcion, si tamen
non delesti: *Stulta mundi elegit deus, ut confundat sapien-
tia*. **6.** Quaenam haec stulta sunt? Conuersio hominum ad
culturam ueri dei, reiectio erroris, disciplina iustitiae, pudi-
citiae, misericordiae, patientiae, innocentiae omnis? Haec
quidem stulta non sunt. Quaere ergo, de quibus dixerit,
etsi praesumpseris inuenisse: num erit tam stultum quam
credere in deum natum, et quidem ex uirgine, et quidem
carneum, qui per illas naturae contumelias uolutatus sit?

---

40 I Cor. 1, 27

(ei'ē *in ras. a m. 2, prima littera erasa fuisse uidetur* i), creator eius est *MPNFRB* **23***sq*. suum — — deo est *om*. *P* (*add. haec in mg. Rhen.*) **24** amauit *AT*, adamauit *MPNFRB* quando] quam dō *A* **25** etiam carnem etiam natiuitatem *T* **26** amare *T* id] et *A* aut *om*. *T* aufer *ARB*, aufer* *T* (*litt.* s *erasa*), aufers *MPN*, auferes *F* **27** adime] aut adhibe *A* **28** *grauius distinxi*: redemit, si *uulgo* homo] homini *TBmg* **28***sq*. redemit. tu *uulgo distinguitur* **29** quae] quẹ (i *s. u.*) *T* (*corr. m. 2*), quem *F* **30** non redimisset. non redimisset *T* natiuitatem *AT*, natiuitate *MPNFRB* **30***sq*. reformata morte *A*, reformatā* mortuā *T* (ā *litt.* [*in ras. a m. 1*) *puncto infra lineam expuncta, una littera erasa*), reformata *MPNFRB* **32** leprosum *T* reluminat *AT*, perluminat *MPNFRB* paratilicam *A* **33** reintegrat *N* demoniacam *AT*, daemonicam *MPNFRB* **34** nasci in illam (illọ̄ (a *s. u.*) *T*) erubescit *TMPNFRB*, nos illam erubescemus *A* (*cf*. *quae disserui in Act. Acad. Vindob. CXLIII uol. VI*) **35** aut ferae *T* peccoris *MP* **36** illi *s. u. a m. 1 M* **37***sq*. *aliter distinxi*: plane et stultum. propterea *uulgo* **38** qui] quia *A* qui ita] *scil*. credit plane *scripsi*: si plane *A*, sit plane *TMPNFRB* si de] si *om*. *A* **40** stulta* (m *eras.*) *A* mundi] multi *A* **40***sq*. sapientia *A*, sapientiā *T*, sapientes *MPNFRB* **41** stulta *om*. *N* hominum *AT*, hominis *MPNFRB* **42** culturam *AT*, cultum *MPNFRB* ueri] *litt*. u *s. u. a m. 1 A* refectio *T* disciplinae *TBmg* **43** misericordiae patientiae *A*, patientiae misericordiae *MPNFRB*, misericordiae sapientiae *T* omnis hec *A*, omnia haec *TMPNFRB* **44***sq*. dixerit; et si *uulgo distinguitur* **45** et si *A*, et si te *reliqui omnes* nū (ū *in ras. a m. 1*) *T*, num *Bmg*, non *AMPNFRB* tam stultum quam *ATBmg*, iam stultum *MPNFRB* **47** carneum] carnatum *T* uoluptatis *N*

7. Dicat haec aliquis stulta non esse, ⟨si⟩ et alia sint, quae deus in aemulationem elegerit sapientiae saecularis. Et tamen apud illam facilius creditur Iuppiter taurus factus aut cycnus quam uere homo Christus penes Marcionem.

V. **1.** Sunt plane et alia, tam stulta, quam pertinent ad V 199 contumelias et passiones dei. Aut prudentiam dic deum crucifixum aut aufer hoc quoque, Marcion, immo hoc potius. Quid enim indignius deo, quid magis erubescendum, nasci an mori? Carnem gestare an crucem? Circumcidi an suffigi? Educari an sepeliri? In praesepe deponi an in monimento recondi? Sapientior eris, si nec ista credideris. | Sed non eris sapiens, nisi stultus in saeculo fueris, dei stulta credendo. | **2.** An ideo passiones a Christo non recidisti, quia ut phantasma uacabat a sensu earum? Diximus retro aeque illum et natiuitatis et infantiae imaginariae uacua ludibria subire potuisse. Sed iam hic responde, interfector ueritatis, nonne uere crucifixus est dominus? Nonne uere mortuus, ut uere crucifixus? Nonne uere resuscitatus, ut uere scilicet mortuus? **3.** Falso statuit inter nos scire Paulus tantum crucifixum, falso sepultum ingessit, falso resuscitatum incul- V 200 cauit? Falsa est igitur et fides nostra, et phantasma erit totum quod speramus a Christo. Scelestissime hominum,

V. **15** *cf.* I Cor. 2, 2 **16** *cf.* I Cor. 15, 4 **17** *cf.* I Cor. 15, 17

48 haec] ergo F si *addidi* (si et alia sint *cf. infra p. 199, 1* : sunt plane et alia) alia sint, quae] alias inique A **49***sq.* et tamen A, et tñ T, et tam̄ M (tam *s. u. a m. 2*) P, et NF

V. **1** *post* alia *uirgulam posui* quam *scripsi* : quae (quae *in* quam *corr. m. 1*) T, quae AMPNFRB **2** et *om.* A aut] apud TBmg **2***sq.* dic deum crucifixum aut *scripsi* : dicant (dicam MPNFR) deum crucifixum ATMPNFRB **3** aufer ATR²B, aufers MPNFR¹ quoque hoc T **4** indignus A **5** an (*primo loco*) *om.* A gestasse T suffici T **6** sepelirẹṣ T (*corr. m. 1*) monimento A, monumentum TMPNFRB **7** recondi] recludi T (*sed. cf. Adu. Praxeam cap. 10 = III p. 258, 11*) **8** in AT, *om.* MPNFRB fueris ·ὡ· dei stulta T] *In epilogo uersionis suae libri De res. carn. Souterus Isidori Etymologias secutus exponit, quid sibi uelit siglum ·ὡ· Significat autem inesse in uerbis traditis aliquam difficultatem uel obscuritatem. Et profecto iure aliquis dubitauerit, an spuria sint omnino uerba* : sed non eris sapiens — — stulta credendo, *quippe quae, ut per se sunt perspicua, ita ab hoc sententiarum nexu uideantur aliena. Certe seclusis illis nihil erit, quod desideraueris* **9** recidisti A, recedisti F, rescidisti TMPNRB **10** fantasma TMPN a sensu ATBmg, ad sensum MPNFRB **11** imaginariae ABmg, imaginaria et TB, imaginarium imaginariae MPNF **12** hic] hinc A respondebo F **13** dñs T, dš A, deus MPNFRB mortuus est A **14** ut ATRB, et MPF ut uere crucifixus *om.* N, crucifixus est T suscitatus AT **15** et mortuus T falso MPN, falsum AT, et falso enim F statuit TMPNFR, se statuit A (*Rig. Oehler*) **15***sq.* crucifixum TMPNFR, iesum crucifixum A (*Rig. Oehler*) **17** *signum interrog. posui* erit A, est TMPNFRB **18** hominem A

V. **15** falso se statuit... tantum Iesum cruxificum A, *tuet. Thörnell*

qui interemptores excusas domini? Nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil uere est passus. Parce unicae spei totius orbis. Quid destruis necessarium dedecus fidei? Quodcunque deo indignum est, mihi expedit. Saluus sum, si non confundar de domino meo. *Qui mei*, inquit, *confusus fuerit, confundar et ego eius*. **4.** Alias non inuenio materias confusionis, quae me per contemptum ruboris probent bene impudentem et feliciter stultum. Crucifixus est dei filius; non pudet, quia pudendum est. Et mortuus est dei filius; credibile est, quia ineptum est. Et sepultus resurrexit; certum est, quia impossibile. **5.** Sed haec quomodo uera in illo erunt, si ipse non fuit uerus, si non uere habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod sepeliretur et resuscitaretur, carnem scilicet hanc sanguine suffusam, ossibus substructam, neruis intextam, uenis implexam? Quae nasci et mori nouit — humana sine dubio, ut nata de homine ideoque mortalis — haec erit in Christo 'homo' et 'filius V 201 hominis'. **6.** Aut cur homo Christus et hominis filius, si nihil ⟨in illo⟩ hominis et nihil ex homine? Nisi si aut aliud est homo quam caro, aut aliunde caro hominis quam ex homine, aut aliud Maria quam homo, aut homo deus, Marcion. Haud aliter non dicetur homo Christus sine carne nec hominis filius sine aliquo parente homine, sicut nec deus sine spiritu dei nec dei filius sine deo patre. **7.** Ita utriusque substantiae census hominem et deum exhibuit, hinc natum, inde non

23 Matth. 10, 33. Marc. 8, 38. Luc. 9, 26

19 qui] *i. e. quare?* interedemptores A domini T, dei *reliqui* *signum interrog. posui* ab his T **21** orbis. quid AT, orbis, qui MPNFRB *uulgo* dedecus ATMPN, decus FRB *signum interrog. posui* **22** sum] sim A **23** mei *Rig.* : me *libri omnes* **24** fuerit *in ras. a m. 2* M **26** crucifixus ATBmg, natus MPNFRB **28** credibile AT, prorsus credibile MPNFRB *uulgo* inemptum MPNF **29** impossibile. sed haec MPNFRB, impossibile est. haec T, impossibile est. nam A (*cf. quae disserui ad haec uerba l. l. p. 33*) uera in illo A, in illo uera MPNFRB, in illo (*om.* uera) T **31** moreretur TF, non moreretur (non *del. m. 1*) A, moriretur MPN **32** hanc *om.* A sanguinem F **32***sq.* substructam] structam A **33***sq. aliter distinxi* : implexam, quae ... ut nata de homine. ideoque mortalis haec erit *uulgo* **34** humana — nata AT, humanam — natam MPNFRB *uulgo* **35** ideoque AT *Gel.*, ideo quia MPNFRB erit AT, est MPNFRB in christo homo AMPNFR, in christo q: x̄ps hō T (q: x̄ps hō *in ras. a m. 2 ita scriptum, ut uocula* hō *stichorum terminum supergrediens in mg. adstet ; rasura quattuor litterarum locum obtinet, in quo olim fuisse* homo *uerisimile est*), in Christo, quia Christus homo B *et editiones abhinc omnes* **36** hominis filius AT, filius hominis MPNFRB **37** in illo *addidi* si *om. Rig.* aliud] alius A **38** aliunde] aliud T **39** aliud est R (*non uideo, unde*) *uulgo* aut homo AT, *om.* MPNFRB deus, Marcion *scripsi* : deus marcion̊.. T (o *s. u. a m. 1 ut uid. ; duae litterae erasae, quae fuerunt* : is), deus marcionis AMPNFRB **39***sq.* haud aliter B (*hoc est* aeque *cf. infra* sicut) : aut aliter MPNFR, aliter AT **40** dicetur T, diceretur *reliqui omnes* **43** exibuit ATN

natum, hinc carneum, inde spiritalem, hinc infirmum, inde praefortem, hinc morientem, inde uiuentem. Quae proprietas conditionum, diuinae et humanae, aequa utique naturae cuiusque ueritate dispuncta est, et spiritus et carnis. Eadem fide uirtutes spiritus dei deum, passiones carnem hominis probauerunt. **8.** Si uirtutes non sine spiritu, perinde et passiones non sine carne. Si caro cum passionibus ficta, et spiritus ergo cum uirtutibus falsus. Quid dimidias mendacio Christum ? Totus ueritas fuit. Maluit, crede, V 202 nasci quam ex aliqua se parte mentiri. **9.** Et in semetipsum quidem ut carnem gestarit sine ossibus duram, sine musculis solidam, sine sanguine cruentam, sine tunica uestitam, sine fame esurientem, sine dentibus edentem, sine lingua loquentem, ut phantasma auribus fuerit sermo eius per imaginem uocis : fuit itaque phantasma etiam post resurrectionem, cum manus et pedes suos discipulis inspiciendos offert *adspicite,* dicens, *quod ego sum, quia spiritus ossa non habet, sicut me habentem uidetis ?* **10.** ⟨Si⟩ sine dubio manus et pedes [et] ossa, quae spiritus non habet sed caro, quomodo hanc uocem interpretaris, Marcion ? Qui et a deo simplici et optimo et bono tantum infers Iesum ? Ecce fallit et decipit et circumuenit omnium oculos, omnium sensus, omnium accessus et contactus. Ergo iam Christum non de caelo deferre debueras, sed de aliquo circulatorio coetu, nec deum praeter hominem sed magum hominem, nec salutis

59 Luc. 24, 39   **68** *cf.* Hebr. 9, 11

46 natura *A*   **47** cuiusque *ATB*, *om. MPNFR*, utriusque *Vrs.* (*otiose*)   et spiritus *A*, spiritus *rel. omnes*   carnis *ATBmg*, caro *MPNFRB*   **47***sq. uerborum ordinem inuerti* : eadem fide et spiritus et carnis *libri*   **48** fide] uie *T* (c *s. u. a m. 1*), uice *Bmg*   uirtutem *N*   spiritus dei deum *A*, spiritum dei *TMPNFRB*   carnem hominis *libri* ; *fort.* carnis hominem   **49** perinde *A*, proinde *reliqui*   **50** carne *om. A*   ficta] falsa *T*   **51** quid] quid eũ *T* (eũ *in ras. a m. 2*)   **52** christum] christus *T*   **52***sq.* crede nasci *AMPNRB*, credi nasci *F*, credi et nasci *TBmg*   **53** se parte *T*, parte se *MPNFRB*, parte *A*   *aliter distinxi* : mentiri, et *uulgo*   in semetipsum] *h. e. aduersus semetipsum, pro sua ipsius conscientia*   **53***sq.* in semetipsum quidem *scripsi* : quidem in semetipsum *libri*   **54** ut] *accipe sensu concessiuo sicut et infra l. 57*   gestarit *scripsi* : gestaret *libri omnes praeter F, qui praebet* : gestari   **55** tunica* *A* (*litt.* m *erasa*)   **57** fantasma *TMPNF* (*pro more*)   **58** uocis *om. P*   uocis. fuit *uulgo*   itaque] *postpositum* = igitur   **59** suis *T*   **60** offert] offerret *B*, sufferret (*corr. m. 1*) *T*   dicens *MPNFRB*, dicens inquit *A*, ait *T*   sim *A*   quia *om. A*   **61** sicut — — — non habet *om. P*   *signum interrog. posui*   si *addidi*   **62** et *deleui*   **62***sq.* caro. quomodo *uulgo distinguitur*   **63** *signum interrog. posui*   qui] = *qui fit, ut*   qui et a deo *scripsi* : qui a deo et *T*, quia deo *reliqui*   **64** simplici et optimo *T*, optimo et simplici *reliqui*   infers] inter *A*   iesum *om. T*, al. deest ihm *Bmg*   ecce] cece *PR* (*sed in mg.* : *alias* ecce)   **68** magnum *A*   hominum *T*

50 ficta] falsa *T in rasura* [*Borleffs, Museum, 50 (1943) 249sq.*]   **54** ut] quod *T*

pontificem sed spectaculi artificem, nec mortuorum resuscitatorem sed uiuorum auocatorem. Nisi quod et si magus V 203 fuit natus est.

VI. **1.** Sed quidam iam discentes Pontici illius, supra magistrum sapere compulsi, concedunt Christo carnis ueritatem, sine praeiudicio tamen restruendae natiuitatis. 'Habuerit', inquiunt, 'carnem dominus, dum non natam.' Peruenimus igitur de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, a Marcione ad Apellen, qui, posteaquam a disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus est, dehinc in uirginem Philumenen spiritu, uerum et solidum Christi corpus, sed sine natiuitate, suscepit ab ea praedicare. **2.** Et angelo quidem illi Philumenes eadem uoce apostolus respondebit, qua ipsum illum iam tunc praecanebat dicens : *Etiamsi angelus de caelis aliter euangelizauerit uobis quam nos euangelizauimus, anathema sit,* his uero, quae insuper argumentantur, nos resistemus. **3.** Confitentur uere corpus habuisse Christum. V 204 Vnde corpus ? Si caro corpus, unde caro, si non nata ? — Quia nasci haberet ea futura quae nascitur —, si non ex ea qualitate, in qua uidebatur, unde materia ? 'De sideribus',

VI. **11** Gal. 1, 8

69 spectali (*syll.* cu *add. m. 1*) *M*, expectaculi *T*   **69***sq.* resuscitatorem *AT*, suscitatorem *MPNFRB*   **70** aduocatorem *N*   nisi quod *om. T*   et *om. N*

VI. **1** quidam iam *T* : quid iam *AMPNFRB*, quidam *Vrs.*   pontici *AMN*, pontificis *TF*, ponti**ci *P*   **3** restruendae *scripsi* : renuendae *ATN*, rennuendae *MPF*   restruendae] *a Marcione destructae* (*cf. De carn. res 31 = III p. 69, 18* : ita et deus eam restruebat fidem quam populus destruebat)   **4** dominus, dum non *scripsi* : dñs non *A*, dum omnino non *TMPNFRB uulgo*   **4***sq.* peruenimus *TB*, paruimus *AMPNFR*   **5** carbonariam *NRB*, carbonaria *ATMPF*   **6** apellen *ARB*, appellē *TMPNF*   ad disciplinam *T*   **7** mulierem *ATBFR^3mg* (*cf. De praescr. haer. c. 30* : in feminam lapsus), muliere *MPNR*   carne] carnem *T*, *om. P*   lapsus est, dehinc *T*, lapsus et dehinc *MPNFRB*, lapsus deinc *A*   **7***sq.* uirginem philumenen (filuminen *T*) *ATBmg*, uirginem philomene *F*, uirgine philumene *MPN*   **8** spiritum *TBmg*   uerum et *scripsi* (*cf. supra l. 2 et infra l. 14*), uerum est *TBmg*, euersus est *AMPNFRB*   Christi] xps *T*   sed *AT*, et *MPNFRB*, etiam *Bmg*   **9** suscepit] suscipere *TBmg*   praedicare *A*, praedicans *MPNFRB*, carnem *TBmg*   et angelo *ATBmg*, et angelus *F*, ut angelus *MPN*   **10** philumenes *AMPN*, philomenes *F*, filuminensi *TBmg*   qua R^3*B*, quia *ATMPNFR^1*   **11** praecanebat *T*, praecinebat *reliqui*   **12** caelis] caelo *T*   **12***sq.* euangelizauimus] euungelizaueris *A*   **13** anatema *A*   que *A*, qui *TMPNFR*   argumentantur] *i. e.* Philumena et Apelles   argumentatur *A*   **14** resistemus *ATF*, resistamus *M* (*corr. m. 1*), resistimus *PRB*, m̃emus *N*   confitentes *TB*   **15** *aliter distinxi* : unde corpus, si *uulgo*   caro *AT* (*m. prior*), non caro *MPNFRB*, caro *T* (n̄ *s. u. a m. 2*)   corpus ? unde *uulgo distinguitur*   **16** habere *A*   **16***sq.* si non ex ea qualitate, in qua uidebatur, unde materia ? *scripsi* : *transtuli haec uerba in hunc locum, quae in mss. paulo supra l. 14 apparent post uerba* habuisse Christum *et hoc quidem ordine* : unde materia, si non ex ea qualitate, in qua uidebatur   si non ex ea qualitate] *subaudi* : corpus illud constabat. quali-

inquiunt, 'et substantiis superioribus mundi⟨orem⟩ mutuatus est carnem.' Et utique proponunt non esse mirandum corpus sine natiuitate, cum et apud nos angelis licuerit nulla uteri opera in carne processisse. **4.** Agnoscimus quidem ita relatum, sed tamen quale est, ut alterius regulae fides ab ea fide quam impugnat instrumentum argumentationibus suis mutuetur? Quid illi cum Moyse, quae deum Moysi reiecit? Si alius deus est, aliter sint res eius. Sed utantur, ⟨ut⟩ haeretici omnes, scripturis eius, cuius utuntur etiam mundo — erit illius hoc quoque [testimonium] iudicii, quod de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt — : facile V 205
est ueritati etiam nihil tale aduersus eos praescribenti obtinere. **5.** Igitur qui carnem Christi ad exemplum proponunt angelorum, non natam dicentes, licet carnem, comparent uelim et causas tam Christi quam et angelorum, ob quas in carne processerint. Nullus unquam angelus ideo descendit, ut crucifigeretur, ut mortem experiretur, ut a morte suscitaretur. Si numquam eiusmodi causa angelorum corporandorum, habes, cur non nascendo acceperint carnem. Non uenerant mori, ideo nec nasci. **6.** At uero Christus mori missus nasci quoque necessario habuit, ut mori posset; non enim mori solet nisi quod nascitur. Mutuum debitum est natiuitati cum mortalitate. Forma moriendi causa nascendi est. **7.** Si propter id quod moritur mortuus est Christus, id autem moritur quod et nascitur, consequens erat, immo

tas *idem fere quod* substantia *cf. cap. 6, 76 (recentiorum codicum lectionem adiuuante Trecensi inter uerba recepi contra ea quae disserui Krit. Vorarb. p. 31/32)* **18** et substantiis *T*, et de substantiis *reliqui (sed cf. quae disserit Lfst. Zur Spr. Tert. p. 61sqq.)* substantiae superiores] *idem quod* substantiae caelestes *c. 6, 75* superioribus *ATP (m. 1)*, superioris *MP (m. 2) NFRB uulgo* mundi⟨orem⟩ *scripsi* : mundi *libri omnes* **21** carne *AT*, carnem *MPNFRB* **23** instrumentum *ATFR³B*, instruentum *M* (t *alt. ex* d *corr. m. 2*) *N*, instruendum *PR¹* (*in mg. legitur* : alias instruentum *a m. Rhenani*) **23sq.** argumentationibus suis *MPNFR*, argumentationibus *T*, argumentorum *A* **24** cum moysi *MPNFR* que *A*, quị (i *ex* e *corr.*) *T*, qui *MPNFR uulgo* **25** reiecit *AF*, reicit *TMPNRB* sed *ATB*, et *MPNFR* **26** ut *addidi* **27** illius *A*, illis *TMPNFRB uulgo* erit — iudicii] *h. e. hoc quoque illius erit iudicii* testimonium *seclusi* : testimonium *AN*, in testimonium *TMPFRB* **28** ipsius] suis *N* (*corr. m. 1*: ipsius) blasfemias *N* et facile *F* **29** ueritati *TMPNFRB*, ueritatem *A* p̣ẹṛscribenti *T* (*corr. m. 1*) **29sq.** obtinere *AMNF*, optinere *TP* obtinere] *sicut dici solet* consuetudo, lex obtinet *apud iuris consultos* **31** dicentes *AF*, discentes *MPNR*, *in T erasae sunt septem litt. quae fuisse uidentur* diceres licet *AT*, scilicet *MPNFRB* carnem *AT*, carneam *MPNFRB* **32** uelim dicent (s *s. u.*) et castam xpi *T* et (*alterum*) *om. A* **33** carne *AT*, carnem *MPNFRB* processerint *AT*, processerunt *MPN*, ụẹnẹṛunṭ processerunt *F*, uenerunt *R¹mg*, *Bmg* **34** ut (*primum*) *om. A* experetur *N* **34sq.** suscitaretur *AT*, resuscitaretur *MPNFRB uulgo* **35** causa *T*, fuit causa *AMPNFRB* **36** habes *T*, habes causam *AMPNFRB* acceperint *AMP*, acciperint *T*, acceperunt *NF* **37** uenerant] nouerant *F* mori *om. A* **38** mori possit *T*, posset mori *F* **39** est *A*, est inter se *TMPNFRB* **40** et forma *F* forma] *i. e.* lex *siue* necessitas **41** est si *TMPNFRB*, et si *A* xps est *F* **42** et *om. A* consequens *AT*, consequens autem *MPNFR*,

praecedens, ut aeque nasceretur propter id quod nascitur, quia propter id ipsum mori habebat quod, quia nascitur, moritur. Non competebat non nasci propter quod mori competebat. 'Atquin tunc quoque inter angelos illos ipse V 206
dominus apparuit Abrahae sine natiuitate cum carne.' Scilicet, pro eadem causae diuersitate. **8.** Sed uos hoc non recipitis, non eum Christum recipientes, qui iam tunc et adloqui et liberare et iudicare humanum genus ediscebat in carnis habitu non natae adhuc, quia nondum morituræ*** nisi prius et natiuitas eius et mortalitas adnuntiarentur. Igitur probent angelos illos de sideribus accepisse substantiam carnis. **9.** Si non probant, quia nec scriptum est, nec Christi caro inde erit, cui angelorum adcommodant exemplum. Constat angelos carnem non propriam gestasse, utpote natura substantiae spiritalis, — etsi corporalis alicuius, sui tamen generis, — in carnem autem humanam transfigurabilis ad tempus, ut uideri et congredi cum hominibus possent. **10.** Igitur cum relatum non sit, unde sumpserint carnem, relinquitur intellectui nostro non dubitare hoc esse proprium angelicae potestatis, ex nulla materia corpus sibi sumere. 'Quanto magis,' inquies, 'ex aliqua?' Certum est. Sed nihil de hoc constat, quia scriptura non exhibet. **11.** Ceterum qui ualent facere semetipsos quod natura non sunt, cur V 207
non ualeant et ex nulla substantia facere? Si fiunt quod non sunt, cur non et ex eo fiant, quod non est? Quod autem non est cum fit, ex nihilo est. Propterea nec requiritur

46 *cf.* Gen. 18, 1*sqq.*

consequens item *B* **44** id *om. T* quia nascitur *AT*, quia id quod nascitur *MPNFRB* **45** propter quod *T*, pro quo *AMPNFRB* **46** atquin *sqq.*] *uerba aduersarii indicaui* atquin *MPF*, ad quin *AN*, atqui *TRB* illos angelos *PRB* **47** habrahe (*prius* h *eras.*) *A* *post* carne *grauius distinxi* carne] carneis *T* **49** cum *MPNFRB*, enim *AT* qui *AB*, quia *TMPNFR* **50** sediscebat *A* **51** morituræ *AMPNFR*, moritura erat *T* *post* morituræ *haec fere intercidisse crediderim* : morituræ, ⟨ceteroquin nec natae homini credendae nec morituræ⟩ nisi **52** adnuntiaretur *A* **53sq.** de sideribus accepisse substantiam carnis *TMPNFRB*, carnem de sideribus concepisse *A* (*Rig. Oehler*) **56** gestasse] portasse (a *s. u.*) *A* utpote *ATN*, utputa *MPF* **57** natura] naturae *T*, naturae *P* (a *s. u. add. m. 1*) *parenthesin indicaui* corporalis *A*, corporis *TMPNFRB uulgo* **58** carne … humana *T* **58sq.** transfigurabilis *TF*, transfigurabiles *AMPNRB uulgo* **59** ut *om. A* concreditum *A* **59sq.** posse *A* **60** sumpserint *MPNFRB*, sumpserit *A*, sumpserit *T* (*add. litt.* n *s. u. m. 2*) **63** inquios *T*, inquis *rel. omnes* **64** nihil de oc (h *s. u. a m. 1*) constat *A*, nihil de eo constat *MPNF*, de nichilo constat *T* quia scriptura] quod creaturam *T* **65** qui *ANF*, quia *PT*, qui (a *eras.*) *M* uolent *N* **66** et ex *TMPNRB*, ex *AF* substantia *ATRB*, substantiam *MPNF* **66sq.** quod non sunt — — fiant *om. P* (*add. haec in mg. Rhen. ex Hirsaugiensi, sed emendata*) **67** et ex eo *scripsi* : ex eo *ATRB*, et ex *MNF* fiat *A* **67sq.** autem] aut *A* **68** requiritur]

nec ostenditur, quid postea factum sit corporibus illorum. Quod de nihilo fuit, nihil factum est. Possunt nihil ipsum conuertere in carnem qui semetipsos potuerunt conuertere in carnem. Plus est naturam demutare quam facere materiam. **12.** Sed et si de materia necesse fuit angelos sumpsisse carnem, credibilius utique est de terrena materia quam de ullo genere caelestium substantiarum, cum adeo terrenae qualitatis extiterit, ut terrenis pabulis pasta sit. Fuerit nunc sic quoque siderea, eodem modo terrenis pabulis pasta, quando terrena non esset, quo terrena caelestibus pasta est, quando caelestis non esset — legimus enim manna tum populo esui fuisse : *Panem*, inquit, *angelorum edit homo* — non tamen infringitur † semel separata condicio dominicae carnis ex causa alterius dispositionis. **13.** Homo uere futurus usque ad mortem eam carnem oportebat indueret, cuius et V 208
mors. Eam porro carnem, cuius et mors, natiuitas antecedit.

VII. **1.** Sed quotiens de natiuitate contenditur, omnes, qui respuunt eam ut praeiudicantem de carnis in Christo ueritate, ipsum dominum uolunt negasse se natum, quia dixerit : *Quae mihi mater et qui mihi fratres ?* Audiat igitur et Apelles, quid iam responsum sit a nobis Marcioni eo libello, quo ad euangelium ipsius prouocauimus, considerandam scilicet materiam pronuntiationis istius. **2.** Primo quidem numquam quisquam adnuntiasset illi matrem ut fratres eius foris stantes, qui non certus esset et habere illum matrem et fratres et ipsos esse, quos tunc nuntiabat, uel retro cognitos uel tunc ibidem compertos, licebit propterea abstulerint haereses ista de euangelio, quod et creditum patrem eius Ioseph fabrum et matrem Mariam et fratres et sorores eius optime notos sibi esse dicebant qui mirabantur doctrinam eius. **3.** 'Sed temptandi gratia nuntiauerant ei matrem et fratres, quos non habebat.' Hoc quidem scriptura non dicit, alias non tacens, cum quid temptationis gratia factum est erga eum : *Ecce*, inquit, *surrexit legis doctor temptans* V 209
eum, et alibi : *Et accesserunt ad eum pharisaei temptantes eum*. ⟨Eo,⟩ quod nemo prohibebat hic quoque significari temptandi gratia factum, non recipio quod extra scripturam de tuo infers. **4.** Dehinc materia temptationis debet subesse. Quid temptandum putauerunt in illo ? Vtique natusne esset an non. Si enim hoc negauit responsio eius, hoc captauit nuntiatio temptatoris. Sed nulla temptatio, tendens ad agnitionem eius, de quo dubitando temptat, ita subito procedit, ut non ante praecedat quaestio, quae dubitationem inferens cogat temptationem. **5.** Porro si nusquam de natiuitate Christi uolutatum est, quid tu argumentaris uoluisse illos per temptationem sciscitari quod numquam produxerunt in quaestionem ? Eo adicimus : etiam si temptandus esset de natiuitate, non utique hoc modo temptaretur, earum personarum adnuntiatione, quae poterant etiam nato Christo non fuisse. Omnes nascimur, et tamen nos omnes aut fratres habemus aut matrem. **6.** Adhuc potes et patrem magis habere quam matrem et auunculos magis quam fratres. Adeo non competit temptatio natiuitatis, quam licebat et sine matris et sine fratrum nominatione constare. Facilius plane est, ut certi illum et matrem et fratres ha- V 210
bere diuinitatem potius temptauerint eius quam natiuitatem, an intus agens sciret, qui foris esset, mendacio petitus prae-

80 Ps. 77, 25

VII. 4 Matth. 12, 48 ; *cf.* Marc. 3, 33 ; Luc. 8, 20. 21 5 *cf.* Adu. Marc. IV 19 = III *p.* 482, 2—483, 4

12 *cf.* Luc. 3, 23 12—14 *cf.* Mc. 6, 2—4 ; Matth. 13, 55—56 18 Luc. 10, 25 19 Matth. 19, 3

relinquitur *TBmg* **69** postea *om. A* corporibus *T* (de *s. u. add. m. 1*) **73** sed et si *AT*, sed si *MPNFRB* fuit *AT*, fuisset *MPNFRB* **76** existerit *A* fuerit *ATB*, *om. MPNFR* **76sq.** nunc sic quoque *MPFR*, nunc quoque sic *N*, nunc quoque *TR*^{3}*B*, sit nunc quoque *A* **77** eadem *PR*^{1} *post* siderea *uirgulam posui* pasta pabulis *N* **78** quando] *i. e. quamquam*, *cf. Ho. Synt. u. Stil p. 78* non] noti *F* quo] cum *T* (*in ras. a m. 2*) *Bmg* : ex quom *ortum putauerim* = *quomodo* **79** manna tum *scripsi* : mandatum *T*, manna* *A*, manna *MPNFRB* **80** populo esui *T*, esui populo *rell.* esṣui *A* (s *eras. m. 1*) **81** infringetur *T* semel *AMPNFRB*, *om. T*, *an* simili (*scil. condicione*) ? condicio *A*, conditio *rell.* **83** enim eam *F* indueret *AMP*, ut indueret *T*, induere *NF* et *AT*, est *MPNFR uulgo* **84** et *A*, est *rell.*

VII. **2** respuunt] respitiunt *N* **3** dñm *AT*, dm̄ *MPNF*, deum *R uulgo* negasse se natum *scripsi* : negasse* natum *A*, negare natum *T*, negare esse natum *MPNFRB uulgo* quia *A*, qd (*i. e. quidem*) *MP*, q̊d *T*, quod *NFR* **5** apelles *AT*, appelles *MPNF* **6** quo ad *A*, quo *TMPNFR uulgo* **7** annuntiationis *F* primum *T* **8** adnuntias sedilli *A* **9** stantes *A*, stare *TMPNFRB* ; *dubito an neutrum inter uerba recipiendum sit cf. infra l. 44* et *om. TMPNFRB* **10** in ipsos *A* **11** repertos *FR*^{1}*mg* licebit (*cf. Ho. Beitr. p. 38*) *A*, licet *TMPNFRB uulgo* **12** euuangelium *A* et creditum *MPNFR*, et creditum (*hoc est* cred. est) *T*, creditum est *B*, creditum *A* **12sq.** creditum patrem eius Ioseph] *cf.* ὢν υἱός, ὡς ἐνομίζετο, Ἰωσήφ (*Luc. 3, 23*) **14** optime *AMPNFRB*, aut hoĩes*** (*lac. trium litt.*) *T* (*in ras. a m. 2*) **18** erga *AT*, circa *MPNFR* inquid *A* (*pro more*) **19** pharisaei *AMPNFRB*, frs̄ ei' (*hoc est* fratres eius) *T* (quod *ex* farisci *ortum uidetur*) **20** eum. quod *A*, quod *MPFR*, quos *T*, quo *N* eum. ⟨Eo,⟩ quod *scripsi* significari *MPNFRB*, significarit *A*, significare *T* **21** *post* factum *leuius distinxi* **22** infers] inferis *A* (*nescio an recte, quia et apud alios haec forma occurrit*) **23** temptando *T* putauerunt] putauerint *A* (*Oehler*) utique *om. T* **24** an non ? si *uulgo distinguitur* **25** temptatoris *TMR*^{1}*mg FR*^{3}, temptaris *A* (*add syll.* to *s. u. m. 1*), temptaris *PR*^{1}, temptator *N* est temptatio *TB* **26** ita] ista *T*, ito *P* **29** uolutatẹm *A* quod tu *T* **31** quaestione *T* **33** annuntiationem *A* **35** habent *A* aut matrem habemus *N* potes et *scripsi* : potest *A*, potest et *rel.* **38** licebat] licet *T* **39sq.** certe illum non habere sed diuinitatem *T* (ñ *et* sed *s. u. a m. 3*) *Bmg* **41** quid *ATN*, quidem *M*, quod *PF*

sentiae adnuntiatae eorum, qui in praesentia non erant. Nisi quod et sic uacuisset temptationis ingenium. **7.** Poterat enim euenire, ut quos illi nuntiabant foris, ille eos sciret absentes esse, uel ualetudine uel negotii uel peregrinationis nota ei iam necessitate. Nemo temptat eo modo, quo sciat posse se ruborem temptationis referre. **8.** Nulla igitur materia temptationis competente liberatur simplicitas enuntiationis, quod uere mater et fratres eius superuenissent. Sed quae ratio responsi matrem et fratres ad praesens negantis ? Discat etiam Apelles. **9.** Fratres domini non crediderant in illum, sicut euangelio ante Marcionem edito continetur. Mater aeque non demonstratur adhaesisse illi, cum Martha et Maria aliaeque in commercio eius frequententur. Hoc denique in loco apparet incredulitas eorum : cum Iesus V 211 doceret uiam uitae, cum dei regnum praedicaret, cum languoribus et uitiis medendis operaretur, extraneis defixis in illum tam proximi aberant. **10.** Denique superueniunt et foris subsistunt : nec introeunt, non computantes scilicet quid intus ageretur, nec sustinent saltem, quasi necessarius aliquid afferrent eo, quod ille cum maxime agebat, sed amplius interpellant et a tanto opere auocatum uolunt. Oro te, Apelle, uel tu, Marcion, si forte tabula ludens uel de histrionibus aut aurigis contendens tali nuntio auocareris, nonne dixisses : ‚Quae mihi mater, aut qui mihi fratres ?' **11.** Deum

51 cf. Ioh. 7, 5 **54** Luc. 10, 38—41 ; Ioh. 11, 5. 19—21 ; 24. 39 ; Matth. 27, 56 ; Mc. 16, 1

petitus ATBmg, potius MPNFRB **42** praesentia AT, praesenti MPNFRB adnuntiatae AT, om. MPNFRB **43** et sic *scripsi* : nec sic T, sic A, etsi MPNFRB uacuisset] ualuisset TBmg (*sed cf. De res. carn. 9 = III p. 38, 17* : omnis uis dei benefica uacuisset) **44** enim AT, *om.* MPNFRB quo N foris A, foris esse T, foris stare MPNFRB *uulgo* **45** absentes esse AMPFRB, absentes TN aut uel T ualetudine A, ualitudinis TMPNFRB **46** nota ei ⟨i⟩am *scripsi* : notae iam AT, nota MPNFRB quos A, quo* T (d *eras.*) **47** sciat posse se AT, posse se sciat MPNFRB **48** competenter T libratur A **48sq.** enuntiationis A, nuntiatoris TMPNFRB, nuntiationis Rig. (*Oehler*) **50** quae] quae sit T **51** *signum interrog. posui* etiam Apelles] *scil. ut iam didicit Marcion (cf. p. 208, 5)* pelles A, appelles TMPNF **51sq.** crediderunt R^{3}B **52** sicut A, sicut in T, sicut et in MPNFRB euuangelio A **53** adaesisse A **54** martha et maria aliaeque (aliae quae) T, marte et mariae alie A, marthae et mariae aliae MPNFRB *uulgo* commercium T frequente(n)tur A (n *s. u. a m. 1*), frequent(a)ntur T (a *s. u. a m. 1*), frequententur MPNFR **55** in loco *om.* T ihs AT, is MPNFRB **56sq.** langoribus TN **57** medentis F **58** tam] tamen T (*sed* proximus = propinquus *sicut* optimus = bonus) adherant MP **60** sustinentur A sustinent] *i. e. expectant, morantur* saltem MPNFRB, saltim T, salutem A necessarium TB **61** cum maxime TF, quo maxime (= *quom maxime?*) A, tum maxime MPRB *uulgo*, tunc maxime N **62** iterpellent A a *om.* T auocatum T, reuocatum MPNFRB, uocatum A **63** apelle A, appelles TMPNFRB tabulam T **64** aurigis] iurgiis T **65** qui

praedicans et probans Christus, legem et prophetas adimplens, tanti retro aeui caliginem dispargens, indigne usus est hoc dicto ad percutiendam incredulitatem foris stantium uel ad excutiendam importunitatem ab opere reuocantium ? Ceterum ad negandam natiuitatem alīus necessarius fuisset et locus et tempus et ordo sermonis, non eius, qui posset pronuntiari etiam ab eo, cui et mater esset et fratres : cum indignatio parentes negat, non negat, sed obiurgat. **12.** Denique potiores fecit sibi alios et meritum praelationis ostendens, V 212 audientiam scilicet uerbi, demonstrat, qua condicione negauerit matrem et fratres. Qua enim alios sibi adoptauit, qui ei adhaerebant, ea abnegauit illos, qui ab eo absistebant. Solet etiam adimplere Christus quod alios docet. **13.** Quale ergo erat, si docens non tanti facere matrem aut patrem aut fratres, quanti dei uerbum, ipse dei uerbum adnuntiata matre et fraternitate desereret ? Negauit itaque parentes quomodo docuit negandos : pro dei opere. Sed et alias : figura est synagogae in matre abiuncta et Iudaeorum in fratribus incredulis. Foris erat in illis Israel, discipuli autem noui, intus audientes et credentes cohaerentes Christo, ecclesiam deliniabant, quam potiorem matrem et digniorem fraternitatem recusato carnali genere nuncupauit. Eodem sensu denique et illi exclamationi *** respondit, non matris uterum et ubera negans, sed feliciores designans, qui uerbum dei adiunt.

86 cf. I Cor. 6, 17 **88** cf. Luc. 11, 27. 28

mihi T, qui AMPNFRB *uulgo* **66** xpm T profetas A **67** retro (r *ex* p) A dispargens T (*corr. m. 2*), dispergens BN **68** est] et A percuciendam AT **69** uocantium T **70** alius] alīus *coniunge cum genitiuo* sermonis necessarius FR (*ex Hirsaug. uidelicet*) B, *om.* ATMPN *Oehler* (*probandum mihi non uidetur quod adnotauit ad hunc locum Oehler in not. I p. 441*) **71** et locus A, ei locus TMPNFRB *uulgo* posset A, possit TMPNFRB **72sq.** cum indignatio (indignatione T) parentes negat, non negat ATN, cum indignatio parentes non negat MP, cum indignatio non negat F, cum indignatione parentes negant non negant Bmg, cum indignatio parentes non neget RB **73** obiurget RB **74** sibi alios T, alios *rell. omnes* **77** negauit T **78** implere A **79** facere MPFRB, faceret ATN **79sq.** matrem aut patrem A, patrem aut matrem T, matrem MPNFRB **80** ipse dei uerbum *om.* A **80sq.** adnuntiata A, adnuntiatam T, nunciata MPNFR **81** et *om.* MPNFRB **83** alias] *in einem andern Sinne, scil. negauit parentes* : alias figura est *uulgo distinguitur* alia est figura T abiuncta] adiunctae TBmg **85** credentes *om.* F cohaerentes Christo] ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ I Cor. 6, 17 cohaerentes A (*de hac membrorum coniunctione cf. Lfst. Zur Spr. Tert. p. 29sqq.*), et cohaerentes TMPNFRB **86** deliniebant T, delinabant N **87** nuncupauit AT, nuncupant MPFR^1 (*in mg. leg.* nuncupauit) **88** exclamationi ⟨cuiusdam de turba feminae⟩ respondit *fort.* **89** uberi F

VII. **88** *nulla lacuna signanda, cf. Thörnell*

VIII. **1.** Solis istis capitulis, quibus maxime instructi sibi uidentur Marcion et Apelles, secundum ueritatem integri et incorrupti euangelii interpretatis satis esse debuerat ad probationem carnis humanae in Christo per defensionem natiuitatis. V 213 **2.** Sed quoniam et isti Apelleiaci carnis ignominiam praetendunt maxime, quam uolunt ab igneo illo praeside mali sollicitatis animabus adstructam et idcirco indignam Christo, et idcirco de sideribus illi substantiam competisse, debeo eos de sua paratura repercutere. Angelum quendam inclitum nominant, qui mundum hunc instituerit et instituto eo paenitentiam admiserit. **3.** Et hoc suo loco tractauimus, — nam est nobis et aduersus illos libellus — an qui spiritum et uoluntatem et uirtutem Christi habuerit ad ea opera, dignum aliquid paenitentia fecerit. Eum angelum etiam de figura erraticae ouis interpretantur : teste igitur paenitentia institutoris sui peccatum erit mundus, siquidem omnis paenitentia confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto. **4.** Si mundus delictum est, — qua corpus et membra — delictum erit perinde et caelum et caelestia cum caelo ; si caelestia, et quicquid inde conceptum prolatumque est : mala arbor malos fructos edat necesse est. Caro igitur Christi de caelestibus structa de peccati constat elementis, V 214 peccatrix de peccatorio censu, et par iam erit eius, [substantiae, id est nostrae] quam ut peccatricem Christo dedignantur inducere. **5.** Ita si nihil de ignominia interest, aut aliquam purioris notae materiam excogitent Christo quibus

VIII. **21** *cf.* Matth. 7, 17

VIII. **1***sq.* sibi uidentur *AT*, uidentur sibi *MPNFRB* **3** marcione apelles *A* **3** euuangelii *A* **5** isti] ipsi *T* apellaiaci *A*, appelliaci *T*, apelliaciani *MRB*, apelles*** *P* (*tres litt. erasae*), apellatiōi *NF* **6** praeside *om.* *N* praeside mali] praeside esse alii *TBmg* **7** animalibus *TBmg* abstructam *TMPNF* **7***sq.* indignam Christo, et idcirco *om.* *A* **9** debeo] debemus *T* (*fort. recte cf. l. 11* : tractauimus) eos *AT*, illos *MPNFRB* **11** admiscuerit *Lat.* haec *F* **12** *parenthesin indicaui* nam] non *F* est] ex *N* et *om.* *MPNFRB* aduersus] ad *A* **13** ad] hab *A* **14** paenitentia *ATRB*, paenitentiae *MPNF* fecerit *om.* *A* *totum u. in archetypo omissum fuisse opinor quem sic fere uelim restituere* : fecerit nunc. Sponte cedimus de gradu nec aduersamur, cum.. eum *A*, cum *TMPNFRB uulgo* **15** interpraetantur *A*, interpretentur *TMPNFRB uulgo* **16** peccatum *AT*, delictum *MPNFRB* **18** est] et *A* *parenthesin indicaui* qua *Oehler* : quam *A*, quia *TMPNFRB* **19** perinde *A*, proinde *TMPNFRB* **19***sq.* cum caelo ; si caelestia *om.* *A* (*Oehler*) **20** consepτum *MPNF* **21** est et mala *A* malus *F* fructos *AT*, fructus *MPNFR uulgo* **22** structa uel facta *T*, exstrueta *N* peccatis *PRB* constat *A* (*quod defenditur clausula rhythmica*), constitit *TMPNFRB* **23** censu et *MPNFRB*, censui et *A*, censuit *T* pars *A* (*Oehler*) eius] *scil.* carnis **23***sq.* substantia *TBmg* substantiae, id est nostrae *seclusi* **24** nostra *TBmg* ut] in *N* **24***sq.* $\overline{\chi po}$ dedignantur inducere *A*, $\overset{o}{\chi}$ dedignātur inducere (~ *s. litteram a eras.*) *T*, christus dedignatur induere *MPNFRB* **25** ita] istas *A* **26** aliquam *AT*, aliam

displicet nostra, aut eam agnoscant, qua etiam caelestis melior esse non potuit. Legimus plane : *Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo.* **6.** Non tamen ad materiae differentiam spectat, sed tantum terrenae retro substantiae carnis primi hominis, id est Adae, caelestem de spiritu substantiam opponit secundi hominis, id est Christi. Et adeo ad spiritum, non carnem, caelestem hominem refert, ut quos ei comparat constet in hac carne terrena caelestes fieri, spiritu scilicet. **7.** Quodsi secundum c⌊arnem quo⌋que caelestis Christus, non compararentur illi non secundum carnem caelestes. Si erg⌊o qui f⌋iunt caelestes, qualis et Christus, terrenam carnis substantiam gestant, hinc quoque confirma tibi ipsum etiam Christum in carne terrena fuisse caelestem, sicut ii sunt, qui ei adaequantur.

IX. **1.** Praetendimus adhuc nihil, quod ex alio acceptum V 215 sit, ut aliud sit quam id, de quo est acceptum, ita in totum aliud esse, ut non suggerat, unde sit acceptum. Omnis materia sine testimonio originis suae non est, etsi demutetur in nouam proprietatem. **2.** Ipsum certe corpus hoc nostrum, quod de limo figulatum etiam ad fabulas nationum ueritas transmisit, utrumque originis elementum confitetur, carne terram, sanguine aquam. Nam licet alia sit facies qualitatis, — hoc est quod ex alio aliud fit — ceterum quid est sanguis quam rubens humor ? Quid caro quam terra conuersa in figuras suas ? **3.** Considera singulas qualitates, mus-

28 I Cor. 15, 47

IX. **6** *cf.* Ou. Met. I 76—88

MPNFRB materiae *A* **27** eam *TMPNFRB*, eandem *A* (*Rig. Oehler*) ; *an* eam tandem ? agnoscant *AT*, cognoscant *MPNFRB* qua] que *A* caelestis *ATR*¹*mgR*³*B*, caelesti *MPNFR*¹ **31** id est adae *om.* *A* **33** adeo] ab eo *TBmg* non carnem *AN*, non ad carnem *TMPFRB uulgo* (*sed cf. Lfst. Zur Spr. Tert. p. 61 sqq.*) caelestem (e *ex* a) *A* **34** ei *A*, sic *MPNFRB*, *om.* *T* **36** compararentur *M* (-pararen- *in ras. a m. 1*) *PNFRB*, comparentur *AT* **37** qui fiunt *R*³*B*, quę fiunt *T*, fiunt *MPNFR*¹, in *A desunt quinque litterae, quia exesa est hoc loco charta* **38** et *AT*, est *MPNFRB* **39** hinc *ATBmg*, hic *MPNFRB* confirma tibi *T* (*cf.* Lucr. II 185), confirmatur *AMPNFRB uulgo* **40** ii] hii *A*, *om.* *TMPNFRB*

IX. **2** aliud sit — — in totum *om.* *A* est *T*, sit *MPNFRB uulgo* **3** esse ut *AT*, est cui *MPFRB* **5***sq.* nostrum hoc *A* (*Oehler*) **6** figulatum *AMPNFRB* (*cf. Adu. Val. 24 = III p. 201, 8 ; De an. 25 = I p. 340, 17*), figuratum *TN* **7** utriusque originem elementi *A* (*Oehler*) originis (om) *T* (*corr. m. 1*) **8** carne terram *A*, carnē terram *T*, carne terrenam *MPNFRB* sanguine aquam nam *A*, sanguinē aquā ; nam *T* (~ *s. litt. a eras.*), sanguine aquanam *MPNFRB* alia sit facies *TMPNRB*, alia facies sit *F*, alia species *A* (*Oehler*) **9** *parenthesin indicaui* **10***sq.* conuersa in figuras suas *TMPNFRB Rig.*, in figura sua (conuersa *om.*) *A Oehler* (*comprobatur autem alterius memoriae lectio cum ipsa re tum uersu Ouidiano

culos ut glebas, ossa ut saxa, etiam circum papillas calculos quosdam ; aspice neruorum tenaces conexus ut traduces radicum, et uenarum ramosos discursus ut ambages riuorum, et lanugines ut muscos, et comam ut caespitem, et ipsos medullarum in abdito thesauros ut metalla. **4.** Carnis haec omnia terrenae originis signa et in Christo fuerunt, et haec sunt, quae illum dei filium celauerunt, non alias tantummodo hominem existimatum quam ex humana tantum substantia corporis. Aut edite aliquid in illo caeleste, de Septentrionibus et Virgiliis et Suculis emendicatum — V 216
nam quae enumerauimus, adeo terrenae testimonia carnis sunt ut et nostrae — : sed nihil nouum, nihil peregrinum deprehendo. **5.** Denique uerbis et factis tantum, doctrina et uirtute sola Christum homines obstupescebant. Notaretur autem etiam carnis in illo nouitas miraculo habita. Sed carnis terrenae non mira condicio ipsa erat, quae cetera eius miranda faciebat, cum dicerent : *Vnde huic doctrina et signa ista ?* **6.** Etiam despicientium formam ⌊eius haec erat uox :⌋ adeo nec humanae honestatis corpus fuit, nedum caelestis clar⌊itatis.⌋ Tacentibus apud uos quoque prophetis de ignobili aspectu eius, ipsae passiones ipsaeque contumeliae loquuntur, passiones quidem humanam carnem, contumeliae uero inhonestam. **7.** An ausus esset aliqui ungue summo praestringere corpus nouum, sputaminibus contaminare faciem nisi merentem ? Qui⌊d dicis⌋ caelestem carnem, quam unde caelestem intellegas non habes ? Quid terrenam negas, quam unde terrenam agnoscas habes ? Esurit sub diabolo, sitit sub Samaritide, la⌊cri⌋matur super

28 Matth. 13, 54 **29** *cf.* Es. 53, 2. 3 **32** *cf. ibidem* **35** *cf.* Matth. 27, 30. Mc. 15, 19. Luc. 22, 64

Met. I 88 quem imitatur Tert.) **12** circha *N* **13** conexos *T* utra duces *A* **15** ut muscos] imasculis *T* (*corr. m. 2 ex* innasculos) **16***sq.* metalla carnis. haec *uulgo distinguitur* **18** et haec sunt — — celauerunt *om. T*, et haec *F*, et *A*, haec *MPNRB* **19***sq.* ex humana tantum *T*, extantem humana *A*, ex humana *MPNFRB* **21** et uirgiliis *AN*, aut uirgiliis *T* (*corr. m. 2*), et uirgiliis *MPF* suculis *A*, succulis *T*, siculis *MPNFRB* emendicatum *AT*, emendatum *MPNFRB* **23** sed] et *T* nichil *TF* (*pro more*), nihil *MPNRB*, nihilque *A* (*Oehler*) **24** denique] = *namque* et factis tantum *AT*, tantummodo et factis *MPNFRB* **25** Christum homines *scripsi* : χpm hominem *A* (*Oehler*), χpi homines *TMPNFRB* **26** autem *AT*, *om. MPNFR* **27** non *del. m. 1 T* **31** uos] nos *FB Oehler* apud uos quo que] *i. e. Apelleiacos, qui hac in re consentiunt cum Marcionitis* **33** *post* loquuntur *uirgulam posui* quidam *A* **34** inhonestam *AT Rig.*, inhonestam probauerunt *MPNFRB uulgo* aliqui *AT*, aliquis *MPNFRB uulgo* **35** praestringere *N*, perstringere *TMPFRB*, pertinguere *A* sputaminibus *AT*, ullam sputaminibus *MPNRB*, nullam sputaminibus *F*[1] **36** nisi *libri omnes et uulgo : fort.* nihil *h. e. nulla contumelia dignam ; confunduntur in libris mss.* nihil *et* nisi *cf. p. 219, 20 ; 220, 24* **38** munde *T* terrenam *om. A* **39** esurit .. sitit *T*, esuriit .. sitiit *AMNFR uulgo* lacrimatur *MPNFRB*, lacrimat** (*duae litt. eras.*)

Lazarum, trepidat ad mortem — *caro* enim, inquit, *infirma* V 217
—sanguinem postremo fundit. **8.** Haec sunt, opinor, signa caelestia ? "Sed quomodo", inquitis, "contemni et pati p⌊osset,⌋ sicut et dixit, si ⌊quid ex⌋ illa carne de caelesti generositate radiasset ?" Et ex hoc ergo conuincim⌊us ni⌋hil in illa de caelis fuisse, propterea, ut ⌊contem⌋ni et pati posset.

X. **1.** Conuertor ad alios aeque sibi prudentes, ⌊cui car⌋nem Christi animalem adfirmant, quod anima caro sit facta. Ergo et caro anima, et sicut caro animalis, ⌊ita⌋ et anima carnalis. Et hic itaque causa⌊s⌋ requiro. Si, ut animam saluam faceret, in semetipso suscepit animam Christus, quia salua non esset nisi per ipsum, dum in ipso, non uideo, cur eam carnem fecerit animalem induendo carnem, quasi aliter animam saluam facere non posset, nisi carneam factam. **2.** Cum enim nostras animas non tantum non carneas, sed etiam a carne disiunctas saluas praestet, quanto magis illam, quam ipse suscepit, etiam non carneam redigere potuit in salutem ? Item cum praesumant non carnis, sed animae nostrae solius liberandae causa processisse Christum, primum quam absurdum, ut animam solam liberatu- V 218
rus id genus corporis eam fecerit, quod non erat liberaturus ? **3.** Deinde, si animas nostras per illam, quam gestauit, liberare susceperat, illa quoque, quam gestauit, nostra quaeque gestasse debuerat, id est nostrae formae. Cuiuscumque ⟨autem⟩ formae est in occulto anima nostra, non tamen carneae. Ceterum non nostram animam liberauit,

39 *cf.* Matth. 4, 2—4. *cf.* Ioh. 4, 7. *cf.* Ioh. 11, 35 **40** *cf.* Mc. 14, 35—43 ; Matth. 26, 41 ; Mc. 14, 38 **43** *cf.* Matth. 16, 21 ; Mc. 8, 31 ; Luc. 9, 22

T, la***matus est *A* **40** trepidauit *Rig.* inquit *om. N* **41** postremo fundit *A*, postremo fudit *T*, fundit (fudit *N*) postremo *MPNFRB uulgo* **42** *signum interrog. posui* (opinor *in elocutione interrogatiua et alibi inuenitur*) inquitis *A*, inquit is *TBmg*, inquam *MPNFRB uulgo* **43** dixit *AT*, dixi *MPNFRB uulgo* ex *T*, in *MPNFRB uulgo* carnea *F* de *om. PR*[1] **44** et ex hoc *scripsi* : et hoc *T*, ex hoc *AMPNFRB*

X. **1** alios *ATR*[2]*B*, illos *MPNFR*[1] **3** *fort. lacuna ante* Ergo *statuenda* : 'si enim', inquiunt, 'anima caro est facta' **5** in ipsum *N* **6** nisi per ipsum *libri et uulgo ; nescio an* per ipsum nisi *scribendum sit* non] n̄ *T* (n̄ dū *s. u. add. m. 2*) **8** carnem *A* (*sed* carneam *recentioris memoriae defenditur clausula rhythmica*) **10** a carne *AT*, in carne *MPNFRB* diiunctas *T* (*corr. m. 1*) **11***sq.* potuit salutem *T* (ad *s. u. add. m. 1*) **12***sq.* sed animae nostrae] *hic desinit in fol. 204*[v] *codex Agobardinus* **14** primum *T*, primo *MPNFRB uulgo* absurdum *T*, absurdum est *MPNFRB uulgo* **15** genus] gestu *TBmg* **17** illam *T* (*expunxit m. 1*), illam *MPNFRB uulgo* **17***sq.* nostra quaeque *T*, nostram *MPNFR uulgo* **19** autem *addidi* formae est *om. F* animi *M* **20** carneae ceterum *MPNFRB*,

11 ipse] ille *T*

si carneam habuit; nostra enim carnea non est. **4.** Porro si non nostram liberauit, quia carneam liberauit, nihil ad nos, quia non nostram liberauit. Sed nec liberanda erat quae non erat nostra, ut scilicet carnea. Non enim periclitabatur, si non erat nostra, id est non carnea. Sed liberatam constat illam. Ergo non fuit carnea, sed fuit nostra, si ea fuit quae liberaretur, quoniam periclitabatur. Iam ergo si anima non fuit carnalis in Christo, nec caro potest animalis fuisse.

XI. **1.** Sed aliam argumentationem eorum conuenimus, exigentes, cur animalem carnem subeundo Christus animam carnalem habuisse uideatur. 'Deus' enim, inquiunt, 'gestiuit animam uisibilem hominibus exhibere, faciendo eam corpus, quae retro inuisibilis extiterit, natura nihil, sed nec semetipsam uidens prae impedimento carnis huius, ut etiam disceptaretur, natane sit anima an non, mortalis an non. Itaque animam corpus effectam in Christo, ut eam et nascentem V 219 et morientem et, quod sit amplius, resurgentem uideremus.'

2. Et hoc autem quale erit, ut per carnem demonstraretur sibi aut nobis quae per carnem non poterat agnosci, ut sic ostenderetur ⟨quae latebat,⟩ dum id fit, cur latebat? [id est caro] Tenebras uidelicet accepit, ut lucere possit. Denique adhuc pr⟨ess⟩ius retractemus, an isto modo ostendenda fuerit anima. Dicant ⟨qui⟩ in totum inuisibilem eam retro allegant, utrum quasi incorporalem an etiam habentem ali-

---

carne. ççeterum *T* (*corr. m. 1*) **21** si] sed *N* **22** quia carneam liberauit *TB*, *om. MPNFR* carneam *Lat.* : carnem *TB* **23** quia non nostram *TB*, quia carnea non est, quia non nostram *MPNFR* **24** enim] erat *P* **26** sed *T*, et *MNFRB uulgo* si ea non fuit *F*R^1*mg* **27** quoniam] quomodo *F*

XI. **3** habuisse uideatur *T*, uideatur habuisse *MPNFRB uulgo* inquiunt *TBN*, inquit *MPF* gestauit *PF*R^1 **5** sed nec *T*, nec *MPNFRB uulgo* **7** nata ne sit *T*, nata est *MPNFR*, nata *B Oehler* mortalis an non *T*, mortalis ne sit an non *B*, an non *MPNFR Oehler* **8** ut] ụt *T* (*corr. m. 2 ut uid.*) **10** et hoc *TF*, ex hoc *MPNRB* et hoc autem] *Incipere ab his uerbis secundam refutationis Valentinianae sententiae partem ipsa uerba* et hoc autem *nec non quod paulo infra sequitur* (*l. 13*) denique *satis comprobant. Necesse igitur est ante haec uerba primam refutationis partem a librorum nostrorum archetypo afuisse. Inueniri autem ipsam istam partem, quae hoc loco desideratur, in eis, quae disputat auctor in capitulo tertio decimo et in eius appendice cap. 14., mihi quidem uerisimillimum uidetur. Nam ut taceam, quod prius fuit, ut a scriptore res ipsa refutaretur, hoc est sententia Valentinianorum, posterius, ut demonstraretur non per carnem animam fuisse manifestandam, animaduertendum est caput 13. sine ulla transitionis formula ad ea se applicare quae antecedunt, immo mutilum esse in ipso exordio* erit] erat *Vrs.* (*Rig. Oehler*) per carnem *h. e. propter carnem* demonstraretur *MNF*, demonstraretur anima *TPRB* **11** nobis] uobis *N*, a nobis *F* **12** quae latebat *addidi* cur (= ob quod) *scripsi* : cui *libri et uulgo* **12***sq.* id est caro *seclusi* **13** possit] posset *Rig.* (*Oehler*) **14** adhuc *TBmg*, ad hoc *rell. et uulgo* pressius *scripsi* (*id est* intentius) : prius *TMPRB*, potius *N*, *om. F* **15** dican⟨t qui⟩ *scripsi* : deinc an *TBmg*, an *MPNFR* **16** allegant

---

XI. **15** retro eam *T*

quod genus corporis proprii. **3.** Et tamen, cum inuisibilem dicunt, corporalem constituunt, habentem quod inuisibile sit. Nihil enim habens inuisibile quomodo inuisibilis potest dici? Sed nec esse quidem potest, nihil habens per quod sit. Cum autem sit, habeat necesse est aliquid, per quod est. **4.** Si habet aliquid, per quod est, hoc erit corpus eius. Omne, quod est, corpus est sui generis. Nihil est incorpo- V 220 rale nisi quod non est. Habente igitur anima inuisibile corpus, qui uisibilem eam facere susceperat utique dignius id eius uisibile fecisset, quod inuisibile habebatur, quia nec hic mendacium aut infirmitas deo competit: mendacium, si aliud animam quam quod erat demonstrauit, infirmitas, si id, quod erat, demonstrare non ualuit. **5.** Nemo ostendere uolens hominem cassidem aut personam ei inducit. Hoc autem factum est animae, si in carnem conuersa alienam induit superficiem. Sed et si incorporalis anima deputetur, ut aliqua ui rationis occulta sit quidem anima, corpus tamen non sit quidquid est anima, proinde et impossibile deo non erat et proposito eius congruentius competebat, noua aliqua corporis specie eam demonstrare quam ista communi omnium, alterius iam notae, ne sine causa uisibilem ex inuisibili facere gestisset animam, iustis scilicet quaestionibus oportunam per carnis in illam humanae defensionem. **6.** Sed non poterat Christus inter homines nisi homo uideri. Redde igitur Christo fidem suam, ut qui homo uoluerit incedere, animam quoque humanae condicionis ostenderit, non faciens eam carneam, sed induens eam carne.

XII. **1.** Ostensa sit nunc anima per carnem, si constiterit V 221

MNF, allegans *T*, allegent *PR uulgo* **16***sq.* aliquid *MN* **17***sq.* dicunt *scripsi* : dicant *libri omnes et uulgo* **18** corporalem *TMNF*R^1, corporalem eam R^3*B uulgo* constituant *P* **19** potest inuisibilis *PR uulgo* **20** nec *TF*, ne *MPNRB uulgo* nihil *TMF*R^1*mg*, nisi *PNRB uulgo* **21** sit] fit *N* **22** est] sit *P* (*sed in mg.* est *a m. 1*) si habet aliquid *TB*R^3, si aliquid *MPN*, et hoc liquid *F* **24** nisi *TN*R^3*B*, nihil *MPF*R^1 **24***sq.* corpus qui] corpus, corpus quod *T* **25** faceret *T* dignus *N* **25***sq.* id eius *MPNFRB* ut** eius *T* (*duae litterae erasae, quae fuerunt* : id) **26** fecisset *T*R^3, fecisse *MPNF*R^1 **27** hic *om. F* mendantium *T* (ut *supra*) aut infirmitas — — mendacium *om. T* **30** aut *T* (*add.* ut *s. u. m. 2*) **31** animae *T*R^3 (*ex Gorziensi, ut testatur*), animale *MPNF*R^1 in carnem conuersa *scripsi* : in carne conuersam *MPNF*R^1, carne conuersa *T*R^3 *uulgo* **32** sed et si] sed ṣị *T* **33** occulte sit qd** anima *T* (*duae litt. erasae quae erant* id; o *supra*) **34** et impossibile *scripsi* : et possibile *T*, impossibile *MPNFRB uulgo* **37** notae *scripsi* : notitiae *libri omnes et uulgo* **38** ex] eṭ (*corr. m. 2*) *T*, et *F* iustis *scripsi* : ustis *MN*, istis *TPFRB* **38***sq.* iustis scilicet quaestionibus oportunam] *begründeten Zweifelsfragen ausgesetzt* **39** opportunam *MNR uulgo* in illam *TB*, *om. MPNFR* **39***sq.* defensionem] *i. e.* uindicationem **41** suam (s *in ras.*) *M* **42** incịdere *T* conditionis *TM* **43** carneam] carnem *TN*

illam ostendendam quoquo modo fuisse, id est incognitam sibi et nobis. Quamquam in hoc uana distinctio est, quasi nos seorsum ab anima simus, cum totum quod sumus anima sit. Denique sine anima nihil sumus, neque hominis quidem, sed cadaueris nomen. Si ergo ignoramus animam, ipsa se ignorat. **2.** Ita superest hoc solummodo inspicere, an se anima sic ignoret, ut nota quomodo fieret *** Opinor, sensualis est animae natura. Adeo nihil animale sine sensu, nihil sensuale sine anima. Et ut impressius dixerim, animae anima sensus est. **3.** Igitur cum omnibus anima sentire praestet et ipsa sentiat omnium etiam sensus, nedum qualitates, cui uerisimile est, ut ipsa sensum sui ab initio sortita non sit? Vnde illi scire, quid interdum sibi sit necessarium ex naturali necessitate, si non scit suam qualitatem, cui quid necessarium? Et hoc quidem in omni anima recognoscere est, notitiam sui dico, sine qua sibi nulla anima a se ministrare potuisset. **4.** Puto autem magis hominem, animal solum rationale, compotem et animam esse sortitum, quae illum faciat animal rationale, ipsa in primis rationalis. Porro V 222 quomodo rationalis quae efficit hominem rationale animal, si ipsa rationem suam nescit, ignorans semetipsam? Sed adeo non ignorat, ut auctorem et arbitrum et statum suum norit. **5.** Nihil adhuc de deo discens deum nominat. Nihil adhuc de iudicio eius admittens deo commendare si dicit. Nihil magis audiens quam spem nullam esse post mortem et bene et male defuncto cuique imprecatur. Plenius haec prosequitur libellus quem scripsimus DE TESTIMONIO ANI-

XII. **2** quo q m *T*, quoquo modo *R³B*, quomodo *MPNFR¹* incognita *T* **3** distinctio] distensio *T* *est (*una litt. erasa*) *T* **5** denique] *hoc est* namque neque *T*, nec *MPNFRB uulgo* homines *T* **7** ita *T* (q; *s. u. add. m. 2*) **8** sic *scripsi*: hic *TB*, *om. MPNFR* ignoret *T*, ignorarit *MPNFRB uulgo* quomodo] quoque modo *TB* (*Oehler*) *lacunam indicaui: quae desunt sic fere uelim suppleri*: ⟨sibi ex semetipsa, ab initio ei non fuerit.⟩ *cf. infra p. 222, 29*: si anima semetipsam ignorans erat ab initio **10** impressius *TNFR³B*, pressius (in *s. u. a m. 2*) *M*, pressius *PR¹* **11** sentire anima *F* **12** praestet et ipsa] praestat ipsa *T* **13** cui] qui *FR¹*, qui *N* **14** quid *TMNF*, quod *PRB uulgo* interdum] *jeweils* **15** naturali *TBmg*, naturalium *MPNFRB uulgo* **16** necessarium? et hoc *scripsi*: necessarium est. et hoc *F*, necessarium est. hoc *TMPNRB uulgo* omnia animam *T* **17** notitias *T* sine qua *T*, sine qua notitia *MPNFRB uulgo* sui (sibi *s. u. a m. 1*) *T*, sui *MPNFRB uulgo* a se *TB*, se *MPNFR Rig. Oehler* **19** compotem *TB*, computes *MPNFR*, competere *Oehler* compotem] *coniunge cum sententia relatiua*: quae illum faciat et *om. T* **20** faciat] facit *F* **20sq.** porro quomodo rationalis *TB*, *om. MPNFR* **21** efficiet *T* **23** ac*torem *T* (c *ex* u *corr.*) *T* **24** dicens *N* **25** dicit] didicit *R*, dicit (s *s. u. a m. 2*) *T* (*sed cf. De testim. animae cap. 2 = I p. 137, 10*) **27** cuique

XII. **14** sit sibi *T*

MAE. **6.** Alioquin si anima semetipsam ignorans erat ab initio, nihil a Christo cognouisse debuerat nisi qualis esset. Nunc autem non effigiem suam didicit a Christo, sed salutem. Propterea dei filius descendit et animam subiit, non ut ipsa se anima cognosceret in Christo, sed ut Christum in semetipsa. Non enim se ignorando de salute periclitabatur, sed dei uerbum. **7.** *Vita*, inquit, *manifestata est*, non anima. Et *ueni*, inquit, *animam saluam facere*, non dixit ostendere. Ignorabamus nimirum animam, licet inuisibilem, nasci et mori non incorporaliter, ut nobis nascens et moriens corporaliter exhiberetur. Ignorauimus plane resurrecturam cum carne. Hoc erat quod Christus manifestauit — sed et hoc non aliter in se quam in Lazaro aliquo — cuiusque caro non erat animalis, ita nec anima carnalis. V 223 Quid ergo amplius innotuit nobis de animae ignoratae retro dispositione? Quid inuisibile eius fuit, quod uisibilitatem per carnem desideraret?

XIII. **1.** *** caro facta est anima, ut anima ostenderetur, numquid ergo et caro anima facta est, ut caro manifestaretur? Si caro est anima, iam non est caro sed anima. Si anima caro est, iam non anima est, sed caro. Vbi ergo caro, et ubi anima, si alterutro alterutrum facta sunt, immo si neutrum sunt, dum alterutro alterutrum fiunt? Certe peruersissimum, ut carnem nominantes animam intellegamus et animam significantes carnem interpretemur. **2.** Omnia periclitabuntur aliter accipi quam sunt, si aliter quam sunt cognominantur, et amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur. Fides nominum salus est proprietatum. Etiam cum de-

XII. **35** Ioh. 1, 4. 2 Cor. 4, 10 **36** Luc. 9, 56

defuncto *F* defunctio *T* (*corr. m. 1*) **29** semetipsam ignorans erat] in semetipsa ignorat *N* **32** dei filius *TF*, filius dei *MPNRB uulgo* **34** periclitabatur *T*, periclitatur *MPNFRB uulgo* **37sq.** nasci et mori non incorporaliter *scripsi*: nasci et non mori incorporaliter *TBmg*, nasci et mori incorporaliter *N*, nasci et mori nisi (ni *M*) corporaliter *MPFRB uulgo* **38sq.** ut nobis nascens et moriens corporaliter *TBmg*, *om. MPNFRB uulgo* **39** sed ignorauimus *addidi* **40** erat *T*, erit *MPNFRB uulgo* **41** *parenthesin indicaui* **42** cuiusque *T*, cuius *MPNFRB uulgo* **43** ignorate *T*, ignoratae *R¹mgB*, ignorante *F*, ignorantiae *MP*, ignorantis *N* **44** fuit *om. F*

XIII. **1** *lacunam signaui* (*cf. quae disserui supra ad p. 219, 10*): *intercidisse puto talia*: ⟨Ad haec primo ex illis quaerendum: si⟩ *post* ostenderetur *uirgulam posui* **3** est anima *T*, anima est *MPNFRB* iam non est caro sed anima *T*, iam non anima est sed caro *MPNFRB* **4** iam non anima est sed caro *T*, iam non caro est sed anima *MPNFRB* **5** anima *T*, anima est *MPNFRB uulgo* si alterutro *T*, *om. MPNFRB uulgo* facta sunt *T*, facta est *MPNFRB uulgo* **6** alterutro alterutrum *T*, alterutrum alterum *MPNFRB uulgo* *post* fiunt *signum interrog. posui* **9sq.** si aliter quam sunt cognominantur] *haec uerba, quae in libris omnibus in sequenti uersu (l. 10) post uerba* dum aliter accipiuntur *exstant, huc transtuli* **10** cognominantur *MPNFRB*, *om. T* (*sed add. in mg.* accipiuntur *m. 2*) **11** pphatum

mutantur qualitates, accipiunt uocabulorum * possessiones. Verbi gratia argilla excocta testae uocabulum suscipit nec communicat cum uocabulo pristini generis, quia nec cum ipso genere. **3.** Proinde et anima Christi caro facta non potest non id esse quod facta est, et id non esse quod fuerat, aliud scilicet facta. Et quoniam proximum adhibuimus V 224 exemplum, plenius eo utemur. Certe enim testa ex argilla unum est corpus unumque uocabulum unius scilicet corporis. **4.** Nec potest testa dici et argilla ; quia quod fuit, non est, quod autem non est, et non adhaeret. Ergo et anima caro facta uniformis soliditas et singularitas tota est et indiscreta substantia. In Christo uero inuenimus animam et carnem simplicibus et nudis uocabulis editas, id est animam animam et carnem carnem, nusquam animam carnem aut carnem animam, quando ita nominari debuissent, si ita fuissent. **5.** Sed etiam ⟨ipse⟩ sibi quamque substantiam diuise ** pronuntiatas ab ipso, utique pro duarum qualitatum distinctione, seorsum animam et seorsum carnem. *Quid,* inquit, *anxiata est anima mea usque ad mortem ?* et : *Panis, quem ego dedero pro salute mundi, caro mea est.* Porro si anima caro fuisset, unum esset in Christo : carnea anima aut caro animalis. At cum diuidit species, carnem et animam, duo ostendit. **6.** Si duo, iam non unum ; si non unum, iam nec anima carnalis nec caro animalis. Vnum enim est anima V 225 caro aut caro anima. Nisi si et seorsum aliam gestabat animam praeter eam, quae caro erat, et aliam circumferebat carnem praeter illam, quae anima erat. Quodsi una caro et una anima, illa tristis usque ad mortem et illa panis pro mundi salute, saluus est numerus duarum substantiarum

XIII. **29** Matth. 26, 38 ; Mc. 14, 34 **30** Ioh. 6, 51

(*corr. m. 1*) *T* **12** *lacunam signaui : intercidisse uidetur* aliorum **13** argillae excoctae *F* **14** cum] eum *F*, *om.* R^3 **16** fuerat *T*, fuerit *MPNFRB uulgo* **17** aliud *T* (ut *s. u. add. m. 2*) facta] faciat *T* quoniam] quomodo *F* proximum] *i. e.* manifestum, euidens *cf. Ad nat. II, 12 = I p. 120, 18, De idol. 11 = I p. 42, 11* ⟨quod⟩ adhibuimus *fort.* **18** utemur] uterẹmur *T* (*corr. m. 2*) testa *om. T* ex] et *F* **20** dici testa *N*, testa *om. B* **21** quod autem non est, et non adhaeret *TB*, *om. MPNFR* **21sq.** ergo et anima *MPNFR*, et anima *T* (*om.* ergo), et anima non adhaeret. ergo et anima *B* (*et omnes abhinc editiones*) **22** soliditas *TBmg*, solidita *MPNFRB* et *TN*, sed *MPFRB* tota *TBmg*, tuta *MPNFRB* **23** indiscreta] indiscrepata *TBmg* **25** animam (*alterum*) *om. P* **26** quando] *i. e. quamquam* **27** ipse *addidi* quamque] *pro* utramque *ut* cuiusque *pro* utriusque *supra* quamquam *N* *lacunam signaui : interciderunt talia :* ⟨defendit, ut diuise⟩ pronuntiatas **27sq.** pronuntiatas *T* (*Vrs.*), pronuntiata *MPNFRB* **28** ab ipso *TBmg*, sub ipso *MPNFRB* **29** carne *N* **29sq.** inquit anxiata est *T*, anxia est inquit *MPNFRB* **32** et unum esset *T* christo carnea *uulgo* aut] ụṭ *T* (*corr. m. 1*) **33** diuisit *N* **35** est enim *F* **36** nisi si *T*, nisi *MPNFRB uulgo*

in suo genere distantium, excludens carneae animae unicam speciem.

XIV. **1.** 'Sed et angelum', aiunt, 'gestauit Christus.' Qua ratione ? Qua et hominem ? Eadem ergo sit et causa. Vt hominem gestaret Christus, salus hominis fuit causa, — scilicet id restituendum quod perierat : homo perierat, hominem restitui oportuerat — ut angelum gestaret Christus, nihil tale. **2.** [De causa est] nam et si angelis perditio reputatur in ignem praeparatum diabolo et angelis eius, numquam tamen illis restitutio repromissa est. Nullum mandatum de salute angelorum suscepit Christus a patre. Quod pater neque repromisit neque mandauit, Christus administrare non potuit. Cui ergo rei angelum quoque gestauit, nisi ut satellitem forte, cum quo salutem hominis operaretur ? **3.** Idoneus enim non erat dei filius, qui solus hominem liberaret, a solo et singulari serpente deiectum ? Ergo iam non unus dominus nec unus salutificator, sed duo salutis artifices, et utique alter altero indigens. An uero ut per V 226 angelum liberaret hominem ? Cur ergo ipse descendit ad id, quod per angelum erat expediturus ? Si per angelum, quid et ipse ? Si per se, quid et angelus ? Dictus est quidem 'angelus magni cogitatus', id est nuntius, officii, non naturae uocabulo. Magnum enim cogitatum patris, super hominis scilicet restitutionem, adnuntiaturus saeculo erat. Non ideo tamen sic angelus intellegendus ut aliqui Gabrihel aut Michahel. **4.** Nam et filius a domino uineae mittitur ad uinitores, sicut et famuli, de fructibus petitum, sed non propterea unus ex famulis deputabitur filius, quia famulorum successit officio. Facilius ergo dicam, si forte, ipsum filium angelum, id est nuntium patris, quam angelum in filio. Sed

XIV. **7** *cf.* Matth. 25, 41 **20** *cf.* Es. 9, 5 **24** *cf.* Matth. 21, 34–37

XIV. **1** sed et *TF* (*cf. infra 11* : angelum quoque), sed *MPNRB uulgo* **2** *post* hominem *signum interrog. posui* sit *T*, est *MPNFRB uulgo* *aliter distinxi* : causa, ut hominem gestaret christus. salus *uulgo* **3** fuit *om. T* *parenthesin indicaui* **4** id *scripsi* : ad *libri omnes* est *uulgo* **4sq.** hominẹ̄ restitutio *T* (ū *s. u. a m. 2*) **6** nihil tale] *ex antecedentibus supple mente* : causa fuit de causa est *seclusi ; glossema* : $\overset{\mathrm{x}}{\mathrm{o}}$ (= deest) causa est *inter uerba irrepsisse puto* **11** ergo *T*, igitur *MPNFRB uulgo* **12** forte *T*, fortem *MPNFRB uulgo* **13** idoneus *TB*, ideo reus *MPNFR* **14** liberaret (*s. u. a m. 1*) *N* *signum interrog. posui, quod et in T exstat* **15** dominus *T*, deus *MPNFRB uulgo* sed *T*, si *MPNFRB uulgo* **16sq.** per angelum] *animaduerte aliud esse* p e r *angelum, aliud* c u m *angelo (225, 12)* **19** ipse *T*, *om. MPNFRB uulgo* **20** angelus magni cogitatus *T*, magni consilii angelus *MPNFRB uulgo* (*correctum, ut uid., secundum graecum exemplar* μεγάλης βουλῆς ἄγγελος) **22** restitutionem *TMPNF*, restitutione R *uulgo* **23sq.** gabrihel aut michahel *TMP*, gabriel aut michael *NFRB* **24** domino] deo *T* **24sq.** uinitores *T*, cultores *MPNFRB uulgo* **25** *post* petitum *uirgulam posui pro puncto* **27** ṣị forṭe (si *et* t *littera eras.*) *T* (*in mg. add. m. 2* foret

cum de ipso sit pronuntiatum : *Minuisti eum modicum quid citra angelos,* quomodo uidebitur angelus, sic infra angelos diminutus, dum homo sit, qua caro et anima et filius hominis ? **5.** [Quia autem spiritus dei et uirtus altissimi, non potest infra angelos haberi, deus scilicet et dei filius.] Quanto ergo, dum hominem gestat, minor angelis factus est, tanto non, V 227 dum angelum gestat. Poterat haec opinio Hebioni conuenire, qui nudum hominem et tantum ex semine Dauid, id est non et dei filium, constituit Iesum, plane prophetis aliquot gloriosiorem, ita ut in nonnullis angelum fuisse dicatur, quemadmodum in aliquo Zacharia. **6.** Nisi quod a Christo nunquam est dictum : *Et ait mihi angelus, qui in me loquebatur* ; sed nec cotidianum illud omnium prophetarum : *Haec dicit dominus.* Ipse enim erat dominus coram et ex sua auctoritate pronuntians : *Ego autem dico uobis.* Sed quid ultra ad haec Esaia exclamante : *Non angelus neque legatus, sed ipse dominus saluos eos fecit ?*

XV. **1.** Licuit et Valentino ex priuilegio haeretico carnem Christi spiritalem comminisci. Quidquid uis eam fingere potuit quisquis humanam credere noluit, quando, quod ad omnes dictum sit, si humana non fuit nec ex homine, non uideo, ex qua substantia ipse Christus et hominem se et filium hominis pronuntiarit : *Nunc autem uultis occidere hominem ueritatem ad uos elocutum,* et : *Dominus est sabbati* V 228 *filius hominis.* De ipso enim Esaias : *Homo in plaga et sciens*

29 Ps. 8, 6 **40** Zach. 1, 14 **43** Matth. 5, 34-39 **44***sq.* Es. ?
XV. **6** Ioh. 8, 40 **7** Matth. 12, 8 **8** Es. 53, 3

fuisse) **29** ipso] filio ipso *PR uulgo* modicum *TNFR¹mg*, modico *MPR* **30** citra] circa *F* angelus *T*, angelum induisse *MPNFRB uulgo* **31** deminutus *PRB uulgo* sit *T* (*Rig.*), fit *MPNFRB uulgo* qua caro] quaero *T* **32** quia] qua *R³ uulgo* non] num *Oehler* **32***sq.* quia autem — — — dei filius *seclusi : spuria iudico quippe quae ab argumentationis proposito prorsus sint aliena eoque minus uideantur ferenda, quia et ipsis uerbis* qua caro et anima et filius dei *satis ab auctore cautum est, ne perperam intellegatur, et eis, quae infra inde a l. 35 sequuntur* **33** quanto] quam *N* **34** tanto *TB*, quanto *MPNFR* **34***sq.* non dum *Gel.* : nundum *T*, nondum *B*, dum *MPNFR* **35** poterat *T*, poterit *MPNFRB uulgo* hebioni *T*, ebioni *MPNFRB* **38** aliquot *scripsi* : aliquid *T* (i *ex* o *a m. 2*), aliquo *MPNFRB uulgo* ita, ut *scripsi* : ut ita *libri* in nonnullis *TB*, in illo *MPNFR* angelus *Lat.* **39** dicatur *TB*, edicat *MPNFR Oehler* aliquo *om. Oehler* (*mendose*) **39***sq.* a christo *TB*, christo *MPNFR* **41** nec] ne *T* **43** et ex *T*, et *F*, ex *MPNRB uulgo* **44** sed *scripsi* : et *T*, *om. MPNFRB uulgo* esaia exclamante *T*, esaiam exclamantem audi *MPNFRB uulgo*

XV. **1** ex] et *T* (*corr. m. 1*) **2** quidquid uis *T*, quid uis *MPNFRB uulgo* **3** uoluit *F* quando] *h. e. quamquam* quando, quod] quando qd (*h. e.* quando quidem) *T* **4** sit *T* (*Vrs.*), est *MPNFRB uulgo* **5** ipse christus et hominem se *T*, ipse christus hominem et *MPNFRB* ipse ⟨se⟩ christus hominem *Vrs.* **6** pronuntiarit *MPNFRB*, pronuntiauerit *T* (*contra clausulae legem*), pronuntiauit *F* **7** elocutum *T*, locutum *MPNFRB uulgo*

ferre imbecillitatem. Et Ieremias : *Et homo est, et quis cognoscet eum ?* Et Daniel : *Et ecce super nubes tamquam filius hominis.* Etiam Paulus apostolus : *Mediator dei et hominum homo Christus Iesus.* Item Petrus in actis apostolorum : *Iesum Nazarenum uirum uobis a deo destinatum,* utique hominem. **2.** Haec sola sufficere uice praescriptionis debuerunt ad testimonium carnis humanae et ex homine sumptae et non spiritalis, sicut nec animalis nec sidereae nec putatiuae, si sine studio et artificio contentionis haereses esse potuissent. **3.** Nam ut penes quendam ex Valentini factiuncula legi, primo non putant terrenam et humanam Christo substantiam informatam, ne deterior angelis dominus deprehendatur, qui non terrenae carnis extiterunt, dehinc, quod oporteret similem nostrae carnis similiter nasci, non de spiritu nec de deo, sed ex uiri uoluntate. 'Et cur non de incorruptela, si ⟨non⟩ de corruptela ? Et quare non, sicut et illa resurrexit et in caelo resumpta est, ita et nostra V 229 par eius statim adsumitur ? Aut cur illa par nostrae non aeque in terram dissoluta est ?' **4.** Alia ethnici uolutabunt : 'Ergo dei filius, in tantum humilitatis exhibitus, ⟨cur non⟩ est exhaustus et, si resurrexit in exemplum spei nostrae, cur nihil tale de nobis probatum est ?' Merito ethnici talia ; sed merito et haeretici. Numquid enim inter illos distat, nisi quod ethnici non credendo credunt, at haeretici credendo

9 Hier. ? **10** Dan. 7, 13 **11** I Tim. 2, 5 **13** Act. 2, 22 **23** *cf.* Ioh. 1, 13 **24** *cf.* I Cor. 15, 50

10 cognoscet eum *TN*, cognouit illum *MPFRB* ecce *T*, *om. MPNFRB uulgo* nubes *T* (s *eras.*) **10***sq.* tamquam filius] *uerba* filius hominis *usque ad uerba* in Actis apostolorum (*l. 12*) *in codice T exarata sunt a manu rec.* (*m. 3*) **11** etiam] et *F* **12** iesus christus *F* **15** et humanae ex *T* et *s. u. a m. 1 F* **16** spiritales — animales *T* (*corr. m. 2*) siderae *MF* **17** putatiuae *scripsi* : putatiue imaginarie *T*, imaginariae *MPNFRB uulgo* **17***sq.* heresos *T* (o *in* e *corr. m. 2*) **18** ex] et *F* **19** factiuncula *Oehler*, faciuncula *TBmg*, ratione *MPNFRB*, factione *Gel.* et humanam *TB*, *om. MPNFR* **20** ne *om. T* est deterior angelus *T* (enim *s. u. add. m. 2*) **21** dehendi predatur *T* (*add.* hendi *s. u. m. 2*) exstiterunt *TB*, extiterit *MPNFR* **22** nostrae carnis *T*, nostri carnem *MPNFRB uulgo* **23** *uerba aduersariis attribui* **24** de incorruptela, si ⟨non⟩ de corruptela *scripsi* (*cf. l. 39*) : de corruptela sed de incorruptela *MPNFRB uulgo*, de corruptela *T* de incorruptela] *intellege :* de siderea substantia si non de corruptela] *non* de corruptela *erat caro Christi, quia ne corrumperetur impediuit resurrectio* **25** resumpta] sumpta *T* **26** pars *T*, pars *N* adsumitur *T* (*corr. m. 2*) **27** alia *scripsi* : talia *libri omnes et uulgo* ethnici *TMPN*, et ethnici *FRB uulgo* uolutabunt *T* (*Vrs.*), uolutabant *MPNFRB uulgo* **28***sq.* exhibitus est *T*, exhaustus *MPNFRB uulgo* : *utrumque Tertulliani esse puto, sed ita, ut interciderint uerba* cur non **29** si (c *s. u. a m. 2*) *T*, si *om. N* **31** numquid *MPNFRB*, ñ aliquid *T* (*in ras. a m. 2*) non aliquid — — leg(unt) *l. 33 in cod. T a m. 2 exarata sunt* **32** quod *om. T* at *TFRB*, aut *MPN*

non credunt? **5.** Legunt denique: *Minorasti eum modicum citra angelos* et negant inferiorem substantiam Christi, nec hominem se sed uermem pronuntiantis, qui nec formam habuit nec speciem, sed forma eius ignobilis, defecta citra omnes homines, homo in plaga, et sciens ferre imbecillitatem. **6.** Agnoscunt hominem deo mixtum et negant hominem; mortuum credunt et quod est mortuum ex incorruptela natum esse contendunt, quasi corruptela aliud sit a morte. 'Sed et nostra caro statim resurgere debebat.' Exspecta. Nondum inimicos suos Christus obpressit, ut cum amicis de inimicis triumphet.

XVI. **1.** Insuper argumentandi libidine ex forma ingenii V 230 haeretici locum sibi fecit Alexander ille: quasi nos adfirmemus idcirco Christum terreni census induisse carnem, ut euacuaret in semetipso carnem peccati. Quod etsi diceremus, quacunque ratione muniremus sententiam nostram, dum ne tanta amentia qua putauit, tanquam ipsam carnem Christi opinemur ut peccatricem euacuatam in ipso, cum illam et ad dexteram patris in caelis praesidere meminerimus et uenturam inde in suggestu paternae claritatis praedicemus. **2.** Adeo, ut euacuatam non possumus dicere, quia nec ⟨est⟩ euacuata, ita nec peccatricem, in qua dolus non fuit. Defendimus autem non carnem peccati euacuatam esse in Christo, sed peccatum carnis, non materiam, sed naturam, nec substantiam, sed culpam, secundum apostoli auctoritatem dicentis: *Euacuauit peccatum in carne.* **3.** Nam et si alibi *in similitudine* inquit *carnis peccati* fuisse

33 Ps. 8, 6 **35** Ps. 21, 7 **35—37** *cf.* Es. 53, 2. 3 **42** *cf.* Ps. 8, 8; *cf.* I Cor. 15, 27. 28

XVI. **4** *cf.* Rom. 8, 3 **7** *cf. ib.* **8** *cf.* Matth. 26, 64; Mc. 14, 62. Luc. 22, 69 **9** *cf.* Matth. 16, 27; Mc. 8, 38 **12** *cf.* Hebr. 9, 14. *cf.* Rom. 8, 3 **15** Rom. 8, 2 **16** Rom. 8, 3

33 denique] *i. e. enim* modicum *T*, modico *MPNFRB uulgo* **36** defecta *TF* (*alibi scribit Tert.*: deficiens), despecta *MPNRB uulgo* **38** agnoscant *F* **41** debebant *F* **42** nundum *T*

XVI. **1** argumentum de libidine *T* ex forma] = *secundum legem* **3** idcirco *TB*, *om. MPNFR* **5** sentiam *T* (*corr. m. 2*) **6** quam putauit *T* **8** dextram *F* residere *M* (*corr. m. 1*) **9** inde in *scripsi*: inde *MPNFRB*, in *T* **10** *post* praedicemus *grauius distinxi*: praedicemus, adeo *uulgo* ut *om. T* (*add. s. u. m. 2*) **11** quia nec ⟨est⟩ euacuata, ita nec peccatricem *scripsi*: ita nec peccatricem quia nec euacuatam *T*, ita nec peccatricem nec euacuatam *MPNFRB uulgo* **16** si *T*, *om. MPNFRB uulgo* alibi] *ualde suspectum, quia eodem loco exstant haec uerba*

XV. **36** ignobilis] ignorabilis *T*

XVI. **11** ita nec peccatricem, quia nec euacuatam *T*, *prob. Thörnell*

Christum, non quod similitudinem carnis acceperit quasi imaginem corporis et non ueritatem, sed similitudinem peccatricis carnis uult intellegi, quod ipsa non peccatrix caro Christi eius fuerit par, cuius erat peccatum, genere, non uitio adaequanda. **4.** Hinc etiam confirmamus eam fuisse V 231 carnem in Christo, cuius natura est in homine peccatrix, et sic in illa peccatum euacuatum, dum in Christo sine peccato habetur quae in homine sine peccato non habebatur. At neque ad propositum Christi faceret euacuantis peccatum carnis, non in ea carne euacuare illud, in qua erat natura peccati, neque ad gloriam. Quid enim magnum, si in carne meliore et alterius, id est non peccatricis naturae, uim peccati peremit? Ergo, inquies, si nostram induit, peccatrix fuit caro Christi. **5.** Noli constringere explicabilem sensum. Nostram enim induens suam fecit; suam faciens non peccatricem eam fecit. Ceterum — quod ad omnes dictum sit, qui ideo non putant carnem nostram in Christo fuisse, quia non fuerit ex uiri semine — recordentur Adam ipsum in hanc carnem non ex semine uiri factum. Sicut terra conuersa est in hanc carnem sine uiri semine, ita et dei uerbum potuit sine coagulo in eiusdem carnis transire materiam.

XVII. **1.** Sed remisso Alexandro cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet, etiam cum psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alicuius auctoris interserit, ad unam iam lineam congressionem dirigamus: an carnem Christus ex uirgine acceperit, ut hoc praecipue V 232 modo humanam eam constet, si ex humana matrice substan-

apostoli quo et antecedentia; aut igitur delendum uidetur alibi *aut rescribendum*: ille ibi⟨dem⟩ similitudine R (*cf. I p. 257, 17; III p. 94, 26*): similitudinem *TMPNFR* **18** ueritatem *T* (*Gel.*): ueritatis *MPNFRB* **20** eius fuerit par *scripsi*: eius fuerit per *T*, eius fuit par *MPNRB uulgo*, par eius fuit *F* **21** adaequanda *T*, Adae, quando *MPNFRB uulgo* **22** naturae *T* **23** dum *T*, quod *MPNFRB uulgo* **24** habetur *TNF*, habeatur *M* (a *alt. del. m. 1*) *P* holem *T* **25** at *T*, nam *MPNFRB uulgo* neque] ñ*quae *T* (*una litt. erasa*) facere *T* **26** euacuaretur *N* **28** naturae *TNB*, natura *MPFR* **29** uim peccati peremit *T*, ncuum (nenum *F*, *om. spatio uacuo relicto N*) peccati redemit *MPNFRB uulgo*

inqui** *T* (*corr. m. 2 ex* inquies), inquis *MPNFRB uulgo* **31** sensum] *h. e. scripturae locum* enim *om. F* **31sq.** suam faciens non peccatricem eam fecit *TNGR[3]B*, *om. M* (*sed in mg. add. haec uerba m. rec.*) *PFR[1]* **32** ceterum *** ad *T* (*tres uel quattuor litterae* [quas ?] *eras.*) **34** fuerit *T*, fuit *MPNFRB uulgo* **35** carne *N* ex uiri semine *F*

XVII. **1** sillogismis *T* quos] quo *N* **4** iam *om. F* **5** acceperit *om. N* **5sq.** ut hoc (hoc *om. N*) praecipue modo humanam *MPNFRB*, ut praecipue hu-

19 non peccatrix *om. T*

XVII. **3** magna] cum *add. T*

tiam traxit, quamquam licuit iam et de nomine hominis et de statu qualitatis et de sensu tractationis et de exitu passionis humanum constitisse. **2.** Ante omnia autem commentanda erit ratio, quae praefuit, ut dei filius de uirgine nasceretur. Noue nasci debebat nouae natiuitatis dedicator, de qua signum daturus dominus ab Esaia praedicabatur. Quod istud signum? *Ecce uirgo concipiet in utero et pariet filium.* Concepit igitur uirgo et peperit 'Emmanuel', quod est 'Nobiscum deus'. **3.** Haec est natiuitas noua, dum homo nascitur in deo, ex quo in homine natus est deus, carne antiqui seminis suscepta sine semine antiquo, ut illam nouo semine, id est spiritali reformaret exclusis antiquitatis sordibus expiatam. Sed tota no⟨ua nati⟩uitas ista, sicut est in omnibus de ueteri figurata, est rationali per uirginem dispositione. Homine domino nascente uirgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, nondum sementi subacta; ex ea hominem factum accipimus a deo in animam uiuam. **4.** Igitur V 233
si primus Adam ita traditur, merito sequens uel *nouissimus Adam*, ut apostolus dixit, proinde de ⟨virgine⟩ terra, id est carne nondum generationi resignata, in spiritum uiuificantem a deo est prolatus. Et tamen, ne mihi uacet incursus nominis Adae: unde Christus Adam ab apostolo dictus est, si terreni non fuit census homo eius? †Sed et hic ratio defendit: quod deus imaginem et similitudinem suam a dia-

XVII. **12 13** *cf.* Es. 7, 14

manam *T* **7** licuit *TMPNFR*, liquuit *B uulgo* et (*post.*) *T* (*Gel.*) *om. MPNFRB* **8** sensu] censu *T* **9** commentanda *scripsi* : commendanda *MPNFRB*, commendenda *T* **11** nouae] noui *F* de *om. T* **12** ysaia p̄] *T* (*a m. rec. exaratum in ras.*), isaia *MPN*, esaya *F* **13** istud *T*, est istud *MPNFRB uulgo* **14** emmanuel, quod est *T*, emmanuelem (*om.* quod est) *MPNFRB uulgo* **15** deus *T*, deum *MPFRB uulgo*, dominum *N* haec] nec *F* **16** in deo ex quo in homine *T*, in deo. in quo homine *MPNFRB uulgo* natus est deus *T*, deus natus est *MPNFRB uulgo* **18** spiritali *T*, spiritaliter *MPNFRB uulgo* **19** noua natiuitas *scripsi* : nouitas *libri omnes et uulgo* sicut est *scripsi* : sicut et *libri omnes et uulgo* **19*sq.*** in omnibus] καθ' ἕκαστα **20** de ueteri (*scil. natiuitate*)] *pro ablatiuo rei efficientis* : *Ho. Synt. u. Stil p. 34* *aliter distinxi* : figurata est, rationali *uulgo* **20*sq.*** rationali dispositione] ἐκ διαθέσεως τοῦ λόγου, *cf. p. 234, 14* *post* dispositione *grauius distinxi*, *post* nascente *punctum deleui* **21** homine *TB*, *om. MPNFR* domino] *scil. terrae, qui erat Adam* adhuc *om. F* **22** compressa] complexa *N* sementis *N* **23** accepimus *N* **24** ita (*scil. factus*)] itra *P*, interra *R*[1] **25** adam *om. T* uirgine *addidi* **26** carnem *T* nondum *TBmg*, non *MPNFRB* generationis *T* (*corr. m. 1*) **27** est prolatus *TFB*, prolatus est *MPNR* **28** nominis *om. B* (*habet T*) adae, unde christus adam *TB*, ad eundem christum adam *MPNFR* **29** homo eius] *h. e. qui erat in eo homo* **29*sq.*** sed et hic ratio defendit *libri omnes et uulgo* : est et hic ratio defendi *fort. h. e. : auch hier läßt sich zur Rechtfertigung sagen* **30** deus *TB*, dei *MPNFR*

11 debebat] habebat *T*

bolo captam aemula operatione recuperauit. **5.** In uirginem enim adhuc Euam inrepserat ⟨diaboli⟩ uerbum aedificatorium mortis; in uirginem aeque introducendum erat dei uerbum structorium uitae, ut quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem per eundem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eua serpenti: credidit Maria Gabrieli. Quod illa credendo deliquit, ista credendo correxit. 'Sed Eua nihil tunc concepit in utero ex diaboli uerbo.' **6.** Immo concepit. Nam exinde ut abiecta pareret et in doloribus pareret, uerbum diaboli semen illi fuit. Enixa est denique diabolum fratricidam. Contra Maria eum edidit, qui carnalem fratrem Israël, interemptorem suum, saluum quandoque praestaret. In uuluam ergo deus uerbum suum detulit, bonum fratrem, ut memoriam mali fratris eraderet. Inde prodeundum fuit Christo ad salutem hominis, quo V 234
homo iam damnatus intrauerat.

XVIII. **1.** Nunc et simplicius respondeamus: non competebat ex humano semine dei filium nasci, ne sic totus esset filius hominis. Non enim esset et dei filius nihilque ⟨in⟩ se haberet amplius Salomone nec amplius Iona ⟨ess⟩et de Hebionis opinione credendus. Erat ergo iam dei filius ex patris dei semine, id est spiritu. **2.** Vt esset et hominis filius, caro ei eaque sola, erat ex hominis carne sumenda sine uiri semine. Vacabat enim semen uiri apud habentem dei semen. Itaque, sicut nondum natus ex uirgine patrem deum habere potuit sine homine matre, aeque cum de uirgine nasceretur, potuit matrem habere hominem sine homine patre. **3.** Sic denique homo cum deo, dum caro hominis cum spiritu dei: caro sine semine ex homine, spiritus cum semine ex deo. Igitur si fuit dispositio rationis super⟨nae,⟩ filium dei

32 inrepserat *T* (*corr. m. 2*) diaboli *addidi* (*cf. infra l. 38 et 40*) **34** structorium *T*, exstructorium *MPNFRB uulgo* **36** credidit] crediderat *F* gabriheli *M* **37** ista credendo correxit *T*, haec credendo deleuit *MPNFRB uulgo* sed *TR*[2]*B*, sed et *MPNFR*[1] **42** interemptorem] -emptorem *in ras. a m. 2 M*, inte redemptorem *P* **44** eraderet *Rig.* : euaderet *TBmg*, redderet *MPNFRB*

XVIII. **1** et *TP* (*m. 1 corr. in* ut) ut *MNFRB uulgo* **2** humano semine *T*, semine humano *MPNFRB uulgo* ne sic *scripsi* : nisi *TMPNFR*, ne si *B uulgo* **3** n̄ ēēt (*hoc est : non enim esset*) *T* (*compendiosa scriptio primae manus ex parte erasa est*) ⟨*in*⟩ se *scripsi* : se *T* (*sed semirasum*), *om. MPNFRB uulgo* **3*sq.*** haberet] habere* *T* (*eras. uidetur ligatura* &) **4** Salomone et amplius *om. N* nec *scripsi* : et *libri et uulgo* ⟨ess⟩et de *scripsi* : et de *MPNFRB*, de *T*, ut de *Oehler* hebionis *TB*, ebionis *MPNFR* **5** *aliter distinxi* : credendus erat. ergo *uulgo* **6** *post* spiritu *grauius distinxi* : spiritu, ut esset *uulgo* et hominis *T* (*Vrs.*) : et *om. MPNFR* **6*sq.*** caro ei, eaque sola, erat *scripsi* : caro ei (ei *N Gel.*, ea *MPFR*) sola quae erat *MPNFRB*, caro quae sola erat *T* (*om.* ei [ea]), caro ei sola competebat *Oehler* **8** dei semen] semen dei *F* **10** matre *TB*, *om. MPNFR* **11** hominem *TB*, *om. MPNFR* **14** super⟨nae⟩ *scripsi* : super *libri omnes et uulgo* : ratio superna = λόγος ὁ ἐν ὑψηλοῖς (*cf. Luc.* 24, 49; *Ebr.* 1, 3)

ex uirgine proferendum, cur non ex uirgine acceperit corpus, quod de uirgine protulit? 'Quia aliud est, quod a deo sumpsit, quoniam,' inquit, 'uerbum caro factum est.' **4.** Vox ista, quid caro factum sit, contestatur et declarat; nec V 235 tamen periclitatur, quasi statim aliud sit factum caro et non uerbum, si ex carne factum est uerbum caro. Aut si ex semetipso factum est, scriptura dicat. Cum scriptura non dicat nisi quod sit factum, non et unde sit factum, ergo ex alio, non ex semetipso suggerit factum. Si non ex semetipso sed ex alio, ⟨ex quo alio⟩ iam hinc ⟨re⟩tracta. **5.** Et ex quo magis credere congruet carnem factum uerbum nisi ex carne, in qua et factum est? Vel quia ipse dominus sententialiter et definitiue pronuntiat: *Quod in carne natum est, caro est,* ** quia ex carne natum est. 'Sed de homine tantummodo dixit, non et de semetipso.' ⟨Si non et de semetipso,⟩ plane nec de homine Christo. Nega ⟨ergo⟩ hominem Christum, et ita defendes non et in ipsum competisse. Atquin is subicit *et quod de spiritu natum est spiritus est,* qui deus spiritus et de deo natus est. **6.** Hoc utique uel eo magis in ipsum tendit, si et in credentes eius. Si V 236 ergo et hoc ad ipsum, cur non et illud supra? Neque enim potes diuidere hoc ad ipsum, illud supra ad ceteros homines, qui utramque substantiam Christi et carnis et spiritus non negas. **7.** Ceterum si tam carnem habuit quam spiritum, cum de duarum substantiarum pronuntiat condicione, quas in semet ipse gestabat, non potest uideri de spiritu quidem

XVIII. **27** Ioh. 3, 6 **32** *ib.*

15 accepit *N*, acciperit *T* **16** *uerba aduersarii indicaui* **17** inquit *T*, inquiunt *MPNFRB uulgo* factum *TBmg*, facta *MPNFRB* **18** et declarat *T*, *om. MPNFRB uulgo* **19** periclitatur] *i. e. periculum subest* **19sq.** *aliter distinxi*: et non uerbum. si ex carne factum est caro, aut si *uulgo* **21** semet ipso *TB*, semine ipso *MPNFR Oehler* scriptura dicat *TMPR*, dicat scriptura *N*, scriptura dicit *F* **22** dicat *TN* (*m. 1 corr.* a *in* i) *RB*, dicit *MPF* **23** semetipso *TB*, semine ipso *MPNFR* **24** semetipso *TB*, semine ipso *MPNFR* ex quo alio *addidi* retracta *scripsi*: tracta *TMPNR uulgo*, *om. F* (*loco uacuo relicto*) **25** et ex quo *T*, ex quo *MPNFRB uulgo* congruet *T*, congruat *MPNFRB uulgo* **26** *signum interrog. posui* **27** pronuntiat *TN* (*a m. 1; corr. in* -auit *m. rec.*), pronuntiauit *MPFRB uulgo* **27sq.** quod in carne natum est] *contra Graec. exemplar, quod habet*: ἐκ τῆς σαρκός, *sed haec uersio reperitur etiam Adu. Prax. 27 = III p. 282, 15* **28** *lacunam signaui*: idcirco uidelicet *uel tale quid intercidit* *uerba aduersario tribui* sed *T*, sed si *MPNFRB uulgo* **29sq.** si non et de semetipso *addidi* **30** nec de homine Christo *TBmg*: *om. MPNFRB uulgo* ergo *addidi* **30sq.** nega hominem Christum *MPNFRB*, *om. T* **31** defendes *F*, defende *reliqui omnes et uulgo* defendes] *h. e. comprobabis* in ipsum *MPNFRB*, in ipso *T* (o *erasum; pro* o *adscripsit in mg. litteram* i *m. 2*) **32** atquin is *scripsi*: atquin *MPNFR uulgo*, ad quid (id *in ras. ex* is) *T* **33** qui *F*, quia *reliqui omnes et uulgo* spiritus *T*, spiritus est *MPNFRB uulgo* **34** ipso *T* **36** potes diuidere *T*, diuidere potest *MPNF*, diuidere potes *RB uulgo* **38** negant *TBmg* si *TB*, *om. MPNFR* **39** cum *TB*, *om. MPNFR* pronuntiat conditione *T*, conditione pronuntiat *MPNFRB uulgo* quas] quam *T* **40** in semet ipse gestabat *T*, et ipse gestat *MPNFRB uulgo* **41** ipse] sit ipse*** *T* (*uoc.* sit *linea subscripta deletum; post* ipse *tres litt. erasae*), ipse sit *MPNFRB uulgo* **41sq.** ita cum — — deo natus] *ad haec cf. supra p. 235, 33*: deus spiritus et de deo natus; *cum causale cum indicatiuo iunctum cf. Ho., Synt. u. Stil p. 80* **42** dei *T*, dei et *MPNFR uulgo* deus est *om. T* et *T*, est et *MPNFRB uulgo* **43** caro *addidi* est *scripsi*: et *F*, *om. TMPNRB*

suo, de carne uero non sua determinasse. Ita cum ipse de spiritu dei spiritus deus est, ex deo natus, ipse et ex carne hominis ⟨caro⟩ est homo, in carne generatus.

XIX. **1.** Quid est ergo *non ex sanguine neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri, sed ex deo natus est?* Hoc quidem capitulo ego potius utar, cum adulteratores eius obduxero. Sic enim scriptum esse contendunt: 'Non ex sanguine nec ex carnis uoluntate nec ex uiri, sed ex deo nati sunt', quasi supra dictos credentes in nomine eius designet. ** ut ostendant esse semen illud arcanum electorum et spiritalium, quod sibi imbuunt. **2.** Quomodo autem ita V 237 erit, cum omnes, qui credunt in nomine eius, pro communi lege generis humani ex sanguine et ex carnis et ex uiri uoluntate nascantur, etiam Valentinus ipse? Adeo singulariter, ut de domino, scriptum est: *sed ex deo natus est;* merito, qua uerbum dei, [et cum dei uerbo spiritus, et in spiritu dei uirtus et quicquid dei est Christus,] qua caro autem *non ex sanguine nec ex carnis et uiri uoluntate,* quia ex dei uoluntate uerbum caro factum est. **3.** Ad carnem enim, non ad uerbum, pertinet negatio formalis nostrae natiuitatis, quia caro sic habebat nasci, non uerbum. Negans autem ex carnis [quoque] uoluntate natum [cur] non negauit etiam ex substantia carnis. Neque enim, quia ex sanguine negauit, substantiam carnis rennuit, sed materiam seminis, quam constat sanguinis esse † colorem, ut

XIX. **1** Ioh. 1, 13 **5** *cf.* Ioh. 1, 12 **6** *cf.* Rom. 8, 33; *ib.* 8, 5, 9 **12** Ioh. 1, 13 **16** *cf.* Ioh. 1, 14

XIX. **1** est *om. T* **1sq.** neque — neque *T*, nec — nec *rell. omnes* uoluptate *N* **2** natus est] *sic Irenaeus et Tert.* pro ἐγεννήθησαν; *iniuria restitui uoluit* Rig. nati sunt **3** adulatores *N* **6** nati sunt *TBmg*, natus est *MPNFRB* **6sq.** designet] *scil. id quod scriptum est siue scriptura* *grauius distinxi*: designet, ut *uulgo* **7** *lacunam indicaui*: Curent igitur *uel similia intercidisse puto* ostendant *T*, ostendat *MPNRB uulgo*, ostendet *F* esse] *h. e. re uera esse, non modo praesumi* semen esse *F* illud *TBmg*, illius *MPNFRB* **8** quod sibi imbuunt] imbuere alicui aliquid *cf. De pud. 21 = I p. 270, 12* (*ubi recte* B fidei), *Adu. Iud. 3, p. 266, 44* quod s*imbuunt *T* (i *supra* s *et syll.* im *corr. in ras. m. 2; una littera erasa*) **9** nomine eius *T* (eius *s. u. inseruit m. 1*), nomine domini *MPNFRB uulgo* pro *TB*, *om. MPNFR* **12** sed *T*, et *MPNFR* **13** *uerba* et cum — Christus *seclusi* dei uerbo *T*, uerbo dei *MPNFRB* **14** Christus. qua *uulgo* qua] quia *T* **17** pertinet negatio formalis] pertinebat negauit formalis *T* (*syll.* lis *linea infra scripta deleta*) **18** sic *om. T* **19** quoque *et* cur *seclusi* **21** rennuit *TMP*, renuit *NFR* **22** colorem *T*, calorem *MPNFRB uulgo*: col⟨atum um⟩o-

despumatione mutatum in coagulum sanguinis feminae. **4.** Nam ex coagulo † in caseo eius substantiae est, quam medicando constringit, id est lactis. Intellegimus ergo ex concubitu natiuitatem domini negatam, quod sapit et ⟨'non⟩ ex uoluntate uiri et carnis,' ⟨id est⟩ non ex uuluae participatione. V 238 Sed quid utique tam exaggeranter inculcauit non ex sanguine nec ex carnis aut uiri uoluntate natum, nisi quia ea erat caro, quam ex concubitu natam nemo dubitaret ? Negans porro ex concubitu non negauit et ex carne, immo confirmauit ex carne, quia non proinde negauit ex carne sicut ex concubitu negauit. **5.** Oro uos, si dei spiritus non de uulua carnem participaturus descendit in uuluam — potuit enim extra eam fieri caro spiritalis simplicius multo quam ut intra uuluam — sine causa eo se intulit, unde nihil extulit ? Si non sine causa descendit in uuluam, ergo ex illa accepit, quia, si non ex illa accepit, sine causa in illam descendit, maxime eius qualitatis caro futurus, quae non erat uuluae, id est spiritalis.

XX. **1.** Qualis est autem tortuositas uestra, ut ipsam 'ex' syllabam praepositionis officio adscriptam auferre quaeratis et alia magis uti, quae in hac specie non inuenietur penes scripturas sanctas ? Per uirginem dicitis natum, non ex uirgine, et in uulua, non ex uulua, quia et angelus in somnis ad Ioseph : *Nam quod in ea natum est*, inquit, *de spiritu sancto est*, non dixit ex ea. **2.** Nempe, tamenetsi ex ea dixisset, V 239 in ea dixerat ; in ea enim erat quod ex ea erat. Tan-

XX. **6** Math. 1, 20

rem *fort.* (*cf. cap. 4 p. 196, 5 ; cap. 9 p. 215, 9sq. et De an. 27 = I p. 345, 25sqq.*)

23*sq.* sanguinis feminae. nam ex coagulo *TB*, *om. MPNFR* **24** in case T (e *s. l. a m. 1 ut uid.*), in caseo *MPNFRB uulgo* : incase⟨ati⟩o *fort.* (*etsi hoc uocabulum alibi non inuenitur*) eius] uis *Gel. et omnes abhinc editiones* substantiae est *T*, est substantiae *rell. omnes et uulgo* **26***sq.* et ex uoluntate *T*, uoluntas *MPNFRB uulgo* non *addidi* **27** id est *addidi* **28** sed *T*, et *rell. et uulgo* **29** aut uiri uoluntate *TMNF*, uoluntate aut uiri *PRB uulgo* **30** caro *om. T* **31** et ex *T*, ex *rell. omnes et uulgo* **33** spiritus] filius *NR*[3]*GB et M s. u. a m. rec.* **34** descendit in uuluam *T*, descendit in uuluam, cur descendit in uuluam ? *MPNFRB uulgo* *parenthesin indicaui* **35** extra *TPRB*, et extra *MNF* **35***sq.* quam ut intra uuluam *T* (*add. in mg. m. 2 post* intra *haec* : uuluam fieret extra), quam intra uuluam fieret extra uuluam *MPNFRB uulgo* (*de ellipsi uerborum* facere *et* fieri *cf. Ho. Syn. u. Stil p. 145*) **37** *signum interrog. posui* **38** si non *scripsi* : sed si non *T*, sed non *MPNFRB uulgo* in illam] in illa *N* **39** qualitates *T* (*corr. m. 2*)

XX. **1** ipsam ex *MPNRB*, ipsam *T*, ipsam et *F* **2** praepositionis *TR*[3]*B*, propositionis *MPNFR*[1] offitio *T* (*pro more*) ascriptam *T* (s *ex* d) quaeratis *T* (a *eras.*) **3** uti q̄ *T* (q̄ *in ras. pro* q̄ ;), uti quae *Gel.*, utique *MPNFRB* inuenietur *T*, inuenitur *MPNFRB uulgo* **5** et (*alterum*) *om. T* **6** iosep *N* **7** nempe* tamen si *T* (*una littera erasa, quae fuit* n ; t *ex* n *a m. 2*) **8** quod ex ea

tundem ergo et cum dicit in ea, ex ea consonat, quia ex ea erat quod in ea erat. Sed bene, quod idem dicit Mathaeus, originem domini decurrens ab Abraham usque ad Mariam, *Iacob autem generauit*, inquit, *Ioseph, uirum Mariae, ex qua natus est Christus*. Sed et Paulus grammaticis istis silentium imponit dicens : *Misit deus filium suum factum ex muliere*. Numquid per mulierem, aut in muliere ? **3.** Hoc quidem impressius, quod factum dicit quam natum ; simplicius enim enuntiasset natum. Factum autem dicendo et *uerbum caro factum* consignauit et carnis ueritatem ex uirginis factae adseuerauit. Nobis quoque ad hanc speciem psalmi patrocinantur, non quidem apostatae et haeretici et Platonici Valentini, sed sanctissimi et receptissimi prophetae Dauid. Ille apud nos canit Christum, per quem se cecinit ipse Christus. **4.** Accipe uicesimum primum et audi dominum patri deo colloquentem : *Quia tu es, qui auulsisti me ex utero matris meae*. Ecce unum. *Et* V 240 *spes mea ab uberibus matris meae, super te sum proiectus ex uulua*. Ecce aliud. *Et ab utero matris meae deus meus es tu*. Ecce aliter. Et ad sensus nunc ipsos decertemus. **5.** *Auulsisti*, inquit, *ex utero*. Quid auellitur, nisi quod haeret, quod infixum, quod innexum est ei, a quo ut auferatur auellitur ? Si non adhaesit utero, quomodo auulsus est ? Si adhaesit qui auulsus est ex utero, quomodo adhaesisset, nisi dum est per illum neruum umbilicalem, quasi folliculi sui traducem, adnexus origini uuluae ? Etiam

12 Math. 1, 16 **14** Gal. 4, 4 **18** Ioh. 1, 14 **24** Ps. 21, 10 **25** *ib.* **27** Ps. 21, 11 **29** Ps. 21, 10

erat *TB*, *om. MPNFR* **9** ex ea *T*, et ex ea *B uulgo* **10** dicit *MPNFRB*, dicens *T* (*abundans* inquit [*cf. l. 12*] *post uerbum finitum dicendi et apud alios occurrere recte monet C. Prinz*) **11** recurrens *T* **12** iacob autem generauit inquit *T*, iacob inquit generauit *MPNFRB uulgo* **13** natus est *TN* (*ut graece* : ἐγεννήθη), nascitur *MPFRB uulgo* **14** imponit silentium *F* (*fort. propter clausulam rhythmicam*) dicens : misit *T*, misit inquit *MPNFRB uulgo*, *fort.* dicens : misit, inquit **15** aut] et *T* in muliere *NFRB*, in mulierem *TMP* **16** quidem] idem *N* dicit *MPNFR*, potius dixit *TB* (*sed ellipsis comparatiui* magis *uel* potius *scriptori sollemnis est*) **18** factum *T*, factum est *MPNFRB uulgo* **18***sq.* ueritatem *TB*, ueritati *MPNFR* **19** ex uirginis] *scil. carne* uirginis *T* (e *s. u. a m. 2*), uirgine *MPNFRB uulgo* factae] factam *B* **20** patrocinantur *T*, patrocinabuntur *MPNFRB uulgo* **21** ualentini *om. T* **23** se *om. T* XXI (*i. e.* uicesimum primum) *T*, christum *Bmg Oehler*, *om. MPNFRB* **24** et audi dominum *TBmg*, dauid domino *MPNFRB* patri deo colloquentem *TBmg*, deo patri eloquentem *MPNFRB* **25** meae] me *M* **25***sq.* ecce — — matris meae *om. N* **27** et ab] ex ab *MP* **28** aliter] aliud *Pam.* (*Rig. Oehler*) et ad sensus nunc *T*, nunc ad sensus *MPNFRB uulgo* **30** quod (*alterum*) *T*, *om. MPNFRB uulgo* a quo] a qua *F* **31***sq.* auulsum *T* **32** ex utero *huc transposui ; in mss. l. insequenti post uerba* nisi dum *legitur* **33** nisi dum est] *ad* dum *causale cf. Ho., Synt. u. Stil p. 79* umbilicalem *T*, umbilicarem *MPNFRB uulgo* **34** adnexus *TBmg*,

cum quid extraneum extraneo adglutinatur, ita concarna-
tur et conuisceratur cum eo cui adglutinatur ut, cum auel-
litur, rapiat secum ex corpore, a quo auellitur, sequelam
quandam, abruptae unitatis traducem et mutui coitus.
6. Ceterum cum et ubera matris suae nominat, — sine dubio
quae hausit — respondeant obstetrices et medici et physici
de uberum natura, an aliter manare soleant, sine uuluae
genitali passione, suspendentibus exinde uenis sentinam V 241
illam interni sanguinis et ipsa translatione decoquentibus
in materiam lactis laetiorem. Inde adeo fit, ut uberum
tempore menses sanguinis uacent. Quodsi uerbum caro
ex se factum est, non ex uuluae communione, nihil operata
uulua, nihil functa, nihil passa quomodo fontem suum trans-
fudit in ubera, quem nisi habendo non mutat ? Habere autem
fontem non potuit lacti subministrando, si non haberet et
causas sanguinis ipsius, auulsionem scilicet suae carnis.

7. Quid fuerit nouitatis in Christo ex uirgine nascenti,
palam est, solum hoc scilicet, quod ex uirgine secundum
rationem quam edidimus et ***, uti uirgo est et regeneratio
nostra spiritaliter, ab omnibus inquinamentis sanctificata
per Christum, uirginem et ipsum, etiam carnaliter, ut ex
uirginis carne. XXI. **1.** Si ergo contendunt hoc competisse
nouitati, ut quemadmodum non ex uiri semine, ita nec ex
uirginis carne caro fieret dei uerbum, quare non hoc

---

adnexum *MPRB*, ad nexum *NF* **35** extraneum] extranee *P* extraneo *TPFRB*, extraneū *M* (*corr. m. 1*), *om. N* **35***sq.* cucarnatur *T* **36** rapiat secum — — — auellitur (*2*) *om. N* a quo *T*, aliquid a quo *MPFRB uulgo* sequelam *TMNF*, quasi sequelam *PRB uulgo* **38** quandam *TPRB*, quendam *MNF* *post* quandam *leuius distinxi* abruptae *MPFRB*, abrutae *TN* traducem et *scripsi* : et traducis *TBmg*, et producis *MPNF*R^1, et producem R^3*B* **39** cum et *T*, et (*om.* cum) *MNF*, quae *PRB uulgo* nominat ? sine dubio *uulgo distinguitur* **40** obsetrices *MP* et medici *T*, medici *reliqui omnes et uulgo* **41** uberum *TM* (*corr. ex* liberum) *NG*R^3, liberum *F*, liberorum *P*R^1 manare] manere *MF* uulua *F* **42** genitalis *T* suspendentibus *TMNF*, pendentibus *PRB* **42***sq.* uenis sentinam illam *TBmg*, uenissent in mamillam *F*, uenis in mamillam *MNPRB*, uenis sentinam illam inferni sanguinis in mamillam *Gel. et sequentes editores praeter Rig., qui non habet* in mamillam **43** interni *TBmg*, inferni *PFRB*, inferri *M* (*corr. ex* inferni) *N* (*in PR uerba* inferni sanguinis *comparent ante uerba* in mamillam) de quoquentibus *T* **44** ḷạctis (lac- *in ras. a m. 2*) *T* laetiorem] latiorem *P*R^1 inde adeo *MPNFRB*, Ạ'*ideo*** *T* (A' *et* i *a m. 2 in ras.; quattuor litt. erasae*) uberum] uerbum *F* **45** mensis *T* sanguinis *T*, sanguinum *MPNFRB uulgo* **46** uulua *F* communione *T*, communicatione *MPNFRB uulgo* **47** functa *TBmg*, iuncta *MPNFRB* **47***sq.* in ubera transfudit *F* **48** quem *scripsi* : que *T*, quae *rell. et uulgo* mutat] *h. e. transfert* autem *om. T* **49** fontem non* *T* (*in ras. a m. 1; in loco uacuo erasum est* : n̄), sanguinem non *rell. omnes et uulgo* et *T*, *om. rel. omnes et uulgo* **51** nascenti *scripsi* : nascendi *libri omnes et uulgo* **52** solum hoc scilicet *TF*, scilicet solum hoc *MN*, scilicet solummodo hoc *PRB uulgo* **53** et] eo *Oehler* *lacunam signaui* : uirgo est editus *intercidisse puto* est et *scripsi* : esset *libri omnes et uulgo* regeneratione *F* **54** *post* spiritaliter *uirgulam posui*

sit tota nouitas, ut caro non ex semine nata ex carne pro- V 242
cesserit ?

2. Accedant adhuc comminius ad congressum. *Ecce,* in-
quit, *uirgo concipiet in utero.* Quidnam ? Vtique dei uer-
bum, non uiri semen, certe ut pareret filium. Nam *et pariet,*
inquit, *filium.* Ergo ut ipsius fuit parere, quia ipsius fuit
concepisse, ita ipsius est quod peperit, licet non ipsius fue-
rit quod concepit. Contra si uerbum ex se caro factum
est, iam ipsum se concepit et peperit, et uacat prophetia.
3. Non enim uirgo concepit neque peperit, si non quod peperit
ex uerbi conceptu caro ipsius est. Solane autem prophe-
tae uox euacuabitur an et angeli, conceptum et partum uir-
ginis adnuntiantis ? An omnis etiam scriptura, quaecumque
matrem pronuntiat Christi ? Quomodo enim mater, nisi
qui in utero eius fuit ⟨ex utero eius aliquid accepit ?⟩ Si
nihil ex utero eius accepit, quid matrem eam faceret, in
cuius utero fuit ? Hoc nomen non debet ⟨ei⟩ caro extranea :
matris uterum non appellat nisi filia uteri caro. Filia porro V 243
uteri non est, si sibi nata est. **4.** Tacebit igitur et Helisabeth
propheta portans iam domini sui conscium infantem et
insuper spiritu sancto adimpleta ? Sine causa enim dicit :
Et unde mihi hoc, ut mater domini mei ueniat ad me ?, si
Maria non filium, sed hospitem in utero portabat Iesum. ⟨Et⟩
quomodo dicit : *beatus fructus uteri tui ?* Quis hic fructus

---

XXI. **7** Es. 7, 14 (Matth. 1, 23) **8** *ib.* **15** *cf.* Matth. 1, 20. 21 **25** Luc. 1, 43 **27** Luc. 1, 42

XXI. **4** sit *TPRB*, si *MNF* **4***sq.* semine nata *MPNFRB*, seminata *T* **5** ex *T*, *om. MPNFRB uulgo* **6** accedant *TMPNF*, accedam *PR uulgo* comminius *NF*R^3*B*, communius *MP*R^1, comminus *T* **8** semen *TBmg*, semine *MPNFRB* *fortasse lacuna statuenda est ante* certe : ut quid ? (= ἵν ατί ;) *intercidisse puto* ut *P*, *om. TMPNF* **9** parere quia ipsius fuit *T*, *om. MPNFRB uulgo* **10** ipsius est ergo quod *N* **11** fuerit] fuit *T* **13** quod *TMNF*, q̄d q̄d *P* (*corr. m. 1*), quicquid R *uulgo* **14** uerbi conceptu *T*, uerbi concepto *MNF*, uerbo concepto *PRB uulgo* solane *scripsi* : sola an *T*, sola haec *MPNFRB uulgo* autem *T*, haec autem *MPNFRB uulgo* **14***sq.* prophetiae *N* **15** et partum *om. T* **16** adnuntiantis *TMN*, adnuntiantes *PFRB uulgo* (*praeter Oehlerum*) omnis etiam scriptura *scripsi* : omnis scriptura etiam *T*, et omnis iam scriptura *PR uulgo*, omnis iam scriptura *MN*, omnis scriptura *F* **17** pronuntiant *P* enim ẹrgọ mater *T* (ergo *linea infra scripta expunxit m. 1*) **18** qui *scripsi* : quia *libri omnes et uulgo* ex utero eius aliquid accepit *suppleui* si *T*, sed *MPNFRB uulgo* **19** quid *scripsi* : quod *TMPRB*, quomodo *N*, quot *F* **19***sq.* in cuius] in cuius in *T* **20** utero fuit ** nomen *T* (utero fuit *in ras. a m. 2; duae litterae erasae*) ei *addidi* **21***sq.* porro uteri *T*, uteri porro *MPNFRB uulgo* **22** si sibi nata est] *h. e.* non utero, *quia sine eius auxilio* tacebit *TMNF*, tacebat *PRB* elisabeth *FR uulgo* **32** propheta *TBmg*, prophetam *MPNFRB uulgo* portans ** *T* (*duae litterae erasae, quae fuerunt* : ns) *Bmg*, praecans *MNF*, praedicans *PRB* **24** adimpleta *om. T* *signum interrog. posui* **25** hoc ut *T* (*in mg. add. m. 1*), ut *MPNFRB uulgo* ueniat ad me *TMPNF*, ad me *R*, ad me ueniat *B uulgo* **26** portabat *T*, gestabat *MPNFRB uulgo* **26***sq.* Iesum. ⟨et⟩ quomodo *scripsi*, Iesum, quomodo *libri omnes et uulgo* **27** beatus] benedictus

uteri? Qui non ex utero germinauit? Qui non in utero radicem egit, quia non eius est, cuius est uterus? Et ut quid utique 'fructus uteri' Christus? **5.** An, quia ipse est 'flos de uirga' prophetae 'ex radice Iesse', — radix autem Iesse genus Dauid, uirga ex radice Maria, [ex Dauid] flos ex uirga filius Mariae, qui dicitur Iesus Christus — ipse erit et fructus? **6.** Flos enim fructus, quia per florem et ex flore omnis fructus eruditur. Quid ergo? Negant et fructui suum florem et flori suam uirgam et uirgae suam radicem, quominus radix suam sibi uindicet per uirgam proprietatem eius, quod ex uirga est, floris et fructus? **7.** Siquidem omnis V 244
gradus generis ab ultimo ad principalem recensetur, ut iam hinc carnem Christi non tantum Mariae, sed et Dauid per Mariam et Iesse per Dauid sciant adhaerere. Adeo hunc fructum ex lumbis Dauid, id est ex posteritate carnis eius, iurat illi deus consessurum in throno ipsius. Si ex lumbis Dauid, quanto magis ex lumbis Mariae, ob quam ex lumbis Dauid?

XXII. **1.** Deleant igitur et testimonia daemonum 'filium Dauid' proclamantium ad Iesum, sed testimonia apostolorum delere non poterunt, si daemonum indigna sunt. Ipse inprimis Mathaeus, fidelissimus euangelii commentator, ut comes domini, non aliam ob causam, quam ut nos originis Christi carnalis compotes faceret, ita exorsus est: *Liber generaturae Iesu Christi, filii Dauid, filii Abrahae.* **2.** His originis fontibus genere manante cum gradatim ordo deducitur ad Christi natiuitatem, quid aliud quam caro ipsa

---

30 *cf.* Es. 11, 1 **40** *cf.* Ps. 132, 11; Act. 2, 30

XXII. **1** Matth. 20, 30; Mc. 10, 47; Luc. 18, 38 **6** Matth. 1, 1

Pam. (*Rig. Oehler*) uteri tui] uentris tui *T* **28** *post* uteri *et* germinauit *signa interrog. posui* **29** quia *T*, qui *MPNFRB uulgo* *post* uterus *signum interrog. posui* et ut quid *scripsi*: ut quid *T* (= ἵνα τί *h. e.* cur ?), et qui *MPNFRB uulgo* **30** utique] *überhaupt* uteri, Christus *uulgo distinguitur* **31** prophetae *T*, proiecta *MPNFRB*, profecta *Pam.* (*Rig. Oehler*) *parenthesin indicaui* radix autem iesse *om. TP* (*add. haec in mg.* R *ex Hirsaugiensi*) **32** ex dauid *seclusi* flos] non *N* **35** eruitur *F* eruditur in fructum *MPNFR uulgo, etiam T* (*sed uerba* in fructum *linea infra scripta deleuit m. 1*) **37** radix suam *scripsi*; suam radix *TB*, radix *MPNFR* uendicet *PF* **38** *signum interrog. posui* **40** iam hinc *scripsi* (*cf. Thes. l. L. VII, 113, 25sqq.*): iam nunc *libri omnes et uulgo* **41** et iesse *TB*, *om. MPNF*, et iesse per dauid *om.* R adeo *T*, deo *MPNFRB*, ideo *Pam.* (*Rig. Oehler*) **43** conscessurum *M* ipsius] illius *T* ex *T*, in *MPNFRB uulgo*

XXII. **1***sq.* filium Dauid proclamantium ad Iesum] *cf.* triumphum proclamare **2** proclamantia *T* (*corr. m. 1*), proclamantia *MPNFRP uulgo* ad iesum *MPNFRB*, iesum *TB Pam. Rig. Oehler* **3** poterunt *B*, potuerunt *T*, potuerunt *MPNFR* **7** generaturae *T*, geniturae *MPNFRB uulgo* fili dauid *TM* abrahae *T*, abraham *MPNFRB uulgo* **8** manente *M* (*corr. m. 1*) **9** ad christi

Abrahae et Dauid, per singulos traducem sui faciens in uirginem usque, describitur inferens ⟨se⟩ in Christum, immo ipse Christus proditur⟨us⟩ de uirgine? **3.** Sed et Paulus, utpote eiusdem euangelii et discipulus et magister et testis, V 245
quia eiusdem apostolus Christi, confirmat Christum ex semine Dauid secundum carnem, utique ipsius. Ergo ex semine Dauid caro Christi. 'Sed secundum Mariae carnem ex semine Dauid.' Ergo ex Mariae carne est, dum ex semine Dauid. **4.** Quocunque detorseris dictum: aut ex carne est Mariae quod ex semine est Dauid, aut ex Dauid semine est quod ex carne est Mariae. Totam hanc controuersiam dirimit idem apostolus, ipsum ⟨Christum⟩ definiens esse Abrahae semen. Cum Abrahae, utique multo magis Dauid, quia recentioris. **5.** Retexens enim promissionem benedictionis nationum in semine Abrahae: *et in semine tuo benedicentur omnes nationes, non, inquit, dixit ‚seminibus', tanquam de pluribus, sed ‚semine', de uno, quod est Christus.* **6.** Qui haec nihilo minus ⟨quam⟩ legimus et credimus, quam debemus et possumus agnoscere in Christo carnis qualitatem? Vtique non aliam quam Abrahae, siquidem semen Abrahae Christus; nec aliam quam Iesse, siquidem ex radice Iesse flos Christus; nec aliam quam Dauid, siquidem fructus ex lumbis Dauid Christus; nec aliam quam ex Maria, siquidem ex Mariae utero Christus; et adhuc superius nec aliam quam Adae, siquidem secundus Adam Christus. V 246
Consequens ergo est, ut aut illos spiritalem carnem habuisse contendant, quo eadem condicio substantiae deducatur in Christum, aut concedant carnem Christi spiritalem non fuisse, quae non de spiritali stirpe censetur.

---

14 Rom. 1, 3; II Tim. 2, 8 **24** Gal. 3, 8. 16 **29** *cf. ib.* **30** *cf.* Es. 11, 1 **32** *cf.* Ps. 132, 11 **33** *cf.* Luc. 1, 42 **34** *cf.* I Cor. 15, 45

---

natiuitatem *TBmg*, a christi natiuitate *MPNFRB* **10** habrae *N* per singulos ⟨gradus⟩ *fort.* **11** inferens ⟨se⟩ in christum *scripsi*: inferius in Christum *F*, inferens *Christum TMPNRB uulgo* **12** proditur⟨us⟩ *scripsi*: proditur *MPNFRB*, producitur *TBmg Oehler* **13** testis] testis eius T **14** quia *T*R^1*mg* (*i. e. Hirsaugiensis*), qua *MPF*, quam *N* eiusdem *MPNFRB*, *om. T*, eiusdem ipsius R^2 (*nescio unde*) R^3B *uulgo* apostolus christi *T*, christi apostolos *MPNFRB* **16** *uerba aduersario tribui*: si secundum *Oehler* **17** dauid *T*, est dauid *MPNFRB uulgo* **18** dictum] fructum *TBmg* **19** quod ex] aut *T* (*om.* ex) **21** Christum *addidi* **22** abrahae *TPRB*, abraham *MNF* cum abrahae *T*, cum abraham *MPNFRB uulgo* **23** quia *T*, quasi *MPNFRB uulgo* **24** semine abrahae *TBmg*, nomine abraham *MPNFRB uulgo* **26** de uno semine *T* **27** nihilo minus *T*, *om. MPNFRB uulgo* quam *addidi* et] *i. e.* etiam **28** et possumus] et *om. T* **29** abrahae *T* (*bis*), abraham *rell. omnes* (*bis*) **31** quam ex dauid *T* **32***sq.* ex maria] ex mariae utero *T*, mariae *fort.* **33** superius *TMFRB*, supernis *PN* **34** adae *T*, adam *MPNFRB uulgo* **36** quo eadem] quod eam *T* quo] = *ut eo* **37** $\overset{m}{\chi}$ *T*, $\overline{\chi\rho o}$ *MPNFR* **38** quae] qua *Semler*

XXIII. **1.** Sed agnoscimus adimpleri propheticam uocem Simeonis super adhuc recentem infantem dominum pronuntiatam : *Ecce hic positus est in ruinam et suscitationem multorum in Israel et in signum contradicibile.* Signum enim natiuitas Christi secundum Esaiam : *Propterea dabit uobis dominus ipse signum : ecce uirgo concipiet in utero et pariet filium.* **2.** Agnoscimus ergo signum contradicibile conceptum et partum uirginis Mariae, de quo Academici isti : 'Peperit et non peperit, uirgo et non uirgo' ; quasi non, et si ita esset dicendum, a nobis magis dici conueniret. Peperit enim, quae ex sua carne, et non peperit, quae non ex uiri semine, et uirgo, quantum a uiro, non uirgo, quantum a partu. **3.** Non tamen, ut ⟨apud illos,⟩ ideo non peperit quae peperit, quia non ex sua carne, nec ideo uirgo quae non V 247
uirgo, quia non ex uisceribus suis mater, sed apud nos nihil dubium nec retortum in ancipitem defensionem ; lux lux, et tenebrae tenebrae, et *est est* et *non non ; quod amplius, hoc a malo est.* Peperit quae peperit et ⟨uirgo quae uirgo, et⟩si uirgo concepit ⟨et⟩ in partu suo nupsit. **4.** Nam nupsit ipsa patefacti corporis lege, in quo nihil interfuit de ui masculi admissi ; nam emissi idem illud sexus resignauit. Haec denique uulua est, propter quam et de aliis scriptum est : *Omne masculinum adaperiens uuluam sanctum uocabitur domino.* Quis uere sanctus quam san-

XXIII. **3** Luc. 2, 34 **5** Es. 7, 14 **16** *cf.* Es. 5, 20 **17** Matth. 5, 37 **23** Exod. 13, 2 (*cf.* Gen. 17, 10)

XXIII. **2** dominum] deum *T* **2***sq.* pronuntiantum *F* **3***sq.* multorum, et signum in israel *T* **4** contradicibile *T*, quod contradicetur *MNFR*³*B*, quod contradicitur *PR*¹ **5** natiuitas *scripsi* : natiuitatis *libri omnes et uulgo* ysaiam (h) *T* **6** concipiet in utero *TN*, in utero concipiet *MPFRB uulgo* **8** academici *T* (h *s. u. a m. 2*), achademici *MPNF* isti *TBmg*, uti *MPNFRB* **9** et *prioribus duobus locis om. Bmg* (*exstant in T*) **10** esse dicendum (t *s. u. a m. 1*) *T*, dicendum esset *reliqui omnes* uobis *F* dici *TFR* (*ex Hirsaugiensi, ut uid.*) *B*, dicendum *MPN* **11** uiri] uirili *PR* **12***sq.* a uiro, non uirgo quantum a partu] *haec uerba in mg. cod. T add. m. 2*) **13** non tamen] tamen non *T* ut *MPNFRB*, ut *T* (ut *delendum indicauit m. recentior, ut uid.*) apud illos *addidi* peperit *libri omnes* : pepererit R¹*mg et abhinc editores omnes* **13***sq.* quae peperit, quia non ex sua carne *T*, *om. rell omnes et uulgo* **14** nec *scripsi* : et *libri et uulgo* **15** ex *T*, de *rell. omnes* *post* mater *leuius distinxi* : mater. Sed *uulgo* **18** est *TBmg*, *om. rell* **18***sq.* uirgo quae uirgo et *suppleui* **19** et *addidi* **20** nam nupsit *Oehler*, non nupsit *TB*, *om. MPNFR* **21** admissi ; nam emissi idem *scripsi* : admissi an emissi (anne missi *T*) ; idem *libri et uulgo* idem *MNF*, id est *TPRB* sexus *MPNFRB*, rexum *T* idem sexus] *nempe masculus* illud] *scil.* corpus **22** denique] *h. e. enim* **22***sq.* de aliis] *h. e. ab aliis* **24** uero (o

XXIII. **6** in utero concipiet *T*, *cf. Borleffs, 'Museum', 1943, p. 249* **13** tamen non ut ideo *T*, *tuet. Thörnell*

ctus ille sancti filius ? Quis tam proprie uuluam adaperuit quam qui clausam patefecit ? **5.** Ceteris omnibus nuptiae patefaciunt. Ita quae magis patefacta est, quia magis erat clausa, ⟨si⟩ utique, magis non uirgo dicenda est quam uirgo, saltu quodam mater antequam nupta. Et quid ultra de hoc retractandum est, cum hac ratione apostolus non ex uirgine, sed ex muliere editum filium dei pronuntiauit ? Agnouit adapertae uuluae nuptialem passionem. **6.** Legimus quidem apud Ezechielem de uacca illa, quae peperit et non V 248
peperit. Sed uidete, ne uos iam tunc prouidens spiritus sanctus notarit hac uoce disceptaturos super uterum Mariae. Ceterum non contra illam suam simplicitatem pronuntiasset, ut dubitatiuam Esaia dicente : *Concipiet et pariet.*

XXIV. **1.** Quod enim et alias iaculatur in suggillationem haereticorum ipsorum et inprimis : *Vae qui faciunt de luce tenebras, de tenebris lucem,* istos scilicet notat, qui nec uocabula ipsa in luce proprietatum suarum conseruant, ut anima non alia sit quam quae uocatur et caro non alia quam quae uidetur et deus non alius quam qui praedicatur. **2.** Ideo etiam Marcionem prospiciens *ego sum,* inquit, *deus, et alius absque me non est.* Et cum alio ⟨loco⟩ id ipsum eodem ipso modo dicit : *Ante me deus non fuit,* nescio quas illas Valentinianorum Aeonum genealogias pulsat. Et *non ex sanguine neque ex carnis aut uiri uoluntate, sed ex deo*

30 *cf.* Gal. 4, 4 **33** Ez. ? *cf.* Clem. Alex. Strom. 7, 94, 2 (= *cap.* 16, *p.* 756 *Heins.*) cum nota Stachlini **37** Es. 7, 14

XXIV. **2** Es. 5, 20 **7** Es. 45, 5 **9** Es. 46, 9 **10** Ioh. 1, 13

in ras. a m. 2) T **24***sq.* sanctus ille sancti filius *scripsi* : sanctus ille *T*, sancti filius *FRmg*, dei filius *MPNRB* **25** tam *T*, *om. reliqui omnes et uulgo* **26** clausam *TFR*¹*mg*, clusam *MPRB*, clausa *N* ceteris *scripsi* : ceterum *TMPNFRB* **27** ita quae *scripsi* : itaque *libri et uulgo* **28** *post* clausa *uirgulam posui pro puncto* si *addidi* : *uerba quae sequuntur* magis non uirgo dicenda est quam uirgo *adeo audacter dicta sunt, ut nisi restringantur formula huic auctori sollemni* (si utique) *tolerari non possint* **29** salui *F* **30** retractandum est ? cum *uulgo* hac *om. T* **31***sq.* pronuntiauit, agnouit *uulgo* **33** ezechielem *T* (*add.* hi *s. u. m. 2*), ezechielem *FRB*, ezechiel *N*, ezechihel *MP* quae *om. T* **34** iam *TM* (*litt.* i *ex* t) *NR*, tam *PF* tunc *T Pam.*, nunc *MPNFRB Oehler* **37** ut dubitatiuam (*h. e. als Zweifeln ausgesetzt*) *scripsi* : ut dubitatiuae *T*, dubitatiue (*om.* ut) *MPNFRB et uulgo*

XXIV. **1** et alias *T*, isaias et helyas *F*, esaias *MPFRB uulgo* iaculatur] *scil. spiritus sanctus* suggilationem *T*, suggillatione *MPNFRB uulgo* **2***sq.* de luce tenebras, de tenebris lucem *T*, dulce amarum et tenebras lucem *MPNFRB uulgo* **4** ipsa *T*, ista *MPNFRB uulgo* **5** alia (*alterum*)] alia sit *F* **8** alio loco *scripsi* : alio *TMPNFRB*. alias *Pam.* (*Rig. Oehler*) id ipsum *MPNFRB*, *om. T* **9** eodem ipso *T*, eodem *MPNFRB uulgo* : *ad* idem ipse *cf. e. g. Ad nat. I cap. 10* (= *I p. 74, 14*) : eadem ipsa **9***sq.* quas illas] quasi illos *T* **10** aeonum] eo non *T* pulsat et] pulsa dei *T* **10***sqq.* pulsat — respondit — dirigit] *cf. Lfst., Zur Spr. Ter., p. 23* **11** aut *T*, et *MPNFRB uulgo* ex deo] deo *T*

natus est Hebioni respondit. Aeque *etiamsi angelus de caelis aliter euangelizauerit uobis quam nos, anathema sit,* ad energema Apelleiacae uirginis Philumenes dirigit. **3.** Certe V 249 ⟨cum dicit⟩ *qui negat Christum in carne uenisse, hic antichristus est,* nudam et absolutam et simplici nomine naturae suae pronuntians carnem, omnes disceptatores eius ferit. Sicut et definiens ipsum quoque Christum unum multiformis Christi argumentatores quatit, qui alium faciunt Christum alium Iesum, alium dilapsum de mediis turbis alium detentum, alium in secessu montis in ambitu nubis sub tribus arbitris clarum alium ceteris passiuum ignobilem, alium magnanimum alium uero trepidantem, nouissime alium passum alium resuscitatum, per quod suam quoque in aliam carnem resurrectionem adseuerant. **4.** Sed bene, quod idem ueniet de caelis, qui est passus, idem omnibus apparebit, qui est resuscitatus : *Et uidebunt et agnoscent qui eum conpunxerunt,* utique ipsam carnem in quam saeuierunt, sine qua nec ipse esse poterit nec agnosci ; ut et illi erubescant, qui adfirmant carnem in caelis uacuam sensu ut uaginam ⟨inanem⟩ exempto Christo sedere, aut qui carnem et animam tantundem, aut tantummodo animam, carnem uero non iam.

XXV. **1.** Sed hactenus de materia praesenti. Satis iam V 250 enim arbitror instructam esse carnis in Christo et ex uirgine natae et humanae probationem. Quod et⟨si⟩ solum discussum sufficere potuisset, sed citra singularum ex diuerso opinionum congressionem ⟨ae⟩quam ex argumentationibus

---

12 Gal. 1, 8 **15** *cf.* I Ioh. 2, 22 (4, 3) **18** *cf.* I Cor. 8, 6 **26** *cf.* Act. 1, 11 **27** IOh. 19, 37

---

12 respondit] *scil. spiritus sanctus* **14** energema *FRB*, enes gema *T*, energemam *MPN* Apelleiacae *R*, apelliacae *TMPNF* uirginiṣ *T* Philumenes *scripsi* : filū enem *T*, philomenem filium enen *F*, filium filomenen *MPN*, philumenes filium *R*[1] *Oehler*, Philumenes filum *R*[3] **15** cum dicit *addidi* **16** est. nudam *uulgo* **18** ferit *om. T* **18sq.** multiformis *FRB*, multiformes *TMPN* **19** argumentatoris *PF* **20** Iesum] qui alium iesum *T* dẹ[i]lapsum *T* (*corr. m. 1*), elapsum *MPNFRB uulgo* **21** detẹ[n]ctum *M* (*corr. m. 1*) secessū *T* **22** [in]nolem *T* (*in s. u. a m. 1*) **23** trepudantem *F* **25** aliam carnem *T*, alia carne *MPNFRB uulgo* **26** ueniạ[e]t *T* (*corr. m. 1*) **28** conpunxerunt *T*, confixerunt *MPNFRB uulgo* in qua *T* **30** sensu] sensu[n] *T* **31** inanem *addidi* : uagina inanis *Scheide ohne Schwert*, *ut Sen. Epist.* 74, 5 funda inanis *Schleuder ohne Stein* exempto] *i. e.* ex carne **32** tantundem] tantum *T* tantundem : *als das nämliche, scil. sedere in caelis adfirmant*

XXV. **1** sed hactenus — — satis *om. N* materia] mana *T* **2** esses *F* et *om. T* **3** etsi *scripsi* : ẹṣṭ[et] *T* (*expunxit* est *et corr. in* et *m. 1*), et *MPNFRB uulgo* **3sq.** disenssum *F* **4** sed (*hoc est* tamen) *MPNFRB*, *om. TBmg* (*Gel. Rig. Oehler*) : *cf. Ho., Synt. u. Stil. p. 108 ; Beitr. p. 127* citra = *praeter cf. De ieiunio cap. 3 = I 291, 17* **5** ⟨ae⟩quam (*scil.* congressionem) *scripsi* : *quā *T*

earum et scripturis, quibus utuntur, prouocauimus ex abundanti, uti cum eo, quo probauimus, quid et unde fuerit caro Christi, quid non fuerit aduersus omnes praedicaremus. **2.** Vt autem clausula de praefatione commonefaciat, resurrectio nostrae carnis alio libello defendenda hinc habebit praestructionem, manifestato iam quale fuerit quod in Christo resurrexit.

(*una littera erasa*), quam *MPNFRB uulgo* ex *T* (*corr. m. 1*), et *MPNFRB uulgo* **6** prouocamus *F* **7** uti cum *T*, uti *MPNFRB uulgo* quo *scripsi* : quod *libri omnes et uulgo* **8** caro christi *TF*, christi caro *MPNRB uulgo* *post* christi *uirgulam posui* **8sq.** praejụdicaremuṛ[s] (s *s. u. a m. 1*) *T*, praeiudicauerimus *MPNFRB uulgo* praedicare] *hic idem quod* asserere **9** clausula *TMPNRB*, clausulam *F* (*Pam. Rig. Oehler*) commonefaciat *scripsi* : communē faciat *T*, communi faciat *MPNFRB uulgo* **10** resurrectionē *T* defendam *T* hinc *T*, hic *MPNFRB uulgo* **11** manifestato *T*, manifesto *MPNFRB uulgo* **12** resurrexit *FR*[1]*mgB*, resurrexerit *TMPNR*[3] explič de carne X[i] *T*, DE CARNE XPI explicit *MPN*, Deo grās. Explicit liber de carne (*om.* χρι) Q. Sept. Flor. Tertulliani *F*

XIX

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE RESVRRECTIONE MORTVORVM

CVRA ET STVDIO

J. G. PH. BORLEFFS

MONITVM

B	editio Mesnartii, Parisiis 1545.
C	codex Joh. Clementis Angli deperditus, quo usus est Pamelius.
G	codex Gorziensis deperditus quem Rhenanus in editione tertia nonnusquam contulit.
H	codex Hirsaugiensis deperditus cuius lectiones Rhenanus in margine codicis *P* et in editione prima hic illic notauit.
M	codex Montepessulanus 54, saec. XI.
P	codex Seledstadiensis 88 (= Paterniacensis), saec. XI.
T	codex Trecensis 523, saec. XII.
X	codex Luxemburgensis 75, saec. XV [1].
[ ]	his uncinis includuntur, quae ab editore deleta,
⟨ ⟩	his uero quae addita sunt.
litteris inclinatis	indicantur quae ab editore mutata sunt, nisi quod in locis biblicis qui eodem modo impressi sunt, rectis eadem litteris significantur.
† †	cruces corruptelam indicant.
* *	asterisci in textu positi lacunam indicant, in adnotatione uero singulas litteras erasas denotant.

Brf	Borleffs.
Eng	coniecturae Augusti Engelbrecht a Kroymanno commemoratae.
Gel	editio Sigismundi Gelenii, Basileae 1550.
Iun	editio Francisci Iunii, Franekerae 1597.
Krm	editio Aemilii Kroymann, Vindobonae 1906.
Lat	Latinius.
Lfst	E. Löfstedt.
Oel	editio Oehleri maior, Lipsiae 1854.
Pam	editio Pamelii, Parisiis 1579.
R, R^1, R^3	consensus editionum Beati Rhenani, eiusdem editio prima, Basileae 1521, tertia, ibidem 1539.
Rig	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis 1634,[2] 1645.
Thrn	G. Thörnell, Studia Tertullianea I-IV, Vppsalae 1917-1926.
Vrs	Fuluius Vrsinus
Vlt	J. van der Vliet, Studia ecclesiastica I, Lugduni Batauorum 1891.
Vulg	textus biblicus Vulgatae editionis.

1. Codicum *MPT* imagines photographicas contuli, codicem *X* ipsum inspexi. Italos codices uel Italia oriundos omnes neglexi ut qui prae *X* et R nullius fere momenti sint aestimandi.

DE RESVRRECTIONE MORTVORVM. V 25

I. Fiducia Christianorum resurrectio mortuorum. Illam credentes sumus; hoc credere ueritas cogit; ueritatem deus aperit. **2.** Sed uulgus inridet, existimans nihil superesse post mortem, et tamen defunctis parentat, et quidem inpensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, ut, quos negant sentire quidquam, etiam desiderare praesumant. **3.** At ego magis ridebo uulgus tunc quoque, cum ipsos defunctos atrocissime exurit, quos postmodum gulosissime nutrit, isdem ignibus et promerens et offendens. O pietatem de crudelitate ludentem ! Sacrificat an insultat, cum crematis cremat ?

4. Plane cum uulgo interdum et sapientes sententiam suam iungunt : nihil esse post mortem Epicuri sc*h*ola est ; ait et Seneca omnia post mortem finiri, etiam ipsam. **5.** Satis est autem, si non minor sententia Pyt*h*agorae et Empedocles et Platonici inmortalem animam e contrario reclamant, immo adhuc proxime etiam in corpora remeabilem adfirmant, etsi non in eadem, etsi non in humana tantummodo, ut Euphorbus | in Pythagoram, ut Homerus in pauum recenseantur. V 26
6. Certe recidiuatum animae corporalem pronuntiauerunt, tolerabilius mutata quam negata qualitate, pulsata saltim, licet non adita ueritate. Ita saeculum resurrectionem mortuorum nec cum errat ignorat.

II. Si uero et apud deum aliqua secta est Epicureis magis

I, **14** Seneca, De immatura morte fr. 28 Haase (Tert. De anima 42, 2).

I, **1** Incipit de resurrectione mortuorum *T* (*eundem fert titulum vetus catalogus Coloniensis qui anno Domini* 833 *digestus est : v. Lieftinck, Vig. Chr.* 5 [1951] *p.* 203 *et Dekkers, Sacris erudiri* 4 [1952] *pp.* 372 *sqq.*) : INCIPIT DE CARNIS RESVRRECTIONE *M* ; Incipit eiusDē De RESVRRECCIONE CARNIS *P* ; Q. Septimy Florentis Tertuliani Incipit liber de carnis resurrectione *X*   **2** illam *M X* : illa *P* ; S ; illam *T* (*S* ; il *al. m. in ras.*)   **3** sumus hoc] hoc sum' *T* (hoc *del., suprascr.* nos)   **4** nichil *T ubique*   **5** parentat *Krm* : parent. at *T* ; parentant *M P X*   et quidem *M P* : haec quidem *T* ; equidem *X*   **6** eorum] sepultorum *Krm*   esculentorum *M P X* ; sepultorum *T* (sepul *in ras. al. m.*) *Bmg*   **7** negant *T B* : negat *M P X*   quicquam *M P*   praesumant *B* : presūmant *T* ; praesumat *M P X*   **12** et *om. T*   suam *T B* : *om. M P X*   **13** scola *T M P X*   **14** senecta *T*   **15** non] nrā *T*   minom *P* (*corr.* R)   sententia Pythagorae *Brf* : sententia. pitagore folophia (*sic*) *T* (so *add. supra l.*) ; phylosophia pytagore *M P* ; philosophia pitagore *X*   Empedocles et *Brf* : empedodes. et *T* ; empedocli. Sed *M P X* ; Empedoclis et *Oel*   **16** Platonici] platonis. Illi *T* (s. Illi *in ras. al. m.*)   **17** etiam] nos. etiam *T*   corpore *X*   adfirmant] d *exp., supra scr.* f *T* ; affirmant *X*   *post* adfirmant *grauiter distinxit Krm*   **18** etsi] et *X*   Euphorbus R ; euphorribus *T* (ribus *del., post* euphor *al. m. in mg add.* bius) ; euphorbius *M P X*   **19** ut *T* : *om. M P X*   re⟨dire⟩ censeantur *Eng*   recidiuā uatū aīam *T*   **21** mutatam *T*   negatam qualitatem *T*   saltim *T* : saltem *Bmg* ; salute *M P X*   **22** addita *M P*.

adfinis quam prophetis, sciemus, quid audiant a Christo Saducaei. Christo enim seruabatur omnia retro occulta nudare, dubitata dirigere, praelibata supplere, praedicata repraesentare, mortuorum certe resurrectionem non modo per semetipsum uerum etiam in semetipso probare. **2.** Nunc autem ad alios Saducaeos praeparamur, partiarios sententiae illorum : ita dimidiam agnoscunt resurrectionem, solius scilicet animae, [ita] aspernati carnem sicut et ipsum dominum carnis. Nulli denique alii salutem corporali substantiae inuident quam alterius diuinitatis haeretici. **3.** Ideoque et Christum aliter disponere coacti, ne creatoris habeatur, in ipsa prius carne eius errauerunt, aut nullius ueritatis contendentes eam secundum Marcionem et Basiliden aut propriae qualitatis secundum heredes Valentini et Appellen. **4.** Atque ita sequitur, ut salutem eius substantiae excludant, cuius Christum consortem negant, certi illam summo praeiudicio resurrectionis instructam, si iam in Christo resurrexerit caro. **5.** Propterea et nos uolumen praemisimus 'de carne Christi', quo eam et solidam probamus aduersum phantasmatis uanitatem et humanam uindicamus aduersus qualitatis proprietatem, cuius condicio Christum et hominem et filium hominis inscripserit. **6.** Carneum enim atque corporeum probantes eum, proinde et obducimus praescribendo nullum alium credendum deum praeter | V 27
creatorem, dum talem ostendimus Christum, in quo dinoscitur deus, qualis promittitur a creatore. Obducti dehinc de deo carnis auctore et de Christo carnis redemptore, iam et de resurrectione carnis reuincentur, congruenter scilicet et deo carnis auctori et Christo carnis redemptori.

7. Hoc ferme modo dicimus ineundam cum haereticis disceptationem, — nam et ordo semper a principalibus deduci exposcit — ut de ipso prius constet, a quo dicatur dispositum

II, 2 cf. Mt. 22, 23—33.

II, **3** seruabantur *T* **7** partiarios] participes *T*, *sed* cipes *in in ras. al. m.* **8** ita *T : om. M P X* **9** ita *M P X : om. T* **12** creatoris *T Bmg* : creator carnis *M P X* ipso *T* carnem *T* **13** errauerunt *M P X :* negauerunt *T*, *sed* nega *in ras. al. m.* **14** basilidem *T* **15** heredes *T ;* haeresedes *M ;* heresedes *P ;* hereses *X uulgo ;* heredes Valentini *sunt 'Valentiniani'* appelle *T* **16** consortem *T B : om. M P X* **18** resurrexit *Gel* **20** probauimus *T*, *sed* probaui *in ras. al. m.* aduersus infantasmatis *T* **21** uindicamus *T* (ui *suprascr.*) cuius] Et ut h̄ *T*, *sed in ras. omnia* **22** scripserit *T* **23** enim *P X :* n̄eū *T* (n̄ *del.*) *; om. M, sed spatio uacuo relicto* eum] Tū *ex* eū *T* **24** deum *om. T* **26** dehinc ⟨et⟩ *Krm* **28** congruente *T* et deo carnis auctori et christo carnis redemptori ; hoc *T :* et de deo carnis auctore et de christo carnis redemptore. Hoc *M P ;* et de deo auctore carnis et de christo carnis redemptione. Hoc *X ;* hoc *Iun ;* et hoc *Rig* **32** exposcit *M P X :* exspectat *T* *parenthesin*

esse quod quaeritur. **8.** Atque adeo [et] haeretici ex conscientia infirmitatis numquam ordinarie tractant : certi enim, quam laborent in alterius diuinitatis insinuatione aduersum deum mundi omnibus naturaliter notum de testimoniis operum, certe et in sacramentis priorem et in praedicationibus manifestatiorem, sub obtentu quasi urgentioris causae, id est ipsius humanae salutis ante omnia requirendae, a quaestionibus resurrectionis incipiunt, quia durius creditur resurrectio carnis quam una diuinitas. **9.** Atque ita tractatum uiribus ordinis sui destitutum et scrupulis potius oneratum depretiantibus carnem paulatim ad alterius diuinitatis temperant sensum ex ipsa spei concussione et demutatione. **10.** Deiectus enim unusquisque uel motus de gradu eius spei, quam susceperat apud creatorem, facile iam declinatur ad alterius spei auctorem, etiam ultro suspicandum. Per diuersitatem enim promissionum diuersitas insinuatur deorum. Sic multos inretitos uidemus, dum ante de resurrectione carnis eliduntur quam de unione diuinitatis † instantur †.

11. Igitur quantum ad haereticos demonstrauimus, quo ⟨oc⟩currendum sit a nobis. Et occursum est iam suo cuneo quoque titulo : de deo quidem unico et Christo eius aduersus Marcionem, de carne uero domini etiam aduersus quatuor | V 28
haereses, ad hanc maxime quaestionem praestruendam ; uti nunc de sola carnis resurrectione ita et digerendum sit, tamquam penes nos quoque incerta, id est penes creatorem, — nam et multi rudes et plerique sua fide dubii et simplices plures, quos instrui dirigi muniri oportebit — quia ex hoc latere unio diuinitatis defenditur : sicut enim negata carnis resurrectione concutitur, ita uindicata constabilitur. **12.** Animae autem salutem credo retractatu carere ⟨posse⟩. Omnes enim fere haeretici eam, quoquo modo uolunt, tamen non negant. Viderit unus aliqui Lucanus ne huic quidem substantiae par-

indicauit Krm **33** ideo *T*, *sed* i *in ras.* et *om. T :* *habent M P X* **34** numquam] Nūquid *T*, *mutauit in* N̄ *al. m.* laborent *T :* laborant *M P X* **35** aduersum *T :* aduersus *M P X* **37** manifestatiorem *T :* manifestiorem *M P X* **42** depretiantibus carnem *T B :* depreciatibus carnis *M P X* **43** ad *T B : om. M P X* **44** Deiectus] defectus *T*, *sed* f *in ras.* **45** aput *M P* facile iam *M P X :* facit*eam *T*, *sed* t *in ras.* **46** declinare *ex* declinari *T* **50** īstant(ur) *T* (*in ras. ; super* ta *scriptum* ti) : elidunt *M P X*, *del. Krm ;* ⟨se⟩ elidunt *de la Cerda ;* instigantur *fortasse* **52** occurrendum *Gel :* currendum *T ;* decurrendum *M P X* iam *T Bmg ;* etiam *M P X* **56** et *T : om. M P X* digerendum sit *B :* dirigendum sit *T ;* digerā dū *X ;* digeram *M P* **57** nos quoque incerta id est *T B :* nos quoque incertum uel *X ;* nos incertum dum sit quoque certum *M P ;* nos quoque incerta, dum sic quoque certa *Thrn* *parenthesin indicauit Krm* **59** ex *T ;* et *M P X ;* et ex *Eng* **60** unio] uitiū *T* defenditur *T X :* defendetur *M P* resurrectio *T* **61** cun*stabilitur *T* (n *ex* m) **62** ⟨posse⟩ *Vlt* enim *om. T* **63** quoquo modo] quomodo *P R*[1] **64** aliquis *T* ne *T :*

cens, quam secundum Aristotelem dissoluens aliud quid pro ea subicit, tertium quiddam resurrecturus, neque anima neque caro, id est non homo, sed ursus forsitan, qua Lucanus. **13.** Habet et iste a nobis plenissimum 'De omni statu animae' stilum. Quam inprimis inmortalem tuentes, solius carnis et defectionem agnoscimus et refectionem cum maxime adserimus, redactis in ordinarium materiae corpus si quae et alibi pro causarum incursione praestricta distulimus. **14.** Nam ut quaedam praelibari sollemne est, ita et differri necesse est, dummodo et praelibata subpleantur suo corpore et dilata reddantur suo nomine.

III. Est quidem et de communibus sensibus sapere in dei rebus, sed in testimonium ueri, non in adiutorium falsi, quod sit secundum diuinam, non contra diuinam dispositionem. Quaedam enim et naturaliter nota sunt, ut inmortalitas animae penes plures, ut deus noster penes omnes. **2.** Vtar ergo et | V 29 sententia Platonis alicuius pronuntiantis: '*Omnis anima inmortalis*'; utar et conscientia populi contestantis deum deorum; utar et reliquis communibus sensibus, qui deum iudicem praedicant: 'Deus uidet' et 'Deo commendo'. **3.** At cum aiunt: 'Mortuum quod mortuum' et 'Viue dum uiuis' et 'Post mortem omnia finiuntur, etiam ipsa', tunc meminero et cor uulgi cinerem a deo deputatum et ipsam sapientiam saeculi stultitiam pronuntiatam, tunc, si haereticus ad uulgi uitia uel saeculi ingenia confugerit, 'Discede,' dicam, 'ab ethnico, haeretice; etsi unum estis omnes, qui deum fingitis, dum hoc tamen in Christi nomine facis, dum Christianus tibi uideris, alius ab ethnico es; redde illi suos sensus, quia nec ille de tuis instruitur. **4.** Quid caeco duce niteris, si uides? Quid uestiris a nudo, si Christum induisti? Quid alieno uteris clipeo, si ab apostolo armatus es? Ille a te potius discat carnis resurrectionem confiteri quam tu ab illo diffiteri: quia si et a Christianis negari eam oporteret, sufficeret illis de sua

III, **6** cf. Plato Phaedrus c. 24 (245 C). **10** cf. ad cap. 1, 4. **12** cf. Es. 44, 20 **12** cf. I Cor 1, 20. 3, 19. **19** cf. Gal. 3, 27. Rom. 13, 14. **20** cf. Eph. 6, 13—18.

nec *M P X* **65** quam secundum *om. X* **66** tertium *T B* : *om. M P X* resurrecturus *Gel* : resurrecturū *T M P X* **67** qua *Gel* : quasi *T* (*ex* qua); tamquam *M P*; tanquam *X* **70** agnoscimus et refectionem *B* : ostendimus (i *exp., suprascr.* e). et refectionem *T*; *om. M P X* adserimus *M P* : asserimus *X*; asseremus *T* (ass- *ex* ads-) redactis] reddita *T* (i *in ras.*) **71** quae *T* : qua *M P X* **73** solemne *X pro more* diferre *T* et (*ante* praelibata) *om. T.*

III, **1** de *X* R^3 : in *T*; *om. M* (*add. supra l. m.* 1) *P* **4** enim *om. T* naturaliter *T* : natura *M P X*; *cf. Adu. Marc. V* 16 (*p.* 630, 18 *Krm*) **9** Deus] Dn̄s *X* Deo] dn̄ *T* **10** uiue dum *Gel* : uiuidum *T Bmg*; uiuens dum *M P X*; uiuum dum *B* uiuis] unus *X* **11** etiam *om. T* **13** et haereticus *Gel* **16** cristianus *X* **17** es *T B* : *om. M P X* **18** Quid] Quod *X* duce niteris *T* : duci inniteris *M P*; duci in t(er)ris *X* uides *T B* : uide**s *M*; uideris *P X* **20** a te potius *T* : potius a te *M P X* **22** et a *M P X* : et *T*; a *Gel*

scientia, non de uulgi ignorantia instrui'. **5.** Adeo non erit Christianus qui eam negabit, quam confitentur Christiani, et his argumentis negabit, quibus utuntur non Christiani. **6.** Aufer denique haereticis quae cum ethnicis sapiunt, ut de scripturis solis quaestiones suas sistant, et stare non poterunt. Communes enim sensus simplicitas ipsa commendat et compassio sententiarum et familiaritas opinionum, eoque fideliores existimantur, quia nuda et aperta et omnibus nota definiunt; ratio autem diuina in medulla est, non in superficie, et plerumque aemula manifestis. | V 30

IV. Itaque haeretici inde statim incipiunt et inde praestruunt, dehinc et interstruunt, unde sciunt facile capi mentes, de communione fauorabili sensuum. **2.** An aliud prius uel magis audias ab haeretico quam ab ethnico et non protinus et non ubique conuicium carnis, in originem, in materiam, in casum, in omnem exitum eius, inmundae a primordio ex faecibus terrae, inmundioris deinceps ex seminis sui limo, friuolae infirmae criminosae molestae onerosae et post totum ignobilitatis elogium caducae in originem terrae et cadaueris nomen, et de isto quoque nomine periturae in nullum inde iam nomen, in omnis iam uocabuli mortem? **3.** 'Hancne ergo,' ⟨ait⟩ uir sapiens, 'et uisui et contactui et recordatui tuo ereptam persuadere uis, quod se receptura quandoque sit in integrum de corrupto, in solidum de casso, in plenum de inanito, in aliquid omnino de nihilo, et utique redhibentibus eam ignibus et undis et aluis ferarum et rumis alitum et lactibus piscium et ipsorum temporum propria gula? **4.** Adeone autem eadem sperabitur quae intercidit, ut claudus et luscus et caecus et leprosus et paralyticus reuertantur, ut redisse non libeat ad pristinum, an integri, ut iterum talia pati timeant? **5.** Quid tum de consequentiis carnis? Rursusne omnia necessaria illi et inprimis pabula atque potacula? Et

24 negabit] negauit *T* (*bis*) **25** utuntur non christiani *T C*; utitur non christianus *M P X* **26** aufer *T* (R^3) : aufers *M P X* R^1 denigue *P* (*corr.* R) quae cum *T* (*Gel*) : quaecūq; *M P X* ethnicis *T* (*Gel*) : ethnici *M P X* **28** communis *T* ipsa] ea**ipsa *T* (ea *in ras. al. m.*) **29** fideliores *T X* R^3 ; fideliores** *M* (es *in ras.*); fidelioribus *P* R^1 **30** difiniunt *T* **31** et *om. T* aemula manifestis] emulamini festis *T.*

IV, **1** incipiunt *del. Krm* et inde *post* praestruunt *transp. Krm, at cf. Lfst, Spr. p.* 31 **2** et (*ante* interstruunt) *T* : *om. M P X* interstruunt] instruunt *T*; *cf. Waszink, De anima p.* 541 **3** sensu* *T* **4** ⟨tam⟩ ab haeretico *Vrs* et non protinus *om. Gel* **8** moleste onerose *T* : onerosae molestae *M P X*; onerosae *Souter* **9** terrae *T* : terram *M P X* **11** uocabuli] uocali *X* **12** ⟨ait⟩ *Krm* **13** persuadere uis *T B* : persuadere *M P*; persuadeare *X* receptura] receptam *X* **15** redhibentibus R^3 : redibentibus *T X*; rehibentibus *M P X* **16** eam ignibus *T G* R^3 ; ea imaginibus *P X*; ea im*ig*nib' *M* aluis *T G P X* R^3 ; alius *M* R^1 **17** lactibus *G* R^3 ; iactibus *M P X* R^1 ; retibus *T* temporum *T B*; *om. M P X* **18** ut *T B* : et *M P X* et] ut *T* **19** et cecus *T* (*Gel*) : caecus *M P X*; *del. Krm* **20** an *om. T* **22** illi *om. T*

pulmonibus natandum et intestinis aestuandum et pudendis non pudendum et omnibus membris laborandum ? **6.** Rursus ulcera et uulnera et febris et podagra et mors redoptanda ? Nimirum haec erunt uota carnis recuperandae, iterum cupere de ea | euadere'. **7.** Et nos quidem haec aliquanto honestius pro V 31 stili pudore. Ceterum quantum etiam spurciloquio liceat illorum, in congressibus ⟨est⟩ experiri tam ethnicorum quam haereticorum.

V. Igitur quoniam et rudes quique [petras] de communibus adhuc sensibus sapiunt et dubii et simplices per eosdem sensus denuo inquietantur et ubique primus iste in nos aries temperatur, quo carnis condicio quassatur, necessario et a nobis carnis primum condicio munietur, uituperatione laudatione depulsa. Ita nos rhetoricari quoque prouocant haeretici, sicut etiam philosophari philosophi. **2.** Futtile et friuolum istud corpusculum, quod malum denique appellare non horrent, etsi angelorum fuisset operatio, ut Menandro et Marco placet, etsi ignei alicuius extructio aeque angeli, ut Appelles docet, sufficeret ad auctoritatem carnis secundae diuinitatis patrocinium : angelos post deum nouimus. **3.** Iam nunc quisquis ille summus deus haeretici cuiusque est, non inmerito ab ipso quoque deducerem carnis dignitatem, a quo uoluntas producendae eius adfuisset : utique enim prohibuisset fieri quam fieri scisset, si fieri noluisset. Itaque et secundum illos aeque caro dei res : nihil operis non eius est, qui passus est esse. **4.** Bene autem, quod et plures et duriores quaeque doctrinae totam hominis figulationem deo nostro cedunt. Quantus hic sit, satis nosti qui unicum credidisti. Incipiat iam tibi caro placere, cuius artifex tantus est !

5. 'Sed et mundus iste', inquis, 'dei opus est, et tamen *praeterit habitus mundi huius*, apostolo quoque auctore, nec

V, **23** I Cor. 7, 31.

23 natandum *M P X* : notandum *T* (o *exp.*, *suprascr.* a) ; halandum *Eng* ; *at cf. Waszink, Mnemosyne III ser.* 3 (1936) *p.* 165 **24** non] *lineola del. in T* et omnibus membris laborandum *om. T* **25** et podagra *T B* : *om. M P X* redoptanda *M P* : reobtanda *X* ; impeccanda *T* (impec *al. m. in ras.*) **27** aliquanto *T X R* ; aliquando *M P* (*corr.* R) **28** etiam] erant *T* spurciloqui *T* (*utraque* i *in ras.*) **29** est *hic inseruit Brf*, *post* experiri *Krm* experire *Oehlerus*.

V, **1** petras *T* : *om. M P X* **3** primus *T* (*Gel*) : inprimis *M P X* nos] uos *T* **4** condicio] conditio *supra scripto* quae a nobis *T* quassatus *T* (*corr. al. m.*) **5** munitur *T* uituperationem laudatione depellēs *T* (ē *in ras.*) ; uituperationem laudatione depellas *Gel* (*recte ?*) **7** etiam *om. X* philosophi *T* : *om. M P X* Futtile] fuit inutile *T* **8** malum] nullum *T* **10** exstructio *M P* ; extractio *T* **15** eius *T* : ei *M P X* **16** itaque *T* : ita *M P X* **17** eius est *T* R[3] ; est eius est *M P X*, est eius R[1] *uulgo* **18** et plures] plures *Gel* duriores] clariores *Krm* quaeque] queque *P* (e *pr. ex* o) ; quoque *R* **19** figurationem *T pro more* cedunt] credunt *T* **21** tantus] natus *T* **22** iste *T* : *om. M P X* **23** mundi huius *T* : huius mundi *M P X* auctore *M P X* : doctore *T*, *at cf. c.*

idcirco restitutio mundi praeiudicabitur, quia | dei opus est. V 32 Et utique si uniuersitas inreformabilis post decessum, quid portio' ? Plane, si portio uniuersitati adaequatur. **6.** Ad distantias enim prouocamur : primo quidem, quod omnia sermone dei facta sunt et sine illo nihil, caro autem et sermone dei constitit propter formam, ne quid sine sermone, — *Faciamus* enim *hominem* ante praemisit — et amplius manu propter praelationem, ne uniuersitati conpararetur : *Et finxit*, inquit, *deus hominem*. **7.** Magnae sine dubio differentiae ratio, pro condicione scilicet rerum. Minora enim quae fiebant eo, cui fiebant, si quidem homini fiebant, cui mox a deo addicta sunt. Merito igitur, ut famula, iussu et imperio et sola uocali potestate uniuersa processerant, contra homo, ut dominus eorum, in hoc ab ipso deo extructus est, ut dominus esse possit, dum fit a domino. **8.** Hominem autem memento carnem proprie dici, quae prior uocabulum hominis occupauit : *Et finxit deus hominem, limum de terra*, — iam homo, qui adhuc limus — *et insufflauit in faciem eius flatum uitae, et factus est homo*, id est limus, *in animam uiuam, et posuit deus hominem, quem finxit, in paradiso*. **9.** Adeo homo figmentum primo, dehinc totus. Hoc eo commendarim, uti quidquid omnino homini a deo prospectum atque promissum est non soli animae uerum et carni scias debitum, [ut] si non ex consortio generis, certe uel ex priuilegio nominis. |

VI. Persequar itaque propositum, si tamen tantum possim V 33 carni uindicare, quantum contulit ille qui eam fecit, iam tunc gloriantem, quod illa pusillitas, limus, in manus dei, quaecumque sunt, peruenit, satis beatus etsi solummodo contactus. **2.** Quid enim, si nullo amplius opere statim figmentum

27 cf. Ioa. 1, 3. **29** Gen. 1, 26. **31** Gen. 1, 27. **39** Gen. 2, 7. **42** Gen. 2, 8.

58, 10 **24** praeiudicatur *P* R[1] quia *ex* qua *T* **25** si] sibi *P* (*corr.* R) **26** adaequaretur *Krm dub.* distantias *T* : distantiam *M P X* **27** prouocamur *T* : prouocamus *M P X* primo] *cf. c.* 6 *in.* : Persequar **28** et sine illo nihil *del. Krm* constetit *C* **29** ne quid sine sermone ⟨fieret⟩ *Krm* parenthesin *indicauit Krm* **30** manus *T* **31** inquit deus hominem *T* (*Gel*) ; deus hominem inquit (inquid *P*) *M P X* **33** Minora enim *M P X* : enim minora *T* eo cui fiebant *om. T* **34** siquidem *uulgo* homini *M P X* : propter hominem *T* (*al. m. in ras*) **36** ut dominus — a domino *del. Krm*, *at. u. Thrn I p.* 78 **37** posset *Gel* **38** domino *T M P* : deo *X* Hominem] Nominē *X* dici *om. T* **39** prior *M P X* : priorum *T* (um *del.*, *suprascr.* is) **40** limum de terra *M P X* : de limo terrae *T* (= *Vulg*) *parenthesin indicauit Krm* **41** factus] in factus *T* **42** in (*ante* animam) *om. T* **45** soli *M P X* : solū *T* **46** carnis *T* scias *T X* : suas *M P* (*corr.* R) ut *del. Krm*.

VI, **1** possum *X* **2** illi *Krm* qui *ex* quia *T* **3** pussillitas *T* (a *in ras.*) limi* *ex* limus *T* **4** quaecumque sunt *om. T* **5** figmentum de contactu

de contactu dei constitisset ? Adeo magna res agebatur quod ista materia extruebatur. Itaque totiens honoratur, quotiens manus dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. **3.** Recogita totum illi deum occupatum ac deditum, manu sensu opere consilio sapientia prouidentia et ipsa inprimis adfectione, quae liniamenta dictabat. Quodcumque enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur, homo futurus, quod et limus, et sermo caro, quod et terra tunc. **4.** Sic enim praefatio patris ad filium : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et fecit hominem deus*, id utique quod finxit, *ad imaginem dei fecit illum*, scilicet Christi. Et sermo enim deus, qui in effigie dei constitutus non rapinam existimauit paria⟨ri⟩ deo.

5. Ita limus ille iam tunc imaginem induens Christi futuri in carne non tantum dei opus erat sed et pignus. Quo nunc facit ad infuscandam originem carnis nomen terrae uentilare, ut sordentis, ut iacentis elementi, cum, et si alia materia excudendo homini conpetisset, artificis fastigium recogitari oporteret, qui illam et eligendo dignam iudicasset et tractando fecisset ? **6.** *Ph*idiae manus Iouem Olympium ex ebore molitae adorantur nec iam bestiae, et quidem insulsissimae, dens est, sed | summum saeculi numen, non quia elephantus, sed V 34 quia *Ph*idias tantus : deus uiuus et deus uerus quamcumque materiae uilitatem nonne de sua operatione purgasset et ab omni infirmitate sanasset ? An hoc supererit, ut honestius homo deum [saeculi] quam hominem deus finxerit ?

7. Nunc et si scandalum limus, alia iam res est. Carnem iam teneo, non terram, licet [et] caro audiat : *Terra es et in terram ibis*. Origo recensetur, non substantia reuocatur. **8.** Datum est esse aliquid origine generosius et demutatione felicius.

VI, **14** Gen. 1, 26. **17** cf. Phil. 2, 6. **33** Gen. 3, 19.

(contractu *T*) dei *T M P X* : de contactu dei figmentum *Krm* **6** ⟨non⟩ adeo *Krm* ; ⟨sed⟩ a deo *Eng* **7** agebatur *del Krm* quod *T* : quae *M P* ; qua *X R* **10** ac deditum *X Gel* : ac dedicatum *M* (ca *exp.*) *P* ; accedit ẽ *T* (ẽ *in ras.*) **12** dictabat *T Bmg* : decebat *M P X* ; ductabat *Pam* ; ducebat *Vrs* **13** sermo caro *T* (*Gel*) : caro sermo *M P X R uulgo* **14** et *M P X* : de *T* **17** christi *M P X* ; Christum *Bmg* ; et christum *T* **18** pariari *R*³ : paria *T* ; par in *M P R*¹ ; par *X* ; parem esse *Rmg Oel* ; *cf. Adu. Marc. V* 20 (607, 24 *Krm*) *et Waszink, De anima p.* 377 **22** cum *om. T* excudendo *M P X* : excludendo *T* (*in mg. al. m.* : uel exculpendo) **23** oportere *T* (*supra alteram* r *al. m. add.* uel t, *ita ut fiat* oportet) **24** elegendo *C* iudicans. sed et tracdando (*sic*) *T* **25** Fidiae *M* : fidei *T* ; Fidei *P* (*corr. R*) ; fidii *X* manus] magnus *T* molitae adorantur *Gel* : molite adorant** *T* (*eras.* ur) ; molitur et adoratur *M P X* **26** dens] deus *X* **27** sed *T* (*Gel*) : et *M P X* non quia *T B* : *om. M P X* **28** fidias *T M P X* et *T C* : *om. M P X* **29** Nonne *T* : non *M P X* **30** *omni *T* (*eras.* h) superit *T* (*corr. al. m. in* suppetit) **31** seculi *T* : *om. M P X* **32** et si] et quasi *X* iam (*priore loco*) *om. T* iam (*sec. loco*) *om. T X* **33** et (*ante* caro) *om. T* (*Gel*) **34** reuocatur. Datum *del. Krm* **35** originerosius (*sic*) *T* de

Nam et aurum terra, quia de terra, hactenus tamen terra est, ex quo aurum, longe alia materia, splendidior atque nobilior, de obsoletiore matrice. Ita et deo licuit carnis aurum de limi, quibus putas, sordibus excusato censu eliquasse.

VII. Sed ne dilutior uideatur auctoritas carnis, quia non et ipsam proprie manus diuina tractauit, sicuti limum : quando in hoc tractauerit limum, ut postmodum caro fieret ex limo, carni utique negotium gessit. **2.** Sed adhuc uelim discas, quando et quomodo caro floruerit ex limo. Neque enim, ut quidam uolunt, illae pelliciae tunicae, quas Adam et Eua paradisum exuti induerunt, ipsae erunt carnis ex limo reformatio, cum aliquanto prius et Adam substantiae suae traducem in feminae iam carne [re]cognouerit — *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro ex carne mea* — et ipsa delibatio masculi in feminam carne subpleta sit, limo, opinor, supplenda, si Adam adhuc limus. **3.** Obliteratus igitur et deuoratus est limus in | carnem. V 35 Quando ? Cum factus est homo in animam uiuam de dei flatu, uaporeo scilicet et idoneo torrere quodammodo limum in aliam qualitatem, quasi in testam, ita et in carnem. **4.** Sic et figulo licet argillam temperato ignis adflatu in materiam robustiorem recorporare et aliam ex alia stringere speciem, aptiorem pristina et sui iam generis ac nominis. **5.** Nam et si scriptum est : *Numquid argilla dicet figulo ?* id est homo deo, et si apostolus : *In testaceis*, ait, *uasculis*, tamen et argilla homo, quia limus ante, et testa caro, quia ex limo per adflatus diuini uaporem. **6.** Quam postea pelliciae tunicae, id est cutes superductae, uestierunt. Vsque adeo, si detraxeris cutem,

VII, **6** cf. Gen. 3, 21. **9** Gen. 2, 23. **13** cf. Gen. 2, 7. **19** Rom. 9, 20. **20** II Cor. 4, 7.

mutatione *Krm*, *at cf. Hoppe, Beiträge p.* 70 **36** est *T* : *om. M P X* quo *M P X* : qua *T* **37** materies *T* splendidor (*sic*) *T* **38** obsoletiore *Gel* : obsolentiore *T M P X* et *om. T* limis *T* (s *exp.*) **39** puta* *T* (*eras.* t, *suprascr.* s) excusata *X*.

VII, **1** ne *T B* : *om. M P X* non *om. T* **2** proprie *M P X* : propriam *T* (m *exp.*) **3** in *M P X* : ad *T*, *quod aeque defendi potest* tractauerit *T M X* : tractauit *P* **4** carnis *T* (*Gel*) quando et quomodo *T X* (*Gel*) : quomodo et quando *M P* **5** floruerit] f***uerit *T* **7** erunt *M P X* : erant *T* **8** aliquando *T* (d *exp.*, *suprascr.* t) et *T* : ut *M P X* feminae iam carne *M P X* : feminam iam carne *T* ; femina iam carnem *C* **9** cognouerit *T* : recognouerit *M P X*, *at nota clausulam* **10** delibatio *M P* : dilibacio *X* ; debilitatio *T* (e *ex* i *al. m. in ras.*, ili *al. m. extra paginam*) **11** sit] fuit *T* (*al. m. ex* sit) **12** Oblitteratus *X* carne *T* **13** Quando ? Cum] quando*** *T* uiuam de] uiuẽtẽ *T* (ẽtẽ *in ras. al. m.*) **14** uapore scilicet idoneo *Lat*, *Vrs* torrere] retorto *T* (*al. m. in ras.*) *Bmg* limum] limo *T Bmg* **15** et in *T* : in *M P X* sic et *T P* : Si*& *M* ; Si et *X* **16** phigulo *T* afflatu *T* **17** stringere] fingere *Gel* **18** pristina et sui iam *M P X* : pristinj etiã *T* **20** ait] aut *X* tamen *del. Krm* **21** adflatus *T* (d *exp.*, *suprascr.* f) *M P* : flatus *X* **22** Quam] quoniam *X*

nudaueris carnem. Ita quod hodie spolium efficitur, si detrahatur, hoc fuit indumentum, cum superstruebatur. Hinc et apostolus circumcisionem despoliationem carnis appellans tunicam cutem confirmauit.

7. Haec cum ita sint, habes et limum de manu dei gloriosum et carnem de adflatu dei gloriosiorem, quo pariter caro et limi rudimenta deposuit et animae ornamenta suscepit. **8.** *Num* es diligentior deo, uti tu quidem Scythicas et Indicas gemmas et Rubentis Maris grana candentia non plumbo, non aere, non ferro, neque argento quoque oblaque*e*s, sed delectissimo et insuper operosissimo de scrobibus auro, u*i*nis item et unguentis pretiosissimis quibusque uasculorum prius congruentiam cures, proinde perspectae ferruginis gladiis uaginarum adaeques dignitatem, — deus uero animae suae umbram, spiritus sui auram, oris sui operam uilissimo alicui commiserit capulo et indigne conlocando utique damnauerit? **9.** Collocauit autem an | potius inseruit et inmiscuit carni? Tanta quidem V 36 concretione, ut incertum haberi possit, utrumne caro animam an carnem anima circumferat, utrumne animae caro an anima adpareat carni. **10.** Sed etsi magis animam inuehi atque dominari credendum est, ut magis deo proximam, hoc quoque ad gloriam carnis exuberat, quod proximam deo et continet et ipsius dominationis compotem praestat. **11.** Quem enim naturae usum, quem mundi fructum, quem elementorum saporem non per carnem anima depascitur? Quidni? Per quam omni instrumento sensuum fulta est, uisu auditu gustu odoratu contactu? Per quam diuina potestate respersa est, nihil non sermone prospiciens, uel tacite praemisso? Et sermo enim de

26 cf. Col. 2, 11.

24 hodio *P* (*corr. R*) detrahitur *X* **26** despoliatione *T* **27** confirmauit *T* (*Gel*) adfirmauit *M P X* **29** afflatu *X* ; afflaturu (*sic*) *T* (afflatu *in ras. al. m.*) quo] Quae *T* et limi] vt limi *T* (v *al. m. in ras.*) **30** et (*ante* animae) *om. T* Num *Krm* : Non *T M P X* **31** es] est *T* uti tu] ut uti *T* scithycas *M P* (*corr. R*) *X* : schiticas *T* **32** mare *X* **33** neque *T* : ne *M P X* oblaquees sed R[3] ; oblaqueas : s ; *T* (*sup. alt.* a *scr.* uel e, *m.* 1, *ut uidetur*) ; oblaqueasset. sed *M P X* delectissimo *T* : electissimo *M P X* **34** de scrobibus *T* : descrobes *M P X* uinis item *Gel* : uenis itē *T* ; *om. M P X* **35** congruentia *T* **36** p(ro)specte *T* (*sup.* pro *scr.* nec) ferruginis *T Bmg* ; ferroginis *C* ; ferrugineis *M P X* **38** sui] sua *P* (*corr. m.* 1) *oris *T* (*eras.* m) **39** collocando] *pr.* l *in ras. T* **40** carni] cum carne *T* **41** congressione *T* utrumnec *T* (*sed* c *exp.*) **43** adpareat *T* (*suprascr.* p) : appareat *Gel* ; pareat *M P X uulgo* Sed *om. T* etsi *T* (*Gel*) : et *M P X* inuehi] inueniri *T* (iri *al. m. in ras.*) dominari *T* (*al. m. in ras.*) **44** deo proximam] de proximo *T* (o *post. in ras.*) **45** proxima *T* **46** compotentem *X* **49** fulta est *T* (*Gel*) : fulciatur *M P X* **51** prospiciens *T* : perficiens *M P X* praemisso *M P* : promisso *T* (*suprascr.* uel e) *X*

organo carnis est. **12.** Artes per carnem, studia ingenia per carnem, opera negotia officia per carnem, atque adeo uiuere totum animae carnis est, ut non uiuere aliud non sit animae quam a carne diuertere. Sic etiam ipsum mori carnis est, cuius et uiuere. **13.** Porro si uniuersa per carnem subiacent animae, carni quoque subiacent. Per quod utaris, cum eo utaris necesse est. Ita caro, dum ministra et famula animae deputatur, consors et coheres inuenitur, si temporalium, cur non et aeternorum?

VIII. Et haec quidem uelut de publica forma humanae condicionis in suffragium carnis procurauerim. Videamus nunc de propria etiam Christiani nominis forma, quanta huic substantiae friuolae ac sordidae apud deum praerogatiua sit. **2.** Etsi sufficeret illi, quod nulla omnino anima salutem possit adipisci nisi dum [est] in carne crediderit: adeo caro salutis est cardo. De qua cum anima a deo all*e*gatur, ipsa est, quae efficit, ut anima all*e*gi possit a deo. **3.** Sed et caro abluitur, ut anima | emaculetur; V 37 caro unguitur, ut anima consecretur; caro signatur, ut [et] anima muniatur; caro manus inpositione adumbratur, ut [et] anima spiritu inluminetur; caro corpore et sanguine Christi uescitur, ut et anima de deo saginetur. Non possunt ergo separari in mercede quas opera coniungit. **4.** Nam et sacrificia deo grata, conflictationes dico [carnis] animae, ieiunia et seras et aridas escas et adpendices huius officii sordes, caro de proprio suo incommodo instaurat. Virginitas quoque et uiduitas et modesta in occulto matrimonii dissimulatio et una notitia eius de bonis carnis deo adulantur.

5. Age iam, quid de ea sentis, cum pro nominis fide in medium extracta et odio publico exposita decertat, cum in carceribus maceratur teterrimo lucis exilio penuria mundi squalore paedore contumelia uictus, ne somno quidem libera, quippe ipsis etiam cubilibus uincta ipsisque stramentis lancinata,

52 studia ingenia per carnem *om. T* **53** uiuere totum *T* : totum uiuere *M P X* **54** ut non] ut* *T* (*eras.* N) uiuere aliud non sit animae *T* : uiuere animae aliud sit *M P X* R[1] ; uiuere animae nil alud sit R[3] *uulgo* **55** a carne] ad carnem *T* **56** et *M P X* : est *T* **56** subiacent] subiciantur *T* **57** subiacent *T* (*Gel*) : subiaceant *M P X* cum eo utaris *T B* : *om. M P X*.

VIII, **1** Et haec quidem] & equidē aeṫnorum ; 7h̄ quidē *T* (7h̄ *al. m. in ras.*) **2** in *T* (*Gel*) : *om. M P X* suffragium *T M X* : suffragia *P* carnis *T* : carni *M P X* **6** est *om. T* (*Gel*) **7** cardo] caro *T* De qua *i. e. 'de carne'* cum *om. T* a deo *T* : deo *M P X* allegatur *Brf* : alligatur *X* ; alligitur *M P* ; aligitur *T* ; allegitur R ; *cf. Hoppe, Beiträge pp.* 90 *sqq.* **8** allegi R : alligi *M P* ; eligi *T* ; alligari *X* a deo *T* : *om. M P X* Sed et *M P X* : sed *T* ; scilicet *Vrs* **9** animemaculatur *T* (e *in ras. al. m.*) **10** *et* **11** et *om. T* (*bis*) **12** de deo *om. T* **13** coniungunt *X* **14** grata] grā *T* (*i. e.* gratia) conflictationis *T* carnis *om. T* **15** et aridas *del. Souter, qui* seras *tamquam* ξηρὰς *interpretatur* apendices *T* **18** adulantur *T Rmg* : adulentur *Bmg* ; adolantur *M P* ; adolatur *X* ; adolentur *Gel* ; *cf. Hoppe, Beiträge p.* 89 **19** noīe fidei *T* (*prius* e *in ras.*) **20** puplico *M P* (*corr. R*) **23** lancinata] lani**ata *T* (i *ex* c)

cum iam et in luce omni tormentorum machinatione laniatur, cum denique subpliciis erogatur, enisa reddere Christo uicem moriendo pro ipso, et quidem per eandem crucem saepe, nedum per atrociora quoque ingenia poenarum? **6.** Ne illa beatissima et gloriosissima, quae potest apud Christum dominum parere debito tanto, ut hoc solum debeat ei, quod ei debere desierit, hoc magis uincta quo absoluta!

IX. Igitur ut retexam, quam deus manibus suis ad imaginem dei struxit, quam de suo adflatu ad similitudinem suae uiuacitatis animauit, quam incolatui fructui dominatui totius suae operationis praeposuit, quam sacramentis suis disciplinisque uestiuit, cuius munditias amat, cuius castigationes probat, cuius passiones sibi adpretiat, haecine non resurget, totiens dei res? **2.** Absit, absit, ut deus manuum suarum operam, ingenii sui curam, adflatus sui uaginam, molitionis suae | reginam, liberalitatis suae heredem, religionis suae sacerdotem, V 38 testimonii sui militem, Christi sui sororem, in aeternum destituat interitum. **3.** Bonum deum nouimus: solum optimum a Christo eius addiscimus. Qui dilectionem mandat post suam in proximum, facit et ipse quod praecipit: diligit carnem tot modis sibi proximam, **4.** etsi infirmam, sed *Virtus in infirmitate perficitur*; etsi inbecillam, sed *Medicum non desiderant nisi male habentes*; etsi inhonestam, sed *Inhonestioribus maiorem circumdamus honorem*; etsi perditam, sed *Ego*, inquit, *ueni, ut quod periit saluum faciam*; etsi peccatricem, sed *Malo mihi*, inquit, *salutem peccatoris quam mortem*; etsi damnatam, sed *Ego*, inquit, *percutiam et sanabo*. **5.** Quid ea exprobras carni, quae deum expectant, quae in deum sperant? Honorantur ab illo quibus subuenit. Ausim dicere: si haec carni non accidissent, benignitas gratia misericordia omnis uis dei benefica uacuisset.

X. Tenes scripturas, quibus caro infuscatur: tene etiam

IX, **11** cf. Mt. 19, 17; Luc. 18, 19. **12** cf. Mt. 22, 37. **14** II Cor. 12, 9. **15** Luc. 5, 31. **16** I Cor. 12, 23. **18** Luc. 19, 10. **19** Ez. 18, 23. **20** Deut. 32, 39.

24 lucē *T* laniantur *T* **25** suppliciis] *prius* p *ex* b *T* **26** moriendo *T M* (*syll.* do *in ras.*) *X*: morientē *P* (*corr. m.* 1) **27** Ne illa] Illane illa *T* (Illanei *al. m. in ras.*) **29** parare *T*.

IX, **1** ut retexam] et ea *T* (*in ras.*) **2** truxit *T* afflatu *ex* adflatum *T* **4** praeposuit *M P X*: inposuit *T* **5** uestiit *T* **6** resurget *M P*: resurgit *T*; resurgeret *X* **7** tocies *T* dei res *T*: dei *M P X* **9** sacerdotū *P* (*corr.* R) **12** eius *om. P* (*add.* R *in mg*) dilectione *X* mandat *T*: mandans *M P X* **13** facit *T Bmg*: faciet *M P X* praecipit *T*: praecepit *M P X* diligit *T*: diliget *M P X* **18** saluam *X* **22** deum *M P X*: xp̄o dnō *T* quae honorantur *Gel* **24** omnis] hoīs *T* uis *om. T* benefica *M*: beneficia *P* (*corr.* R) *X*; et benefitia *T* uacuisset *M P*: uacuissent *T*; uacuassent *X*; uacauisset *Rmg*.

quibus inlustratur; legis cum quando deprimitur, adige oculos et cum quando releuatur. **2.** *Omnis caro foenum*. Non hoc solum pronuntiauit Esaias, sed et: *Omnis caro uidebit salutare dei*. Notatur in Genesi dicens dominus: *Non manebit spiritus meus super ipsos homines, quia caro sunt*. Sed et auditur per Iohelem: *Effundam de spiritu meo in omnem carnem*. **3.** Apostolum quoque ne de uno | stilo noris, quo carnem plerumque V 39 conpungit. Nam etsi negat habitare qui*d*quam boni in carne sua, etsi adfirmat eos, qui in carne sint, deo placere non posse, quia caro concupiscat aduersum spiritum, et si qua alia ita ponit, ut carnis non tamen substantia, sed actus on*e*retur, dicemus quidem alibi nihil proprie carni exprobrari oportere nisi in animae suggillationem, quae carnem ministerio sibi subigit, **4.** uerum interim et in illis litteris Paulus est, cum stigmata Christi in corpore suo portat, cum corpus nostrum ut dei templum uitiari uetat, cum corpora nostra membra Christi facit, cum monet tollere et magnificare deum in corpore nostro. **5.** Itaque si ignominiae carnis resurrectionem eius expellunt, cur non dignitates potius inducent? Quoniam deo magis congruit in salutem redigere quod reproba*u*it interdum, quam in perditionem dedere quod etiam probauit.

XI. Hucusque de praeconio carnis aduersus inimicos et nihilominus amicissimos eius. Nemo enim tam carnaliter uiuit quam qui negant carnis resurrectionem: negantes enim et poenam despiciunt et disciplinam. **2.** De quibus luculenter et paraclitus per prophetidem Priscam: *Carnes sunt, et carnem oderunt*. **3.** Quam si tanta auctoritas munit, quanta illi ad interitum salutis patrocinari possit, numquid etiam dei ipsius

X, **3** Es. 40, 6. **5** Gen. 6, 3. **7** Ioel. 3, 1. **8** cf. Rom. 7, 18. **9** cf. Rom. 8, 8. **10** cf. Gal. 5, 17. **16** cf. Gal. 6, 17. **17** cf. I Cor. 3, 16—17. **18** cf. I Cor. 6, 15. cf. I Cor. 6, 20.

X, **2** *illustratur *T* (il *ex* in); illustratur *X* cum quando *M P X*: tum quando *T* (t *ex* c) *Pam*; cum caro *Vrs* **3** cum *M P X*: tum *T* (t *ex* c) *Pam* releuatur *T* R: reuelatur *M P X* hoc *om. Gel* **4** esaias *T* (*sup.* e *scr.* y) *P*: esayas *X*; isaias *M* et *M X*: hoc *T*; *om. P* omnis *om. M* **5** dominus *T*: deus *M P X*; *om.* R^3 **6** super ipsos homines *T*: in hominibus istis *M P X* **8** ne *om. T* noueris quod *T* **9** quicquam boni *T*: boni quicquam *M P X* **10** sunt *T* **11** caro *T*: *om. M P X* aduersum *T*: aduersus *M P X* **12** tamen] tam *Krm* actus sed substantia *Krm*, *at v. Thrn I p.* 47 oneretur *Brf*: honeretur *T* (*ex* honoretur); inhonoretur *M P X uulgo* Dicimus *T* **13** alibi] *cap.* 16 *ss.* **14** sibi *om. T* **15** subiit *X* et *om.* R^3 **20** dignitas potius inducet *T* quoniam *T M P*: Quomodo *X* **21** reprobauit *Brf*: reprobat *T*; reprobarit *M P X* **22** ⟨aliquando⟩ probauit *Pam*; probarit *Krm*.

XI, **3** negant *M P X*: negat *T* negantes *ex* negatis *al. m. T* enim et *T*: enim *M P X* **4-6** De quibus — oderunt *om. T* **4** luculenter R *X*: luculente *M P* **5** paraclitus *X*: paracletus *M P* **7** interitum *T*: meritum *M P X*

potentiam et potestatem et licentiam recensere debemus, an tantus sit, qui ualeat dilapsum et deuoratum et quibuscumque modis ereptum tabernaculum carnis reaedificare atque restruere? **4.** An et aliqua nobis exempla huiusmodi sui iuris in publico naturae promulgauit, ne qui forte adhuc sitiant deum nosse, | qui non alia lege credendus est, quam ut omnia V 40 posse credatur?

5. Plane apud philosophos habes, qui mundum hunc innatum infectumque defendant. Sed multo melius, quod omnes fere haereses natum et factum mundum adnuentes conditionem deo nostro adscribunt. **6.** Igitur confide illum totum hoc ex nihilo protulisse et deum nosti fidendo, quod tantum deus ualeat. Nam et quidam, infirmiores hoc prius credere, de materia potius subiacenti uolunt ab illo uniuersitatem dedicatam secundum philosophos. **7.** Porro et si ita in uero haberetur, cum tamen longe alias substantias longeque alias species ex reformatione materiae diceretur protulisse quam fuisset ipsa materia, non minus defenderem ex nihilo eum protulisse, si ea protulerat, quae omnino non fuerant. **8.** Quo enim interest ex nihilo quid proferri an ex aliquo, dum quod non fuit fiat, quando etiam non fuisse nihil sit fuisse? Sic et fuisse e contrario non nihil est fuisse. **9.** Nunc etsi interest, tamen utrumque mihi adplaudit. Siue enim ex nihilo deus molitus est cuncta, poterit et carnem in nihilum prodactam exprimere de nihilo; siue de materia modulatus est alia, poterit et carnem quocumque dehaustam euocare de alio. **10.** Et utique idoneus est reficere qui fecit, quanto plus est fecisse quam refecisse, initium dedisse quam reddidisse: ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione.

XII. Aspice nunc ad ipsa quoque exempla diuinae potestatis. Dies moritur in noctem et tenebris usquequaque sepelitur; funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur; sordent silent stupent cuncta, ubique iustitium est: [quies rerum] ita lux amissa lugetur. **2.** Et tamen rursus cum suo cultu cum dote cum sole eadem et integra et tota uniuerso orbi | re- V 41 uiuescit, interficiens mortem suam, noctem, rescindens sepulturam suam, tenebras, heres sibimet existens, donec et nox reuiuescat, cum suo et illa suggestu. **3.** Redaccenduntur enim et stellarum radii, quos matutina succensio extinxerat; reducuntur et siderum absentiae, quas temporalis distinctio exemerat; redornantur et specula lunae, quae menstruus numerus adtriuerat. **4.** Reuoluuntur hiemes et aestates, [et] uerna et autumna cum suis uiribus moribus fructibus. Quippe etiam terrae de caelo disciplina est: arbores uestire post spolia, flores denuo colorare, herbas rursus inponere, exhibere eadem quae absumpta sunt semina nec prius exhibere quam absumpta. **5.** Mira ratio: de fraudatrice seruatrix; ut reddat, intercipit; ut custodiat, perdit; interficit, ut uiuificet; ut integret, uitiat; ut etiam ampliet, prius decoquit, siquidem et uberiora et cultiora restituit quam exterminauit, reuera fenore interitu et iniuria usura et lucro damno. **6.** Semel dixerim: uniuersa conditio recidiua est. Quodcumque conueneris, fuit; quodcumque amiseris, erit. Nihil non iterum est; omnia in statum redeunt cum abscesserint, omnia incipiunt cum desierint. Ideo finiuntur, ut fiant; nihil deperit nisi in salutem.

7. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum testatio est resurrectionis mortuorum. Operibus eam praescripsit deus ante quam litteris, uiribus praedicauit ante quam uocibus. **8.** Praemisit tibi naturam magistram, summissurus et prophetiam, quo facilius credas prophetiae discipulus ante naturae, quo statim admittas, cum audieris quod ubique iam uideris, nec dubites deum carnis etiam resuscitatorem, quem omnium noueris restitutorem. **9.** Et utique si omnia homini resurgunt, cui procurata sunt, porro non homini nisi et carni, quale est, ut ipsa depereat in totum, propter quam et cui nihil deperit? |

---

dei] de *T* **8** potentiam et potestatem *M P X* : potestate et potentia *T* licentia *T* **10** restruere *T* : restituere *M P X* **11** aliaqua *T* (qu *exp.*) huiusmodi *T* : huius *M P* ; *om.* *X* **12** promulgauit *Vrs* : promulgarit *T* R^2 ; promulgaret *M P X* R^1 sitiant] siciant *T M P X* R^1 ; sciant *G* R^2 ; nesciant *Vrs* **13** alia *ex* aliqua *T* ut *om.* *T* **15** ⟨non⟩ innatum *Krm*, *at u. Hoppe, Beiträge p.* 16 **16** infactumque *T* defendat *X* **17** fere] uere *X* adnuentes *T* (d *exp.*, *suprascr.* n) ; annuentes *M P X* **18** asscribunt *ex* ads- *T* ; ascribuntur *X* **19** fidenda *X* deus tantum *T*, *at nota clausulam* **20** credere *om.* *X* **21** de materia, ⟨de materia⟩ potius *Oel* **22** uero] uerbo *T* haberet *Krm* **23** cum] aequum *T* tamen] tam R **26** fuerat *M* (*add.* n *supra l.*) **28** sic et fuisse *M P X* : nunc *T* e *supra l.* *M* **29** fuisse nunc *om.* *T* **30** mihi] nihil *X* applaudit *T* (ap *ex* ad) *X* **31** prodactam *T* (*Oel. coll. Apol.* 48, 9) : productam *M P X* ; perductam *Vrs* **32** modulatus *T X* R^1 *mg* (*ex H*) *Bmg* (*Gel*) : moderatus *M P* aliam *T Bmg* **34** fecit *M P* : fecit ; & *T* ; fecerit *X*.

XII, **1** ipsam *X* **2** tenebras *X* usquaque *M* (*add.* que *sup. l.*) *P* (*corr.* R) **3** funestatur] fūnest (*sic*) *X* omni *M P* (*corr.* R) **4** iustitium] iudiciū *T* (d *al. m. in ras.*) est] ē *exp.* *T* quies rerum *del.* *Rig* quies] qui est *T* (*sup.* i *scr.* as, *ut fiat* quasi) **6** *ante* dote *corruptelae signum posuit Krm* reuiuiscit *T* (*corr.*) *X* **8** existens donec et nox *M P X* : existendo. nox *T* **9** reuiuiscit *T* (*sec.* i *in ras.*) illa suggestu *M P* : illa (*suprascr.* o) suggestu* *T* (*eras.* m) ; illorum *X* reaccenduntur *T* **10** et (*ante* stellarum) *om.* *T* succensio *T Bmg* (*Gel*) : suggestio *M P X* ; successio *Eng* **12** retornantur *T*, reornantur *X* mensorius *T* **13** et (*ante* uerna) *T* : *om.* *M P X* **16** eadem *om.* *P* (*suppl.* R *in mg*) quae *T X* R : quam *M P* **17** sunt *T* : sint *M P X* mira ratio] mirari *T* (ri *exp.*) **19** interficit, ut uiuificet *T* : *om.* *M P X* **20** dequoquit *T* et uberiora *T* : uberiora *M P X* **22** et lucro damno *M P X* : dāpno. et lucro *T*, *at nota clausulam* **23** conueneris *M P X* : cognoueris *T Bmg*, *nescio an recte* erit *T* (*Krm*) : *om.* *M P X* **25** abscesserunt *T X* omnia incipiunt cum desierint *T B* : *om.* *M P X* **28** mortuorum *om.* *T*, *an recte?* eam *M P X* : eandem *T* **30** tibi] ibi *T* **31** prophete discipulos *T* ante *T* : *om.* *M P X* naturae *M P* : naturam *T* ; natem *X* quo* *T* (*ex* quod) **32** ubique] *ibi *T* (*ex* ubi) nec *T* R : ne *M P X* **34** noueris *T* : noris *M P X* **35** nisi *M P X* : sin̄ *T* (n̄ *in ras.* ; *fuitne* sisi ?).

XIII. Si parum uniuersitas resurrectionem figurat, si nihil tale conditio signat, quia singula eius non tam mori quam desinere dicantur nec reanimari sed reformari existimentur, accipe plenissimum atque firmissimum huius spei specimen, siquidem animalis est res, et uitae obnoxia et morti : **2.** illum dico alitem orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum, qui semetipsum libenter funerans renouat, natali fine decedens atque succedens, iterum phoenix ubi nemo iam, iterum ipse qui non iam, alius idem. **3.** Quid expressius atque signatius in hanc causam aut cui alii rei tale documentum ? Deus etiam in scripturis suis [posuit] : *Et florebis enim*, inquit, *uelut phoenix*, id est de morte, de funere, uti credas de ignibus quoque substantiam corporis exigi posse. **4.** Multis passeribus antistare nos dominus pronuntiauit : si non et phoenicibus, nihil magnum. Sed homines semel interibunt, auibus Arabiae de resurrectione securis ? V 42

XIV. Talia interim diuinarum uirium liniamenta non minus parabolis operato deo quam locuto, ueniamus et ad ipsa edicta atque decreta eius, quo cum maxime diuisionem istam materiae ordinamus : **2.** exorsi enim [sumus] ab auctoritate carnis, an ea sit, cui dilapsae salus conpetat, dehinc prosecuti de potentia dei, an tanta sit, quae salutem conferre dilapsae rei *ua*leat, **3.** nunc, si probauimus utrumque, uelim etiam de causa requiras, an sit aliqua tam digna, quae resurrectionem carnis necessariam et rationi certe omni modo debitam uindicet, quia subest dicere : etsi caro capax restitui, etsi diuinitas idonea restituendi, sed causa restitutionis praeesse debebit.

4. Accipe igitur et causam, qui apud deum discis tam optimum quam et iustum, de suo optimum, de | nostro iustum. V 43 Nisi enim homo deliquisset, optimum solummodo deum nosset ex naturae proprietate. At nunc etiam iustum eum patitur ex causae suae necessitate, tamen et hoc ipso optimum, dum et

XIII, **11** Ps. 91, 13. **14** cf. Mt. 10, 33.

XIII, **1** figurat *supra l.* *T* **2** signat** *T* (*eras.* ur) singula] signacula *T Bmg* **3** reanimari *T* : redanimari *M P* ; redaminari (*sic*) *X* exhistim̃t(ur) *P* (*corr.* R) ; existimantur *X* **4** atque firmissimum *om.* *T* **8** faenix *T M* : fenix *P* ; phenix *X* **9** nemo iam *X* : iam nemo *M P* ; nonne iam *T* alius s ; *T* (s ; *supra l.*) **11** in *T* (*Eng*) : *om.* *M P X* posuit *T* : *om.* *M P X* florebit *P* **12** enim *om.* *T* faenix *T* : phaenix *M P* ; fenix *X* **15** faenicibus *T* : phaenicibus *M P* ; phenicibus *X* Sed] si *T* (i *in ras.*).

XIV, **1** diuinariũ *T* **2** loquuto *T* ueniemus *T* **3** edicta] dicta *T* adque *P* istam] iustam *Krm* **4** sumus *om.* *T* actoritate *M P* (*corr.* R) **5** prosequuti *T* **6** tanta] tuta *X* dilapsae* *T* (*eras.* e) **7** ualeat *Krm* : soleat *M P X* probabimus *T* **9** uendicet *M X* **11** sed *T* (*Gel*) ; etsi *M P X* ; et sic *Rmg B* ; *cf. Hoppe, Beiträge p.* 127 **12** et (*ante* causam) *om.* *X* deum] deum meum *T* **14** diliquisset *X* **15** eum] cũ *X* **16** suae *T* :

iustum. **5.** Et bono enim iuuando et malo puniendo iustitiam exhibens utramque sententiam bono praestat, hinc uindicans istud, inde remunerans illud. **6.** Sed cum Marcione plenius disces, an hoc sit dei totum. Interim talis est noster, merito iudex, quia dominus, merito dominus, quia auctor, merito auctor, quia deus. **7.** Hinc et ille nescio quis haereticorum: merito non iudex, non enim d*ominus*, merito non dominus, non enim auctor. Nescio iam, si deus, qui nec auctor, quia deus, nec dominus, quod auctor. **8.** Igitur si deo et domino et auctori congruentissimum est iudicium in hominem destinare de hoc ipso, an dominum et auctorem suum agnoscere et obseruare curarit an non, idque iudicium resurrectio expunget, haec erit tota causa, immo necessitas resurrectionis, congruentissima scilicet deo : destinatio iudicii. **9.** De cuius dispositione dispicias, an utrique substantiae humanae diiudicandae censura diuina praesideat, tam animae quam et carni. Quod enim congruet iudicari, hoc conpetet etiam resuscitari.

10. Dicimus plenum primo perfectumque credendum iudicium dei, ut ultimum iam atque exinde perpetuum, ut sic quoque iustum, dum non in aliquo minus, ut sic quoque deo dignum, dum pro tanta eius patientia plenum atque perfectum. Itaque plenitudinem perfectionemque iudicii nonnisi de totius hominis repraesentatione constare. **11.** Totum porro hominem ex utrius|que substantiae congregatione parere, V 44 idcircoque in utraque exhibendum quem totum oporteat iudicari, qui nisi totus utique non uixerit. Qualis ergo uixerit, talem iudicatu⟨m i⟩ri, quia de eo, quod uixerit, habeat iudicari. Vita est enim causa iudicii, per tot substantias dispungenda per quot et functa est.

XV. Age iam scindant aduersarii nostri carnis animaeque

om. *M P X* dum *T* (*Gel*) : deum *M P X* **17** enim *om.* *T* iustitiam] iustam *T* **18** exibens *T* utramque sententiam] *al. m. in ras.* *T* bono praestat] Bono prãt malũ punit *T* (*sed al. m. in ras.*) **19** istud *om.* *T* (*Gel*) martione *T P* (*corr.* R) **20** hoc] *i. e. 'iustum esse et in iusto bonum'* (*Krm*) totum *M P X* : uotum *T Bmg* talis est noster *del.* *Krm* noster merito *T M P* : merito noster *X* **21** merito auctor *om.* *T* **23** dominus R : deus *T M P X* **24** quia *T* : quod *M P X* **25** quod *T* (*Gel*) : *om.* *M P X* **26** auctori *T B* : non auctori *M P X* **28** curarit *T* (*Gel*) : curaret *M P X* idque *T* : itaque *M P X* ; id quoque *Gel* ; utique *Vrs* ; id utique *Krm* resurrectio *del.* *Krm* expũgnet *T* (n *exp.*) ; expungnet *X* *aliter distinxit Brf* : expunget. Haec *uulgo* **29** resurrectionis *T* R : rectionis *M P X* **30** scilicet *T* R[3], scilicet et *M P X* destinatio] destinatori *Krm*, *at Apol.* 48, 4 : ratio restitutionis destinatio iudicii est *cft.* *Souter* distinatio *T* iudicii *T* R[3]. Dicis *M P X* R[1] **31** censurae diuine *T* (*sed corr. sup. l.*) **33** etiam *om.* *T* **34** primum *X* **35** sic] sit *T* (*sed* t *ex* c) **36-37** dignum deo *X* **38** Itaque *T M P* : Itaq ; p(er)fectm̃ *X* ; Atquin *Krm*, *at cf. Thrn I p.* 21 **40** congregatione *M P X* : concretione *T* (*sed al. m. in ras.*) *Bmg* **41** idcircoque] idcirco qua *T* **42** non] *in T del.* Qualis] non qualis *T* (non *in ras. al. m.*) **43** talem *P X* : tale *M* ; talis *T* iudicatum iri *Brf* : iudicaturi *M P* ; iudicari *X* R ; habeat iudicari *T* ; iudicatuiri *Krm* **44** substantias *om.* *X* dispungenda *M P X* : disponenda, fungenda *T*.

contextum prius in uitae administratione, ut ita audeant scindere illud etiam in uitae remuneratione; negent operarum societatem, ut merito possint etiam mercedum negare. **2.** Non sit particeps in sententia caro, si non fuerit et in causa; sola anima reuocetur, si sola decedit. At enim non magis sola decedit quam sola decucurrit illud, unde decedit, uitam hanc dico. **3.** Adeo autem non sola anima transigit uitam, ut nec cogitatus, licet solos, licet non ad effectum per carnem deductos, auferamus a collegio carnis, siquidem in carne et cum carne et per carnem agitur ab anima quod agitur in corde. **4.** Hanc denique carnis speciem arcem animae etiam dominus in suggillatione cogitatuum taxat: *Quid cogitatis in cordibus uestris nequam?* et: *Qui conspexerit ad concupiscendum, iam adulterauit in corde*: adeo et sine opere et sine effectu cogitatus carnis est actus. **5.** Sed etsi in cerebro uel in medio superciliorum discrimine uel ubiubi philosophis placet principalitas sensuum consecrata est, quod ἡγεμονικόν appellatur, caro erit omne animae cogitatorium. Numquam anima sine carne est, quamdiu in carne est; nihil non cum illa agit, sine qua non est. **6.** Quaere | adhuc, an cogitatus quoque per carnem V 45 administrantur, qui per carnem dinoscuntur extrinsecus. Volutet aliquid anima: uultus operatur indicium, facies intentionum omnium speculum est; negent factorum societatem cui negare non possunt cogitatorum. **7.** Et illi quidem delinquentias carnis enumerant: ergo peccatrix tenebitur supplicio; nos uero etiam uirtutes carnis opponimus: ergo et bene operata tenebitur praemio. Et si anima est, quae agit et inpellit in omnia, carnis obsequium est. **8.** Sed deum non licet aut iniustum iudicem credi aut inertem, iniustum, si sociam bonorum operum a praemiis arceat, inertem, si sociam malorum a suppliciis secernat, cum humana censura eo perfectior

---

XV, **13** Mt. 9, 4. **14** Mt. 5, 28.

XV, **3** operum *C* **6** mercedum *T* (*Krm*) : mercedem *M P X* **7** decidit *T bis* decucurrit *M X* : decurrit *T P* (*corr. m.* 1) *C* illud] illuc *T* **9** solos *T* (os *al. m. extra pag.*) *M P* ; solus *X* licet non] scilicet non *T* (*sed del.*) effectum *T* (*Gel*) : adfectum *M P* ; affectum *X* **11** agitur ab] agit** *T* (*eras.* ur) **13** sugillatione *Gel* : suggellatione *T* ; suggillationem *M P X* cogitationum *T* **15** adeo *M P X* : suo *T* *alterum* sine] si in *T* (*sed* in *in ras. al. m.*) cogitatus *M P X* ; cogitare *T* **16** uel] & *T* **17** ubiubi *T* (*Gel*) : ubi *M P X* **18** egemonicon *T M P X* **19** Numquam] Nunquid *X* **20** quamdiu in carne est *T* (*Gel*) : *om.* *M P X* **21** an] si *X* **22** administrantur *M P X* : administrentur *T* (*sed* e *ex* a *al. m.*) *Gel* et extrinsecus *X* **23** anima et *T* operatur *om.* *T* faciens *T* **24** specula *T* **25** delinquentias] dinentias (*sic*) *T* (*in mg.* nertias) **28** p(ro)emio *X* **29** Sed *T* : *om.* *M P X* **32** censura eo *M P X* ;

habeatur, quo etiam ministros facti cuiusque deposcit, nec parcens nec inuidens illis, quominus cum auctoribus aut poenae aut gratiae communicent fructum.

XVI. Sed cum imperium animae, obsequium carni distribuimus, prospiciendum est, ne et hoc alia argumentatione subuertant, ut uelint carnem sic in officio animae conlocare, non quasi ministram, ne et sociam cogantur agnoscere. **2.** Dicent enim ministros et socios habere arbitrium ministrandi atque sociandi et potestatem suae uoluntatis in utrumque, homines scilicet et ipsos; idcirco cum auctoribus merita communicare, quibus operam sponte adcommodarint: **3.** carnem autem nihil sapientem, nihil sentientem per semetipsam, non uelle non nolle de suo habentem, uice potius uasculi adparere animae, ut instrumentum, non ut ministerium. **4.** Itaque animae solius iudicium praesidere, qualiter usa sit uasculo carnis, uasculum uero ipsum non esse sententiae obnoxium, quia nec calicem damnari, si quis eum ueneno temperarit, nec gladium ad | bestias pronuntiari, si quis eo latrocinium fuerit operatus. V 46

5. Iam ergo innocens caro ex ea parte, qua non reputabuntur illi operae malae, et nihil prohibet innocentiae nomine saluam eam fieri. Licet enim nec bona opera deputentur illi sicut nec mala, diuinae tamen benignitati magis conpetit innocentes liberare. Beneficos enim debet; optimi est autem, etiam quod non debetur offerre. **6.** Et tamen calicem, non dico uenenarium, in quem mors aliqua ructuarit, sed frictricis uel archigalli uel gladiatoris aut carnificis spiritu infectum, quaero, an minus damnes quam oscula ipsorum? Nostris quoque sordibus nubilum uel non pro animo temperatum elidere solemus, quo magis puero irascamur. **7.** Gladium uero latrociniis ebrium quis non a domo tota, nedum a cubiculo, nedum a capitis sui officio relegabit, praesumens scilicet nihil aliud se quam inuidiam animarum somniaturum urguentium et inquietantium sanguinis sui concubinum? **8.** At enim et calix bene sibi conscius et

---

censure *T* (e *corr. in* a *m.* 1) **33** quo *M P X* : quod *T* (*Gel*).

XVI, **2** et hoc *T* (*Pam*) : et ex hoc *M P X* **3** uelint] uelut *X* sic] secus *Krm*, *at* sic = '*ea argumentatione*' **4** quasi *om.* *T* ne et *T X* : ne & ex *M P* ; ne ex hoc *C* **8** accommodant *Gel* **10** fasculi *X* **11** solius] *corruptum putat Krm*, *at cf. De anima* 33, 2 : sublimiore fastigio praesidet humana censura **14** cum] cum *X* nec] ne *X* **15** pronuntiaris *Gel* eo* *T* **16** ea om. *Gel* **18** *prius* nec] ne *T* bonae operae *Pam* deputentur *T* : reputentur *M P X* **19** malae *Pam* diuina *X* benigniti *T* **20** beneficos (benificos *X* ; -us *T B* ; -is *Gel*) enim debet. optimi est autem *T B X* : beneficus enim est atque optimus, debet autem *M P* **21** debetur *T M X* : deberetur *P* **22** quem *M X* ; quam *P* (*corr. R*) ; quo *T* **23** ructuarit *T* : ructaret *M P X* ; ructarit *Gel* frictricis *Gel* : fictricis *M P X* ; strictius *T* (*ex* frictius, *suprascr.* t) arcigalli *T* **23** gladiatores *X* **24** damnes] dampnis *T* (*in ras. m.* 1) **24** oscula] obscul* *T* **26** uero *T* (*Gel*) : uel *M P X* **27** a domo] admno *X* **28** relegabit *T* (*alt.* e *ex* i) *P* (*alt.* e *ex* i *m.* 1) : religabit *M X* aliud *om.* *T* quam] umquam *T*

de diligentia ministri commendatus de coronis quoque potatoris sui inornabitur aut aspergine florum honorabitur, et gladius bene de bello cruentus et melior homicida laudem suam consecratione pensabit.

9. Estne ergo et in uascula et [in] instrumenta sententiam figere, ut dominorum et auctorum meritis et ipsa communicent? **10.** Et huic quoque argumentationi satisfecerim, licet ab exemplo uacet diuersitas rerum. Omne enim uas uel instrumentum aliunde in usus uenit, extranea omnino materia a substantia hominis; caro autem, ab exordio uteri consata conformata congenita animae, etiam in omni operatione miscetur illi. **11.** Nam | etsi uas uocatur apud apostolum, quod iubet in honore tractari, V 47
eadem tamen ab eodem homo exterior appellatur, ille scilicet limus, qui prior titulo hominis incisus est, non calicis aut gladii aut uasculi ullius. **12.** Vas enim [a] capacitatis nomine dicta est, qua animam capit et continet, homo uero de communione naturae, quae eam non instrumentum in operationibus praestat, sed ministerium. Ita et ministerium tenebitur iudicio, etsi de suo nihil sapiat, quia portio est eius, quae sapit, non suppellex. **13.** Hoc et apostolus, sciens nihil carnem agere per semetipsam quod non animae deputetur, nihilominus peccatricem iudicat carnem, ne eo, quod ab anima uideatur inpelli, iudicio liberata credatur. **14.** Sic et cum aliquas laudis operas carni indicit: *Glorificate*, [et] *tollite deum in corpore uestro*, certus et hos conatus ab anima agi, idcirco tamen et carni eos mandat, quia et illi fructum repromittit. **15.** Alioquin nec exprobratio conpetisset in alienam culpae nec adhortatio in extraneam gloriae: et exprobratio enim et

XVI, **42** cf. I Thess. 4, 4. **43** cf. I Thess. 4, 8. **52** cf. Rom. 8, 3. **54** I Cor. 6, 20.

inuidiam *T* (*Rig*) : inuidia *M P X* R^1 ; inludia R^3 ; inuidias *Krm* **31** ministri *T Bmg* ; ministerii *M P X* de coronis *T B* : coronis *M P X* **32** inornabitur *B* : inorbitur *M P* (*corr.* R *in mg*) ; morbitur *X* ; ordinabitur *T* **33** bene *del. Krm* **35** Estne] Est *Pam* in (*alterum*) *om. T* **36** conmunicent *M* **37** Et huic *T* : ut huic *M P X* **38** strumentum *T* **39** aliunde] abunde *T* **40** exordia *T* (a *exp., suprascr.* o) consata *T M P* ; est sata *X* ; consita *R* conformata *T P* : confirmata *M X* **41** omni materia operatione *X* **42** quod *T* (*Krm*) : quam *M P X* **43** tractari *T X* (*Gel*) : tractare *M P* exterior appellatur *T* (*Gel*) : appellatur exterior *M P X* **45** a *T* : *om. M P X* dicta *M P X* : dictum *T* **46** qua] quia *T* **47** instrumento in operibus *X* praestat] habet *Gel* **48** ministerium (*alterum*) *del. Krm* **49** etsi *T* (*Gel*) : ut *M P X* sapiat] sapit *X* est *om. T* **50** supellex *X* ; supplex *T* (x *exp., suprascr.* t) *Bmg* **53** uideatur] iudicatur *X* creditur *X* **54** operas] s *exp. T* carnis *T* et *T* : *om. M P X* ; inquit et *Pam* **55** conatus] coronatus *P* idcirco] d *exp., superscr.* c *T* **56** repromittit *T B* : repromittunt *M P X* **57** nec] *in ras. T* exprobratio] exprobari *T* culpam *T Bmg* **58** adhortatio] adortari *T* (h *suprascr.*) gloriam *T Bmg*.

exhortatio uacarent erga carnem, si uacaret et merces, quae in resurrectione captatur.

XVII. Simplicior quisque fautor sententiae nostrae putabit carnem etiam idcirco repraesentandam esse iudicio, quia aliter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerii, utpote incorporalis; hoc enim uulgus existimat. **2.** Nos autem animam corporalem et hic profitemur et in suo uolumine probauimus, habentem proprium genus [substantiae] soliditatis, per quam quid et sentire et pati possit. Nam et nunc animas torqueri fouerique penes inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis, | V 48
probauit ⟨E⟩l⟨e⟩azari exemplum.

3. Dedi igitur aduersario dicere: 'Ergo, quae habet corpulentiam propriam, de suo sufficiet ad facultatem passionis et sensus, ut non egeat repraesentatione carnis.' Immo et eatenus egebit, non qua sentire quid sine carne non possit, sed qua necesse est illam etiam cum carne sentire. **4.** Quantum enim ad agendum de suo sufficit, tantum et ad patiendum. Ad agendum autem minus de suo sufficit, habet enim de suo solummodo cogitare uelle cupere disponere, ad perficiendum autem operam carnis exspectat. **5.** Sic itaque et ad patiendum societatem carnis expostulat, ut tam plene per eam pati possit quam sine ea plene agere non potuit. Et ideo in quae de suo sufficit, eorum interim sententiam pendit, concupiscentiae et cogitatus et uoluntatis.

6. Porro si haec satis essent ad plenitudinem meritorum, ut non requirerentur et facta, sufficeret in totum anima ad perfectionem iudicii, de istis iudicanda, in quae agenda sola suffecerat. **7.** Cum uero etiam facta deuincta sint meritis, facta autem per carnem administrentur, iam non sufficit animam sine carne foueri siue cruciari pro operibus etiam carnis, etsi habet corpus, etsi habet membra, quae proinde illi non sufficiunt ad sentiendum plene, quemadmodum nec ad agendum perfecte. **8.** Idcirco pro quo modo egit, pro eo et patitur apud inferos, prior degustans iudicium, sicut prior induxit admissum,

XVII, **1** fautor] auctor *T* putauit *T* (u *exp., suprascr.* b) **2** etiam] *in ras. T* idcirco] *corr. in* icc- *T* **3** passionem *M P X* : possessionem *T* turmenti *X* **4** autem *om. X* **5** probauimus *T* (*Schanz*) : probamus *M P X* **6** substantiae *del. Krm* : substantiuae *R in mg P* (R^1 *mg*) ; substantiae ⟨ac⟩ *Eng* **9** probauit *T X* (*Gel*) : probabit *M P* Eleazari *Souter* : *l*azari *T* (*eras.* e *et* a) ; lazari *M P X* ; *cf. De anima* 7, 2 **11** sufficiat *X* **12** et *T* : *om. M P X* **13** qua (*bis*) *X* R^3 : quia *T* (*ex* qua) *M P* R^1 **14** carne *om. X* **16** enim] etiam *C* **18** et *om. X* **20** quae] qua *T* (*suprascr.* e) **25** istis *T* : his *M P* ; hijs *X* solo *T* (o *exp., suprascr.* a) **27** animam *M P X* : anima *T* **28** carnis (*ex* carnisi) *T* etsi *om. T* **29** corpus etsi habet *om. T* quae *del. Krm* sufficiunt] insufficiant *T* **30** plene, quemadmodum *T* (*Gel*) : *om. M P X* ; quam *Krm* perfecte] perfretae *M* **31** quo modo *T M P* : quo quō *X* (*i. e.* quo quomodo) ; quoquo modo *Pam* (*Rig, Oel*) **32** sicut prior* *T* (*eras.* i)

expectans tamen et carnem, ut per illam etiam facta compenset, cui cogitata mandauit. **9.** Denique haec erit ratio in ultimum finem destinati iudicii, ut exhibitione carnis omnis diuina censura perfici possit. Alioquin non sustineretur in finem, quod et nunc [animae] decerpunt apud inferos, si solis animabus destinaretur.

XVIII. Hucusque praestructionibus egerim ad muniendos sensus omnium scripturarum, quae carnis recidiuatum pollicentur. | Cui cum tot auctoritates iustorum patrociniorum V 49
procurent, honores dico substantiae ipsius, tum uires dei, tum exempla earum, tum rationes iudicii et necessitates ipsius, utique secundum praeiudicia tot auctoritatum scripturas intellegi oportebit, non secundum ingenia haereticorum, de sola incredulitate uenientia, quia incredibile habeatur restitui substantiam interitu subductam, non quia aut substantiae ipsi inemeribile sit aut deo inpossibile aut iudicio inhabile. **2.** Plane incredibile, si nec praedicatum diuinitus fuerit; nisi quod etsi praedicatum id a deo non fuisset, ultro praesumi debuisset, ut propterea non praedicatum, quia tot auctoritatibus praeiudicatum. **3.** At cum diuinis quoque uocibus personet, tanto abest, ut aliter intellegatur quam desiderant illa, a quibus etiam sine diuinis uocibus persuadetur.

4. Videamus igitur hoc primum, quonam titulo spes ista proscripta sit. Vnum, opinor, apud omnes edictum dei pendet: resurrectio mortuorum, duo uerba expedita decisa detersa. Ipsa conueniam, ipsa discutiam, cui se substantiae addicant. **5.** Cum audio resurrectionem homini inminere, quaeram necesse est, quid eius cadere sortitum sit, siquidem nihil resurgere expectabit nisi quod ante succiderit. Qui ignorat carnem cadere per mortem, potest eam nec stantem nosse per uitam. **6.** Sententiam dei natura pronuntiat: *Terra es et in terram ibis*,

XVIII, **25** Gen. 3, 19.

35 destinata (nata *al. m. in ras.*) iudiciis *T* exibitione *T* (*suprascr.* h) **36** possi*t *T* (*eras.* n) **37** animae *om. T* decerpunt *Gel* : dece punt *T* ; decerpuntur *M P X* solis (i *ex* u) *T* **37-38** si—destinaretur *del. Eng* (*Krm*) : *at cf. Thrn I p.* 80.

XVIII, **2** recidiuatum] recidiua cū *X* **3** tot auctoritates *T* R^3 : tota auctoritate si *M P X* R^1 patrociniū *T* (*sed* ū *in ras. al. m.*) **4** uires] cū res *T* **5** eorum cum *X* **6** praeiudicia] praeuidentia *P* (*suprascr.* icia *m.* 1) **6-7** intelligi *T X* **8** quia *M P X* : Quā *T* **9** aut *T* (*Gel*) : et *M P X* **10** inemeribile] irremeabile *R in Pmg* inpossibile *om. T* inhabile *T B* : inhabitabile *M P X* **11** nec *T* (*del. al. m.*) praedicatum *T X* : praeiudicatum *M P* **11-12** diuinitus — etsi praedicatum *om. T* **12** ut ultro *T* **13** ut] aut *T* ñtot *T* **14** personet *Rig* : personat *T M P X* **15** intelligatur *T X* desiderant *M P X* : de *T* **17** titulo *T M X* : stilo *P C* **20** cumueniā *T* substantiae] ł sentētie *T* (*al. m. in ras.* ; *in mg* ł sent) **22** sit *M P* : est *T* ; *om. X* **23** quid *X* succiderit *M P X* : ceciderit *T*, *at nota clausulam* **24** stan-

et qui non audit, uidet: nulla mors non ruina membrorum est. Hanc corporis sortem dominus quoque expressit, cum ipse substantia indutus *Diruite*, inquit, *templum istud, et ego illud triduo resuscitabo*. **7.** Ostendit enim, cuius sit | dirui, cuius eli- V 50
di, cuius iacere, cuius et releuari et resuscitari, — quamquam et animam circumferret trepidantem usque ad mortem, sed non cadentem per mortem, — quia et scriptura *De corpore*, inquit, *suo dixerat*.

8. Atque adeo caro est, quae morte subruitur, ut exinde a cadendo cadauer enuntietur; anima porro nec uocabulo cadit, quia nec habitu ruit, atquin ipsa est, quae ruinam corpori infert, cum efflata est, sicut ipsa est, quae illud de terra suscitauit, cum inflata est. Non potest cadere quae suscitauit ingressa; non potest ruere quae elidit egressa. **9.** Artius dicam: ne in somnum quidem cadit anima cum corpore, ne tum quidem sternitur cum carne, sedenim agitatur in somnis et iactitatur; quiesceret autem, si iaceret, et iaceret, si caderet: ita nec in ueritate mortis cadit quae nec in imagine eius ruit.

10. Sequens nunc uocabulum mortuorum aeque dispice, cui substantiae insideat. Quamquam in hac materia admittam[us] interdum mortalitatem animae adsignari ab haereticis, ut, si anima mortalis resurrectionem consecutura est, praeiudicium sit et carni non minus mortali resurrectionem communicaturae. **11.** Sed nunc proprietas uocabuli uindicanda est suae sorti. Iam quidem eo ipso, quod resurrectio caducae rei est, id est carnis, eadem erit et in nomine mortui, quia caducae rei est resurrectio quae dicitur mortuorum. **12.** Sic et per Abraham, patrem fidei, diuinae familiaritatis uirum, discimus. Postulans enim Sarrae humandae locum de filiis ⟨H⟩eth: *Date*

28 Ioa. 2, 19. **29** cf. Ioa. 2, 21. **30** cf. Mt. 26, 38. **32** Ioa. 2, 21. **54** Gen. 23, 4.

tem] ante *T* **26** est *T B* : *om. M P X* **27** cum *om. Gel* ipse *Eng* : ipsa *T M P X* **30** et releuari — circumferret] ⁊ reuelari ac cumferret *T* (⁊ reuelari ac *m.* 1 *in ras.* ; *in mg. add.* resuscitari cum cir *m.* 1) cuius et] eius et *Pam* **31** circumferret *T Pam* ; circumferet *M X* ; circunferat (*sic*) *P* **32** et] etsi *T* (c *suprascr. al. m. ut fiat* sic) scriptam *X* **35** enuntietur *T* (*Gel*) : renuntietur *M P X* porro *T M P* : uero *X* **36** atquin] atqui *C*, atquiin *T* (in *del*) ruinas corporis *T* **37-38** suscitauit *T* R^3 : suscitabit *M P X* **38** Cū inflata ē ; *T* : ingressa *M P X* **38-39** Non potest — ingressa *om. M* (*add. in mg. m.* 1) P (*add. in mg.* R *ex H*) **40** tum *T* (*mut. in* cum *al. m.*) **41** sedenim] etenim *C* **41-42** iactitatur *M P* : iacitatur *X* ; iactatur *T* **42** *prius* iaceret *T* (ι *super* i *al. m.*) et iaceret (*mut. in* laceret *al. m. T*) si caderet *T B* : *om. M P X* **43** ueritatem *Gel* imaginem *Gel* **44** despice *T X* cui *ex* cui' *T* **45** insideat *T X* : insidat *M P* admittam *T* : admittamus *M P X* **47** consecutam *X* **48** resurrectione *M* **48-49** communicatam *X* **50-52** caducae rei — est resurrectio *om. T* **50-51** est id est *P* : istud est *M X* **51-52** quia — mortuorum *del. Krm* **52** quae *T* (*sed del*) **54** Sarrae] sare *X* humandae *ex* humani de *T*

ergo, inquit, *mihi possessionem* | *sepulchri uobiscum, et humabo* V 51
mortuum meum, carnem scilicet. Neque enim animae humandae spatium desiderasset, et si anima mortalis crederetur, et si mortuus dici mereretur. Quodsi mortuus corpus est, corporum erit proprie resurrectio, cum dicitur mortuorum.

XIX. Et haec itaque dispectio tituli et praeconii ipsius, fidem utique defendens uocabulorum, illuc proficere debebit, ut, si quid diuersa pars turbat obtentu figurarum et aenigmatum, manifestiora quaeque praeualeant et [de] incertis certiora praescribant. **2.** Nacti enim quidam sollemnissimam eloquii prophetici formam, allegorici et figurati plerumque, non tamen semper, resurrectionem quoque mortuorum manifeste adnuntiatam in imaginariam significationem distorquent, adserentes ipsam etiam mortem spiritaliter intellegendam. **3.** Non enim hanc esse in uero, quae sit in medio, discidium carnis atque animae, sed ignorantiam dei, per quam homo mortuus deo non minus in errore iacuerit quam in sepulchro. **4.** Itaque et resurrectionem eam uindicandam, qua quis adita ueritate redanimatus et reuiuificatus deo ignorantiae morte discussa uelut de sepulchro ueteris hominis eruperit, quia et dominus scribas et Pharisaeos sepulchris dealbatis adaequauerit. **5.** Exinde ergo resurrectionem fide consecutos cum domino esse, quem in baptismate induerint.

6. Hoc denique ingenio etiam in conloquiis saepe nostros decipere consueuerunt, quasi et ipsi resurrectionem carnis admittant: 'Vae', inquiunt, 'qui non in hac carne resurrexerit', ne statim illos percutiant, si resurrectionem statim abnuerint. Tacite autem secundum conscientiam suam | hoc sentiunt: V 52

XIX, **15** cf. Eph. 4, 22; Col. 3, 9. **16** cf. Mt. 23, 27.

Heth R : eth *T M P X* ; Cheth *Gel* **56** mortuum meum *T* (*Gel*) : mortuam meam *M P X* **56-57** animae humandae *M P X* : animā & humans *T* (& *exp.*) **58** mortuus corpus *M P X* : corpus mortuū *T* ; mortuum corpus *B* **59** proprie *T* : *om. M X P*.

XIX, **1** dispectio *M P X* : disceptatio *T* (*recte?*) ipsius *M P X* : eius *T* **3** quid diuersa pars *T B X* : qua pars diuersa *M P* **4** praeualeatur *X* de *om. T*, *del. Krm* **5** praescribatur *X* **8** distorquent *T* (*suprascr.* uel e, *i. e.* detorquent) adserentes *T* : adseuerantes *M* ; asseuerantes *P X* **9** mortem *om. P* (*add.* R *in mg.*) intelligendam *T P X* **10** discidium *P* (c *in* s *mut.* R) **11** homo *om. X* **12** errore *et* sepulchro *locum inter se mutare iussit Krm* et *om. T* **13** uindicandam *M P X* : iudicandam *T* qua] quam *T* adita *T* R³ : addita *M P X* **14** uiuificatus *T* **15** hominis] somnij *T* (*sed al. m. in ras.*) **16** sepulcris *M* **18** quem in baptismate *T* : cum eum in baptismate *B* ; cum baptisma *M P X* **20** consueuerunt *X* : consueuerint *T* (i *corr. in* u) ; consuerunt *M P* quiasi *T* (*prius* i *exp.*, si *postea add.*) **20-21** admittant] *sequentia in T ita habentur* : ne statim illos percuciant ; si resurrectionem statim abnuerunt (im abnu *in ras. al. m.*). Ve inquiunt, quia (a *exp.*) non in hac carne resurrexit ; ne statim illos percuciant ; si resurrectionem statim adnuerunt (d *exp.*, *suprascr.* b) ; tacite *e.q.s.* **22** abnuerant *X*

'Vae, qui non, dum in hac carne est, cognouerit arcana haeretica'; hoc est enim apud illos resurrectio. **7.** Sed et plerique ab excessu animae resurrectionem uindicantes de sepulchro exire de saeculo euadere interpretantur, quia et saeculum mortuorum sit habitaculum, id est ignorantium deum, uel etiam de ipso corpore, quia et corpus uice sepulchri conclusam animam in saecularis uitae morte detineat.

XX. Ob huiusmodi igitur coniecturas prim*um* praestructionem eorum depellam, qua uolunt omnia prophetas per imagines contionatos; quando, si ita esset, ne ipsae quidem imagines distingui potuissent, si non et ueritates praedicatae fuissent, ex quibus imagines deliniarentur. **2.** Atque adeo si omnia figurae, quid erit illud, cuius figurae? Quomodo speculum obtendes, si nusquam est facies? Adeo autem non omnia imagines sed et ueritates, nec omnia umbrae sed et corpora, ut in ipsum quoque dominum [ut] insigniora quaeque luce clarius praedicarentur. **3.** Nam et uirgo concepit in utero non figurate, et peperit Emmanuelem, nobiscum deum, [Iesum] non oblique, etsi oblique 'accepturum uirtutem Damasci et spolia Samariae', sed manifeste [deum] 'uenturum in iudicium cum presbyteris et archontibus populi'. **4.** Nam et *tumultuatae sunt gentes* in persona Pilati, *et populi meditati sunt inania* in persona Israelis; *adstiterunt reges terrae*, Herodes, *et archontes congregati sunt in unum*, Annas et Caiphas, *aduersus dominum et aduersus Christum eius*. **5.** Qui et *tamquam ouis ad iugulationem* adductus est, et *tamquam agnus ante tondentem*, scilicet Herodem, et sine uoce — *sic non aperuit os suum* — dorsum suum | ponens ad flagella et maxillas ad palmas et faciem non V 53
auertens a sputaminum iaculis; deputatus etiam inter ini-

XX, **10** cf. Es. 7, 14; Mt. 1, 23. **12** cf. Es. 8, 4. **13** cf. Es. 3, 14. **14** Ps. 2, 1—2. **18** Es. 53, 7. **20** cf. Es. 50, 6. **22** cf. Es. 53, 12

---

24 archana *T corr.*, *M corr.* **26** uendicantes *T corr.*, *X* sepulcro *M P* (h *suprascr.* R) **30** detinebat *Gel*.

XX, **1** primum *Souter* : primam *T M P X* **3** ĉtentionatos *T* (ten *del.*) ; ĉcianatos *P* (o *suprascr.* R) **4** uaritates *P* (*corr.* R) **5** diliniarentur *M* ; diniarentur *P* (*corr.* R) Adq ; *M P* (*corr.* R) **5-6** figurae] figura sunt *T* **6-7** obtendas *P* (*corr.* R) ; ostendens *T* **9** ut *T* : *om. M P X* **9-10** predicentur *T* **11** deum *Pam* : deus *T* (s *exp.*, *suprascr.* m) ; dominum *M P X* Iesum *om. T*, *del. Krm* **12** etsi oblique *om. T* **13** deum *T* : *om. M P X* **13-14** presbiteris *T M P X* **14** archontibus *T* (*Gel*) : principibus *M P X* tumultuantes *T* **15** pylati *T* **16** adstiterunt *M* : astiterunt *T P X* **17** anna *T* **18-19** tamquam ouis — adductus est et *om. T* iugulationem] uictimam *Gel* **19** tondentem ⟨se⟩ *Gel* **20** et sine *T* : sine *M P X* suum *om. X* **21** ad *T P* : in *M X* **22** sputaminum iaculis] foeditate sputaminum *Pam*

quos, perfossus manus et pedes, sortem passus in uestimento et potus amaros et capitum inridentium nutus, triginta argenteis adpretiatus a proditore. **6.** Quae hic figurae apud Esaiam, quae imagines apud Dauid, quae aenigmata apud Hieremiam, ne uirtutes quidem eius per parabolas profatos? Aut numquid nec oculi patefacti sunt caecorum, nec inclaruit lingua mutorum, nec manus aridae et genua dissoluta reualuerunt, nec claudi salierunt ut ceruus? **7.** Quae et si spiritaliter quoque interpretari solemus secundum comparationem animalium uitiorum a domino remediatorum, cum tamen et carnaliter adimpleta sunt, ostendunt prophetas in utramque speciem praedicasse, saluo eo, quod plures uoces eorum nudae et simplices et ab omni allegoriae nubilo purae defendi possunt: **8.** ut cum exitus gentium et urbium resonant, Tyri et Aegypti et Babylonis et Idum⟨a⟩eae et Carthaginiensium nauium, et cum ipsius Israelis plagas aut uenias, captiuitates, restitutiones ultimaeque dispersionis exitum perorant. **9.** Quis haec interpretabitur magis quam recognoscet? Res in litteris tenentur, litterae in rebus leguntur. Ita non semper nec in omnibus allegorica forma est prophetici eloquii, sed interdum et in quibusdam.

XXI. Si ergo interdum et in quibusdam, inquies, cur non et in edicto resurrectionis spiritaliter intellegendae? Quoniam quidem plurima ratio intercedit. Primo enim quid facient tot alia instrumenta diuina, ita aperte corporalem contestantia resurrectionem, ut nullam admittant figuratae signifi-|cantiae suspicionem? **2.** Et utique aequum sit, quod et supra V 54
demandauimus, incerta de certis et obscura de manifestis praeiudicari, uel ne inter discordiam certorum et incertorum, manifestorum et obscurorum fides dissipetur, ueritas periclitetur, ipsa diuinitas ut inconstans denotetur. **3.** Tunc, quod uerisimile non est, ut ea species sacramenti, in quam fides

23 cf. Ps. 21, 17. 19. **24** cf. Ps. 68, 22; cf. Ps. 21, 8; cf. Zach. 11, 12. Mt. (Hier.) 27. 9 (cf. Adu. Marc. IV, 40, 2). **28** cf. Es. 35, 5—6. **37** cf. Es. 23, 1.

23 perfossus] u *ex* a *T* uestimentum *T* **25** esaiam *T* (*sup.* e *scr.* y) *P* : isaiam *M* ; esayam *X* **26** iheremiam *M* ; ieremiam *X* **27** parabulas *T* praefatos *C* : profactos *X* ; profati sunt *T* (i sunt *in ras. al. m.*) Aut numquid] quid? *T* **28** ligua *T* (n *suprascr.*) *X* (u *ex* n) **29** reualuerunt] reu***uerr̄ *T* **30** clodi *Gel* saluerunt *X* et si *X* R ; et *T*, si et *M P* (*Krm*) **31** interpraetare *T* **32** et] nec *T* **34** eo *om. T*, *at cf. c.* 32, 3 *et Waszink ad De anima* 18, 6 *p.* 262 **35** et ab] ab *T* possunt *M P X* : posse *T* (e *exp.*, suprascr. ī) ; possint *Gel* **36** et (*ante* Babyl.) *om. T* **37** et (*ante* Idum.) *T* (*Gel*) : *om. M P X* idumeae *T M P* : idumie *X* carthaginiensium *T* : cartaginiensium *M* ; cartaginensium *P X* et (*ante* cum) *T* : ut *M P X* ; *an* aut? **38** israhelis *M* **39** perorant** *T* (rant *al. m. in ras.*) he magis interpraebitur (*sic*) *X* **40** recognoscet** *T* (et *in ras. al. m.*) literis *P* (t *suprascr.*) *X* litterae *T B* : ut terrae *M P X* **41** allegorica] allegoriae *T*

XXI, **1** inquies *Brf* : iniquies *T* ; inquis *M P X* **1-2** non et] non* *T* **2** intelligendae *T X* Quoniam] quando *X* **6** aequum] cū *T* supra : *c.* 19, 1 **8** praeiudicare *T* uel] ut *Eng* **10** Tunc] tum *P* R[3] **11** species] spes *de*

tota committitur, in quam disciplina tota conititur, ambigue adnuntiata et obscure proposita uideatur, quando spes resurrectionis, nisi manifesta de periculo et praemio, neminem ad huiusmodi praesertim religionem, publico odio et hostili elogio obnoxiam, persuaderet. **4.** Nullum opus certum est mercedis incertae, nullus timor iustus est periculi dubii; et merces autem et periculum in resurrectionis pendet euentu. **5.** Sed et si temporalia et localia et personalia dei decreta atque iudicia in urbes et gentes et reges tam aperte prophetia iaculata est, quale est, ut aeternae dispositiones eius et uniuersales in omne hominum genus lucem sui fugerint? Quae quanto maiora, tanto clariora esse deberent, ut maiora crederentur. **6.** Et puto deo nec liuorem nec dolum nec inconstantiam nec lenocinium adscribi posse, per quae fere promulgatio maiorum cauillatur.

XXII. Post haec ad illas etiam scripturas respiciendum esse dicemus, quae non sinunt resurrectionem secundum animales istos, ne dixerim spiritales, aut hic iam in ueritatis agnitione praesumi aut ab excessu statim uitae uindicari. **2.** Cum enim et tempora totius spei fixa sint sacrosancto stilo nec liceat eam ante constitui, aeque non licebit ita scripturas interpretari super illam, ut possit ante constitui. In aduentum, opinor, Christi uota nostra suspirant, in saeculi huius occasum, in transitum mundi quoque, ad diem domini magnum, diem irae et retributionis, diem ulti|mum et occultum nec ulli praeter V 55
patri notum, et tamen signis atque portentis et concussionibus elementorum et conflictationibus nationum praenotatum. **3.** Euoluerem prophetias, si dominus ipse tacuisset, — nisi quod et prophetiae uox erant domini — sed plus est, quod illas suo ore consignat. Interrogatus a discipulis, quando euentura es-

XXII, 9 cf. Es. 13, 13; Soph. 2, 2; Os. 9, 7. **10** cf. Act. 1, 7. **15** cf. Luc. 21, 7.

la Cerda quam] qua *X* **12** quam] qua *T* cōnititur *T* ; *idem in P restituit* R **13** adnunciata *T* : adnuata *M* ; annuata *P* (fortassis leg. annunciata R *in mg*) ; aiata *X* **14** manifestata *X* **15** huiusmodi *T* : eiusmodi *M P X* **16** obnoxium *T* (*sed* u *in ras.*) **18** Sed *T B* : *om. M P X* **20** aperte *Lat* : aperta *T M P X* **22** hominum *T M P* : humanum *X* sui fugerint *M P X* ; suffuerint *T* (*suprascr.* g), *at nota clausulam* **24** inconstantia *X* **25** fere *X* : faerae *T* ; ferre *M P* (*corr.* R).

XXII, **1-2** esse dicemus *T* : est *M P X* **2** q̄sinunt *al. m. in ras. T* **4** aut *in mg T* ab excessu] abscessu *T* **6-7** aeque — possit ante consitui *T* : *om. M P X* **7** aduentum *M X* : aduentu *T P* **8** in saeculi *T* (*Gel*) : saeculi *M P X* occasu *T* **10** ulli] illi *X* praeterquam R, *at cf. Lfst, Spr. p.* 108 **13** Euoluere *X* **14** prophetia uox erat *T* est *om. P* illa *T* **15** uentura *T*

sent quae interim de templi exitu eruperat, ordinem temporum primo Iudaicorum usque ad excidium Hierusalem, dehinc communium usque ad conclusionem saeculi dirigit. **4.** Nam posteaquam edixit : *Et tunc erit Hierusalem conculcata in nationibus, donec adinpleantur tempora nationum*, adlegendarum scilicet a deo et congregandarum cum reliquiis Israelis, **5.** inde iam in orbem et in saeculum praedicat secundum Ioelem et Danielem et uniuersum concilium prophetarum 'futura signa in sole et luna et [in] stellis, conclusionem nationum, cum stupore sonitus maris et motus refrigescentium hominum prae metu et expectatione eorum, quae immineant orbi terrae.' **6.** *Virtutes enim*, inquit, *caelorum commouebuntur, et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum plurimo potentatu et gloria. Vbi autem coeperint ista fieri, emergetis et eleuabitis capita uestra, quod redemptio uestra adpropinquauerit.* **7.** Et tamen adpropinquare eam dixit, non adesse iam, et cum coeperint ista fieri, non cum facta fuerint, quia cum facta fuerint, tunc aderit redemptio nostra, quae eo usque adpropinquare dicetur, erigens interim et excitans animos ad proximum iam spei fructum. **8.** Cuius etiam parabola subtexitur tenerescentium arborum in caulem, floris et dehinc frugis |
antecursorem. *Ita et uos, cum uideritis omnia ista fieri, scitote* V 56
in proximo esse regnum dei. Vigilate ergo omni [in] *tempore, ut digni sitis effugere omnia ista et stetis ante filium hominis*, utique per resurrectionem, omnibus ante transactis. Ita etsi in agnitione sacramenti fruticat, sed in domini repraesentatione florescit atque frugescit.

9. Quis ergo dominum tam intempestiue, tam acerbe excitauit iam a dextra dei ad confringendam terram secundum Esaiam, quae, puto, adhuc integra est ? Quis inimicos Christi

16 cf. Luc. 21, 9—24. **18** cf. Luc. 21, 25—28. **19** Luc. 21, 24. **23** cf. Luc. 21, 25—26. **27** Luc. 21, 26—28. **35** cf. Luc. 21, 29—31. **37** Luc. 21, 31. **38** Luc. 21, 36. **44** cf. Es. 2, 19.

16 interint *M* (nt *exp.*) eruperant *Gel* **18** dirigit] digerit *Gel*, *at cf. Waszink ad De anima* 25, 9 *p.* 355 hierusalē *P* ; iherusalem *M* ; ierlm̄ *T X* coculcata (*sic*) in *T* : conculcatui *M P X* **20-21** adlegandarum *Gel* **21** isralis *P* **22-23** ioelem *T* (h *suprascr.*) : iohelem *M P X* **23** et Danielem *om. T* danihelem *M* **24** ⟨in⟩ luna *Pam* in (*alterum*) *om. T* conclusionem *M P X* : conclusione *T* ; conlisionem *Pam* ; concussionem *Souter* **26** metu *T* (u *ex* ū) : motu *P* (*corr.* R) **28** caeli *T* : *om. M P X* ; *an delendum?* **29** fieri] *al. m. in ras. T* **32-33** quia cum facta fuerint *om. T* **34** dicetur *T* (*suprascr.* i, *sed del. denuo*) : dicitur *M P X* **35** parabola *T* (o *in ras.*, *fuit* u) **36** in caulem floris et ⟨florem⟩, dehinc *Oel* **37** et *om. T* **38** proximū *T* tempore *T P* : in tempore *M X* **39** sitis *T* : habeamini *M P X* **41** fruticat *Pam* : fructificat** *T* : fructificasset *M P X* **43** intempestatiue *M P* (*corr.* R) **44** a dextra] ad dextra *T* (d *prior exp.*) : ad dexteram *M P X* ; a dextera *Krm* **45** ysayam *T* (*sed*

iam subiecit pedibus eius secundum Dauid, qua[si] uelocior patre, omni adhuc popularium coetu reclamante 'Christianos ad leonem' ? Quis caelo descendentem Iesum talem conspexit qualem ascendentem apostoli uiderunt secundum angelorum constitutum ? **10.** Nulla ad hodiernum tribus ad tribum pectora ceciderunt, agnoscentes quem pupugerunt, nemo adhuc excepit Heliam, nemo adhuc fugit antichristum, nemo adhuc Babylonis exitum fleuit! **11.** Et est iam, qui resurrexit, nisi haereticus ? Exiit plane iam de corporis sepulchro etiamnunc febribus et ulceribus obnoxius, et conculcauit iam inimicos etiamnunc luctari habens cum mundi potentibus, et utique iam regnat etiamnunc Caesari quae sunt Caesaris debens.

XXIII. Docet quidem apostolus Colosensibus scribens mortuos fuisse nos aliquando, alienatos et inimicos sensus domini, cum in operibus pessimis agebamus, dehinc consepultos Christo in baptismate et conresuscitatos in eo per fidem efficaciae dei, qui illum suscitauit a mortuis : **2.** *Et uos cum mortui esse-|*
tis [in] *delictis et praeputiatione carnis uestrae, uiuificauit cum* V 57
eo, donatis uobis omnibus delictis, et rursus : *Si cum Christo mortui essetis ab elementis mundi, quomodo* [quidam] *quasi uiuentes in mundo sententiam fertis ?* **3.** Sed cum ita nos mortuos faciat spiritaliter, ut tamen et corporaliter quandoque morituros agnoscat, utique et resuscitatos proinde spiritaliter deputans aeque non negat etiam corporaliter resurrecturos. **4.** Denique : *Si conresurrexistis*, inquit, *cum Christo, ea quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei residens ; ea quae sursum sunt sapite, non quae deorsum.* Ita animo ostendit resurgere, quo solo adhuc possumus caelestia adtingere, quae non quaereremus nec saperemus, si possideremus. **5.** Subicit

46 cf. Ps. 109, 1. **49** cf. Act. 1, 11. **50** cf. Zach. 12, 12. **51** cf. Zach. 12, 10. **52** cf. Mal. 4, 5 ; cf. Apoc. 12, 6. **53** cf. Apoc. 18, 9. **56** cf. Eph. 6, 12. **57** cf. Mt. 22, 21.

XXIII, **2** cf. Col. 1, 21. **3** cf. Col. 2, 12. **5** Col. 2, 13. **7** Col. 2, 20. **13** Col. 3, 1—2.

al. m.) ; essayam *X* integra] interra *T* inimicus *X* **46** subiecit sub *X* qua *T* : quasi *M P X* **47** coeture clamante *T* ; coetu clamante *Gel* **49** uiderunt *T* : uiderant *M P X* **51-52** excepit *M P X* : caepit *T* **52** adhuc fugit] aufugit *T* (*sed prior* u *in ras. al. m.*) **53** babilonis *T M P X* Et est *T* : est *M P X* resurrexit *T X* : resurrexerit *M P* nisi ⟨quod⟩ *Krm* **54** *interrogationis signum post* haereticus *habet T* iam *om. T* **55** et conculcauit iam inimicos *om. T* **56** et *om. T* **57** ce*sari *T* ; cessari *X*.

XXIII, **1** Colossensibus R **1-2** mortuus *X* **3-4** xp̄i *T* (i *exp.*, *suprascr.* o) **5** suscitauit *T P* (r& *suprascr. m.* 1) : suscitaret *M X* ; suscitarit R *uulgo* **5-6** essetis] ēētis *T* (*in ras.*) **6** in *T* (*Gel*) : *om. M P X* nostre *X* **7** rursus *M P X* : iterum *T* ; *cf. Mnemosyne* 60 (1932) *p.* 85 **7-8** mortui essetis (= ἀπεθάνετε) *T M P X* : mortui estis R *uulgo* **8** quidam *del Brf* quidam quasi *T M P X* : quasi quidam *Pam* **10** et *om. T* **12** resurrecturos *T M P* : resuscitaturos *X* **13** conresurrexistis *Brf* : resurrexistis *P* (*supra* res *scr.* con *m.* 1, *sed postea del.*) ; cū resurrexistis *T X* ; resurrexistis *M* **14** christus est *T* : est christus *M P X*

etiam : *Mortui enim estis*, — scilicet delictis, non uobis — *et uita uestra abscondita est cum Christo in deo*. Nondum ergo adprehensa est quae abscondita est. **6.** Sic et Iohannes : *Et nondum*, ait, *manifestatum est, quid futuri sumus. Scimus quia, si manifestatus erit, similes ei*[us] *erimus*. Tanto abest, ut simus iam quod nescimus, utique sciturі, si iam essemus. **7.** Adeo contemplatio est spei in hoc spatio per fidem, non repraesentatio, nec possessio sed expectatio. De qua spe et expectatione Paulus ad Galatas : *Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus*. Non ait 'tenemus' ; iusti*t*iam autem dei dicit ex iudicio, quo iudicabimur de mercede. **8.** Ad quam pendens et ipse, cum Philippensibus scribit : *Si qua*, inquit, *concurram in resurrec|tione⟨m⟩, quae est ex mortuis, non quia iam* V 58
accepi aut consummatus sum. Et utique crediderat et omnia sacramenta cognouerat, uas electionis, doctor nationum, et tamen adicit : *Persequor autem, si adprehendam, in quo sum adprehensus a Christo*. **9.** Eo amplius : *Ego me, fratres, nondum puto adprehendisse : unum tamen, oblitus posteriorum in priora me extendens secundum scopum persequor ad palmam incriminationis, per quam concurrerem*, utique in resurrectionem a mortuis, suo tamen tempore, **10.** sicut ad Galatas : *Bene autem facientes ne taedeat, tempore enim suo metemus*, sicut et ad Timotheum de Onesi*ph*oro : *Det illi dominus inuenire misericordiam in illo die*. **11.** In quem diem ac tempus et ipsi praecipit custodire *mandatum inmaculatum inreprehensibile, in adparentiam domini Iesu Christi, quam suis temporibus ostendet beatus et solus potentator et rex regnantium*, de deo dicens.

---

19 Col. 3, 3. **20** I Ioa. 3, 2. **26** Gal. 5, 5. **29** Phil. 3, 11—12. **32** cf. Act. 9, 15. cf. I Tim. 2, 7. **33** Phil. 3, 12—14. **38** Gal. 6, 9. **40** II Tim. 1, 18. **42** I Tim. 6, 14—15.

---

18 uobis *T Pam* : nobis *M P X* et *T C* ; sed *M P X* **19** uestra] nostra *X* Nundū *T* **21** ait *om. T* manifestatum *T M* : manifestum *P* (*corr.* R *in mg*) ; manifestata *X* simus *Gel* **22** manifestatus erit *T* : manifestauerit *M P X* ; ⟨se⟩ manifestauerit *J. H. Baxter ap. Souter* ei *T P* : eius *M X* **23** utique — essemus *om. P* (*add.* R *in mg ex H*) sciturі] sciretur *T* (*sed* retur *in ras. al. m.*) **24-25** repraesentatio *T C* : praesentatio *M P X* **26** galathas *M P X* Nos] Non *T* ex] s; *T* **27** iustici(a)e *T M P X pro more* iusticiam *T* ; iusticiae *M P X* **28** iudicabimur *T B* : iudicabitur *M P X* quam] quas *P* (*corr.* R) **29** philipensibus *M P X* scribit] ascribit *X* **30** resurrectionem *Gel* : resurrectione *T* ; resuscitationem *M P X* quae est ex *T* (est ex *supra l. a m.* 1 *ut uidetur*) : quae est a *C* ; quae a *M P X* **33** adiecit *T* persequar *P* (a *exp.*, *suprascr.* o *m.* 1) ; Prosequor *X* **34** Eo] Et *Eng* nondum *T* ; non *M P X* **35** puto adprehendisse (app- *X*) *M P X* : me adprehendisse arbitror *T*, *quo recepto uocula* me *semel abundat* tamen *T* : plane *M P X* **36-37** incriminationis *i. e.* ἀνεγκλησίας **37** concurrerem] concurrerē *T* resurrectionem *T* : resuscitationem *M P X* **38** galathas *M P X* **39** et *supra l. T* ; *om. X* **39-40** thimotheum *X* **40** honesiforo *X* : onesifero *T* ; honesifero *M P* **41** praecepit *T* **42** costodiri (*sic*) *X* **43** quam] quem *T* ostendet *ex* -it *T* **44** po-

12. De quibus temporibus et Petrus in Actis : *Paeniteat itaque uos et respicite ad abolenda delicta uestra, uti tempora uobis superueniant refrigerii ex persona dei, et mittat praedesignatum uobis Christum, quem oportet accipere caelos ad usque tempora exhibitionis omnium, quae locutus est deus de ore sanctorum prophetarum*.

XXIV. Quae haec tempora, cum Thesalonicencibus disce. Legimus enim : *Qualiter conuersi sitis ab idolis ad seruiendum uiuo et uero deo et ad expectandum a* | *caelis filium eius, quem* V 59
suscitauit ex mortuis, Iesum. **2.** Et rursus : *Quae enim spes nostra uel gaudium uel exultationis corona, quam ut et uos coram domino nostro Iesu Christo in aduentu ipsius ?* Item : *Coram deo et patre nostro in aduentu domini nostri Iesu Christi cum uniuersis sanctis eius*. **3.** De quorum dormitione minus maerenda docens simul et tempora resurrectionis exponit [dicens] : *Si enim credimus, quod Iesus mortuus sit et resurrex*[er]*it, sic et deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum ipso*. **4.** *Hoc enim dicimus uobis in sermone domini, quod nos, qui uiuimus, qui remanemus in aduentum domini nostri, non praeueniemus eos, qui dormierunt*. **5.** *Quoniam ipse dominus in iussu* [et] *in uoce archangeli et in tuba dei descendet de caelo ; et mortui in Christo primi resurgent*, **6.** *deinde nos, qui uiuimus,* [qui] *simul cum illis tollemur in nubibus obuiam domino* [christo] *in aerem et ita semper cum domino erimus*. **7.** Quae uox archangeli, quae tuba dei audita iam, nisi forte in cubiculis haereticorum ? Nam etsi tuba dei euangelicus sermo dici potest, qui illos iam uocarit, sed aut mortui erunt iam corpo-

---

45 Act. 3, 19—21.

XXIV, **2** I Thess. 1, 9—10. **4** I Thess. 2, 19. **6** I Thess. 3, 13. **10** I Thess. 4, 14—17.

---

tentator *M P X* : potens *T B* regnantium ⟨et dominus dominantium⟩ *Gel* **45** petrus in actis *M P X* : petr' in actis apostolo4 *T* (*sed omnia in ras. al. m.*) **45-46** itaque *om. P* **46** respicite] resipiscite *Erasmus* abutenda delecta *T* nostra *X* uti *M X* : ut *T P* **47** praesignatum *T* **48** uobis *T Pam* : nobis *M P X* adusque] atque *T* **49** de *T* ; *om. M P X*.

XXIV, **1** Quae haec *T M* R^3 : Quae *P* R^1 ; Hec *X* thesalonicensibus *T* (s *suprascr. al. m.*) *P* (*corr.* R) : thessalonicensibus *M X* **2** legimus] *in mg. add.* uel Scimus *T* **3** *alterum* et *om. T* ad* *T* (*eras.* e) **4** rursum *T* ; *cf. ad cap.* 23, 2 **5** exultationis *M P X* : expectationis *T* ut et uos *T B M X* : ut uos *P* R^1 ; uos R^3 **6** domino deo *P* nostro *om. T* aduentu R : aduentum *T M P X* **7** aduentu *T X* : aduentum *M P* nostri *om. T* **8** de *exp. T* dormitionemne *T* (ne *al. m. extra paginam*) **8-9** maerenda docens] merendogens *T* ; miseranda docens *Gel* **9** dicens *P* : *om. T M X* **10** Si] Sič (*i. e.* Sicut) *T* resurrexit *T B* : resurrexerit *M P X* **12** domini *Pam* : dei *T M P X* **13** nostri *om. T* **14** Quoniam] Quomodo *X* **15** et (*post* iussu) *om. T* in tuba *T* : tuba *M P X* **16** resurgunt *P* **17** qui *om. T* ; qui ⟨remanemus⟩ *susp. Krm* **17-18** domino christo *T* : christo *M P X* ; christo *del. Brf* **18** aere *T* **21** quis *X* illos iam] in illo tam *T* uocarit *T* (*Pam*) ; uocaret

raliter, ut resurrexerint, et quomodo uiuunt? aut in nubibus erepti, et quomodo hic sunt? **8.** Miserrimi reuera, ut apostolus pronuntiauit, qui in ista tantum uita sperantes habebuntur, excludendo, dum praeripiunt, quod post illam repromittitur, frustrati circa ueritatem non minus quam Phygelus et Hermogenes. Et ideo maiestas spiritus sancti perspicax eiusmodi sensuum | et in ipsa ad Thesalonicenses epistola suggerit: *De temporibus autem et temporum spatiis, fratres, non est necessitas* V 60 *scribendi uobis.* **10.** *Ipsi enim certissime scitis, quod dies domini sicut fur in nocte ita adueniat.* **11.** *Cum dicent 'Pax' et 'Tuta sunt omnia', tunc et illis repentinus insistet interitus.* **12.** Et in secunda pleniore sollicitudine ad eosdem: *Obsecro autem uos, fratres, per aduentum domini nostri Iesu Christi et congregationem nostram ad illum,* **13.** *ne cito commoueamini animo neque turbemini, neque per spiritum neque per sermonem,* scilicet pseudoprophetarum, *neque per epistolam,* scilicet pseudoapostolorum, *acsi per nostram, quasi insistat dies domini.* **12.** *Ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi ueniat abscessio primo,* huius utique regni, *et reueletur delinquentiae homo,* id est antichristus, *filius perditionis,* **15.** *qui aduersatur et superextollitur in omne, quod dicitur deus uel religio, uti sedeat in templo dei, adfirmans deum se.* **16.** *Non*[ne] *meministis, quod cum apud uos essem, haec dicebam uobis?* **17.** *Et nunc quid teneat scitis, ad reuelandum eum in suo tempore.* **18.** *Iam enim arcanum iniquitatis agitatur; tantum qui nunc tenet* [teneat], *donec de medio fiat,* quis, nisi Romanus status, cuius abscessio in decem reges dispersa antichristum superducet? **19.** *Et tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et euacuabit apparentia aduentus sui,* **20.** *cuius est aduentus*

23 cf. I Cor. 15, 19. **26** cf. II Tim. 1, 15. **28** I Thess. 5, 1—3. **33** II Thess. 2, 1—7. **47** cf. Apoc. 17, 12—14. **48** II Thess. 2, 8—10.

M P X erunt] sunt *Vrs* **22** resurrexerunt *P* quomodomodo *T* nubibus *T* : nubes *M P X* **25** excludendi *T* (*sed in* i *ras. al. m.*) *C, prob. Eng. At excludunt id quod post hanc uitam repromittitur eo quod id ipsum iam hic praeripiunt* **27** eiusmodi *M P X* : huiusmodi *T*, *an recte?* **28** et *om. T* thessalonicenses *R* **30** Ipse *X* quod] Quo *T* **31** sicut fur in *T* : quasi fur *M P X* adueniat *T* : adueniet *M P X* **32** *prius* et *T* : *om. M P X* **33** autem *T C* : *om. M P X* **34** ihū xpi *T C* : *om. M P X* **35** neque] nec *T* (*sed* c *ex* que) **37** pseudoprophetarum] pseudoapostolorum *P R*¹ **37-38** pseudoprophetarum *P R*¹ per *om. P R*¹ **39** nisi] si *X* **42** in *T B* : *om. M P X* dicitur deus *T X* : deus dicitur *M P* **42-43** in dei templo *T X* **43** Non meministis *Brf* : Nonne meministis *T* (Nonneme *al. m. in ras.*) *M P X* uos *om. X* **44** dicebam] dicebantur *T* quid teneat *T M P* (d *del.* R) : qui teneat *X R* ; quid detineat *Gel* **45** eum] cū *X* Iam enim] tam̄ nunc *T* (tam̄ *ex* iā) **45-46** archanum *T P X* **46** agitur *T* teneat *T M P* : *om. X* (*del. Krm*) **48** antichristum *T R*³ : antichristi *M P X R*¹

secundum opera|tionem satanae in omni uirtute et signis atque V 61 *portentis mendacii et in omni seductione iniustitiae his, qui pereunt.*

XXV. Etiam in apocalypsi Iohannis ordo temporum sternitur, quem martyrum quoque animae sub altari ultionem et iudicium flagitantes sustinere didicerunt, ut prius et orbis de pateris angelorum plagas suas ebibat, et prostituta illa ciuitas a decem regibus dignos exitus referat, et bestia antichristus cum suo pseudopropheta certamen ecclesiae inferat, **2.** atque ita diabolo in abyssum interim relegato primae resurrectionis praerogatiua de soliis ordinetur, dehinc et igni dato uniuersalis resurrectionis censura de libris iudicetur. **3.** Cum igitur et status temporum ultimorum scripturae notent et totam Christianae spei frugem in exodio saeculi conlocent, adparet aut tunc adimpleri totum quodcumque nobis a deo repromittitur et uacat, quod hic iam ab haereticis uindicatur, aut, si et agnitio sacramenti resurrectio est, salua utique illa creditur quae in ultimo praedicatur; **4.** et sequitur, ut eo ipso, quo haec spiritalis uindicatur, illa corporalis praeiudicetur; quia, si nulla tunc adnuntiaretur, merito sola haec et tantummodo spiritalis uindicaretur, cum uero et in ultimum tempus edicitur, corporalis agnoscitur, quia non et tunc spiritalis ⟨adnuntiatur. **5.** Cur enim iterum⟩ adnuntiaretur resurrectio eiusdem condicionis, id est spiritalis, cum aut nunc eam deceret expungi sine ulla differentia temporum aut tunc sub omni clausula temporum? **6.** Ita nobis magis competit etiam spiritalem defendere resurrectionem ab ingressu fidei, qui plenitudinem eius agnoscimus in exitu saeculi. |

XXV, **2** cf. Apoc. 6, 9—11. **4** cf. Apoc. 15, 7; 16, 1. cf. Apoc. 17, 12. **5** cf. Apoc. 19, 19—20. **8** cf. Apoc. 20, 4. cf. Apoc. 20, 9. **9** cf. Apoc. 20, 12.

51 sathan(a)e *T X* et *om. T* **52** iusticiae *T* his *T* : eis *M P X*.

XXV, **1** iohannis *T* : Ioannis *Gel* ; *om. M P X* (*cf. cap.* 27, 1) **4** ebibat] sentiat *T* (*in ras. al. m.*) prostituata *X* **5** et] id & *T* (id *exp.*) **5-6** bestia — pseudopropheta *om. T* **5** antichristum *X* **6** certamina *T* ecclesiae dei *C* **7** abysso *T* ; abisso *X* relegato *Eng* : religato *T M P X* primi *X* **8** de soliis *C* : de solis *M P X* ; deo solus *T* (us *in ras. al. m.*) igni *Gel* : igne *M P X* ; in ignem *T* (in *supra l. al. m.*) **9** Dehinc Cum *X* (hinc *del*) **11** exodio *Jun* : exordio *M P X* ; exordio futj *T* (*sed* futj *supra l. al. m.*) **12** a deo nobis promittitur *X* **13** uendicatur *X* **13-14** et agnitio] ab initio *T* **14** est *T B* : *om. M P X* **15** quo *C* : quod *T* (*sed del.*) *M P X* **16** uindicatur illa corporalis *om. T* uindicatur *Pam* : uindicetur *M P X* **18** edicitur *T B* : educitur *M P X* **19-20** spiritalis adnuntiatur. Cur enim iterum *Gel* : spiritalis *T M P X* ; *del. Krm* **20-21** condicionis] conis *T* (o *del.*, *suprascr.* ar, *ut fiat* carnis) **21** id est spiritalis *T* (*sed del.*) eam] eādē *T* deceret *ex* diceret *T* **22-23** clausula temporum] clausura *Gel* **25** in *T C* : *om. M P X* exitum *P*

XXVI. Vnum adhuc respondebo ad propositionem priorem V 62
allegoricarum scripturarum, licere et nobis corporalem resurrectionem de patrocinio figurati proinde eloquii prophetici uindicare. **2.** Ecce enim diuina in primordio sententia terram hominem pronuntiando : *Terra es et in terram ibis*, secundum substantiam scilicet carnis, quae de terra erat sumpta et quae prior homo fuerat appellata, sicut ostendimus, dat mihi disciplinam in carnem quoque interpretandi, si quid irae uel gratiae in terram deus statuit, quia nec proprie terra iudicio eius obnoxia est, quae nihil boni seu mali admisit, maledicta quidem, quod hauserit sanguinem, sed et hoc ipsum in figuram carnis homicidae. **3.** Nam et si iuuari seu laedi habet terra, id quoque propter hominem, uti ille iuuetur siue laedatur per consistori sui exitus, quo magis ipse pensabit quae propter illum etiam terra patietur. **4.** Itaque et cum comminatur terrae deus, carni potius comminari eum dicam, et cum quid terrae pollicetur, carni potius polliceri eum intell*e*gam, ut apud Dauid : *Dominus regnauit, exultabit terra*, id est caro sanctorum, ad quam pertinet regni diuini fructus ; **5.** dehinc subiungit : *Vidit et concussa est terra ; montes uelut cera liquefacti sunt a facie domini*, caro scilicet profanorum. *Et uidebunt* enim *eum, qui confixerunt*.

6. Atque adeo, si simpliciter de terrae elemento utrumque existimabitur pronuntiatum, quomodo congruet et concuti et liquefieri eam a facie domini, quo supra regnante exultabit ? **7.** Sicut et apud Esaiam : *Bona terrae edetis* bona carnis intellegentur, quae illam manent in regno dei reformatam et angeli|ficatam et consecuturam quae *nec oculus uidit nec auris* V 63

XXVI, **5** Gen. 3, 19. **10** cf. Gen. 4, 11. **18** Ps. 96, 1. **20** Ps. 96, 4—5. **21** Zach. 12, 10 ; Ioh. 19, 37. **26** Es. 1, 19. **28** I Cor. 2, 9.

XXVI, **1** respondeo *T* **4** enim *M P X : ergo T* in *T (Gel) : om. M P X* **5** terram] terra *T* **7** apellata *T* sicut *in ras. al. m. T* **8** in *exp. T* interpretandi] in⁊rã extundi *T* (extundi *al. m. in ras.*) **11** quod *T* R : quo *M P X* **12** Nam] iam *Krm* et *del. Krm* **13** id *T : om. M P X* **14** consistori *Souter* : consistoris *T M P* ; consistore *X* ; consistorii R³ *uulgo* **16** comminari eum] cum comminari *X* et *om. T* **17** eum] cum *X* intelligam *T M P X* **18** ut *om. P* regnabit *T* exultabit *T (Krm)* : exultauit *M P X* ; exultet *Gel* **19** regni etenim diuini *X* (*sed* etenim *del*) **19-20** Dehinc subiungit *M P X* : deinde iungit *T* ; *del. Krm* **20** uelut *T M X* : sicut *P* **21** Et *del. Krm* uiderunt *T* (*suprascr.* uel b) **22** enim *om. T* eum qui *T (Gel)* : eum in quem *M P X* ; in quem *Vrs* ; in eum quem *Krm* **23** Atque adeo *M P X* : adeo* *T* ; alioquin *Krm, at. v. Hoppe, Beiträge p.* 116 si *om. T* terra *Gel* existimabitur *M P X* : existamauimus (*sic*) *T* (*supra* u *ser.* b) **25** liquefieri] eoquae fieri *T* (*supra* eo *scr.* li) exultabit *T* : exultauit *M P X* **26** Sicut *T* : sic *M P X* ysaiam *T* (*sed al. m. in ras.*) terre *T* (*alterum* e *al. m. in ras.*) **26-27** intelleguntur *T* **27** deformatam *T* **28** nec oculus] oculsñ *T* (sñ *al. m.*

audiuit nec in cor hominis ascenderunt. **8.** Alioquin satis uanum, ut ad obsequium deus fructibus agri et cibariis uitae huius inuitet, quae etiam inreligiosis et blasphemis semel homini addicta conditione communicat, pluens super bonos et malos et solem suum emittens super iustos et iniustos. **9.** Felix nimirum fides, si ea consecutura est, quibus hostes dei et Christi non modo utuntur uerum etiam abutuntur, ipsam conditionem colentes aduersus conditorem. Bulbos et tubera in terrae bonis deputabis, domino pronuntiante ne in pane quidem uicturum hominem ? **10.** Sic Iud*ae*i terrena solummodo sperando caelestia amittunt, ignorantes et panem de caelesti repromissum et oleum diuinae unctionis et aquam spiritus et uinum animae uigorantis ex uite Christo. **11.** Sicut et ipsam terram sanctam Iudaicum proprie solum reputant, carnem potius domini interpretandam, quae exinde et in omnibus Christum indutis sancta sit terra, uere sancta per incolatum spiritus sancti, uere lac et mel manans per suauitatem spei ipsius, uere Iudaea per fidei familiaritatem, — *Non enim qui in manifesto Iudaeus, sed qui in occulto* — **12.** ut et templum dei eadem sit et Hierusalem, audiens ab Esaia : *Exurge, exurge Hierusalem, indue fortitudinem brachii tui, exurge, sicut in primordio diei*, scilicet in illa integritate, qua fuerat ante delictum transgressionis. **13.** Qu*i* enim in eam Hierusalem uoces eiusmodi competent exhortationis et aduocationis, quae occidit prophetas et lapidauit | missos ad se et ipsum postremo V 64
dominum suum confecit ? Sed nec ulli omnino terrae salus repromittitur, quam oportet cum totius mundi habitu praeterire. **14.** Etiam si quis audebit terram sanctam paradisum potius argumentari, quam et patrum dici capiat, Adae scilicet

32 cf. Mt. 5, 45. **35** cf. Rom. 1, 25. **37** cf. Deut. 8, 3 ; Luc. 4, 4 ; Mt. 4, 4. **39** cf. Ioa. 6, 51. **41** cf. Ioa. 15, 1. **42** cf. Exod. 3, 5. **45** cf. Exod. 3, 17. **46** Rom. 2, 28. 29. **48** Es. 51, 9. **53** cf. Mt. 23, 27 ; Luc. 13, 34. **55** cf. I Cor. 7, 31. **56** cf. Gen. 31, 3 ; 48, 21.

in ras.) **29** ascenderunt *T X* R : ascendit *M P* (*corr.* R) **30** ut ad] suisdat *T* (*in ras. al. m.*) de fructibus *T* (de *supra l.*) **31** inuitet *om. T* **32** condictione *X* **33** emittens *T C* : mittens *M P* ; misit *X* **34** est *T B* : sunt *M P X* cristi *X* **35-36** condictionem *X* **36** bullos *T* (*sed alt.* l *ex* b) **37** domino pronuntiante] deum pronunciantem *T* ne] nec *T* **38** iudei *T M P X* **38-39** speranda *X* **39** ammittunt *M P* caelesti] caelis *T* **40** aquam *C* : uinum *T M P X* **40-41** et uinum *C* : aquam *M P X* ; *om. T* uigorantis] iugorẽ.rantes *T* (iu *corr. in* ui, rantes *del.*) christo *T* : christi *M P X* Sicut et] Sic et *Souter* **45** lac et mel *T* : lacte et melle *M P X* ; *cf. graece* **46** iudea *T* : iudaeam *M P* (*corr.* R) ; iudeam *X* **46** fidei *T* : dei *M P X* **47** iudeis *X* **48** dei *om. P* R¹ **48-49** audiens — exurge Hierusalem *om. T* isaia *P* **49** induere R³ fortitudine *T* **50** primordio diei *T B* : primordio die *M* ; primordio *P* ; primordii die *X* ; *cf. graece* **50** qua *M P* : quae *T X* **51** Qui *Eng* : Quae *T M P* ; Que *X* **52** exorationes et aduocationes *T* **53** lapidat *T (Gel)* missos ad se *T M X* : ad se missos *P* **54** confecit *T C M X* : confixit *P* omnino] adõ*** *T* **56** terram *om. T* **57** quam] quia *T*

et Euae, proinde et in paradisum restitutio carni uidebitur repromissa, quae eum incolare et custodire sortita est, ut talis illuc homo reuocetur, qualis inde depulsus est.

XXVII. Habemus etiam uestimentorum in scripturis mentionem ad spem carnis allegorizare, quia et apocalypsis Iohannis : *Hi sunt*, ait, *qui uestimenta sua non coinquinauerunt cum mulieribus*, uirgines scilicet significans et qui semetipsos castrauerunt propter regna caelorum. **2.** Itaque in albis erunt uestibus, id est in claritate innub*ae* carnis. Et in euangelio indumentum nuptiale sanctitas carnis agnosci potest. **3.** Itaque Esaias docens, quale ieiunium dominus elegerit, cum subicit de mercede bonitatis : *Tunc*, inquit, *lumen tuum temporaneum erumpet et uestimenta tua citius orientur*, non subsericam utique nec pallium sed carnem uolens accipi, ortum carnis resurrecturae de mortis occasu praedicauit. **4.** Adeo nobis quoque suppetit allegorice defensio corporalis resurrectionis. Nam et cum legimus : *Populus meus, introite in cellas promas quantulum, donec ira mea praetereat*, sepulchra erant cellae promae, in quibus paulisper requiescere habebunt qui in finibus saeculi sub ultima ira per antichristi uim excesserint. **5.** Aut cur cellarum promarum potius uocabulo usus est, et non alicuius loci | receptorii, nisi quia in cellis promis caro V 65
salita et usui reposita seruatur, depromenda illinc suo tempore ? Proinde enim et corpora medicata condimentis sepulturae mausoleis et monumentis sequestrantur, processura inde cum iusserit dominus. **6.** Quod cum ita intellegi congruat, — et quae enim ab ira dei cellariorum nos refugia seruabunt ? — hoc ipso quod ait : *donec ira praetereat*, quae extinguet anti-

---

XXVII, **3** Apoc. 14, 4 ; 3, 4. **4** cf. Mt. 19, 12. **5** cf. Apoc. 3, 5. **7** cf. Mt. 22, 11. **9** Es. 58, 8. **14** Es. 26, 20. **25** Es. 26, 20.

---

capiat] habeat *T* (*sed al. m. in ras.*) **58** proinde *om. T* **59** incolare *M P X* : incol*ae *T* (*sed* a *in ras.*) ; incolere *C* costodire *X pro more* **60** depulsus *T X* : pulsus *M P* (depulsus R *in mg*) ; *nota clausulam.*

XXVII, **3** hij *X* ait *M P* : autem *T* ; *om. X* inquinauerunt *X* **6** innubae *Rig* ; innube *T M P X* ; in nube R **7** carni angnosci *X* **8** esaias *M X* : ysaias *T* ; isaias *P* dominus elegerit *T* : elegerit dominus *M P X* **9** mercede] merce *T* **10** citius] cui' *T* **10-11** subsericam *Gel* : subscribam *M P X* ; tunicam *T* ; subuculam *B* **11** ortus *T* **12** *Verba* resurrecturae *usque ad* occidens per *c.* 28, 5 *desunt in T* **13** allegorice (*aduerb.*)] allegorica *Gel* **14** et] ut *X* **16** habebunt *M P* : habent *X* **17** antecristi *X* **18** usus uocabulo *X* **20** salita] salua *X* **22** sequestrentur *B* **23** intelligi *X* **24** et quae *M P* : et eque *X* ; ecquae *Oel* seruabuntur *X* **25** quo ait *C* ; quod aijt *X* ex-

christum, post iram ostendit processuram carnem de sepulcro, in quo ante iram fuerit inlata. Nam et de cellariis non aliud effertur, quam quod infertur, et post antichristi eradicationem agitabitur resurrectio.

XXVIII. Scimus autem sicut et uocibus ita et rebus prophetatum ; tam dictis quam et factis praedicatur resurrectio. Cum Moyses manum in sinum condit et emortuam profert et rursus insinuat et uiuidam explicat, nonne hoc de toto homine portendit ? **2.** Siquidem trina uirtus dei per illa trina signa denotabatur cum suo ordine, primo diabolum serpentem quamquam formidabilem subactura homini, dehinc carnem de sinu mortis retractura, atque ita omnem sanguinem executura iudicio. **3.** De quo apud eundem propheten : *Quoniam et uestrum*, inquit deus, *sanguinem exquiram de omnibus bestiis, et de manu hominis et de manu fratris exquiram eum.* **4.** Porro nihil exquiritur nisi quod reposcitur, nihil reposcitur nisi quod et reddetur, et utique reddetur quod ultionis nomine reposcetur et exquiretur. Neque enim uindicari poterit quod omnino non fuerit ; erit autem, dum restituitur, uti uindicetur. In carnem itaque dirigitur quicquid in sanguinem praedicatur, sine qua non erit sanguis : caro suscitabitur, ut sanguis uindicetur.

5. Sunt et quaedam ita pronuntiata, ut allegoriae quidem nubilo careant, nihilominus tamen ipsius simplici|tatis suae V 66
sitiant interpretationem, quale est apud Esaiam : *Ego occidam et uiuificabo* ; certe postea quam occiderit uiuificabit. Ergo per mortem occidens per resurrectionem uiuificabit. **6.** Caro est autem, quae occiditur per mortem, caro itaque et uiuificabitur per resurrectionem. Certe si occidere carni animam eripere est, uiuificare, contrarium eius, carni animam referre est, caro resurgat necesse est, cui anima per occisionem erepta referenda est per uiuificationem.

XXIX. Igitur si et allegoricae scripturae et argumenta rerum et simplices uoces resurrectionem carnis, quamquam sine

---

XXVIII, **3** cf. Exod. 4, 6—7. **5** cf. Exod. 4, 2—9. **9** Gen. 9, 5. **21** Deut. 32, 39 (cf. I Reg. 2, 6).

---

tinget *P* **26** sepulchro *X* **28** antecristi *X*.

XXVIII, **1** sicut et *M X* : sicut *P*, *cf. Lfst, Spr. p.* 28 **2** quam] cū *X* **6** notabatur *Gel* **8** retractura *M P* : retractā *X* **8-9** iudicio executura *X* **10** uestrum *M P* : nostrum *X* **14** exquiretur *P* (e *ex* i) **15** uti *om. P* (*add.* R *ex H*) **16** itaque *M P* : utique *X* sanguine *X* **17** ut *P* : *om. M X* **19** allegoriae *P* : allegoric(a)e *M X* quidam *X* **21** ego] ergo *X* **23** resurrectionem] *hic redit T* **24** occiditur *T Bmg* : occiderit *M P X* **25-26** eripere est uiuificare contrarium eius carni animam referre est *T B* : referet *M P X* **27** anima *T X R* : animā *M P* (*corr.* R) erepta *T* : ereptā *M P* (*corr.* R) *X*.

nominatione ipsius substantiae, obradiant, quanto magis quae hanc spem in ipsas substantias corporales speciali mentione determinant non erunt deducendae in quaestionem? **2.** Accipe Ezechielem: *Et facta est*, inquit, *super me manus domini et extulit me in spiritu dominus et posuit me in medio campi: is erat ossibus refertus.* **3.** *Et circumduxit me super ea per circuitum et ecce multa super faciem campi et ecce arida satis.* **4.** *Et ait ad me: Fili hominis, si uiuent ossa ista? Et dixi: Adonai domine, tu scis.* **5.** *Et ait ad me: Propheta in ossa haec et dices: Ossa arida, audite sermonem domini:* **6.** *haec dicit dominus Adonai ossibus istis: Ecce ego adfero in uos spiritum, et uiuetis,* **7.** *et dabo in uos* neruos *et reducam in uos carnes et circumdabo in uobis cutem et dabo in uobis spiritum, et uiuetis et cognoscetis, quod ego dominus.* **8.** *Et prophetaui secundum praeceptum, et ecce uox, dum propheto, et ecce motus: et accedebant ossa ad ossa,* **9.** *et uidi et ecce* | *super ossa nerui et caro ascendit et circumpositae sunt eis carnes et spiritus in eis non erat.* V 67 **10.** *Et ait ad me: Propheta ad spiritum, fili hominis, propheta et dices ad spiritum: Haec dicit dominus Adonai: A quatuor uentis ueni, spiritus, et spira in istis interemptis, et uiuant.* **11.** *Et prophetaui ad spiritum, sicut praecepit mihi, et introiuit in ea spiritus et uixerunt et constiterunt super pedes suos ualentia magna satis.* **12.** *Et ait ad me: Fili hominis, ossa ista omnis domus Israelis est. Ipsi dicunt: Exaruerunt ossa nostra et periit spes nostra, auulsi sumus in eis.* **13.** *Propterea propheta ad eos: Ecce ego patefacio sepulchra uestra et eueham uos de sepulchris uestris, populus meus, et inducam uos in terram Israelis* **14.** *et cognoscetis, quod ego dominus aperuerim sepulchra uestra et eduxerim uos*

XXIX, **6** Ez. 37, 1—14.

XXIX, **3** obradiant *T C* : subradiant *M P X* **4** spem *M P X* : speciem *T* **5** quesitionē *T* **6** ezechielem *T* (*sup. pr.* e *suprascr.* h) inquit *post* me *habet X*; *in P post* me *spatium uacuum relictum est* me (*post* super) *supra l. add. T* **9** super *om. P* (supte *sup. l. add.* R) **10** *et* **12** adonai *T* (*sup.* i *scr.* y) *X*; adonay *M P* **11** tu *om. X, sed spatio uacuo relicto* **13** affero *ex* adf- *T* **14-15** dabo — uiuetis et *om. T* **14** dabo in uos *M P* : dabo in uobis *X* neruos *Krm* : sp̄m *M P X* in uos (*post* reducam) *C X* : uos in *M P* **14-15** et circumdabo in uobis *T M P X*; et *om.* R[2]; in *om. Gel* **16** dominus ego *P* (corr. *m.* 1) prophetaui] prophetā *X* **21** spiritum *M P X* : illum *T* (*recte?*) adonai *X* : adonay *M P*; adonays *T* (ys *al. m. in ras.*) uentis *T M P X* : uentis caeli *C* **22** inspira *X* **23** introiuit *T X* : introiit *M P* in *om. T* **24** constiterunt *T C X* : steterunt *M P* (= *Vulg*) **26** israelis *T* (is *in fine exp.*) : isrl *M P*; isral *X* **26-27** et periit spes nostra *om. P* (*add. in mg* R *ex H*) **29** in terram *om. M* (*add. in mg*); *om. P* (*add.* R *in mg*) israelis *T*; isrl *M P X* **30** aperuerim *T C* : aperui *M P X* **31** in uobis *T* : uobis *M P X* **32** requiescetis *T* (e *ult. ex* i) : requiescitis R[2] **33** sum *T M X* : sim *P*.

de sepulchris uestris, populus meus, **15.** *et dabo in uobis spiritum et uiuetis et requiescetis in terra uestra et cognoscetis, quod ego dominus locutus sum et fecerim, dicit Dominus.*

XXX. Hanc quoque praedicationem scio, qualiter concutiant in allegoriae argumentationem, quia dicendo *Ossa ista omnis domus Israel est* imaginem ea fecerit Israelis et a propria condicione transtulerit, atque ita figuratam esse, non ueram resurrectionis praedicationem: statum enim Iud⟨a⟩eorum deformari quodammodo emortuum et exaridum et dispersum in campo orbis. **2.** Itaque et imaginem resurrectionis in illum allegorizari, quia recolligi habeat et recompingi os ad os, id est tribus ad tribum et populus ad populum, et recorporari carnibus facultatum et neruis regni atque ita de sepulchris, id est de habitaculis captiuitatis tristissimis atque teterrimis, | V 68 educi et refrigerii nomine respirari et uiuere exinde in terra sua Iudaea. **3.** Et quid post haec? Morientur sine dubio. Et quid post mortem? Nulla, opinor, resurrectio, si non haec erit ipsa, quae Ezechieli reuelatur. Sed enim et alias praedicatur resurrectio. Ergo et haec erit, et temere eam in statum Iudaicarum rerum conuertunt, aut, si alia est illa quam defendimus, nihil mea interest, dum sit et corporum resurrectio, sicut et rerum Iudaicarum. **4.** Denique hoc ipso, quod recidiuatus Iudaici status de recorporatione et redanimatione ossuum figuratur, id quoque euenturum ossibus probatur. Non enim posset de ossibus figura conponi, si non id ipsum et occibus euenturum esset. **5.** Nam etsi figmentum ueritatis in imagine est, imago ipsa in ueritate est sui: necesse est esse prius sibi id quod alii configuretur. De uacuo similitudo non conpetit, de nullo parabola non conuenit. **6.** Ita oportebit ossuum quoque credi reuiscerationem et respirationem, qualis et dicitur, de qua possit exprimi Iudaicarum rerum reformatio, qualis adfingitur.

XXX, **2** Ez. 37, 11.

XXX, **1** praedicatione *M* **3** omnis *om. T* israel est *T X* (*Gel*) : ē isrl *M P* israhelis *T* : israheli. sed *M P*; isrli. sed *X* a *om. T* **5-6** iudeorum *T M P X* **8** recompingi os] repingi os (pingi os *al. m. extra pag.*) pingi*s *T* **9** tribus *P X* : tribum *T M* et *om. T* populus *M P X* : populum *T* **10** carnibus] carnis *P* facultatum *T Bmg* : facultatē *M P X* et *om. P* **12** respirari *M P* : respirati *X*; respirare *T* (*alt.* e *ex* i) *Pam*; *cf. Hoppe, Syntax p.* 137 exinde *M P X* : inde *T* **13** haec] hoc *T* **14** resurrectio *T X* : resuscitatio *M P* **15** ezechieli *T* (hi *suprascr.*) **16** et haec] aut haec *T* et temere] ut temere *T* eam in statum *T* : in statum eam *M P X* **17** illa *T* (*suprascr.* est) **19-20** Iudaici] iudaicus *T* **20** *et* **26** *et* **33** ossuum *M P* (ossium *suprascr. R*) *X* : ossiū* *T* (iū *ex* uū); ossium *R* **21-22** posset] potest *T* **24** sibi] ibi *T* **24-25** id quod *T* : quo *M P X* **25** configeretur *T* (*suprascr.* u) **27** et dicitur

7. Sed magis religiosum est ueritatem de sua auctoritate et simplicitate defendi, quam sensus diuinae propositionis expostulat. Si enim ad res Iudaicas spectaret haec uisio, statim reuelato situ ossuum subiecisset : *Ossa ista omnis domus Israelis est*, et cetera deinceps. **8.** At cum ostensis ossibus de propria spe eorum quid obloquitur, nondum nominato Israele, et fidem temptat prophetae : *Fili hominis, si uiuent ossa haec ?* ut et ille responderet : *Domine, tu scis*, non utique deus prophetae fidem de ea re temptasset, quae futura non esset, quam numquam Israel audisset, quam credi non oporteret. **9.** Sed quoniam praedicabatur quidem resurrectio mortuorum, Israel uero pro sua increduli|tate diffidens scandalizabatur et aspi- V 69
ciens habitum senescentis sepulturae desperabat resurrectionem uel non in eam potius animum dirigebat sed in circumstantias suas, idcirco deus et prophetam, qua et ipsum dubium, praestruxit ad constantiam praedicationis reuelato ordine resurrectionis et populo id credendum mandauit, quod prophetae reuelauit, ipsos dicens esse ossa quae erant resurrectura, qui non credebant resurrectura. **10.** Denique in clausula : *Et cognoscetis*, inquit, *quod ego dominus locutus sum et fecerim*, id utique facturus, quod fuerat locutus, ceterum non id facturus, quod locutus, si aliter facturus quam locutus.

XXXI. Plane, si et populus allegorice mussitaret ossa sua arefacta et spem suam perditam, dispersionis exitum querulus, merito uideretur et deus figuratam desperationem figurata promissione consolatus. **2.** Sed cum dispersionis quidem iniuria nondum populo accidisset, resurrectionis uero spes apud illum saepissime cecidisset, manifestus est de corporum interitu labefactans fiduciam resurrectionis : ita et deus eam restruebat fidem, quam populus destruebat. **3.** Quamquam et si aliqua praesentium rerum tunc conflictatione maerebat Israel, non

33 Ez. 37, 11. **36** Ez. 37, 3. **37** Ez. 37, 3. **48** Ez. 37, 14.

T : dicitur *M P X* **30-31** de sua auctoritate et simplicitate *T* : de sua simplicitate et auctoritate *B* ; de suae ueritate simplicitatis *M P X* ; de suae auctoritate simplicitatis *Pam* ; de suae simplicitatis ueritate *Krm dub.* ; de sua simplicitate *Souter* **33-34** israel *X* est *om. T* **35** quid] quod *X* ; qui *Pam* et *om. P* **36** haec *T B* : *om. M P X* **37** Domine] domine mi *X* **40** quidem *om. X* **41** diffi*sus *T* **42** senescentis *ex* -is *T* **44** qua et *T* (*sed lineola del.*) *M X* : quia (*mut. in* quasi *m.* 1) et *P* ; quasi et R **48** qui non credebant resurrectura *om. T* **49** cognoscentes *X* inquid *P* (*corr.* R) sum *T* : sim *M P X* **51** quam locutus *T B* : *om. M P X.*

XXXI, **1** musitaret *T M P* (*corr.* R) **2** exitu *Gel*, *at v. Lfst. Spr. p.* 11 **3** figuram desperationē *T* (ē *exp.*, *suprascr.* ū) **4** consulatus *M* disparsionis *T* (a *exp.*, *suprascr.* e) **6** cecidisset *Gel* : cecinisset *T* (n *exp.*, *suprascr.* d) *M P X* ; *cf. Hoppe, Beitr. p.* 95 manifestus est (*'populus' sc.*) *M P X* : manifestus* *T* ; ⟨ut⟩ manifestus est *Lat* ; ⟨et⟩ manifestus est *Rig* **7** resurrectionis, ita *Lat*, *Rig* **8** restruebat *T M P X* R[1] : restituebat *G* R[2] **9** m(a)erebat *T* (*Gel*) : haerebat

idcirco in parabola⟨m⟩ accipienda esset reuelationis intentio sed in testationem resurrectionis, ut in illam spem erigeret illos, aeternae scilicet salutis et necessarioris restitutionis, et auerteret a respectu praesentium rerum. **4.** Ad hoc enim et alibi prophetes : *Exibitis* — de sepulchris — *uelut uituli de uinculis soluti et conculcabitis inimicos*, et rursus : *Gaudebit cor uestrum, et ossa uestra uelut herba orientur*, quia et herba de | dissolutione et corruptela seminis reformatur. **5.** In sum- V 70
ma : si proprie in Israelis statum resurgentium ossuum imago contenditur, cur etiam non Israeli tantummodo uerum et omnibus gentibus eadem spes adnuntiatur et recorporandarum et redanimandarum reliquiarum et de sepulchris exsuscitandorum mortuorum ? **6.** De omnibus enim dictum est : *Viuent mortui et exurgent de sepulchris : ros enim, qui a te, medella est ossibus eorum.* **7.** Item alibi : *Veniet adorare omnis caro in conspectu* meo, *dicit dominus.* Quando ? Cum praeterire coeperit habitus mundi huius. **8.** Supra enim : *Quemadmodum caelum nouum et terra noua, quae ego facio, in conspectu meo, dicit dominus, ita stabit semen uestrum.* **9.** Tunc ergo et quod subiecit inplebitur : *Et exibunt*, utique de sepulchris, *et uidebunt artus eorum, qui impie egerunt, quoniam uermis eorum non decidet et ignis eorum non extinguetur, et erit satis conspectui omni carni*, scilicet quae resuscitata et egressa de sepulchris dominum pro hac gratia adorabit.

XXXII. Sed ne solummodo eorum corporum resurrectio uideatur praedicari, quae sepulchris demandantur, habes scriptum : *Et mandabo piscibus maris et eructuabunt ossa, quae sunt comesta, et faciam conpaginem ad conpaginem et os ad os.* **2.** Ergo, inquis, et pisces resuscitabuntur et ceterae bestiae et alites carniuorae, ut reuomant quos comederunt, quia et

XXXI, **14** Mal. 4, 2. **15** Es. 66, 14. **23** Es. 26, 19. **24** Es. 66, 23. **26** Es. 66, 22. **29** Es. 66, 24.

XXXII, **3** Enoch 61, 5 (d'Alès, Théologie de Tert., *p.* 22, 3).

M P X **10** parabola⟨m⟩ *Souter* (*Hoppe*) : parabola *T M P X* accipienda esset] accipiendas;s; *T* (*prius* s *exp.*) **12** necesioris *X* **14** alibi *T* R[2] : alii *M P* (alibi R *in mg*) *X* R[1] prophete.s. *X* ; prophetae *Rig* uelud *T M* soluti *om. T* **15** rursum *Gel* **16** uelut herba *T Bmg* : uelociter *M P X* herba *ex* erba *T* (*bis*) **18** ossuum *M P* (ossium suprascr. R) *X* : ossiū* *T* (iū *ex* uū) ; ossium R **21** reliquiarum *P* R : reliquarum *M X* ; relinquarū *T* (n *exp.*, *super* ua *scr.* i) **21-22** exsuscitandorum *M X Gel* : excitandorum *T P* **23** et *T* R : *om. M P X* qui a te est *Gel* **24** medella (medela *Pam*) est *Brf* : medulla ē *T* ; medela *M P X* Veniet] Viuet *X* **25** meo *Gel* : dnī eo *M P X* ; dnī ; haec *T* cum *om. X* **27** nouum *T P* : *om. M X* **28** ita stabit] intrabit *T* et quod *M P X* : quod *T* **29** subiecit *T* : suū dicit *M P X* ; subijcit *Gel* **30** eorum (*alterum*) *T* : illorum *M P X* **31** decidit *T* eorum *T P* : illorum *M X* extinguitur *T* erit satis *T M P X* ; erunt *Gel* **32** regressa *X.*

XXXII, **4** cōmesta *P X* faciam *T Bmg* : facient *M P X* **6** reuomant *T*

apud Moysen legis exquiri sanguinem de omnibus bestiis? Non utique. Sed idcirco nominantur bestiae et pisces in redibitionem carnis et sanguinis, quo magis exprimatur resur-|rectio etiam deuoratorum corporum, cum de ipsis deuoratoribus [V 71] exactio edicitur. **3.** Puto autem huius quoque diuinae potestatis documentum idoneum Ionam, cum incorruptus utramque substantiam, carnem atque animam, de aluo bestiae piscis euoluitur, — et utique triduum concoquendae carni uiscera ceti suffecissent quam capulum, quam sepulchrum, quam senium requietae atque conditae alicuius sepulturae, — **4.** saluo eo, quod et bestia feros in Christianum uel maxime nomen homines uel ipsos etiam iniquitatis angelos figurauit, de quibus sanguis exigetur per ultionem pensandam. **5.** Quis ergo discendi magis adfinis quam praesumendi et credendi diligentior quam contendendi et diuinae potius sapientiae religiosus quam suae libidinosus, audiens aliquid a deo destinatum et in carnes et cutes et neruos et ossa, aliud quid haec commentabitur, quasi non in hominem destinetur quod in istas substantias praedicatur? **6.** Aut enim nihil in hominem destinatur, non liberalitas regni, non seueritas iudicii, non quodcumque est resurrectio, aut, si in hominem destinatur, necesse est in eas substantias destinetur, ex quibus homo instructus est, in quem destinatur. **7.** Illud etiam de argutissimis istis demutatoribus ossuum et carnium et neruorum et sepulchrorum requiro, cur, si quando in animam quid pronuntiatur, nihil aliud animam interpretantur nec transfingunt eam in alterius rei argumentum, cum uero in aliquam speciem corporalem quid edicitur, omnia potius adseuerant quam quod nominatur? **8.** Si corporalia parabolae, ergo et animalia, si non et animalia, ergo nec corporalia. Tam enim corpus homo quam et anima,

---

7 cf. Gen. 9, 5. **12** cf. Ion. 2, 11. **14** cf. Ion 2, 1.

Gel) R[3] : uomant *M P X* R[1] **8** nominatur bestia *T* **8-9** redibitione *T* ; redhibitione *Gel* **11** edicitur] edicio *P* (*corr. m.* 1) diuinae *om. X* **12** ionas *T* **12-13** utraq ; substantia *P* **13** carne atque anima *P* bestie *T* : *om. M* (*suprascr.* bestiae) *P X* ; *cf. Fronts, Princip. hist.* 14 (*p.* 198, 8 *v. d. Hout*) : beluis piscibus **14** euoluitur] euomitur *Lat* utique *P* : uti*q ; *T* ; utrique *M X* triduum *T M X* : triduo *P* (*sed* o *ex* u) R *uulgo* **14-15** ⟨tam⟩uiscera *Krm*, *at u. Hoppe, Beitr. p.* 47 **15** coeti *P* ⟨tam⟩ suffecissent *Vrs* ñmin'q(uam) capulū *T* (*sed al. m. in ras.*) **16** reconditae *Gel*, *at u. Waszink ad De anima* 32, 1 *p.* 385 ; *iniuria Krm* conditae (*i. e.* 'tidy') *a uerbo ducit* 'condiendi' sepulturae] sepulchri *X* **17** bestia *Krm* : bestias *T M P X* **18** homines R[3] : hominis *T M P X* R[1] ipsos] ipse *T* (e *in ras.*) **20** quam *ex* quem *T* **22** libidinosius *P* (*sed* i *ult. exp.*) et in *T* : in *M P X* **23** carnes et *T X* : carne sed & *M P* (*corr.* R) **28** instructus *T* : structus *M P X* **29** destinatur *T* (*suprascr.* uel e) **30** ossuum *M P* (*suprascr.* ossiū R) *X* : ossi*ū *T* ; ossium R **34** edicitur omnia] edi*cit(ur) *alia *T* (*in ras.*) **35** parabole *T* (o *al. m. in ras.*) non] uero *T* (*al. m. in ras.*) **36** Tam enim] tū in *T* (*al. m. in ras.*) et anima *om. T* **37** ut] aut *T* amittere *T*.

ut non possit altera species admittere aenigmata, altera excludere. | [V 72]

XXXIII. Satis haec de prophetico instrumento. Ad euangelicum nunc prouoco, hic quoque occursurus prius eidem astutiae eorum, qui proinde et dominum omnia in parabolis pronuntiasse contendunt, quia scriptum sit: *Haec omnia locutus est Iesus in parabolis et sine parabola non loquebatur ad illos*, scilicet ad Iudaeos. **2.** Nam et discipuli: *Quare*, aiunt, *in parabolis loqueris illis?* Et dominus: *Propterea in parabolis loquor ad eos, ut uidentes non uideant et audientes non audiant*, secundum Esaiam. **3.** Quodsi ad Iudaeos in parabolis, iam non ad omnes; si ⟨non⟩ ad omnes in parabolis, iam non semper nec omnia parabolae, sed quaedam, cum ad quosdam, ad quosdam autem, dum ad Iudaeos: nonnumquam plane et ad discipulos. **4.** Sed quomodo referat scriptura considera: *Dicebat autem et parabolam ad eos*. Ergo et non parabolam dicebat, quia non notaretur, cum parabolam loquebatur, si ita semper loquebatur. **5.** Etiam et nullam parabolam non aut ab ipso inuenies edisser⟨t⟩atam, ut de seminatore in uerbi administrationem, aut a commentatore euangelii praeluminatam, ut iudicis superbi et uiduae instantis ad perseuerantiam orationis, aut ultro coniectandam, ut arboris fici dilatae in spem ad instar Iudaicae infructuositatis.

6. Quodsi nec parabolae obumbrant euangelii lucem, tanto abest, ut sententiae et definitiones, quarum aperta natura est, aliter quam sonant sapiant. Definitionibus autem et sententiis dominus edicit siue iudicium siue regnum dei siue resurrectionem. **7.** *Tolerabilius erit*, inquit, *Tyro et Sidoni in die*

XXXIII, **4** Mt. 13, 34. **6** Mt. 13, 10. **7** Mt. 12, 13. **9** cf. Mt. 13, 14; Es. 6, 9. **13** Luc. 18, 9. **17** cf. Mt. 13, 18—23. **18** cf. Luc. 18, 1—5. **20** cf. Luc. 13, 6—9. **26** Mt. 11, 24.

XXXIII, **1/2** euangelicum *T* (*sc.* '*instrumentum*') : euangelia *M P X* **2** occursus *T* **3-5** pronuntiasse — Iesus in parabolis *om. X* **4** loquutus *T* **6** ad Iudaeos] iudeos *P* **7** loqueris et dominus propterea in parabolis *om. X* **7** illis *T* : *om. M P X* **8** audient *T* (e *exp.*, *suprascr.* a) **9** ysaiā *T* ; esayā *X* **9-10** iam non adomnes ; si non ad omnes in parabolis *om. T* **10** non *prius add.* R[3] **11** parabule *T* (u *exp.*, *suprascr.* o) cum] et *Gel* **14** parabola *X* ; *om. Gel* **16** etiam et *T* : et tamen *M P X* **16** inuenies *T* : inuenias *M P X* **17** edissertatam R[3] : edisseratam *T M P* (al. edis....tam R *in mg* ; *ora pag. abscisa*) *X* in] ac *T* administratione *T R* **18** commendatore *T* iudices *T* (e *exp.*, *suprascr.* i) **19** instantes *T* (e *exp.*, *suprascr.* i) **20** coniectandam *M P X* : conuectatam *T* (u *mut. in* i) delatae *T* (e *exp.*, *suprascr.* i) : delate *X* **21** Iudaicae] iudice *T* (e *exp.*, *suprascr.* at) **22** nec] heae *T* (*al. m. in ras.*) **23** difiniciones *T* ; diffiniciones *X* **24** diffinicionibus *X* **26** tiro *T* (i *exp.*, *suprascr.*

iudicii, et : *Dicite illis, quod adpropinquauerit regnum dei*, et : *Retribuetur tibi in resurrectione iustorum*. **8.** Si | nomina abso- V 73 luta sunt rerum, id est iudicii et regni dei et resurrectionis, ut nihil eorum in parabolam conprimi possit, nec [ea] in parabolas conpellentur, quae ad dispositionem et transactionem et passionem regni Iudaici et resurrectionem praedicantur, atque ita corporalia defendentur ut corporalibus destinata, id est non spiritalia, quia non figurata. **9.** Nam et ideo praestruximus tam corpus animae quam et carnis obnoxium esse mercedibus pro communi operatione pensandis, ne corporalitas animae occasionem subministrans figurarum corporalitatem carnis excludat, cum utramque participem et regni et iudicii et resurrectionis oporteat credi. **10.** Et nunc eo pergimus, uti corporalitatem carnalem proprie demonstremus a domino significari in omni resurrectionis mentione, salua animali, quam et ipsam pauci receperunt.

XXXIV. In primis cum ad hoc uenisse se dicit, ut quod periit saluum faciat, quid dicis perisse ? Hominem sine dubio. Totumne an ex parte ? Vtique totum, siquidem transgressio, quae perditionis humanae causa est, tam animae instinctu ex concupiscentia quam et carnis actu ex degustatione commissa totum hominem elogio transgressionis inscripsit atque exinde merito perditionis impleuit. **2.** Totus itaque saluus fiet qui periit totus delinquendo ; nisi si et ouis illa sine corpore amittitur et sine corpore reuocatur. Nam si caro quoque eius cum anima, quod pecus totum est, humeris boni pastoris aduehitur, ex utraque utique substantia restituendi hominis exemplum est. **3.** Aut quam indignum deo, dimidium hominem redigere in salutem, paene | minus facere **, cum etiam saecula- V 74

---

27 Mt. 10, 7. **28** Luc. 14, 14.

XXXIV, **1** cf. Luc. 19, 10. **8** cf. Luc. 15, 4—6.

---

y) sidoni *T X* : sydone *M* ; sydoni *P* (i *ex* e) **28** retribuetur *ex* -itur *T* tibi] eis *T* resurrectione *T* (e *ex* em) ; resurrectio *M* **28-29** absoluta *T M X* : absolute *P* **29** et (*ante* regni) *exp. T* dei et *om. T* **30** ea *om. T* **31** conpellentur *T* : compellantur *M P X* dispensationem *P* **32** iudaici *T* : iudicii *M P X* resurrectionē *T* (nē *in ras. al. m.*) ; resurrectionis *M P X* **33** defendantur *M* (a *ex* e) **34-35** praestrinximus *P* R^1 **35** obnoxia *T* **36** pensandus *M* (*corr. m.* 1) *P* (*corr. m.* 1) ne *ex* nec *T* **37** sumministrans *T* **38** utrumque *T* **41** significare *X* **41-42** animalia *T* (a *exp.*) ; animalis *M* (s *eras.*) **42** ipsa *X*.

XXXIV, **1** uenisse se *M P X* : se uenisse *T* ut *T* : uti *M P X* **2** perit *T* (i *suprascr.*) dicas *X* **4** cause *M* (*corr. m.* 1) *P* (*corr.* R) est] sit *T* instincta *T* (a *al. m. in ras.*) ex] et *T* **5** ex *mut. in* et *T* commissa *ex* commisi *T* **8** periit *Gel* : perit *T* (i *suprascr.*) ; perit *M P X* qui periit totus, delinquendo totus *Gel* si et] etsi *T* **9** si *M X* : &si *T* ; nisi *P* (*corr.* R) **11-12** exemplo *T* **13** paene] bene *T* *Lacunam indicauit Krm qui supplet* quam

rium principum plena semper indulgentia uindicetur. Diabolus ualidior in hominis iniuriam intellegetur, totum eum elidens ? Deus infirmior renuntiabitur, non totum eum releuans ? Atquin et apostolus suggerit, ubi delictum abundauerit, illic gratiam superabundasse. **4.** Quomodo denique saluus habebitur qui poterit et perditus dici ? Carne scilicet perditus, anima uero saluus, nisi quod iam et anima in perdito constituatur necesse est, ut salua effici possit : id enim saluum effici oportebit, quod perditum fuerit. **5.** Porro aut recipimus animae inmortalitatem, ut perdita non in interitum credatur sed in supplicium, id est in gehennam, — et si ita est, iam non animam spectabit salus, saluam scilicet sua*p*te natura per inmortalitatem, sed carnem potius, quam interibilem constat apud omnes, — **6.** aut si et anima interibilis, id est non inmortalis, quod et caro, iam et carni forma illa ex aequo proficere debebit proinde mortali et interibili, qua id quod perit saluum facturus est dominus. **7.** Nolo nunc contentioso fune deducere, hac an illac hominem perditio depostulet, dum utr*i*mque eum salus destinet in ambas substantias peraequata. Ecce enim ex quacumque substantia hominem perisse praesumpseris, ex altera non perit : saluus ergo erit iam ex qua non perit et saluus nihilominus fiet ex qua perit.

8. Habes totius hominis restitutionem, dum et quodcumque eius perit saluum facturus est dominus et quodcumque non perit utique non erit perditurus. **9.** Quid ultra de utriusque substantiae securitate dubitas, cum altera salutem consecutura sit, altera amissura | non sit ? Et tamen adhuc sensum rei V 75 exprimit dominus *Ego* dicens *ueni, non ut meam, sed* [ut] *patris, qui me misit, faciam uoluntatem.* Quam ? oro te. *Vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo quidquam sed resuscitem illud in nouissimo die.* **10.** Quid a patre Christus acceperat, nisi

---

17 cf. Rom. 5, 20. **41** Ioa. 6, 38. **42** Ioa. 6, 39.

---

censuram humanam (*collato c.* 15, 8) *uel simile aliquid* cum] cū *T* **14** semper] spem per *T* indulgentiae *T* **15** ualidior] ualentior R^3 intellegetur *Eng* : intellegitur *M* ; intelligitur *T* (i *ante* g *exp.*, *suprascr.* e) *P X* **16** infirmor *T* **17** adquin *T* (n *exp.*) ; atqui *R* **18** illa *T* (a *exp.*, *suprascr.* ic) **19** dici *T B* : *om. M P X* **20** anima uero saluus *del. Krm* **21-22** efficis oportebat *T* **22** fuerit *T* (i *exp.*, *suprascr.* a) aut *T* : autem *M P X* **23** animae *om. P* (*add.* R *ex H*) in *om. X*, *supra l. habet T* interitu *T* **24** supplicum *T* iehennam *X* **25** salus] saluus *X* suapte *Souter* : suaabte *T* (*pr.* a *exp.*) ; sua *M P* ; suā *X* **26** interibilem *T* **27** inte*ribilis *T* **28** quod *M P X* : quo *T* **29** qua *M X* : quia *T* (*al. m. in ras.*) *P* **31** hac *om. T* illac] illa *T* (a *exp.*, *suprascr.* c) utrimque R^1*mg* : utrumque *T M P X* **34-35** et saluus — ex qua perit *om. X* **37** et] ei *T* **38** quid *T* : Quis *M P X* **39** dubitas *T* : dubitabit *M P X* altera *T M X* : alterutra *P* **40** *prius* sit *om. T* altera (*al. m. supra l. T*) amissura (eam *add. B*) non sit *T B* : *om. M P X* sensu rem *Krm* **41** ut *alterum om. T* **43** dedit mihi *M P X* : michi dedit *T* **43-44** illud *ex* illū *T* **44** in *T P* : *om.*

quod et induerat? Hominem sine dubio, carnis animaeque texturam. Neutrum ergo eorum, quae accepit, perire patietur, immo nec quidquam utriusque, immo nec modicum. Quodsi modicum caro, ergo nec carnem, quia nec modicum, nec quidquam, quia nec quidquam. Atquin si non et carnem resuscitabit nouissima die, iam non modicum patietur perire de homine, sed pro tanta dixerim parte prope totum. **11.** Ingerens amplius: *Hoc est patris uoluntas, ut omnis, qui aspicit filium et credit in eum, habeat uitam aeternam et suscitem illum nouissimo die* plenitudinem exstruit resurrectionis: [dis]tribuit enim utrique substantiae per officia propria mercedem salutis, et carni, per quam filius aspiciebatur, et animae, per quam credebatur. **12.** Ergo, dices, illis erit promissa res, a quibus Christus uidebatur. Sit plane ita, ut et ad nos eadem spes inde manauerit. Nam si uidentibus et idcirco credentibus fructuosa tunc fuerunt opera carnis atque animae, multo magis nobis, — feliciores enim *qui non uident et credent*, — quando, et si illis negaretur carnis resurrectio, certe felicioribus conpetisset. Quomodo *autem* felices, si ex parte perituri? |

XXXV. Sed et praecipit eum potius timendum, qui et corpus et animam occidat in gehennam, id est dominum solum, V 76
non qui corpus occidant, animae autem nihil nocere possint, id est humanas potestates. **2.** Adeo hic et anima inmortalis natura recognoscitur, quae non possit occidi ab hominibus, et carnis esse mortalitatem, cuius sit occisio, atque ita resurrectionem quoque mortuorum carnis esse, quae in gehennam nisi resuscitata non poterit occidi. **3.** Sed quoniam et hic de interpreta-

---

52 Ioa. 6, 40. **61** Ioa. 20, 29.

XXXV, **1** cf. Matth. 10, 28.

M X nouissimo *T X* : nouissima *M P* ; *cf. cap.* 22, 2 ; *Adu. Marc.* I 27 (*p.* 329, 11 *Krm*) ; *De pat.* 14, 7 ; *Ad ux.* I 5, 4 **45** et *om. T* **46** textura *X* **47-49** Quodsi modicum caro, ergo nec carnem, quia nec modicum, nec quidquam *om. T* **48-49** nec quidquam, quia nec quidquam *del. Krm* **49** quia nec quidquam (quicquam *T*) *T C* : *om. M P X R* adquin *T* (n *exp.*) ; Atquin *P* (n *del. R*) ; atqui *R* **50** modicum] modo *T* **51** tanta] toto *T* parte prope totum] partē pro totam *T* **52** Hoc *M P X* : haec *T* (= *Vulg.*) aspicit *M P X* : uidet *T* (= *Vulg*) **53-54** nouissimo *M X* : nouissima *T P* **54** die *om. X* exstruit *M X* : extruit *P* ; extruxit *T* tribuit *T* : distribuit *M X* : distruit *P* (*corr. R*) **55** propria *Krm* : propriam *M P X* ; perfectam *T* (*al. m. in ras.*) ; priora *Gel* **56** filius *T M X* : filius hominis *P* **58** Sit] Sic *T* (c *ex* t) **59** et idcirco credentibus *om. T* **60** fuerunt *M P X* : fuerint *C* ; fuerat *T* animae *om. X* **61** et] et non *X* credent *T* (*alt.* e *exp.*, *suprascr.* u) *M P X* : credunt *Gel* **63** autem *Krm* : enim *T M P X*.

XXXV, **1** et (*prius*) *om. T* praecepit *T* **1-2** et corpus *T M X* : corpus *P* **2** dominum *M P X* : deum *T* **3** possit *T* **5** recognoscatur *T* (a *exp.*, *suprascr.* i) carnis] carcas *P* (*corr. R*) **6** occisio] occasio *T* **8** poterat *T*

tione corporis quaestio cauillatur, ego corpus humanum non aliud intellegam quam omnem istam struem carnis, quoquo genere materiarum concinnatur atque uariatur, quod uidetur, quod tenetur, quod denique ab hominibus occiditur. **4.** Sic et parietis corpus non aliud admittam quam caementa, quam saxa, quam lateres. Si quis arcanum aliquod corpus inducit, ostendat reuelet probet ipsum etiam esse, quod occidatur ab homine, et de illo erit dictum. **5.** Item si animae corpus opponitur, uacabit astutia: cum enim utrumque proponitur, corpus atque animam, occidi in gehennam, distinguitur corpus ab anima, et relinquitur intellegi corpus id, quod in promptu est, caro scilicet, quae sicut occidetur in gehennam, si non magis a deo timuerit occidi, ita et uiuificabitur in uitam aeternam, si maluerit ab hominibus potius interfici.

6. Proinde si quis occisionem carnis atque animae in gehennam ad interitum et finem utriusque substantiae adripiet et non ad supplicium, quasi consumendarum, non quasi puniendarum, recordetur ignem gehennae aeternum praedicari in poenam aeternam, et inde aeternitatem occisionis agnoscat, propterea humanae ut temporali praetimendam. **7.** Tunc et aeternas substantias credet, quarum aeterna sit occisio in poenam. Certe cum post resurrectionem corpus cum anima |
occidi habeat a deo in gehennam, satis de utroque constabit, et V 77
de carnali resurrectione et de aeterna occisione. **8.** Absurdissimum alioquin, si idcirco resuscitata caro occidetur in gehennam, ut finiatur, quod et non resuscitata pateretur: in hoc scilicet reficietur, ne sit cui non esse iam euenit.

9. Eidem nos spei fulciens passerum quoque subiungit exemplum, quod ex duobus non cadat alter in terram sine dei uoluntate, ut et carnem, quae ceciderit in terram, proinde credas et resurgere posse per eiusdem dei uoluntatem. **10.** Nam et si passeribus hoc non licet, sed nos multis passeribus antestamus eo, quod cadentes resurgamus, quorum denique capillos capitis omnes numeratos adfirmans saluos utique repromittit.

---

26 cf. Matth. 25, 46. **36** cf. Mt. 10, 29. **40** cf. Mt. 10, 31. **41** cf. Mt. 10, 39.

---

et hic *M P X* : dehic *T* **9** quaestio *del. Krm* humanum *T* : hominis *M P X* **10** intellego *Krm* quoquo] que*** *T* (e *in ras. al. m.*) **13** cementa *ex* incrementa *T* **14** aliquod *ex* aliquid *T* **15** ipsum etiam esse *M X* : ipsum esse etiam *P* ; etiam ipsum esse *T* **16** et *om. X* **16/17** opponit *T* (*Gel*) **19** intelligi corpus *T* (*Gel*) : corpus intellige *M P X* ; corpus intellegi *Krm* **20** est] **ē *T* (*sed a m.* 1) ; sit *M P X* **23** animae] aiē** *T* **24** et (*alterum*) *T* : *om. M P X* **25** subpliciū *T* **27** occisionis *ex* occasionis *T* **28** et *om. T* **31** a deo *T* (*Gel*) : *om. M P X* ; *delendumne?* consta**t *T* (*eras.* ui) **32** carnalir̄ *T* (*sed* r̄ *del.*) **33** iccirco *P pro more* occidetur *T M X* : occidatur *P* **34** ut *T* : uti *M P X* **35** cui] cū *T* **36** spei nos *P* (*corr. m.* 1) *R* **37** alter *ex* aliter *T* terra *T* **42** adfirmans] affirmat *Vrs* repro-

11. Perituros enim quae ratio in numerum redegisset? Nisi quia hoc est: *ut omne, quod pater mihi dedit, non perdam ex eo quidquam,* id est nec capillum, sicut nec oculum nec dentem. **12.** Ceterum unde erit fletus et dentium frendor, nisi ex oculis et ex dentibus? Occiso scilicet etiam corpore in gehennam et detruso in tenebras exteriores, — quae oculorum propria tormenta sunt — si quis in nuptiis minus dignis oper⟨t⟩ibus fuerit indutus, constringendus statim manibus et pedibus, utpote qui cum corpore resurrexerit. **13.** Sic ergo et recumbere ipsum in dei regno et sedere in thronis duodecim et adsistere ad dexteram tunc uel sinistram et edere de ligno uitae corporalis dispositionis fidelissima indicia sunt.

XXXVI. Videamus nunc, an et Saducaeorum uersutiam elidens nostram magis sententiam erexerit. Causa, opinor, quaestionis fuit destructio resurrectionis, siquidem Saducaei neque animae neque carnis admittunt salutem et ideo, ex qua uel maxime | specie resurrectionis fides labefactatur, ex ea argumentum problemati suo adcommodauerunt, de carnis scilicet obtentu nupturae necne post resurrectionem, sub eius mulieris persona, quae septem fratribus nupta in dubio haberetur, cui eorum restitueretur. **2.** Porro seruentur sensus tam quaestio⌞nis quam⌟ responsionis, et contro⌞uersiae⌟ occursum est. Si enim Sa⌞ducaei qui⌟dem respuebant resur⌞rectio⌟nem, dominus autem eam confir⌞mabat, et⌟ scripturarum ignaros ⌞increpans⌟, earum scilicet quae resur⌞rectionem⌟ praedicassent, et uirtut⌞is dei incre⌟dulos, idoneae utique mo⌞rtuis re⌟suscitandis, **3.** postremo ⌞subiciens⌟: *quoniam autem mortui re-* V 78

---

44 Ioa. 6, 39. **46** cf. Mt. 8, 12; cf. Mt. 25, 30. **50** cf. Mt. 22, 11. **54** cf. Apoc. 2, 7.

XXXVI, **8** cf. Mt. 22, 23—28; Mc. 12, 18—23; Luc. 20, 27—34. **15** Luc. 20, 37.

---

mittit *T M P* : promittit *X* **45** id est] ul' *X* **46** flendor *T* (f *in ras., super* l *scr.* r; *fuitne* splendor?) **47** ex *alterum om. Gel* Occiso] Occisio *X* **49** proprie *Krm* tormenta sunt *T M P* : sunt tormenta *X R* **50** dignus *T* (u *exp., suprascr.* uel i) opertibus *Krm probante Souter* : operibus *T M P X* **51** resurrexerit *Krm* : surrexerit *M P X*; resurrexit *T*, *recte? De* utpote qui *c. ind. adi Hoppe, Syntax p.* 64, *ubi adde De fuga* 1, 1 Sic] Si *T* **52** recombere *X* tronis *T* **52-53** duodecim] .xii. *T* (*suprascr.* ci) : xpi *M P X* **53** et adsistere *om. T* ad dexteram tunc *T M P* : tunc ad dexteram *X R* ad sinistram *X*.

XXXVI, **1** saduceorum *T M P X* **2** ne nostram *T* **4** qua] quo *Gel* **5** specie] spes *Gel* fides *om. Gel* ea] eo *Gel* **7** nupturae necne] nature nec *T* (nec. *del.*) **8** in *om. X* **9** seruentur *T X* : seruantur *M*; seuantur *P* (*corr.* R) (quaestio)nis] *Abhinc usque ad cap.* 37, 2 uitam *in M, extrema paginae ora abscisa, multa interierunt quae bis uncinis* ⌞ ⌟ *includuntur* **10** ocursum *T* **12** confirmabat *T* : confirmat *P X* ignaros ⟨eos⟩ *Krm, at cf. Lfst., Spr. p.* 54 **13-14** praedicassent] parte dicassent *T* **15** quoniam *B* : qm̄* *T* (m̄ *al. m. in ras.*);

surg⌞ant, sine⌟ dubio et confirmand⌞o esse quod⌟ negabatur, id est resur⌞rectio⌟nem mortuorum apud deum ⌞uiuorum⌟, talem quoque eam confirma⌞bat esse⌟, qualis negabatur, utrius⌞que sci⌟licet substantiae humanae. **4.** ⌞Ne⌟que enim, si nupturos tunc ⌞nega⌟uit, ideo nec resurrect⌞uros de⌟monstrauit, atquin ⌞filios⌟ resurrectionis appel⌞lauit⌟ per eam quodammodo nasci ⌞habent⌟es, post quam non nube⌞nt, sed⌟ resuscitati. **5.** *Similes enim ⌞erunt an⌟gelis*, qua non nupturi, ⌞quia nec⌟ morituri, sed qua tran⌞situri⌟ in statum angelicum per indu⌞mentum⌟ illud incorruptibilita⌞tis, per⌟ substantiae, resuscitat⌞ae tamen, demutat⌟ionem. **6.** Ceterum nec quaere⌞retur n⌟upturi siue morituri ⌞necne r⌟ursus essemus, si non eius ⌞uel ma⌟xime substantiae resti⌞tutio in dubi⌟um uocaretur, quae proprie ⌞et morte⌟ et nuptiis fungitur, id est ⌞carnis⌟. **7.** Habes igitur dominum con⌞firm⌟antem aduersus haereticos Iu⌞daeorum, quo⌟d et nunc negatur apud Sa⌞ducaeos⌟ Christianorum, solidam resur⌞rectio⌟nem. |

XXXVII. *Sic* et si carnem ait nihil ⌞prodesse⌟, ex materia dicti diri⌞gendu⌟s est sensus. Nam quia ⌞durum⌟ et intolerabilem existima⌞uerunt s⌟ermonem eius, quasi uere car⌞nem su⌟am illis edendam determinas⌞set, [et] ut⌟ in spiritum disponeret statum ⌞saluti⌟s, praemisit: *Spiritus est qui uiuifi⌞cat* a⌟tque ita subiunxit: *Ca⌞ro ni⌟hil prodest,* [sed] ad uiuifi⌞candum⌟ scilicet. **2.** Exequitur ⌞etiam, qui⌟d uelit intellegi spiritum: *⌞Verba, q⌟uae locutus sum nobis, ⌞spiritus sunt⌟, uita sunt,* sicut et supra: *Qui ⌞audit⌟ sermones meos et cre⌞dit in e⌟um, qui me misit, habet ui⌞tam aeter⌟nam et in iudicium non ue⌞niet⌟ sed transiet de morte in ⌞uitam⌟.* **3.** Itaque sermonem V 79

---

19 cf. Mt. 22, 32. **22** cf. Luc. 20, 36. **24** Luc. 20, 36.

XXXVII, **1** cf. Ioa. 6, 64. **3** cf. Ioa. 6, 55. **5** Ioa. 6, 64. **8** Ioa. 6, 64. **9** Ioa. 5, 24.

---

quam *M P X* **18** resurrectione *X* deum *T C* : dominum *M P X* **21** negauit *T* R³ : negabit *M P X* R¹ demonstrauit *T* R³ : demonstrabit *M P X* R¹ **22** adquin *T*; atqui *R* appellauit *T C* : appellat ut *P X* **23** sed] scilicet *Krm dub., at v. Thrn I p.* 42 resuscitata *X* **24** enim *del. in T* (nubent, sed resuscitati similes [enim] erunt angelis *Eng*) qua non] quia n̄ *T* (n̄ *supra l.*) **25** sed ⟨et⟩ *Ism* qua] quia *ex* qua *T* **27** tamen *om. T* nec *M P X* : ne *T* (*Gel*) quaereretur *R* : quereretur *T*; quaererentur *P X* **28** nupturi *om. T* **29** in dubium *T* R² : in deum *P X* **33** solidū *T* (ū *al. m. in ras.*).

XXXVII, **1** Sic et si *Gel* : licet si *M P X*; licet sic *T* ait carnem *T* (*sed al. m. in ras.*) **3** existimauerunt *ex* -rint *T* **4** et ut *T* : ut *P*; *om. X* **6** sed *om. T Gel* **7** quid] quod *P X* **7-8** spiritum] spiritus *T* **10** et aeternam *T* (*sed* et *exp.*) **11** transiet *T* (et *al. m. in ras.*) *M P X* : transibit *Gel*, *nescio an*

constituens uiuificatorem, quia spiritus et uita sermo, eundem etiam carnem suam dixit, quia et sermo caro erat factus, proinde in causam uitae adpetendus et deuorandus auditu et ruminandus intellectu et fide digerendus. **4.** Nam et paulo ante carnem suam panem quoque caelestem pronuntiarat, urgens usquequaque per allegoriam necessariorum pabulorum memoriam patrum, qui panes et carnes Aegyptiorum praeuerterant diuinae uocationi. **5.** Igitur conuersus ad recogitatus illorum, quia senserat dispargendos, *Caro*, ait, *nihil prodest*. Quid hoc ad destruendam carnis resurrectionem ? Quasi non liceat esse aliquid, quod etsi nihil prosit, aliud tamen ei prodesse possit ! Spiritus prodest ; uiuificat enim. Caro nihil prodest ; mortificatur enim.

6. Itaque secundum nos magis conlocauit utriusque propositionem. Ostendens enim, quid prosit et quid non prosit, pariter inluminauit, quid cui prosit, spiritum scilicet carni, mortificatae uiuificatorem. **7.** *Veniet enim*, inquit, *hora cum mortui audient uocem filii dei et qui audierint uiuent.* Quid mortuum nisi | caro ? Et quid uox dei nisi sermo ? Et quid sermo V 80 nisi spiritus ? merito carnem resuscitaturus, quod factus est ipse, et ex morte, quam passus est ipse, et ex sepulchro, quo inlatus est ipse. **8.** Denique cum dicit : *Ne miremini, quod ueniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient filii dei uocem et procedent qui bona fecerunt in uitae resurrectionem, qui mala in resurrectionem iudicii*, nemo iam poterit aliud mortuos interpretari, qui sunt in monumentis, nisi corpora et carnem, quia nec ipsa monumenta aliud quam cadauerum stabula. **9.** Siquidem et ipsi homines ueteres, id est peccatores, id est mortui per ignorantiam dei, quos monumenta intellegendos argumentantur haeretici, de monumentis processuri in iudicium aperte praedicantur. Ceterum quomodo de monumentis monumenta procedent ?

---

15 cf. Ioa. 6, 51. **16** cf. Ioa. 6, 31. **20** Ioa. 6, 63. **28** Ioa. 5, 15. **33** Ioa. 5, 28—29. **39** cf. Eph. 4, 22 ; Col. 3, 9.

---

recte in *T* : ad *M P X* **12** uita sermo *T M P* : sermo uita *X* **15** fide] si de *X* dirigendus *P* **16** pronunciarat* urgens *T* (at u *al. m. in ras.*) urguens *M P X* **18** egyciorum *X* praeuerterant *M P X* : praeposuerant *T* (prae- *ex* pro-) **19** ad] *eras. in T* **20** quia senserat *M P X* : qua senserant *T* (*super* qua *al. m. scr.* i a) dispergendos *X* ait] *al. m. in ras. T* **22** etsi *M P* : est.si *T* ; si *X* ei *om. T* **25** secundo *X* **26** *primum* quid *ex* quod *T* non] *al. m. in ras. T* **27** spiritum] spiritus *T* carnis *T* *uirgulam post* carni *pos. Eng.* **28** uiuificatorem] em *in ras. al. m. T* inquit hora *T* : hora inquit *M P X* **31** factum *P* **32** est (*post* passus) *om. X* et ex — est ipse *om. P* (*add. in mg* R *ex H*) ex] *al. m. in ras. T* quo* *T* (*eras.* d) **33** inlatus] illibatus *X* quod *M P X* : cum *T* **34** ueniat *T* (at *in ras. al. m.*) omnis *M P* **34-35** filii dei uocem *T X* : uocem filii dei *M P* **35** procedant *T* **36** iam *om. X* **37** sunt *T* ; sint *M P X* **40** mortui *M P X* : mortis.id est *T* **43** procedent *M P* : procedunt *T X* (*recte ?*).

XXXVIII. Post dicta domini etiam facta eius quid sapere credamus, de capulis de sepulchris mortuos [re]suscitantis ? Cui rei istud ? Si ad simplicem ostentationem potestatis aut ad praesentem gratiam redanimationis, non adeo magnum aliquid illi denuo morituros suscitare. **2.** Enimuero si ad fidem potius sequestrandam futurae resurrectionis, ergo et illa corporalis praescribitur de documenti sui forma. **3.** Nec sustinebo dicentes idcirco tunc resurrectionem animae soli destinatam in carne quoque decucurrisse, quia non potuisset aliter ostendi resurrectio animae inuisibilis nisi per uisibilis substantiae resuscitationem. **4.** Male deum norunt qui non putant illum posse quod non putant. Et tamen sciunt potuisse, si instrumentum Iohannis norunt : qui enim animas adhuc solas martyrum sub altari quiescentes conspectui subdidit, posset utique et resurgentes oculis exhi|bere sine carne ! **5.** At ego deum V 81 malo decipere non posse, de fallacia solummodo infirmum, ne aliter documenta praemisisse quam rem disposuisse uideatur. Immo si nec exemplum resurrectionis sine carne [non] ualuit inducere, multo magis plenitudinem exempli sine eadem substantia exhibere non poterit. **6.** Nullum uero exemplum maius [est] eo, cuius exemplum est ; maius est autem, si animae cum corporibus resuscitabuntur in documentum sine corpore resurgendi, ut tota hominis salus dimidiae patrocinaretur, quando exemplorum condicio illud potius expeteret, quod minus haberetur, animae dico solius resurrectionem, uelut gustum carnis etiam resurrecturae suo in tempore. **7.** Atque adeo secundum nostram ueritatem, exempla illa mortuorum a domino suscitatorum commendabant quidem et carnis et animae resuscitationem, ne cui substantiae negaretur hoc donum, qu*a* tamen exempla, eo minus aliquid edebant : non enim in

---

XXXVIII, **13** cf. Apoc. 6, 9.

XXXVIII, **1** etiam facta eius *T* : facta etiam eius *M P* ; facta eius eciam *X* quid *M X* : quod *P* (*del.* R, *suprascr.* quid) ; qui *T* (*lineola del.*) **2** credamus *M P X* : debemus *T* suscitantis *T* : resuscitantis *X* R ; resuscitandis *M P* (*corr.* R) ; *nota clausulam* **5** aliquid *T* (qui *in ras., ut uidetur*) : *om. P M X* morituros] mortuos *T* suscitare *T* (*Pam*) : suscitari *M P X* **9** carne *T* : carnem *M P X* decucurrisse *T* : praecucurrisse *M P* ; praecurrisse *X* ; procucurrisse *Krm dub.* ; percucurrisse *Souter* **11** putant] potant *X* **13** qui] Quid *X* adhoc *T* **16** ne] nec *T* **18** si nec *T* (nec *exp.*) : ne si *M P X* non *del. Brf* **19-20** sine eadem substantia *T* : in eadem substantia *M P X* ; *del. Krm* **20** poterit *T* : possit *M P X* **21** est *om. T* exemplum est *om. P* (*add. in mg.* R *ex H*) **22** corporibus *T* : corpore *M P X* resuscitarentur *Vrs* **26** Atque et adeo *X* ; atque ideo *Vrr* **27** ueritatem *T Bmg* : uero estimationem *M P X* ; ueri aestimationem *Leopold*, *probante Souter* **29** resuscitationem *T* : resurrectionem *M P X* **30** qua *Oel* : quae *T M P X* edebant] *habebant

gloriam nec in incorruptibilitatem sed in mortem aliam suscitabantur.

XXXIX. Quam Christus ediderit resurrectionem, apostolica quoque instrumenta testantur. Nam et apostolis nullum aliud negotium fuit, dumtaxat apud Israelem, quam ueteris testamenti resignandi et noui consignandi et potius iam dei in Christo contionandi. **2.** Ita et de resurrectione nihil noui intulerunt, nisi quod et ipsam in gloriam Christi adnuntiabant, de cetero simplici et nota iam fide receptam sine ulla qualitatis quaestione, solis refragantibus Saducaeis : adeo facilius fuit negari in totum mortuorum resurrectionem quam aliter intellegi. **3.** Habes Paulum apud summos sacerdotes sub tribuno inter Saducaeos et Pharisaeos | fidei suae professorem : *Viri,* V 82 inquit, *fratres, ego Pharisaeus sum, filius Pharisaeorum, de spe nunc et de resurrectione iudicor apud uos,* utique communi, ne, quia iam transgressor legis uidebatur, de praecipuo fidei totius articulo, id est de resurrectione, ad Saducaeos sapere existimaretur. Ita quam nolebat uideri rescindere fidem resurrectionis utique confirmabat secundum Pharisaeos, respuens negatores eius, Saducaeos. **4.** Proinde et apud Agrippam nihil se ait proferre citra quam prophetae adnuntiassent. Ergo seruabat resurrectionem quoque, qualem prophetae adnuntiauerant. **5.** Nam et de resurrectione mortuorum apud Moysen scriptum commemorans corporalem eam norat, in qua scilicet sanguis hominis exquiri habebit. **6.** Itaque talem praedicabat, qualem et Pharisaei susceperant et dominus ipse defenderat et Saducaei, ne talem quoque crederent, in totum esse noluerant. **7.** Sed nec Athenienses aliam intellexerant a Paulo portendi. Denique inriserant, non inrisuri omnino, si animae solius restitutionem ab eo audissent ; suscepissent enim uernaculae suae

---

XXXIX, **6** cf. Luc. 24, 26. **10** cf. Act. 23, 1—9. **11** Act. 23, 6. **18** cf. Act. 26, 22. **21** cf. Act. 26, 22 ; cf. Gen. 9, 5. **26** cf. Act. 17, 32.

T (ha *al. m. in ras.*) **31** corruptibilitatem *X* mortem aliam] mortẽ mali *T* (i *in ras. al. m.*) **31-32** suscitabuntur *T* (bu *in ras. al. m.*).

XXXIX, **1** ediderit christus *P* **2** Nam] *al. m. in ras. T* **3** israhelem *M P* **4** potius iam] potentiã *T* (*al. m. in ras.*) **5/6** intulerunt *C* : intulerant *T M P X* **8** saduceis *P* (d *suprascr.* R, *ut fiat* sadduceis) **10** sommos *X* tribuno] tribus *Pam* **13-14** communi ne (nec *T, sed* c *eras.*) quia *T* (*Gel*) : communi quia *M P X* ; communione qua *Bmg* **16** resurrectionem *T* **18** eius] cuius *X* apud *om. X* **19** quam] quod *Souter dub.* **20** quoque *om. T* adnunciauerant *T* : adnuntiarant *M P X* **23** habebat *T* **24** susciperant *T* **26** nec *om. P* (*add. in mg* R *ex H*) atenienses *T* (h *suprascr.*) **27** inrisuri] inrisu *T*

philosophiae frequentiorem praesumptionem. **8.** At ubi iam nationes praeconium resurrectionis inauditae retro ipsa nouitate concussit et digna incredulitas rei tantae quaestionibus fidem torquere coepit, tunc et apostolus per totum paene instrumentum fidem huius spei corroborare curauit, et esse iam ostendens et nondum transactam et, de quo magis quaerebatur, corporalem et, quod insuper dubitabatur, non aliter corporalem.

XL. Nihil autem mirum, si et ex ipsius instrumento argumenta captantur, cum oporteat haereses esse ; quae esse non possent, si non et perperam scripturae intellegi possent. **2.** Nanctae denique haereses duos homines ab apostolo editos, interiorem, | id est animam, et exteriorem, id est carnem, salu- V 83 tem quidem animae, id est interiori homini, exitium uero carni, id est exteriori adiudicauerunt, quia scriptum est Corinthiis : *Nam etsi homo noster exterior corrumpitur, sed interior renouatur die et die.* **3.** Porro nec anima per semetipsam homo, quae figmento iam homini appellato postea inserta est, nec caro sine anima homo, quae post exilium animae cadauer inscribitur. Ita uocabulum homo consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula est, sub quo uocabulo non possunt esse nisi cohaerentes.

4. Porro apostolus interiorem hominem non tam animam quam mentem atque animum intellegi mauult, id est non substantiam ipsam, sed substantiae saporem, siquidem Ephesiis scribens *in interiorem hominem habitare Christum,* sensibus utique intimandum dominum significauit. **5.** Denique adiunxit : *per fidem* et *in cordibus uestris* et *in dilectione,* fidem quidem et dilectionem non substantiua animae ponens sed conceptiua, *in cordibus* autem dicens, quae substantiua sunt carnis, iam

---

XL, 2 cf. I Cor. 11, 19. **4** cf. II Cor. 4, 16. **8** II Cor. 4, 16. **10** cf. Gen. 2, 7. **18** Eph. 3, 16. 17. **20** Eph. 3, 17.

---

omnino] oñō *T* (*al. m. in ras.*) si *om. T* **29** iam *om. P* **31** digne *Eng* **32** extorquere *P* **33** iam *T* : eam *M P X* **35-36** *uerba* et quod — corporalem *in T bis leguntur, sed sec. loco deleta* **35** dubitatur *T*.

XL, **1** si] sed *X* et *om. T* **1-2** argumenta captantur *T* : captantur argumenta *M X* ; captentur argumenta *P* **3** possunt *X* **4** nanctae *Brf* : hancte *T* (a *exp., suprascr.* i ; te *del.*) ; nactae *Gel* ; natae *M P* ; nate *X* **6** exitum *T X* **7** est (*alterum*) *T* : sit *M P X* **9** die et die *M* : de die et die *P* ; de die in die *X* ; de die in diem *T* (= *Vulg*) animam *T* (*sed* m *alt. exp.*) **10** homini *Gel* ; hominis *T* ; homine *M P X* appellatio *T* **12** homo (*post* uocabulum) *om. Gel* **13** fibula *T* R[3] : fabula *M P* (fibula R *in mg*) *X* **14** nisi *om. P* (al. esse nisi coherentes R *in mg*) **17** saporem *T M P* : uaporem *X* **19** dominum] dñ̄ *T* **20** dilectione] dilectionẽ *T* **21** substantiua] substantiã *X* ponens *om. P* (*add.* R *supra l.*) **22** substantiua] substantia *X* sint *T* (i *exp., suprascr.*

et ipsum interiorem hominem carni deputauit, quem in corde constituit.

6. Inspice nunc, quomodo exteriorem quidem hominem corrumpi allegarit, interiorem uero renouari die ac die, ne illam corruptelam carnis adfirmes, quam ex die mortis in perpetuum defectura patiatur, sed quam in istius uitae spatio ante mortem et usque ad mortem uexationibus et pressuris, tormentis atque suppliciis nominis causa experiretur. **7.** Nam et homo interior hic utique renouari habebit, per suggestum spiritus proficiens fide et disciplina die ac die, non illic, id est non post resurrectionem, ubi non utique die ac die renouari habemus, sed semel ad summam. **8.** De sequentibus disce : *Quod enim ad* | [V 84] *praesens est,* inquit, *temporale et leue pressurae nostrae, per supergressum in supergressum aeternum gloriae pondus perficit nobis, non intuentibus quae uidentur,* id est passiones, *sed quae non uidentur,* id est mercedes. *Quae enim uidentur temporalia sunt, quae uero non uidentur aeterna sunt.* **9.** Pressuras enim et laesuras, quibus corrumpitur homo exterior, ut leues et temporales, idcirco contemnendas adfirmat, praeferens mercedum aeternarum et inuisibilium et gloriae pondus in conpensationem laborum, quos hic caro patiendo corrumpitur.

10. Adeo non illa est corruptio, quam in perpetuum carnis interitum ad resurrectionem expellendam exteriori homini adscribunt. **11.** Sic et alibi : *Siquidem,* ait, *conpatimur uti et conglorificemur : reputo enim non esse dignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae in nos habet reuelari.* Et hic minora ostendit incommoda praemiis suis. **12.** Porro si per carnem conpatimur, cuius est proprie passionibus conrumpi, eiusdem erit et quod pro conpassione promittitur. Atque adeo

---

34 II Cor. 4, 17—18. **38** II Cor. 4, 18. **47** Rom. 8, 17—18.

---

u) **23** quem *ex* qua *T* **25** hominem quidem *P* (*corr. m.* 1) hominem *om. T* **26** allegarit *T* (*Gel*) : allegaret *M P X* ac] a *T* (*in ras.*) ne *T* (*Krm*) : nec *M P X* **28** istius *M P X* : isto *T* **30** supliciis *T* experiretur *T* : experietur *M P X* ; experitur *Krm* **32** illic] ill* *T* (*eras.* a, *suprascr.* ic) **33** ac] de *T* **35-36** nostrae *om. T* **36** in supergressum *om. Gel* ; ingressum *T* **37** perficit nobis *Krm coll. Scorp.* 13 (*p.* 176, 6 R-*W*) : perfic̄in nobis *T* (ic̄ *in ras. al. m.*) ; perfici a nobis *M P X* ; perficiet in nobis *Gel* intuentibus *T X R* : ut tuentibus *M* ; tuentibus *P* **39** uero *M P X* : enim *T* (*lineola del.*) sunt *alt. om. Rig* **41** contempnendus *T* (u *exp.*, *suprascr.* a) **42** *prius* et *T* : *om. M P X* **43** patiendo caro *susp. Krm* **45** illa est] est illa *X* **47** uti et *T R* : uti ut *M P X* **48** glorificemur *X* esse dignas *T* : dignas esse *M P X* ; *cf. Scorp.* 13

carni adscripturus pressurarum proprietatem, ut et supra, dicit : *Cum uenissemus autem in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro nostra* ; **13.** dehinc, ut et animae daret conpassionem : *In omnibus,* inquit, *conpressi : extrinsecus pugnae,* debellantes scilicet carnem, *intrinsecus timor,* adflictans scilicet animam. **14.** Adeo etsi corrumpitur homo exterior, non ut amittens resurrectionem sed ut sustinens uexationem corrumpi intellegitur, et hoc non sine interiore. Ita amborum erit etiam conglori|[V 85]ficari sicut et conpati : secundum collegia laborum consortia quoque decurrant necesse est praemiorum.

XLI. Eandem adhuc sententiam exequitur remunerationes uexationibus praeferens : *Scimus enim,* inquit, *quoniam etsi terrena domus nostri tabernaculi dissoluatur, habemus domum non manu factam aeternam in caelis,* id est : pro hoc, quod dissoluetur caro nostra per passiones, domicilium consecuturi sumus in caelis. **2.** Meminerat euangelicae definitionis : *Beati, qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quia illorum est regnum caelorum.* Non tamen carnis restitutionem negauit, si conpensationem mercedis opposuit, cum ipsi conpensatio debeatur, cui dissolutio reputatur, scilicet carni. **3.** Sed quia domum dixerat carnem, eleganter uoluit et in mercedis conparatione uocabulo domus uti, ipsi domui, quae dissoluetur per passionem, meliorem domum repromittens per resurrectionem. Nam et dominus multas mansiones quasi domos apud patrem repromittit.

4. Quamquam et de domicilio mundi potest intellegi, quo dissoluto aeterna sedes repromittatur in caelis, quia et quae sequuntur ad carnem manifeste pertinentia ostendunt priora non ad carnem pertinere. **5.** Diuisionem enim facit apostolus, cum subicit : *Nam et in hoc gemimus domicilium nostrum, quod de caelo est superinduere desiderantes ; siquidem et exuti*

54-58 II Cor. 7, 5.

XLI, **2** II Cor. 5, 1. **6** Mt. 5, 10. **14** cf. Ioa. 14, 2. **20** II Cor. 5, 2—3.

(*p.* 175, 4 R-*W*) **53** adscripturus *Oel* : adscribitur.ut *M P* ; ascribitur ut *X* ; adscribit *T* R[3] ut et *T R* : mutet *M P X* **53-54** dicit *M P X* : dicat *T R* **54-55** remissionem *M P X* : requiem *T* (= *Vulg*) **55** daret *T M P X* : det *Krm* ; diceret *Souter dub.* **56** pugne *ex* pagine *T* **58** et animam *T* ut *om. P* **60** intellegitur R[3] : intelligitur *T* ; intellegetur *C* ; intellegeretur *M P X* R[1] **62** quoque] etiam *Gel*.

XLI, **1** adhuc *T* (*Gel*) : ad hoc *M P X* **3** nostri] nostra *T* **4** pro hoc quod *T* (*Gel*) : quod pro hoc *M P X* ; pro hoc *G* R[3] **4-5** dissoluetur] dissuetur *T* **5** passiones dom. consecuturi *om. T* quod domicilium *P R* **7** passi fuerint *T* : patiuntur *M P X* (*ut Scorp.* 9 [*p.* 162, 18 R-*W*]) **8** est *T* (*Gel*) : esset *M P X* **9** si ⟨pro dissolutione eius⟩ *Krm* apposuit *Souter* **10** deputatur *C* **14** domos *T* : domus *M P X*, *fortasse recte* : *cf. De anima* 46, 13 **16** et *om.* R[3] ; nec *Vrs* **17-18** quae secuntur *M P* (*corr.* R) *X* : persequuntur *T* **18-19** priora — pertinere *om. P* (*add. in mg* R *ex H*) **19** non] omnino *Vrs* **20** in *C* : *om. T M P X* gemimus] ingemiscimus *C* **21** superinduere *T* :

non nudi ineniemur, id est : ante uolumus superinduere uirtu-
tem caelestem aeternitatis quam carne exuamur. **6.** Huius
enim gratiae priuilegium illos manet, | qui ab aduentu domini V 86
deprehendentur in carne et propter duritias temporum anti-
christi merebuntur conpendio mortis per demutationem ex-
punctae concurrere cum resurgentibus, sicut Thesalonicensi-
bus scribit : **7.** *Hoc enim dicimus uobis in sermone domini, quod
nos qui uiuimus, qui remanemus in aduentum domini, non prae-
ueniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu
et uoce et tuba dei descendet de caelo, et mortui in Christo resur-
gent primi ; dehinc nos cum ipsis simul rapiemur in nubibus
obuiam Christo et ita semper cum domino erimus.*

XLII. Horum demutationem ad Corinthios reddit dicens :
*Omnes quidem resurgemus, non autem omnes demutabimur, in
atomo, in momentaneo motu oculi, in nouissima tuba*, sed illi
scilicet soli, qui inuenientur in carne : *Et mortui*, inquit, *resur-
gent, et nos demutabimur.* **2.** Hac ergo prius dispositione *per-
specta* reliqua reuocabis ad superiorem sensum. Nam cum
adicit : *Oportet* [*et*]*enim corruptiuum istud induere incorrupte-
lam et mortale istud induere inmortalitatem*, hoc erit illud do-
micilium de caelo, quod gementes in hac carne superinduere
desideramus, utique super carnem in qua deprehendemur,
quia 'grauari nos' ait, 'qui simus in tabernaculo, quod noli-
mus | exui sed potius superindui, uti deuoretur mortale a V 87
uita', scilicet dum demutatur superinduendo quod est de cae-
lis. **3.** Quis enim non desiderabit, dum in carne est, superin-

28 I Thess. 4, 15—17.

XLII, **2-5** I Cor. 15, 51—52. **7** I Cor. 15, 53. **11** cf. II Cor. 5, 4.

superindui *M P X* (= *Vulg*) et exuti *T* : exuti *M P X* ; induti *Vrs* ; *cf. Adu. Marc. V* 12 (*p.* 616, 1 *Krm*) : et despoliati **22** inueniemur *M X* : inueniamur *T P*, *at cf. Hoppe, Syntax p.* 83 superinduere *T P* : superinducere *M X* **24** ad (d *ex* b) aduentū *T* **26** conpendiū *T* **29** in *M P X* : ad *T* (*supra l.*) aduentum *T* (*Oel*) : aduentu *P M X* **30** ipseē *T* (*sed* ē *exp.*) **30-31** in iussu et *om. Gel* **31** uoce *T M X* : in uoce angeli (archangeli *Gel*) *P* ; *cf. cap.* 24, 5 et tuba *T* : et in tuba *P* ; tubae *M X* descendet *M* : descendat *T* (a *exp.*, *suprascr.* e) ; descendit *P X* **32** simul *om. P* (*add.* R *in mg*) **33** christo] domino in aera *C*.

XLII, **1** ad ⟨omnes in prima ad⟩ Corinthios *Krm* **2** omnes quidem resurgemus *om. T* ⟨non⟩ omnes *Krm* non autem omnes *T M P X* : omnes autem *Krm* **3** athomo *T M P* (*corr.* R) *X* **3-5** sed illi — nos demutabimur *del. Krm* **5** resurgent primi *Gel* et nos *T* (*Gel*) : nos *M P X* immutabimur *Gel* hac *T P* : haec *M X* ergo] uero *X* dispositione *T* (*Gel*) : positione *M P X* **5-6** perspecta *Krm* : prospecta *T M P X* **6** reuocauit *T* (-uit *ex* -bis) Nam *om. T* **7** enim *T P* (et *add. supra l. m.* 1) : etenim *M X* corruptinum *X* ; corruptum R **7-8** incorruptalem *T* (*corr. m.* 1) incorruptelam — induere *om. X* **10** super *M P* : supra *T* deprehendimur *T* **11** quia] qua *T* simus *T* (i *exp.*, *suprascr.* u) **11-12** nolimus *M P* : noluit *T* ; uolumus *X* **12** exui *ex* exsuis *T* **13** demutatur *M P* (demutamur R *in mg*) : inmuta-

duere inmortalitatem et continuare uitam lucrifacta morte
per uicariam demutationem, ne inferos experiatur usque no-
uissimum quadrantem exacturos ? Ceterum demutationem
etiam post resurrectionem consecuturus est inferos iam ex-
pertus. **4.** Abhinc enim iam definimus carnem omnimodo qui-
dem resurrecturam atque illam ex demutatione superuentura
habitum angelicum suscepturam. **5.** Aut si in his solis, qui
inuenientur in carne, demutari eam oportebit, ut deuoretur
mortale a uita, id est caro ab illo superindumento caelesti et
aeterno : ergo qui mortui deprehendentur uitam non conse-
quentur, priuati iam materia et, ut ita dixerim, esca uitae, id
est carne, aut necesse est recipiant eam et illi, ut et in ipsis
mortale deuorari possit a uita, si uitam sunt consecuturi. **6.**
Sed in mortuis, inquis, iam deuoratum erit mortale istud. Non
utique in omnibus : quantos enim licebit uel pridianos inue-
niri, tam recentia cadauera, ut nihil in illis deuoratum uideri
possit ? **7.** Vtique enim deuoratum non aliud existimas quam
interceptum, quam abolitum, quam omni sensui ereptum,
quod comparere omni genere cessauerit. Nec gigantum autem
antiquissima cadauera deuorata constabit, quorum crates ad-
huc uiuunt. **8.** Diximus iam de isto alibi. Sed et proxime in
ista ciuitate cum od*ei* fundamenta tot ueterum sepulturarum
sacrilega conlocarentur, quingentorum fere annorum ossa
adhuc succida et capillos olentes populus exhorruit. Constat
non tantum ossa durare uerum et | dentes incorruptos peren- V 88
nare, quae ut semina retinentur fruticaturi corporis in resur-
rectione. **9.** Postremo etsi tunc deuoratum inuenietur mortale
in omnibus mortuis, certe a morte, certe ab aeuo, certe per

22 cf. Mt. 5, 26 ; Luc. 12, 59. **27** cf. II Cor. 5, 4. **35** cf. Tert. De anima c. 51, 3. **41** cf. II Cor. 5, 4.

tur *T* ; demutamur *X* R[1]*mg* **15** lucrifacta *X* : lucrifactā *M* (*sed* - *del.*) *P* ; lucrifacte *T* (e *exp.*, *suprascr.* a) **16** ne] nec *T* (c *del.*) **19** Abhinc *M* (h *supra l.*) *P X* :& hic *T* iam *T* : *om. M P X* **19-20** quidem omni modo *Gel* **20** resurrecturam atque *del. Krm* illam *T C* : illa *M P X* **22** deuoraretur *T* **23** et *T C* : *om. M P X* **24** deprehenduntur *T* (u *exp.*, *suprascr.* e) **25** materia et] matec& *T* (*in mg. adscr.* materia & *m.* 1, *ut uidetur*) aesca *M P* (*corr.* R) **28** inquis iam] in nequitiam *T* (*in mg. adscr.* antiquis) **29/30** inueniri] inuenerit *T* (*sed. corr.*) **30** in *T B* : *om. M P X* illis *ex* illas *T* **31** existimant *ex* -mans *T* **32** abolitum] molitū *T* sensui *T* (*Krm*) : sensu *M P X* **33** cūparere *T* autem] aut *T* **34** grates *P* (*corr.* R) **35** uiuant *T*, *recte ?* **36** odei *Gel* ; hodie *M P X* R[1] ; fodiunt *T* ; eo die R[3] **37** sacrilega] sacrilegio *uel* apertura sacrilega *Eng* fere] uere *X* **38** sucida *M X* olentes *M P X* : et dentes *T* **39-40** perennare quae] pleraq ; *T* (*supra* e *al. m. scr.* uel u) **40** fruticaturi *Iun* : fructificaturi *T M P X* **40-41** resurrectionem *T* **42** *tertium*

aetatem, numquid a uita, numquid a superindumento, numquid ab inmortalitatis ingestu ? **10.** Porro qui ⟨ab⟩ his ait deuoratum iri mortale, ab aliis negauit. Et utique hoc a diuinis uiribus, non a naturalibus legibus perfici praestarique conueniet. **11.** Ergo cum a uita habeat deuorari quod mortale est, id exhiberi omnifariam necesse est, ut deuoretur, et deuorari, ut demutetur : si ignem dicas accendi oportere, non potes id, per quod accenditur, alibi necessarium adfirmare alibi non. **12.** Sic et cum infulcit : *siquidem exuti non inueniemur nudi*, de eis scilicet, qui non in uita nec in carne deprehendentur a die domini, non alias negauit nudos quos praedixit exutos, nisi quia et reuestitos uoluit intellegi eadem substantia, qua fuerant spoliati. **13.** Vt nudi enim inuenientur carne deposita uel ex parte discissa siue detrita, — et hoc enim nuditas potest dici — [et] dehinc recipient eam, ut reinduti carne⟨m⟩ fieri possint etiam superinduti inmortalitatem : superindui enim nisi uestito iam conuenire non poterit.

XLIII. Proinde cum dicit : *Itaque confisi semper et scientes quod, cum inmoramur in corpore, peregrinamur a domino ; per fidem enim incedimus, non per speciem*, manifestum est hoc quoque non pertinere ad offuscationem carnis quasi separantis nos a domino. **2.** Et hic enim exhortatio fastidiendae uitae huius obuertitur, siquidem peregrinamur a domino quamdiu uiuimus, per fidem incedentes, non per spe|ciem, id est spe, V 89 non re. **3.** Et ideo subiungit : *Fidentes autem et boni ducentes magis peregrinari a corpore et inmorari ad dominum*, scilicet ut per speciem magis incedamus quam per fidem, per rem potius quam per spem. **4.** Vides quam et hic corporum contemptum ad martyriorum praestantiam referat : nemo enim peregrinatus a corpore statim inmoratur penes dominum, nisi ex mar-

51 II Cor. 5, 3.

XLIII, **1** II Cor. 5, 6—7. **8** II Cor. 5, 8.

certe *om.* *X* **43** *primum* numquid *ex* numquam *T* **44** ingestu *M P X* : ingressu *T* qui ab *Gel* : quia *M P* ; qui *T X* **45** deuoratum iri mortale *M P X* : mutat(ur) inmortale *T* ; deuoratuiri mortale *Krm* a *ex* ad *T* **46** a *om.* *T* **48** exiberi *P* **48-49** et deuorari ut demutetur *om.* *T* **49** potes *R* : potest *T M P X* **51** et] vt *ex* et *T* infulsit *T* (s *al. m. in ras.*) inueniemur nudi *M P X* : inueniamur nudi *T* ; nudi inueniamur *C* **53** exut*os *T* **54** et *C* : *om.* *T M P X* **55** enim *om.* *T* **56** discessa *T* (e *exp.*, *suprascr.* i) **57** et dehinc *T C* : dehinc *M P X* ; *delendum* τὸ et reinduti *T X* : redinduti *M P* carnem *Gel* : carne *T M P X* **59** nisi uestito *M P X* : sine uestitu *T* poterit] potest *R*³.

XLIII, **2** inmoramur *T C* : inmoremur *M P* ; immoremur *X* peregrinamur *C* : peregrinemur *T* (e *exp.* ; *suprascr.* a, *m.* 1, *ut uidetur*) *M P X* **3** incendimus *T* **4** offuscationem *M P X* : *obfugatione *T*, *unde* obfuscationem *coniciat* **5-6** Et hic enim — peregrinamur a domino *T B* : *om.* *M P X* **7** incedentes *om.* *T* **8** subiungi* *T* boni *T* (*Krm*) : bonum *M P X* ducentes *T X* : dicentes *M* (i *exp.*, *suprascr.* v) *P* (ducentes *adscr.* R *in mg*) **9** perigrinari *X* **11** et hic] hic

tyrii praerogatiua, paradiso scilicet, non inferis, deuersurus. **5.** Defecerant autem apostolo uerba ad significandum de corpore excessum an ratione etiam noue loquitur ? Temporalem enim absentiam a corpore uolens significare peregrinari nos ab eo dixit, quoniam qui peregrinatur etiam reuert*i*tur in domicilium.

6. Exinde iam ad omnes : *Gestimus*, inquit, *siue peregrinantes siue inmorantes placibiles deo esse : omnes enim manifestari nos oportet pro tribunali Christi Iesu*. Si omnes, et totos ; si *totos*, et interiores et exteriores, id est tam animas quam et corpora : *ut unusquisque*, inquit, *reportet quae per corpus secundum quae gessit, bonum siue malum*. **7.** Hoc iam quomodo legas quaero : quasi turbate enim per hyperbaton struxit. Vtrumne *quae per corpus* 'reportanda erunt' an quae per corpus 'gesta sunt' ? **8.** Sed et si quae per corpus reportanda sunt, corporalis indubitate resurrectio est, et si quae per corpus gesta sunt, per corpus utique pensanda sunt, per quod et gesta sunt. **9.** Ita totus hic a capite tractatus apostoli tali clausula detextus, qua carnis resurrectio ostenditur, secundum haec erit intellegendus, quae cum clausula consonant. |

XLIV. Si enim adhuc ad superiora respectes, unde mentio V 90 hominis exterioris et interioris inducta est, nonne et dignitatem et spem carnis integram inuenies ? **2.** Cum enim de lumine, quod inluxerit deus *in cordibus nostris ad inluminationem agnitionis gloriae* suae *in persona Christi*, dicit habere *nos thesaurum istum in testaceis uasis*, scilicet in carne : utrumne, quia testacea est secundum originem ex limo, destruetur an,

20 II Cor. 5, 9. 10. **24** II Cor. 5, 10.

XLIV, **2** cf. II Cor. 4, 16. **4** II Cor. 4, 6. **5** cf. II Cor. 4, 7.

et *Pam* **14** scilicet paradiso *P* deuersurus *M P* (*al.* diuersurus R *in mg*) : diuersurus *T X* **15** significando *T* (o *exp.*, *suprascr.* ū) **15-16** de corporis excessu *T* **16** noue *T* (*suprascr.* uel a) temporalem] corporalem *P* (*corr. m.* 1) **17** a corpore *M P X* : corporis *T* peregrinare *T* (*suprascr.* uel i) nos *T M* (*supra l.*) *X* : se *P* **17/18** ab eo *M X* : adeo *T P* **18** peregrinatur *T M* (bi *add. in mg m.* 1) *P* : peregrinabitur *X* reuertitur *Eng* : reuertetur *T* (*ult.* e *al. m. in ras.*) *M P X* **20** iam *T* : etiam *M P X* ⟨et ideo⟩ gestimus *Gel* **21** placibiles deo esse *T M P X* : placibiles illi esse *C* ; placere illi *Gel* **22** pro *om.* *T* Iesu *om.* *Gel* **23** totos *Gel* : om̄s *T M P X* **24** ut *T* : uti *M P X* quae *T* (*add.* gessit *al. m. in mg*) *X* : *om.* *M P* **25** quae gessit] quod gessit *T* siue] seu *M* **26** turbatae *T* ; turbati *X* yperbaton *P* (*corr.* R) ; iperbaton *X* struxit *T* (*Gel*) : instruxit *M P X* **27** utrumne quae *P* : utrum neque *T* (*recte dist. al. m.*) *M X* **28-30** reportanda erunt — corpus *om.* *T* **28, 29-30** quae per corpus *del.* *Krm* (*ter*) **32** clausula textus *T* (*sed* la *in ras. al. m.*).

XLIV, **4** inluxerit *M* : illuxerit *P X* ; induxerit *T* (*suprascr.* uel ll *m.* 2) inluminationem *T* : luminationem *M* ; illuminationem *P X* **6** ***testaceis uasis *T* (*al. m. in. ras*) scilicet& *M* ; scilicet** *T* (*eras.* et) utrumne] Verūne *T* **7** in

quia diuini thesauri conditorium est, extolletur? **3.** Atquin si lumen ipsum dei, illud uerum, quod est in persona Christi, uitam in se continet eaque uita cum lumine committitur in carnem, peritura est in quam uita committitur? Plane, si periturus et ipse thesaurus! Perituris enim peritura creduntur, sicut ueteribus utribus nouum uinum.

4. Cum item subicit: *semper mortificationem Christi Iesu circumferentes in corpore nostro*, qualis ista res est, quae post dei templum iam et sepulchrum Christi potest dici? **5.** Cur autem mortificationem domini circumferimus in corpore? *Vt et uita*, inquit, *manifestetur*. Vbi? *In corpore*. In quo? *In mortali*. Ergo in carne, plane mortali secundum culpam, sed et uitali secundum gratiam; uide quantam, ut in illa uita Christi manifestetur. **6.** In re ergo aliena salutis, in substantia perpetuae dissolutionis manifestabitur uita Christi aeterna iugis incorrupta, iam et dei uita? Aut cuius temporis uita domini manifestabitur in corpore nostro? **7.** Illa quidem, quam uixit usque in passionem, non modo apud Iudaeos in manifesto fuit uerum etiam omnibus nunc gentibus prodita est. Adeo eam significat, quae portas adamantinas mortis et aeneas seras inferorum | infregit, quae exinde iam nostra est. V 91

8. Denique manifestabitur in corpore. Quando? Post mortem. Quomodo? Dum resurgimus in corpore, sicut et Christus. Ne enim quis argumentetur nunc habere manifestari uitam Iesu in corpore nostro per disciplinam sanctitatis et patientiae et iustitiae et sapientiae, quibus domini uita floruerit, prouidentissima apostoli intentio suggerit: **9.** *Si enim nos, qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut et uita eius manifestetur in corpore nostro mortali*. Adeo defunctis nobis hoc ait futurum in corpore nostro. Quodsi tunc, quomodo nisi

---

13 cf. Mt. 9, 17; Mc. 2, 22; Luc. 5, 37. **14** II Cor. 4, 10. **16** cf. I Cor. 3, 16. **18** II Cor. 4, 11. **27** cf. Ps. 106, 16. **34** II Cor. 4, 11.

---

testacea *X*; testacia *T* est] sit *T* ex *T* : in *M P X* **8** thensauri *T* (n *del.*) conditorium *M P X* : uas *T* **8-9** Atquin si] anquia inse *T* **9** dei *T B* : *om. M P X* uerum] uero *T* **10-12** eoque (*sic*) uita — perituris *al. m. in ras. T* **11** uita] uita quae *T* Plane, si] *ita distinxit Thrn II p.* 48; plane sic R; Plane sit. *Krm* **12** periturus ⟨est⟩ *Krm* **13** uinū; ω *T* (ω *in mg, sed m.* 1); *Souter cft Isid. Etym. I* 21, 10 **17** et mortificationem *X* **18** uita Iesu *C* inquid *P* (*corr.* R) in corpore nostro *C* **20** uitali] uita *T* quantū *T* (ū *ex* ā *m.* 1) ut *exp. in T* **21** ergo *om. X* saluti sed in *R* **24** quam *C X* : qua *T M P* **25** non modo *T M* (*add.* quae *supra l.*) *P* (*add.* quae *in mg* R) : que non modo *X* R in manifesto apud iudeos *X* **27** portis *X* ⁊eneas *T* (*al. m. in ras.*) **28** infernorum *T* **30** resurgimus *T* (i *exp., suprascr.* e) **32** disciplina *X* **33** dominus *X* **34** suggerit *T* : ingerit *M P X* **35** ut et *T* : et *M P X*; ut R **36** adeo *T* (*Gel*) : ideo *M P X*

resuscitato eo? **10.** Proinde et in clausula: *Scientes*, ait, *quod qui suscitauit Iesum et nos suscitabit cum ipso*, quia iam resurrexit a mortuis, nisi quia cum ipso sicut ipsum sapit; si uero sicut ipsum, non utique sine carne.

XLV. Sed et rursus alia caecitate in duos homines inpingunt, in ueterem et in nouum, monente apostolo 'deponere nos ueterem hominem, qui corrumpitur per concupiscentias seductionis, renouari autem spiritu sensus et induere nouum hominem, qui secundum deum conditus est in iustitia et religione ueritatis', ut et hic ad duas substantias distinguendo, uetustatem ad carnem, nouitatem ad animam, corruptionem perpetuam ueteri defendant, id est carni. **2.** Porro si secundum substantias, nec anima nouus homo, quia posterior, nec caro ideo uetus, quia prior: quantulum enim temporis inter manum dei et adflatum? **3.** Ausim dicere: etiam si multo prior anima quam caro, eo ipso, quod anima inpleri se expectauit, priorem eam fecit: omnis enim consummatio atque perfectio, etsi ordine postumat, effectu anticipat. Magis illud prius est, sine quo | priora non possunt. **4.** Si caro uetus homo, quando V 92 istud? A primordio? Atquin Adam nouus totus, et ex nouo uetus nemo. Nam et exinde a benedictione geniturae caro atque anima simul fiunt sine calculo temporis, ut quae simul in utero etiam seminantur, quod docuimus in commentario animae. **5.** Contemporant fetu, coaetant natu: duos istos homines, sane ex substantia duplici, non tamen et aetate, sic unum edunt, dum prior neutra est. Citius est totos nos aut ueteres aut nouos esse; qua enim alterum possumus esse, nescimus.

---

38 II Cor. 4, 14.

XLV, **2** cf. Eph. 4, 22—24. **17** cf. Gen. 1, 22. **19** cf. Tert. De anima c. 27.

---

38 resuscitacio *X* **39** suscitabit *T* (b *exp., suprascr.* u) quia] Quis *T* **39-40** resurrexit *T M X* : resurrexerit *P* **40** nisi — sapit *om. P* (*add.* R *in mg ex H*) ipsum] idē *T* **41** ipsum] ipse* *T* (e *al. m. in ras.*).

XLV, **3** concupiscentias *T* : concupiscentiam *M P X* **4** spiritu sensus *M P* : spiritu rursus *T*; spiritus sensus *X*; sensu spiritus *Bmg* **5** deum *om. X* **6** distiguendo *X* **8** defendant *T* (*Gel*) : defendat *M P X* **9** ⟨ideo⟩ nouus *Krm* **9-10** posterior nec caro *M P X* : posterior est carne (*ex* carni) *T* (*suprascr.* nec) **11** adflatum *M P* : afflatum *X*; flatum *T* au*sim *T* (*eras.* t) **12** quam *T B* : *om. M P X* **12** se *M P* : *om. T X* **13** enim *om. X* consumacio *X* **14** postumat effectu] positum. adeeffectū *T* (*primum* e *exp.*) effectu tamen *C* **15** non *M P X* : eē non *T* (*sed* eē *in ras. al. m.*) **16** adquin *T*; atqui R et ex *M P X* : ex *T* **17** Nam et *M P X* : nam *T*; *cf. Thrn II p.* 89 **20** contemporant *T* R : contemperant *M P X* fetu] *i. e. 'conceptione'* duo isti *Krm* **21** substanciae *T* (*supra* ae *scr.* a) **22** edunt (*sc. 'caro et anima'*) : eduntur *Krm* neutra est *T* (*Gel*) : neutre *M P X* R^1; neuter R^2 citius *M P X* : citi *T*; rectius *Oel*; scitius *Krm dub., at cf. Thes LL. III* 1212, 15 *sqq.* totus *T* aut] autē *T* **23** ⟨unum et⟩ alterum *Krm* possumus *T* : possimus *Bmg*; possidemus *M P*;

6. Sed apostolus ueterem hominem manifeste notat. *Expone enim*, inquit, *secundum pristinam conuersationem ueterem hominem*, non secundum alicuius substantiae senium. Neque enim carnem praecipit deponamus, sed quae et alibi carnalia ostendit, opera, non corpora accusans. **7.** De quibus et hic subicit : *Deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque ad proximum suum, quoniam membra alterutrum sumus.* **8.** *Irascimini autem et nolite delinquere ; sol non occidat super iracundiam uestram, neque dederitis diabolo locum.* **9.** *Qui furabatur, iam non furetur, immo potius laboret operando manibus, ut habeat impertire indigenti.* **10.** *Omnis sermo turpis non procedat ex ore uestro, sed qui sit optimus ad aedificationem fidei, ut gratiam audientibus praestet.* **11.** *Et nolite contristare spiritum dei sanctum, in quo signati estis in redemptionis diem.* **12.** *Omnis amaritudo et ira* [*animi*] *et clamor et blasphemia auferatur a uobis cum omni malitia.* **13.** *Estote autem in alterutrum benigni misericordes donantes | inuicem, sicut et deus uobis donauit in* V 93
Christo.

14. Igitur qui carnem ueterem hominem existimant, cur non mortem sibi properant, ut uetere homine deposito praeceptis apostoli occurrant ? **15.** Nos enim, qui totam fidem in carne administrandam credimus, immo et per carnem, cuius est et os ad proferendum optimum quemque sermonem et lingua ad non blasphemandum et cor ad non indignandum et manus ad operandum et largiendum, tam uetustatem hominis quam nouitatem ad moralem, non ad substantialem, differentiam pertinere defendimus. **16.** Atque ita pariter agnoscimus hominem, qui secundum pristinam conuersationem uetus fuerit, eundem et corrumpi ita dictum secundum concupiscentias seductionis, quemadmodum et ueterem secundum pristinam conuersationem, non secundum carnem per interitum perpetuum, ceterum salu*a* carne tam saluum quam eundem, utpote uitiosam disciplinam, non corpulentiam, exutum.

---

24 Eph. 4, 22. **27** cf. Gal. 5, 19. **29** Eph. 4, 25—32.

---

possedemus *X* **24** exponere *T* ; exponens *Gel* **27** praecepit *T* **29** mendatium *T P* **31** de**linquere *T* **32** neque *M P X* : ne *T* (*Gel*) diabulo *X* **32-33** furabatur *T X G R*³ : furatur *M P R*¹ **34** ut *T* : uti *M P X* impartire *R* **35** ex] de *X* qui sit *G R*³ : quis *T M* (*suprascr.* it) *P* (qui *R in mg*) *X* ; siquis *Gel* **36** contristari *T* **37** quo* *T* diem *T* : die *M P X* **38** *animi *T* (*eras.* 7) : *om. M P X* ; *an legendum* : et animi ? blasphemia et indignatio *C* auferantur *T* **44** Vos *X* **45** credimus *T* (*Krm*) : credidimus *M P X* **45-46** et os *M P X* : os *T* **46** praeferendum *X* **46-47** ad non] ñ**ad *T* **49** ad substantialem] abstinatialem (*sic*) *T* **52** eundem *ex* eundum *P* **12** concupiscentias *T* : concupiscentiam *M P X* **53** pristinam *om. T* **55** salua *Brf* : salue *T* ; *om. M P X* **56** uiciosam *T X* exsutũ *T*.

XLVI. Talem ubique apostolum recognoscas, ita carnis opera damnantem, ut carnem damnare uideatur, sed, ne ita quis existimet, [et] ex aliorum uel cohaerentium sensuum suggestu procurantem. **2.** Nam et dicens eos, qui in carne sunt, deo placere non posse statim de prauo intellectu ad integrum reuocat adiciens : *Vos autem non estis in carne sed in spiritu.* **3.** Eos enim, quos in carne esse constabat, negando in carne esse in operibus carnis non esse monstrabat, atque ita illos demum deo placere non posse, non qui in carne essent, sed qui carnaliter uiuerent, placere autem illos deo, qui in carne positi secundum spiritum incederent. **4.** Et rursus corpus quidem ait mortuum, sed propter delinquentiam, sicut spiritum uitam propter iustitiam. Vitam autem morti opponens in carne constitutae sine dubio illic et uitam repromisit ex iustitia, ubi mortem determinauit ex delinquentia. **5.** Ceterum frustra opposuit uitam | morti, ⟨si⟩ non est illic, ubi est et ipsa, cui V 94
eam opposuit, excludendae utique de corpore. Porro si uita mortem de corpore excludit, non potest id perficere nisi illud penetret, ubi est quod excludit.

6. Et quid ego nodosius, cum apostolus absolutius ? *Si enim*, inquit, *spiritus eius, qui suscitauit Iesum, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum a mortuis suscitabit et mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis ;* **7.** ut et si animam quis corpus mortale praesumpserit, cum hoc et carnem negare non possit, carnis quoque resuscitationem cogatur agnoscere secundum eiusdem status communionem. **8.** Ex sequentibus adhuc discas opera carnis damnari, non ipsam : *Itaque, fratres*, ait, *debitores sumus non carni ad uiuendum ⟨secundum carnem⟩ ; si enim secundum carnem uixeritis, futurum*

XLVI, **4** cf. Rom. 8, 8. **6** Rom. 8, 9. **12** cf. Rom. 8, 10. **20** Rom. 8, 11. **27** Rom. 8, 12—13.

XLVI, **3** et *T* : *om. M P X* **4** eos ω qui *T* ; *de siglo* ω *u. ad cap.* 44, 3 in *om. T* sunt *T* (*Pam*) : sint *M P X* **5** de prauo intellectu *M P X* : prauũ (ũ *in ras. al. m.*) intellectũ *T* **6** adiciens *M P X* : dicens *T* **10** qui incarnaliter *T* (in *exp. m.* 1) illos deo *T* (*Gel*) : deo illos *M P X* **11** incenderent *T* **12** ait] inquit *Gel* **14** ex iustitia] et iusticiã *T* **15** ex delinquentia] et delinquentiã *T* Ceterum = '*alioquin*' **16** ⟨si⟩ *R* est illic *M P X* : et illic *T* est et *M P X* : eẽt Et *T* **17** excludendende (*sic*) *T* **17-18** Porro si uita mortem de corpore *om. T* **18** illud (*i. e.* ,*corpus*') *T M P X* : illuc *Lat uulgo* **19** penetret] p(rae)mitteret *T* (mitte *al. m. in ras.*) **20** et *T* (e *exp.*, *suprascr.* v) **21-22** habitat — Iesum *om. T* **22** a mortuis *om. C* suscitabit *M P X* ; suscitauit *T* ; uiuificabit *C* **23** et *supra l. T* **26** eiusdem *T M P* : eius *X* **27** ipsam] ã *ex* ũ *T* **28** carni] carne *X* ad uiuendum] ut secundum carnem uiuamus *Pam* ⟨secundum carnem⟩ *Krm* **29** enim *T* : *om. M P X* secun-

est, ut moriamini, si uero spiritu carnis actus mortificaueritis, uiuetis.

9. Porro, ut ad singula quaeque respondeam, si in carne constitutis, secundum spiritum tamen degentibus, salus repromittitur, iam non caro aduersatur saluti, sed operatio carnis; operatione autem carnis exclusa, quae causa est mortis, salua iam caro ostenditur, causa carens mortis. **10.** *Lex enim,* inquit, *spiritus uitae in Christo Iesu manumisit te a lege delinquentiae et mortis,* certe quam praemisit habitare in membris nostris. Ergo iam membra nostra legi mortis non tenebuntur, quia nec delinquentiae, a quibus manumissa sunt. **11.** *Quod enim inualidum erat legis, in quo infirmabatur per carnem, misso deus filio suo in simulacro carnis delinquentiae et per delinquentiam, dam|nauit delinquentiam in carne,* non carnem in delinquentia: neque enim domus cum habitatore damnabitur. V 95 Habitare enim peccatum dixit in corpore nostro. **12.** Damnata autem delinquentia caro absoluta est, sicut indemnata ea legi mortis et delinquentiae obstricta est. Sic etsi sensum carnis mortem appellauit, dehinc et inimicitiam ad deum, sed non carnem ipsam.

13. Cui ergo, dices, reputabitur sensus carnis, si non substantiae ipsi? Plane, si probaueris aliquid carnem de suo sapere. Si uero sine anima nullius est sensus, intelleges sensum carnis ad animam esse referendum, carni interdum deputatum, quia propter carnem et per carnem administratur. **14.** Et ideo habitare ait delinquentiam in carne, quia et anima, a qua delinquentia inducitur, inquilina est carnis, mortificatae quidem, sed non suo uerum delinquentiae nomine. **15.** Nam et alibi: *Quomodo,* inquit, *etiam nunc uelut uiuentes in mundo sententiam fertis?* non ad mortuos scribens, sed ad eos, qui desinere deberent mundialiter uiuere.

XLVII. Haec [enim] erit uita mundialis, quam ueterem hominem dicit confixum [esse] Christo, non corporalitatem, sed moralitatem. Ceterum si non ita accipimus, non est corporalitas nostra confixa nec crucem Christi caro nostra perpessa est, sed quemadmodum adiecit: *ut euacuetur corpus delinquentiae,* per emendationem uitae, non per interitum substantiae, sicut ait, *uti hactenus delinquentiae seruiamus* et ut hac ratione 'conmortui [in] Christo' credamur, quod 'etiam con-| uiuemus illi'. **2.** *Sic* enim, inquit, *et uos reputate mortuos qui-* V 96 *dem uos.* Cuinam? Carni? Non, sed delinquentiae. Ergo salui erunt carni, uiuentes autem deo in Christo Iesu, per carnem utique, cui mortui non erunt, delinquentiae scilicet mortui, non carni. **3.** Nam et adhuc ingerit: *Ne ergo regnauerit in corpore uestro mortali delinquentia ad obaudiendum illi et ad exhibendum membra uestra arma iniustitiae delinquentiae: sed exhibete uosmet ipsos deo uelut ex mortuis uiuos,* — non uelut uiuos, sed uelut ex mortuis uiuos — *et membra uestra arma iustitiae.* **4.** Et rursus: *Sicut exhibuistis membra uestra famula inmunditiae et iniquitatis ad iniquitatem, ita et nunc exhibete membra uestra famula iustitiae in sanctificium; cum enim serui essetis delinquentiae, liberi eratis iustitiae.* **5.** *Quem ergo fructum habebatis super his, de quibus nunc confundimini? Finis enim illorum mors.* **6.** *Nunc uero liberi facti a delinquentia, famulati autem deo, habetis fructum uestrum in sanctificium, finem autem uitam aeternam.* **7.** *Stipendia enim delinquentiae mors, donatiuum autem dei uita aeterna in Christo Iesu, domino nostro.*

8. Ita per totam hanc sensuum seriem ab iniustitia et delinquentia membra nostra diuellens et iustitiae et sanctimoniae adiungens et transferens eadem a stipendio mortis ad donatiuum uitae aeternae, carni utique conpensationem salutis re-

36 Rom. 8, 2. **38** cf. Rom. 7, 23. **40** Rom. 8, 3. **47** cf. Rom. 8, 6—7. **55** cf. Rom. 7, 17. **58** Col. 2, 20.
XLVII, **1** cf. Rom. 6, 6.

dum *sup. l.* T **30** actus carnis *Gel* **34** salutis T (s *exp.*) **35** causa] exclausa T (l *exp.*) **36** ω Lex T (*cf. ad c.* 44, 3) **37** te T *Bmg* : me *M P X* **38-40** et mortis — nec delinquentiae *om.* X **38** in *al. m. in ras.* T **39** legi T (*Krm*) : lege *M P X* **42** deus *ex* deo T simulachro *P* et *exp.* T **42-43** delinquentiam *T M X* : carnem *P* **43** carnem in] carnis T (is *in ras. al. m.*) **46** autem *M P X* : enim T indemnata ea *M P* : inde innata ea *X* ; indampnate T, *unde* indamnata ea *conicias* lege *R* **47** et] sed T obstructa T etsi *M P* : et *T X* sensus T **48** dehinc *T M P* : De inde *X* et *om.* X inimiciciā *M* ; inimictiā *X* **50** Cui — carnis *om.* X dicis T **51** Plane si *om.* T **51-52** sapere *M P X* : capere T **52** nullius *M P X* : nullus T intelliges T : intellege *M X* ; intellige *P* **53-54** deputandum *P* (al. deputatū *R in mg*) **54** propter carnem et *om.* T (*Gel*) **55** animae *P* aqua *T B* : *om.* *M P X* **56** delinquentiae *M* **57** non *supra l.* P ω Nam T (*cf. ad c.* 44, 3) **58** uelud T **60** mundialiter] in mundo aliter T.
XLVII, **1** enim *om.* T quam *M P X* : qua T (a *in ras. al. m.*) *Rig*

5 Rom. 6, 6. **7** ib. **8** cf. Rom. 6, 8. **9** Rom. 6, 11. **13** Rom. 6, 12—13. **18** Rom. 6, 19—23.

2 confixum] ū *al. m. in ras.* T esse *del. Krm* **2-3** sed moralitatem *del. Krm* (*tuetur Souter*) **3** mortalitatem T (*Gel*) **4** nostra (*post* corporalitas) *om.* T crucem Christi] dm̄ xp̄m T christo *P* (*corr.* R) perpensa T **5** ut T : uti *M P X* euacuaretur *X* **7** uti] ut n̄ T (n̄ *in ras. al. m.*) ut] *ut T **8** in *M P X* : *om.* T (*Pam*) credamur T : credamus *M P X* **8-9** conuiuemus *T C* : conuiuamus *M P X* **9** et *om.* T **10-11** saluus erit T **12** cui mortui non] commortui non T (non *lineola del.*) scilicet *om.* M (*add. supra l.*) P mortui *om.* T **13** carni] i *ex* e *P* **14** obaediendum *P* (*suprascr.* au) *alterum* ad *om.* P (*add. in mg*) **15** iustitiae *P* **16** nosm& T (*in ras. al. m.*) **17** uelud *T M P* (*corr.* R) **16-17** uiuos non — ex mortuis uiuos *om.* T *alterum* uelut] uelud *X* **17** uelut] uelud *P* (*corr.* R) *X* **18** ω Et rursus T (*cf. ad c.* 44, 3) **19** inmunditiae] iniusticiae T iniquitati *C* ita *om.* T **20** sanctificationem T (= *Vulg*) **21** ergo] enim T **22** hijs *X* confundemini *T X* enim T (*Pam*) : ergo *M P X* **23** liberi] liberari *P* (*corr.* R) a* T **24** sanctificationem T ; sacrificium *P* (*corr.* R) **27** totam *T B* : portam *M P X* seriem *T B* : seriēq ; *M P X* **28** nostra *om.* T **29** a* stipendio* T (o *in ras.*) **29-30** donatiuum] dominatuū *P* (*corr.* R) **30** carni *om.* T

promittit. **9.** Cui nullam omnino conpetisset inperari propriam sanctimoniae et iustitiae disciplinam, si non ipsius esset et praemium disciplinae, sed nec ipsum baptisma committi, si per regenerationem non etiam restitutioni inaugurаretur, **10.** hoc quoque apostolo ingerente : *An igno|ratis, quod quicumque* V 97 *in Iesum tincti sumus, in mortem eius tincti sumus ? Consepulti ergo illi sumus per baptisma in mortem, uti, quemadmodum surrexit Christus a mortuis, ita et nos in nouitate uitae incedamus.* **12.** Ac ne de ista tantum uita putes dictum, quae ex fide post baptisma in nouitate uiuenda est, prouidentissime adstruit : *Si enim consati sumus simulacro mortis Christi, sed et resurrectionis erimus.* **12.** Per simulacrum enim morimur in baptismate, sed per ueritatem resurgimus in carne, sicut et Christus, *ut, sicut regnauit in morte delictum, ita et gratia regnet per iustitiam in uitam sempiternam per Iesum Christum dominum nostrum.* **13.** Quomodo 'ita', si non aeque in carne ? Vbi enim mors, ibi et uita post mortem, quia et uita ibi ante, ubi postea mors. Nam si regnum mortis nihil operatur quam carnis dissolutionem, proinde uitam contrariam morti contrarium oportet operari, id est carnis redintegrationem, ut, sicut deuorauerat mors inualescendo, ita et mortali deuorato ab inmortalitate audire possit : *Vbi est, mors, aculeus tuus ? Vbi est mors, contentio tua ?* **14.** Sic enim et gratia illic superabundabit, ubi et iniquitas abundauit ; sic et uirtus in infirmitate perficietur, quod periit saluum faciens, quod mortuum est uiuificans, quod percussum est sanans, quod languit medicans, quod ereptum est redimens, quod famulatum est liberans, quod seductum est reuocans, quod elisum est suscitans, **15.** et quidem de terra in caelum, ubi nostrum municipatum Philippenses quoque ab apostolo | discunt, *unde* V 98

35 Rom. 6, 3—4. **41** Rom. 6, 5. **44** Rom. 5, 21. **51** cf. Es. 25, 8. **52** I Cor. 15, 55. **54** cf. Rom. 5, 20. **55** cf. II Cor. 12, 9. **56-58** cf. Ez. 34, 16. **59** cf. Phil. 3, 20. **60** Phil. 3, 21.

31 cui] ui *in ras. T* nulla *T* **32** et (*ante* praemium) *om. T* **33** si *T B : om. M P X* **34** regenerationem] regene *in ras. al. m. T* non] nisi R restitutio** *T* augurareтur *T* **35** ω hoc *T* (*v. supra*) **36** iesum *M P :* iesu *T X ;* Christum Iesum *C* *alterum* tincti] intincti *T*, *sed* tincti *priore loco* **37** comsepulti *T* per] post *C* morte *X* **39** incendamus *T* tantum *om. T* **40** ex] & *T* post *T :* per *M P X* uiuenda *M P X :* uidenda *T ;* incedenda *Bmg* **41** astruit *X* consati sumus *T :* conplantati fuerimus *M P X* **42** sed *T* (*Krm*) *:* ita *M P X ;* simul *Gel ; cf. De pudicitia* 17, 6 **43** resurgemus *C* **43-44** carne *ex* -nē *T* **44** mortem *T* ita *T B :* ista *M P X* **47** ibi *et* ubi *om. T* **48** ω Nam *T* (*cf. ad c.* 44, 3) **51** ut *T :* uti *M P X* **52** deuoratu *P* (*corr.* R) *Krm rescripsit :* inualescendo mortale, ita et deuorata **53** contencia *X* **54** superabundabit *T R*[2] *:* superhabundauit *M P X* habundauit *T* (u *ex* b) *M P X ;* abundabit *Pam* **55** perficitur *T* periit *T* (iit *al. m. in fine lineae, eraso* ait *initio sequentis*) *:* perit *M P X* **57** languit *M P :* languet *T ; om. X* medicinans *T* **58** elisum] lesū *T* (le *in ras.*) **59** suscitans] sustinens *T* **59-60** de т̄ra in celū : u nr̄m municipatū | expectam'. *T* (*al. m. in ras.*) *:* expectamus *om. M P X* **60** Philippenses *T X :* philipenses *M P* (*corr.* R)

et saluificatorem nostrum expectamus Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrae humilitatis conformale corpori gloriae suae, sine dubio post resurrectionem, quia nec ipse Christus glorificatus est ante passionem.

16. Haec erunt corpora nostra, quae Romanos obsecrat exhibere hostiam uiuam sanctam placibilem deo. Quomodo uiuam, si peritura sunt ? Quomodo sanctam, si profana sunt ? Quomodo placibilem, si damnata sunt ? **17.** Age nunc, quod ad Thesalonicenses ut ipsius solis radio putem scriptum, — ita claret, — qualiter accipient lucifugae isti scripturarum : *Ipse autem deus pacis sanctificet uos totos ?* Non sufficit ? **18.** Sed et sequitur : *et integrum corpus uestrum et anima et spiritus sine querela conseruentur in praesentia domini.* Habes omnem substantiam hominis saluti destinatam, nec alio tempore quam in aduentu domini, qui clauis est resurrectionis.

XLVIII. Sed *caro,* inquis, *et sanguis regnum dei hereditati possidere non possunt.* Scimus hoc quoque scriptum, sed de industria distulimus hucusque, ut quod aduersarii in prima statim acie obstruunt, in ultima congressione prosterneremus, omnibus quaestionibus quasi auxiliis eius ante disiectis. **2.** Sed et nunc expe*diet* praecedentia recognosci, ut et huic sensui sua origo praeiudicet. Vt opinor, apostolus disposita ad Corinthios omni distinctione ecclesiasticae disciplinae summam et sui euangelii et fidei illorum in dominicae mortis et resurrectionis demandatione concluserat, ut et nostrae spei regulam inde deduceret, unde constaret. **3.** Itaque subicit : *Si autem Christus praedicatur quod a mortuis resurrexit, | quomodo* V 99

65 cf. Rom. 12, 1. **70** I Thess. 5, 23. **75** cf. Apoc. 1, 18.

XLVIII, **1** I Cor. 15, 50. **7** cf. I Cor. 15, 1—9. **11** I Cor. 15, 12—18.

61 saluificatorem *Gel* **62** transfigurabit *Pam :* transfigurauit *T* (u *exp., suprascr.* b) *M P X* conformali *X ;* conformatum *Gel* corpore *X* **65** rhomanos *X* **66** ostiam *X* placibilem *M X :* placabilem *T P* **67** scā (*i. e.* sancta) *T* profana *M P :* prophana *X ;* profanata *T* **68** placibilem *C :* placibilia *T M P X* nunc *T ;* iam *M P X ; cf. Thrn IV p.* 86 **69** thessalonicenses *T* (*prius* s *exp.*) ut *T* (*Gel*) *: om. M P X* **70** accipiant *X* lucifugae] i *in ras. al. m. T* scripturarum] scriptūrum *T* (rum *del.*) **71** autem *om. T* Sed] quod *P* (sed *in mg.* R *ex H*) **72** et sequitur *Brf :* sequitur *M P X ;* et exsequitur *T* nostrum *X* spiritus *ex* -um *T* querele *X* conseruentur] n *alt. supra l. M* praesentiam *T* **75** aduentum *T* est *supra l. T.*

XLVIII, **1** inquit *T* hereditate *P* **2** sed] et *T* **4** prosternaremus *T* **5** disiectis *T X :* deiectis *M P* (disiectis *add.* R *in mg*) **6** expediet (*uel* expedit) *Kellner* (*Eng*) *:* expectent *T M X ;* expetent *P* huic] hinc *X* **7** n̄ p̄iudicet *T* (n̄ p̄ *in ras. al. m.*) Ut *om. T* (*Gel*) **7-8** chorinthios *T* **11** uñɔstaret *T* (uñɔ *al. m. in ras.*) Ita *P* (que *sup. l. add.* R) **12** Christus *om. P* (*sup. l. add.* R)

quidam dicunt in uobis resurrectionem mortuorum non esse? Quae si non est, nec Christus resurrexit. **4.** *Si Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est et fides uestra. Inueniemur etiam falsi testes dei, qui testimonium dixerimus, quod resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit.* **5.** *Nam si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit; si Christus non resurrexit, uana est fides uestra, quia adhuc in delictis uestris estis, et qui in Christo dormierunt perierunt.*

6. Per haec cui nos rei credendae uidetur exstruere? Resurrectioni, inquis, mortuorum, quae negabatur. Certe sub exemplo dominicae resurrectionis uolens eam credi. Certe, inquis. Exemplum porro ex diuersitate an ex parilitate conponitur? Vtique, inquis, ex parilitate. **7.** Quomodo autem Christus resurrexit, in carne an non? Sine dubio, si mortuum, si sepultum audis secundum scripturas non alias quam in carne, aeque resuscitatum in carne concedes. Ipsum enim, quod cecidit in morte, quod iacuit in sepultura, hoc et resurrexit, non tam Christus in carne quam caro in Christo.

8. Igitur si ad exemplum Christi resurgemus, qui resurrexit in carne, iam non ad exemplum Christi resurgemus, si non in carne et ipsi resurgemus: *quia per hominem*, inquit, *mors, et per hominem resurrectio*, ut separaret quidem auctores, mortis Adam, Christum resurrectionis, eiusdem autem constitueret substantiae resurrectionem, cuius et mortem, per ipsorum auctorum in nomine hominis comparationem. **9.** Si enim *sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificabuntur*, carne uiuificabuntur in Christo, sicut in Adam | carne V 100 moriuntur. **10.** *Vnusquisque autem in suo ordine*, scilicet quia et in suo corpore. Ordo enim meritorum [dispositorum] no-

---

26 cf. I Cor. 15, 3—4. **33** I Cor. 15, 21. **38** I Cor. 15, 22. **40** I Cor. 15, 23.

---

resurrexit *T C*: resurrexerit *M P X* **14** Quae *om. T* **15** nostra] uestra *P* inanis est et fides uestra *T*: uacua est fides nostra *B*; uacua est et fides uestra *Gel*; *om. M P X*; *cf. Adu. Marc. III* 8 (*p.* 390, 12 *Krm*) **16** inueniemur *M P X*: inueni*mur *T* (*eras.* a); inuenimur *C* etiam *T*: enim *M P X*, autem *C* dixerimus *M P X*: dixerit *T*; diximus aduersus deum *C* (= *Vulg*) **19** uestris *om. T* **28** in carne *del. in T* concedes *Krm*: concedis *T M P X* **29** mortem *T C* et *om. B* **30** Christus] christum *X* **34** separaret *T* (*Gel*): separet *M* (*suprascr.* ra) *P*; seperat *X* auctores *M P X*: auctorem *T* **35** adam. ⁊ *T* **37** auctorum *M P*: auctorem *T*; auctores *X* **41** ω Ordo *T* (*cf. ad c.* 44, 3) dispositorum *om. T* (*Gel*); Ordo enim non aliud quam meritorum dispositor

mine disponetur. Merita autem cum corpori quoque adscribantur, ordo quoque corporum disponatur necesse est, ut possit esse meritorum.

11. Si autem et baptizantur quidam pro mortuis, uidebimus an ratione. Certe illa praesumptione hoc eos instituisse portendit, qua alii etiam carni [ut] uicarium baptisma profuturum existimarent ad spem resurrectionis, quae nisi corporalis non [nisi alias] in baptismate corporali obligaretur. Qui⟨d⟩ et ipsos baptizari ait, id est ⟨lauari⟩, si non quae baptizantur corpora resurgent? Anima enim non lauatione, sed responsione sancitur.

12. *Quid et nos*, inquit, *omni hora periclitamur?* Vtique per carnem. *Cotidie morior*, utique periculis carnis, per quam et depugnauit ad bestias [Ephesi], illas scilicet bestias Asiaticae pressurae, de qua in secunda ad eosdem: *Nolumus enim uos ignorare, fratres, de pressura nostra apud Asiam, quod super quam* [supra] *grauati sumus citra uires, uti et de uita haesitaremus.* **13.** Omnia haec, nisi fallor, eo enumerat ut, nolens uanam credi carnis conflictationem, indubitate uelit credi carnis resurrectionem: uana enim habenda est conflictatio eius, cuius nulla erit resurrectio.

14. *Sed dicet quis: Quomodo resurgent mortui? Quo autem corpore uenient?* Iam hic de qualitatibus corporum disserit, an eadem ipsa an alia resumantur. Sed | cum eiusmodi quaestio V 101 posterior habeatur, sufficiet interim ex hoc quoque genere corporalem definiri resurrectionem, cum de qualitate corporum quaeritur.

XLIX. Ventum est nunc ad carnem et sanguinem, * reuera

---

45 cf. I Cor. 15, 29. **50** cf. ib. **53** I Cor. 15, 30. **54** I Cor. 15, 31. **55** cf. I Cor. 15, 32. **56** II Cor. 1, 8. **63** I Cor. 15, 35.

(*omissis* nomine disponetur) *Pam ex Vaticanis tribus* **42-43** ascribitur *X* **45** quidam *T* (*Gel*); quidem *M P X* **46** certe *T* (*Gel*): certa *M P X* eos] est *T* (*sed del.*) **46-47** portendit] contendit *Gel*; Paulus ostendit *Eng* **47** qua] qui *T* (a *suprascr.*, *ut fiat* quia) ut *om. T X* uicarium] in carnium *X* **48** quae ⟨non⟩ nisi *Krm* **48-49** non nisi — corporali *om. T* non nisi alias *del. Krm*; nisi alias *Brf*, nisi *Eng* **49** in *del. Eng* Quid *Gel*: qui *M P X*; ut *T* **49-50** ipsos baptizari *M P X*: ipso baptizare *T* **50** id est *M P X*: idem *T* (*Eng*) ⟨lauari⟩ *Brf*; ⟨corpora, pro illis⟩ *Krm* **51** resurgent *T*: resurgunt *M P X* anima *T* (*Gel*): animae *M P X* leuacione *X* responsione] purgatione *Gel* **54** morimur *T* **55** ad bestias] absentias *T* Ephesi *om. T* scilicet et *T* **57** Asiam] aesaiã *P* (*corr.* R) **57-58** super quam grauati *T*: super quam supra grauati *M P X*; supergrauati *Gel* **58** et *T* (*Krm*): ut *M P X*; *om.* R³ **59** uolens *X* **59-60** uanam] um quam *T* **60** conflictationem *al. m. in ras. T* **61** uana *M P X*: Nulla *T* **63** dicet *X*: dicit *T*; licet *M* (*corr. m.* 1) *P* (d *suprascr.* R) **66** habeatur *M P X*: habetur *T*, *nescio an recte* sufficit *X* genere *T*: *om. M P X*.

XLIX, **1** *lacunam indicauit Krm, qui* ⟨cardinem⟩ *suppleri uelit*, ⟨sanguinem⟩ *Eng*;

totius quaestionis. Quas substantias quali condicione exheredauerit apostolus a dei regno, aeque de antecedentibus discere est. **2.** *Primus*, inquit, *homo de terra, choicus*, id est limacius, id est Adam, *secundus homo de caelo*, id est sermo dei, id est Christus, non alias tamen homo, licet de caelo, nisi quia et ipse caro atque anima, quod homo, quod Adam. **3.** Nam et [si] supra nouissimus Adam dictus de consortio substantiae commercium nominis traxit, quia nec Adam ex semine caro, quod et Christus. **4.** *Qualis* ergo *choicus, tales et choici, et qualis caelestis, tales et caelestes.* Substantia tales an primo disciplina, dehinc et dignitate, quam disciplina captauit? Atquin substantia nullo modo separabuntur choici atque caelestes semel ab apostolo homines dicti. **5.** Si enim et Christus, solus uere caelestis, immo et supercaelestis, homo tamen, qua caro atque anima, nihilo ex ista substantiarum condicione a choica qualitate discernitur, proinde et qui caelestes secundum illum non de substantia praesenti sed de futura claritate caelestes praedicati intellegentur, quia et retro, — unde distinctio ista manauit — de dignitatis differentia ostensa est 'alia supercaelestium gloria, alia superterrenorum, et alia solis, alia lunae, alia stellarum, quia et stella a stella differt in gloria', non tamen in substantia. **6.** Denique praemissa differentia dignitatis in eadem substantia et nunc sectandae et tunc capessendae subiungit etiam exhortationem, ut et hic | habitum Christi sectemur ex disciplina et illic fastigium consequamur ex gloria: V 102 *Sicut portauimus imaginem choici, portemus etiam imaginem*

XLIX, **3** I Cor. 15, 47. **8** cf. I Cor. 15, 45. **10** I Cor. 15, 48. **20** cf. I Cor. 15, 40—41. **27** I Cor. 15, 49.

possis et ⟨summam⟩ *uel* ⟨apicem⟩ **2-3** exhered**auerit *T* **3** apostolus *T B Gel Rmg* : Apli *M P X* a dei regno *B* : a**regno *T*; *om. M P X* **4** limatius *P* (*corr.* R) **6** et *supra l. T* **7** si *om. T* (*Gel*) **8** dictus *T* (*Gel*) : dicet *M P X*; dicitur *Krm* **9** nec Adam ex] & adam * *T* (*eras.* &, *supra* & *scr.* ex) **10** et (*ante* Christus)] ÷ (*i. e.* est) *suprascr. T* tales] talis *M* **11** et *T* : *om. M P X* talis et caelestes *T* (-es *ex* -is, *al. m.*) Substantia tales] substanciales *T* **12** captabit *T* Atquin] anqui *T* **13** nulla *T* **13-14** ab apostolo homines dicti *M P X* : homines apostolo dicente *T* **15** immo et supercaelestis *om. T* qua *M X* : quia *T*; quam *P* (*corr.* R) **16** nihilo] nichil *T* **17** qui *ex* quia *T* **18** praesentis *T* de (*ante* futura) *om. T* **19** intellegentur *X* : intelleguntur *M* (*sup. pr.* u *suprascr.* e *m.* 1); intelliguntur *T P* distinctio *M P X* : destinatio *T* (e *ex* i) ista *supra l. T* **20** dignitate *T* (-ate *ex* -as) **21** solis et *T* **22** tellarum *T* quia stella stellae differt *T* **24** in substantia] est substanciae *T* capessandae *T*; capescende *X* **25** subiungit *M P X* : substantiam *T* exhortationem *M P X* : et hortationem *T* **26** *bis* ex] et *T* (*suprascr. X*) (*bis*) **27** choici — enim imaginem *om. P* (*add. in mg.* R *ex* H)

supercaelestis. Portauimus enim [eam] imaginem choici per collegium transgressionis, per consortium mortis, per exilium paradisi. **7.** Nam et si in carne *hic* portatur imago Adae, sed non carnem monemur exponere: si non carnem, ergo conuersationem, ut proinde et caelestis imaginem gestemus in nobis, non iam dei nec iam in caelo constituti, sed secundum liniamenta Christi incedentes in sanctitate et iustitia et ueritate. **8.** Atque adeo ad disciplinam totum hoc dirigit, ut hic dicat portandam imaginem Christi in ista carne et in isto tempore disciplinae. 'Portemus' enim praeceptiuo modo dicens huic tempori loquitur, in quo homo nulla alia substantia est quam caro et anima, ut etsi quam aliam, id est caelestem, substantiam haec fides spectat, huic tamen repromissa sit cui ad illam elaborare mandatur. **9.** Cum igitur imaginem et choici et caelestis in conuersatione constituat, illam *eiu*randam, hanc uero sectandam, dehinc adiungat: *Hoc enim dico*, — id est 'propter ea, quae supra dixi'; [propterea] coniunctio est. Est enim sensus supplementum antecedentibus reddens — *quod caro et sanguis regnum dei hereditati possidere non possunt*, **10.** nihil aliud intellegi mandat carnem et sanguinem quam supra dictam imaginem choici. Quae si in conuersatione censetur uetustatis, conuersatio autem uetustatis non capit dei regnum, proinde caro et sanguis non | capiendo dei regnum ad conuer- V 103 sationem rediguntur ue*tus*tatis.

11. Plane si numquam apostolus pro operibus substantiam posuit, nec hic ita utatur. Si uero in carne adhuc constitutos negauit esse in carne, in operibus carnis negans esse, formam

31 cf. Eph. 4, 22. **34** cf. Eph. 4, 24. **43** I Cor. 15, 50. **53** cf. II Cor. 10, 3.

28 eam *T* : *om. M P X* **30** et si *X* (*Rig*) : si et *T M P* hic portatur *Vrs* : sic putatur *M P X*; esse putatur *T* **31** non carnem *M P X* : in carne *T* monemur — si non carnem *om. X* exponere] ponere *Gel* **32** et *om. T* **33** constituti *M P X* : instituti *T* **36** in (*prius*) *al. m. in ras. T* **37** enim] ⁊ in *al. m. in ras. T* praeceptiuo modo *M P* : praeceptis; quomodo *T*; praecipuo modo *X* dicens] dicis *T* **39** ut *T* : aut *M P X* **40** huic] hic *Krm* **41** elaborare *T P* : et laborare *M X* **42** constituat] -at *al. m. in ras. T* eiurandam *Brf* : euirandam *T* (i *al. m. in ras.*); eierandam *Bmg*; gerendam *M P X* **43** adiungat *M P* : adiungant *T* (n *exp.*); adiungit *X* **44** quae *T* (*Gel*) : quae quae *M P X* propterea *om. T* (*Gel*) coniunctio est. Est enim *P* (*Gel*) : coniunctio est enim *T M X* : ⟨autem⟩ coniunctio est *Krm* (*seruato* propterea *et deleto* enim) **46** hereditati *Brf* : hereditate *T* (*alt.* e *ex* i) *M P X*; *cf. c.* 48, 1 *et* 50, 4 regnum possidere *X* (*sed* regnum *del. m.* 1) **48** Quae si] qui *T* **49** conuersatio autem uetustatis *om. T* non] *suprascr.* uel nec *T* capit *T* (*Gel*) : capiat *M P X* **50-51** ad conuersationem rediguntur *M P X* : a*conuersatione redarguuntur *T* (arguuntur *al. m. in ras.*) **51** uetustatis R^3 : ueritatis *T M P X* **53** utitur *T*

eius subruere non debes, non substantiam sed opera substantiae alienantis a dei regno. **12.** Quibus etiam ad Galatas manifestatis praedicere se et praedixisse profitetur, quod qui talia agant regnum dei non sint [in] hereditate consecuturi, non portantes scilicet imaginem caelestis, sicut portauerant choici, ideoque ex uetere conuersatione nihil aliud deputandi quam caro et sanguis. **13.** Nam et si subito in hanc definitionem erupisset apostolus, eliminandi carnem et sanguinem a dei regno sine ullius supra sensus praestructione, nonne duas istas substantias proinde hominem ueterem interpretaremur carni et sanguini deditum, id est esui et potui, cuius sit dicere aduersus fidem resurrectionis : *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur ?* Et hoc enim infulciens apostolus, carnem et sanguinem de fructibus ipsorum manducandi et bibendi suggillauit.

L. Sed et omissis huiusmodi interpretationibus carnis et sanguinis opera taxantibus, ipsas quoque substantias non aliter quam sunt intellectas licebit resurrectioni uindicare. **2.** Non enim resurrectio carni et sanguini directo negatur, sed dei regnum, quod obuenit resurrectioni — est autem et in iudicium resurrectio —, immo et confirmatur carnis resurrectio generalis, cum specialis excipitur. Dum enim in quem statum non resurgat edicitur, in quem [uero] resurgat subauditur. **3.** Atque ita, dum pro meritis distinctionem resurrectionis opus substantiae, non genus, patitur, apparet hinc quoque carnem et sanguinem nomine | culpae, non substantiae, arceri V 104 a dei regno, nomine tamen formae resurgere in iudicium, quia non resurgant in regnum. **4.** Adhuc dicam : *Caro et sanguis regnum dei hereditati possidere non possunt*, merito sola et per semetipsa, ut ostenderet adhuc spiritum in illis necessarium. *Spiritus* enim est qui *uiuificat* in regnum dei, *caro nihil prodest*.

---

56 cf. Gal. 5, 21. **66** I Cor. 15, 32.

L, **13** I Cor. 15, 50. **16** Ioa. 6, 63.

(i *ex* a) **55** deb& *T* **56** alienatis *T* galathas *X* **57** profitentur *P* (*corr.* R) **58** agant *M P X :* agunt *T* (*Gel*) sint *M P X :* sunt *T* (*Gel*) in *om. T* (*Gel*) **59** imaginem scilicet *T* portauerant *T X :* portauimus *M P* (*corr.* R) **60** deputandi] existimandi *C* **61** Nam] Quamquam *Krm* difinitionem *T* **62** elimandi *T* (*suprascr.* eliminandi) : eliminandam *M P X* a dei* *T* **63** illius *X* istas *om. T* **64** interpretaremur *B :* interpraetamur *T :* interpretaretur *M P X* **65** est esui *ex* ē sui *T* **66-67** mori*mur *T*.

L, **4** carni et sanguini directo *om. T* negatur] *al. m. in ras. T ;* denegatur *Gel* **5** resurrection* *T* (*suprascr.* i) est *om. T* **8** non resurgat non *X* **27** uero *T : om. M P X* **11** nomina *T* substantias *T* **11-12** arceri — forme *al. m. in ras. T* **12** tamen] iā ē *T* **13** in regnum *om. X* **14** hereditati *M X :* hereditate *T* (*ult.* e *ex* i) *P* *ante* merito *corruptelae signum posuit Krm* **15** in illis *T :* illi *M P X ;* illis *Pam* **16** prodē.ē *T* (*sed alterum* ē *exp.*)

Prodesse tamen illi aliud potest, id est spiritus, et per spiritum opera quoque spiritus.

5. Resurgunt itaque ex aequo omnis caro et sanguis in qualitate sua. Sed quorum est adire regnum dei, induere oportebit uim incorruptibilitatis et inmortalitatis, sine qua regnum dei adire non possunt, antequam consequi eam possint. Merito ergo caro et sanguis, ut diximus, sola regnum dei capere deficiunt. **6.** Iam uero, cum deuorari habeat corruptiuum istud ab incorruptibilitate, id est caro, et mortale istud ab inmortalitate, id est sanguis, post resurrectionem ex demutatione, merito demutata ac deuorata caro et sanguis regnum dei hereditati possidere [non] possunt, non tamen non resuscitata.

7. Sunt, qui carnem et sanguinem Iudaismum uelint accipi propter circumcisionem, alienum et ipsum a dei regno, quia et ille uetustati deputetur et hoc titulo iam et alibi ab apostolo denotetur, qui post reuelatum in se filium dei ad euangelizandum eum in nationibus statim non retulerit ad carnem et sanguinem, id est ad circumcisionem, id est ad Iudaismum, sicut ad Galatas scribit.

LI. Sed pro omnibus iam stabit quod in clausulam reseruauimus, etiam pro apostolo ipso, reuera maximae inconsideran-| tiae reuincendo, si tam abrupte, ut quidam uolunt, clausis V 105 quod aiunt oculis, sine distinctione, sine condicione, omnem passim carnem et sanguinem a regno dei extrusit, utique et ab ipsa regia caelorum, cum illic adhuc sedeat Iesus ad dexteram patris, homo, etsi deus, Adam nouissimus, etsi sermo primarius, caro et sanguis, etsi nostris purior, idem tamen et substantia et forma qua⟨m⟩ ascendit, talis etiam descensurus,

---

20 cf. I Cor. 15, 53. **24** cf. I Cor. 15, 53—54. **33** cf. Gal. 1, 16.

LI, **6** cf. Mc. 16, 19. **7** cf. I Cor. 15, 45. **8** cf. Act. 1, 11.

---

17 illis *Pam* spiritum *ex* -us *T* **19** Resurgit *T*, *nescio an recte, nisi mauis* Resurget *uel* -gent aequo *T Bmg :* eo quo *M P X* **19-20** equalitate *T* **20** quorum est *Gel :* quō est *T ;* quorum *M P X* induere *T* (*Gel*) *:* inducere *M P X* **22** possint *M P X :* possunt *T*, *an recte ?* **23** sola *om. T* **24** cum] cum ūero *T* (*sed* uero *del.*) istud] illud *X* ab *M P :* ad *T* (*suprascr.* b) ; *om. X* **25-26** id est — inmortalitate *om. X* **26-27** ex demutatione merito] & demutationē. erit* *T* merito ⟨non⟩ *Vrs* ademutata *T* (*pr.* a *exp.*) **27** deuotata *T* (*pr.* t *exp.*, *suprascr.* r) **27-28** hereditati *M P :* hereditate *T* (*ult.* e *ex* i) *X* **28** non *om. Gel* resuscitata] *suprascr.* uel ri *T* **29** Sunt] sт̄* *T* qui *om. T* accipere *X* **30** a dei regno] ad dei regna *X* **31** ab apostolo *om. T* **32** qui post] quia aplš *T* (aplš *al. m. in ras.*) **33** cum] cū *X* **35** galathas *X*

LI, **1** quod in *T* (*al. m. in ras.*) *Gel :* quod *M P X* **1-2** reseruauimus *T :* reseruabimus *M P* (*corr.* R) *;* reseruamus *X* **2-3** inconsiderantia *M X* **3** si] n(is)i *T* (*al. m. in ras.*) **4** sine condicione *B :* sine condictione *T* (*alt.* c *exp.*) *; om. M P X* **5** extrusit *T* (s *al. m. in ras.*) R³*mg Gel :* extruxit *M P X* ω utique *T* **6** ipsa *om. T* cum] *in mg add. T* **8** purior* *T* (*Eng*) *:* puriora *X R ;* priora *M P* (u *suprascr.* R) **9** quam *Krm :* qua *T M P X*

ut angeli adfirmant, agnoscendus scilicet et eis, qui illum conuulnerauerunt. **2.** Hic, sequester dei atque hominum appellatus ex utriusque partis deposito commisso sibi, carnis quoque depositum seruat in semetipso, arrabonem summae totius. Quemadmodum enim nobis arrabonem spiritus reliquit, ita et a nobis arrabonem carnis accepit et uexit in caelum pignus totius summae illuc quandoque redigendae. **3.** Securae estote, caro et sanguis, usurpastis et caelum et regnum dei in Christo! Aut si negent uos in Christo, negent et in caelo Christum qui uobis caelum negauerunt.

4. Ita *nec corruptela*, inquit, *incorruptelam hereditati habebit*, non ut carnem et sanguinem existimes corruptelam, quando ipsa sint potius obnoxia corruptelae, per mortem scilicet, siquidem mors est, quae carnem et sanguinem non modo corrumpit uerum etiam consumit, **5.** sed, quoniam opera carnis et sanguinis non posse consequi regnum dei edixerat, quo magis hoc exaggeraret, ipsi quoque corruptelae, id est morti, cui carnis et sanguinis opera proficiunt, hereditatem incorruptelae ademit. **6.** Nam et paulo post ipsius mortis quodammodo mortem expressit, *deuo|rata est*, dicens, *mors in contentione.* V 106 *Vbi est, mors, aculeus tuus? Vbi est, mors, potentia tua? Aculeus autem mortis delinquentia*, haec erit corruptela, *uirtus autem delinquentiae lex*, illa alia sine dubio, quam constituit in membris suis militantem aduersus legem animi sui, ipsam scilicet uim delinquendi contra uoluntatem. **7.** Nam et si supra nouissimum inimicum mortem euacuari ait, hoc modo *nec corruptela hereditatem incorruptelae consequetur*, id est nec mors perseuerabit. **8.** Quando et quomodo defectura? Cum *in atomo, in momentaneo oculi motu, in nouissima tuba et mortui resurgent incorrupti*, — qui hi, nisi qui ante corrupti, id est cor-

---

10 cf. Ioa. 19, 37; Zach. 12, 10. **11** cf. I Tim. 2, 5. **13** cf. II Cor. 5, 5. **20** I Cor. 15, 50. **29** I Cor. 15, 55—56. **33** cf. Rom. 7, 23. **34** cf. I Cor. 15, 26. **35** I Cor. 15, 50. **37** I Cor. 15, 52.

---

10 agnoscendus *T R*³ : agnoscendis *M P X* et *T* : *om. M P X* **11** sequester] se*q̃**s7̃ *T* **12** cōmissū *T* (ū *in ras.*) **13** seruans *T* (s *al. m. in ras.*; *fuit* t) **14** relinquit *T* **16** illud *T* (c *suprascr.*) Securae] Si curre *T* **18** si *om. T* in xp̄m *T* (m *ex* o) qui] quia *X* **19** uobis] nobis *T* **20** nec] ne* *T* inquis *T*; inquid *P* (*corr.* R) hereditare *T* (re *al. m. in ras.*; *fuit* ti) **21** ut] in *T* et] aut *T* **22** potius] totius *T* scilicet; et *T* **24** cūsumit *T* **25** posse] ipsos se *T* (se *del.*) **25** *dixerat *T* **26** ipse *X* R³ mortis *X* **28** adimit *T* **29** dicens mors *T* : mors dicens *M P X* contentionem R³ **30** est (*alterum*) *om. X* potentia] contentio *Pam* **30-31** Aculeus] aculeus tuus *T* (tuus *del.*) **31** **delinquentia *T* **33** militant *P* animi sui] animi* ut *T* (*eras.* s) **36** consequetur *T C* : consequitur *M P X* **37** perseuerabit *R*³ : perseuerauit *M* (u *mut. in* b *m.* 1) *P*; perseuerauerit *T*; perseuerarit *X* defutura *T* **37-38** athomo *T M P X* **39** hi *om. T* corrupta *T*

pora, id est caro et sanguis? — *et nos demuta⟨bi⟩mur*; — de qua habitudine, nisi in qua deprehendemur? — *Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptelam et mortale istud induere inmortalitatem.* Quid mortale, nisi caro? Quid corruptiuum, nisi sanguis? **9.** Ac ne putes aliud sentire apostolum, prouidentem sibi et, ut de carne dictum intellegas, laborantem: cum dicit istud corruptiuum et istud mortale, cutem ipsam tenens dicit. Certe istud nisi de subiecto, nisi de conparenti, pronuntiasse non potuit: demonstrationis corporalis est uerbum. **10.** Aliud autem erit corruptiuum, aliud corruptela, et aliud mortale, [et] aliud mortalitas: aliud enim quod patitur, aliud quod pati efficit. Ita quae | patiuntur corruptelam et V 107 mortalitatem, caro scilicet et sanguis, ea necesse est patiantur et incorruptelam et inmortalitatem.

LII. Videamus iam nunc, quo corpore uenturos mortuos disputet. Et bene, quod erupit statim ostendere, quasi quis eiusmodi quaerat. *Stulte*, inquit, *tu; quod seminas non uiuificatur, nisi mortuum fuerit.* **2.** Hoc ergo iam de exemplo seminis constat non aliam uiuificari carnem quam ipsam, quae erit mortua, et ita sequentia relucebunt. **3.** Nihil enim aduersus regulam exempli licebit intellegi, ne, quia sequitur: *et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas*, idcirco aliud resurrecturum corpus quam quod moriendo seminatur existimes. Ceterum excidisti ab exemplo. **4.** Numquam enim frumento seminato et in terra dissoluto ordeum erumpit et non id ipsum genus grani eademque natura et qualitas et forma. Denique unde, si non id ipsum? Et corruptela enim ipsum est, dum ipsius est. **5.** Non enim et suggerit, quomodo 'non quod

---

41 I Cor. 15, 53.

LII, **1** cf. I Cor. 15, 35. **3** I Cor. 15, 36. **7** I Cor. 15, 37.

(a *exp., suprascr.* i) **39-40** id est corpora] in**corpore *T* (in *al. m. in ras.*) **40** demutabimur *Pam* : demutamur *P X*; deputamur *M* (p *exp., suprascr.* m); demutemur *T* **41** qua habitudine] *quo* (*al. m. in ras., fuit* qua) habitu dic(it) *T* in qua] in quo *T* (in *et* o *al. m. in ras.*) deprachendimur *T* (di *in ras. al. m.*) enim *al. m. in ras. T* **42** incorruptelam (incorruptionem *C* [= *Vulg*]) et mortale istud induere *T C* : *om. M P X*; *cf. c.* 42, 2 **44** At *X* alia *T* *post* apostolum *lacunam indicat Krm haec intercidisse ratus*: adspice ipsum **45** sibi *T* : tibi *M P X*; *cf. initium capitis* ut* *T* (*al. m. in ras.*) dictum *del. Vlt* **46** et *om. T* **47** subiecto nisi de] subiectioni. sede *T* conparanti *T* **48** est *om. T* **49** corruptum *X* **50** et *om. T* (*Krm*) mortalitas] mortalis *T* **51** efficit *T* (*pr.* i *in ras.*) Ita quae *P* : Itaq; *T M X* **53** incorruptelam] corruptelam *T*.

LII, **1** ω Videamus *T* : Videamus *Gel*; Videmus *M P X* **2** derupit *T* quasi *P*; quisi *M* (*pr.* i *exp., suprascr.* a); *om. T X* quis *om. M* **3** non *T* (*Gel*) : nonne *M P X*; numne R³; num *Vrs* **3-4** reuiuificatur *Eng* **5** constat *T* : constet *M P X* aliam] ā *ex* ū *T* erit] i *ex* a *T* **7** intelligi *T P* **8** non corpus q. f. est seminas *om. X* iccirco *M P* **11** ordeum] e *ex* i *X* erumpit *T P X* : erupit *M* et (*alterum*) *in ras. T* **12** id] i *in ras. T* **13** unde ⟨aliud⟩ *Krm* **14** Non *T M P X* : Sed *Krm*; Nonne *Souter*; *at* non

futurum est corpus' seminetur, dicens : *Sed nudum granum, si forte, frumenti uel alicuius eiusmodi : deus autem dat illi corpus prout uult*, certe ei grano, quod nudum seminari ait ? **6.** Certe, inquis. Ergo saluum est cui dare habet deus corpus. Quomodo autem saluum est, si nusquam est, si non resurgit, si non id ipsum resurgit ? Si non resurgit, saluum non est ; si non est et saluum, accipere corpus a deo non potest. **7.** Sed enim saluum omni modo constat. Ad quid ergo dabit illi deus prout uult corpus, habenti utique proprium corpus illud nudum, nisi ut iam non ⟨nu⟩dum resurgat ? Ergo additicium erit corpus quod corpori superstruitur, nec exterminatur illud, cui superstruitur, sed augetur. Saluum est autem quod | augetur. V 108 **8.** Seritur enim solummodo granum sine folliculi ueste, sine fundamento spicae, sine munimento aristae, sine superbia culmi. Exurgit autem copia feneratum, conpagine aedificatum, ordine structum, cultu munitum et usquequaque uestitum.

9. Haec sunt ei corpus a deo aliud, in quod non abolitione sed ampliatione mutatur, et unicuique seminum suum corpus ⟨de⟩putauit non suum, id est non pristinum, ut tunc et illud suum sit, quod extrinsecus a deo adquirunt. **10.** Serui igitur exemplo et conserua speculum eius carni eandem credens fruticaturam, quae sit seminata, ipsam, etsi pleniorem, non aliam, etsi aliter reuertentem : accipiet enim et ipsa suggestum et or-

15 I Cor. 15, 37—38. **33** cf. I Cor. 15, 38.

pro nonne *positum auctori sollemne* enĩ* T (*fuit* enim&) et *om.* T **15** seminatur *Pam* **16** uel] aut *Gel* **17** ei] & T (*exp.*) seminare X **19** si nusquam] minusquã T resurgat T **20** si non id ipsum resurgit ? Si non resurgit *om.* T **21** saluum non est] saluũ T si non est et] & si ñẽ T (*al. m. in ras.*) non (*ante* potest) *om.* T **22** ad T : Ad M (d *ex* t) P (d *ex* t) ; At X **24** nisi ut iam non nudum *om.* T non nudum R³ : nondum M P X Ergo] N̄ ġ T (N̄ *al. m. in ras* ; ġ *extra paginam*) **24-25** additicium (ti *supra l.* T) erit corpus T C : additum erit M P X corpori* T (*eras.* s) **27** folliculi* M (s *eras.*) **28** munimento] fundamento T aristo M (o *exp., suprascr.* e) **29** exurg& T feneratum, *i. e.* '*auctum*' **30** cultum T **32** ei] & T in quod] inquit T **33** amplicationẽ uratur T **34-36** *Krm ordine uerborum inuerso, textum constituit sic :* ut tunc et illud suum sit, quod extrinsecus a deo adquirit : et unicuique seminum suum corpus : puta re non suum, id est non pristinum **34** deputauit *Pam* : putari M P X ; putauj T ; putauit *Gel* non (*alterum*) *om.* X **35** adquirunt (*sc.* '*semina*') T : adquirit M X ; acquirit P Seruit T (t *supra l.*) **36** conseruat T (t *extra paginam*) eandem T : eadem M P (n *suprascr. m.* 1) X credes *Krm* **36-37** fruticaturam *Brf* : fructificaturam T M P X **37** pleniorem] plenior est R **38** reuerentem *Pam, sed errore typothetae : cf. eiusdem* *adnotationem*

natum, qualem et illi deus uoluerit superducere secundum merita. **11.** Sine dubio ad hoc dirigit : *Non omnis caro eadem caro* ; non ad denegandam substantiae communionem sed praerogatiuae peraequationem, corpus honoris, non generis, in differentiam redigens. **12.** In hoc et figurata subicit exempla animalium et elementorum : *Alia caro hominis*, id est serui dei, qui uere homo est, *alia iumenti*, id est ethnici, — de quo et propheta : *Adsimilatus est*, inquit, *homo inrationabilibus iumentis*, — *alia caro uolatilium*, id est martyrum, qui ad superiora conantur, *alia piscium*, id est quibus aqua baptismatis sufficit. **13.** Sic et de supercaelestibus corporibus argumenta committit : *alia gloria solis*, id est Christi, *et alia lunae*, id est ecclesiae, *et alia stellarum*, id est seminis Abrahae. Et *stella enim a stella differt in gloria, et corpora terrena et caelestia*, Iudaeus scilicet et Christianus. **14.** Ceterum si non figu|rate, satis V 109 uane mulorum et miluorum carnes et corpora caelestium luminum apposuit humanis, non pertinentia ad condicionis conparationem sicut nec ad resurrectionis consecutionem. **15.** Postremo cum per haec differentiam gloriae, non substantiae, conclusisset, *Sic*, inquit, *et resurrectio mortuorum*. Quomodo ? Non de alio aliquo, sed de sola gloria differens. **16.** Rursus enim resurrectionem ad eandem substantiam reuocans et ad granum denuo spectans : *Seminatur*, inquit, *in corruptela, resurgit in incorruptela : seminatur in dedecoratione, resurgit in gloria ; seminatur in infirmitate, resurgit in uirtute ; seminatur corpus animale, resurgit spiritale.* **17.** Certe non aliud resurgit quam quod seminatur, nec aliud seminatur quam quod dissoluitur humi, nec aliud dissoluitur humi quam caro. Hanc enim sententia dei elisit : *Terra es et in terram ibis*, quia et de terra erat

40—48 I Cor. 15, 39. **46** Ps. 48, 21. **50—51** I Cor. 15, 41. **51** I Cor. 15, 40. **58** I Cor. 15, 42. **61** I Cor. 15, 42—44. **67** Gen. 3, 19.

39 et illi T : illi M P ; ille X **40** dirigit T (*Gel*) : direxit M P X **41** non (*ante* ad) *om.* T denegandam M P X (ã *ex* ũ) : denegandũ ñ T communionem] omũunionẽ T **46** assimilatus P X est *om.* T inrationabilis T **47** uolatilium] uolucrum C **48** alia autem piscium C **49-50** argumenta committit T M X : argumentari conuenit P R¹ **50** gloria solis T : solis gloria M P X ; solis claritas *Gel* **52** a stelle T (e *post. exp., suprascr.* a) **52-53** Iudaeus — Christianus R³ : iud(a)eos — christianos T M P X **54** molorũ (*pr.* o *exp., suprascr.* u, *deinde totum uocabulum lineola del.*) & mulorum & miluorũ T miluozẽ X carnes (e *ex* i) X **55** opposuit T **58** Quomodo] quoniam R **61** denuo] *al. m. in ras.* T in (*bis*) T (*Gel*) : *om.* M P X **62** incorruptela] gloriam corruptela* T (*eras.* m) **62** resurgit** in gloriam T **64** spiritalem T (*sed* m *exp.*) **66** dissoluitur humi] humi dissoluitur X **66-67** sententia dei T *Bmg* (*Gel*) : sententiam deus M P X **67** terrae s ; T (ae *exp., suprascr.* a

sumpta. **18.** Hinc et apostolus concepit seminari eam dicere, cum redhibetur in terram, quia et seminibus sequestratorium terra est, illic deponendis et inde repetendis. Ideoque et reconsignat inprimens : *Sic enim scriptum est*, ne aliud existimes esse seminari quam : *In terram ibis, ex qua es sumptus* ; sic nec alterius quam carnis. [sic enim scriptum est.]

LIII. Sed corpus animale animam quidam argumentantur, ut illum a carne auocent rediciuatum. Porro cum constet fixumque sit illud resurrecturum corpus, quod fuerit seminatum, ad ipsius rei exhibitionem prouocabuntur. **2.** Aut ostendant animam seminatam post mortem, id est mortuam, id est humi elisam disiectam dissolutam, quod in illam decretum | a deo non est ; proponant corruptelam eius et dedecorationem, V 110
infirmitatem, ut ipsius sit etiam exurgere in incorruptelam et in gloriam et in uirtutem. **3.** Sed enim in ⟨E⟩l⟨e⟩azaro, praecipuo resurrectionis exemplo, caro iacuit in infirmitate, caro paene conputruit in dedecorationem, caro interim putuit in corruptionem, et tamen ⟨E⟩l⟨e⟩azarus caro resurrexit, cum anima quidem, sed incorrupta, quam nemo uinculis lineis strinxerat, nemo in sepulchro collocarat, nemo foetere iam senserat, nemo quadriduo uiderat seminatam. **4.** Totum habitum, totum exitum ⟨E⟩l⟨e⟩azari omnium quoque caro hodie experitur, anima uero nullius. In qua ergo stilus apostoli conparet, de qua eum loqui constat, ea erit et corpus animale, cum seminatur, et spiritale, cum suscitatur.

5. Nam ut ita intellegas, manum adhuc porrigit, aeque de eiusdem scripturae auctoritate factum retexens primum hominem Adam in animam uiuam. **6.** Si Adam homo primus, caro

71 I Cor. 14, 45.

LIII, **9** cf. Ioa. 11, 1—18. **20** cf. I Cor. 15, 45.

es & *al. m.*) **68** Hinc et] hinc *T* **69** redhibetur *Brf* : redibitur *T* ; rehibetur *M P X* terra *T* **17** sequestratorium *P* : sequestratorum *T* (riū *suprascr.*) *M X* **70** repetundis *T X* **70-71** reconsignat *T* (*Gel*) : consignat *M P X* **72** In] *supra l. T* nec *T* (*Krm*) : ne *M P X* **73** sic enim scriptum est *del. Krm, tuetur Hoppe, Beiträge p.* 61 *propter clausulam.*

LIII, **1** quidem *T* (*suprascr.* uel a) **2** illum *C* : illam *T M P* ; illa *X* recidiuatum *C* : recidiuatam *T* (ā *ex* ū) *M P X* **2/3** fixumque] fixū.qd* *T* (d *in ras. al. m, fuit* quae) **3** illud] illi** *T* **4** exhibitionem] exhortationem R **6** decretum a deo *T M X* : a deo decretum *P* **7** proponunt *X* et *om. T* dedecorationis *T* **8** ⟨et⟩ infirmitatem *Krm, at cf. Lfst, Spr. p.* 31 exurgere *T* (*Gel*) : consurgere *M P X* **9** in (*ante* gloriam) *om. X* Eleazaro *Brf* : lazaro *T M P X, at cf. c.* 17, 2 praecipue *X* **11-12** corruptione *T* **12** Eleazarus et **16** Eleazari] *u. supra* **13** quidam *X* **14** foetere iam] feterat iam *T* (*prius* t *ex* c ; at *exp.*, *suprascr.* e) : iam f(a)etere *M P X* **15** quadriduo *P* (*super* d *pr.* t *suprascr.* R) : quatriduo *T* (*sed* t *ex* d) *M X* **17** conparent *T* (*alt.* n *exp.*) **20** aeque] Atq ; *T* **22** uiuam *T X* : uiuentem *M P* (= *Vulg*) ; *cf. Adu. Marc. V*

autem homo ante animam, sine dubio caro erit facta in animam ; facta porro in animam, cum esset corpus, utique animale corpus est facta. **7.** Quid eam appellari uelint quam quod per animam facta est, quam quod ante animam non fuit, quam quod post animam non erit, nisi cum resurgit ? Recepta enim anima rursus animale corpus efficitur, ut fiat spiritale : non enim resurgit nisi quod fuit. **8.** Ita unde carni conpetit corpus animale dici, inde animae nullo modo conpetit. Caro enim ante corpus quam animale corpus, — animata enim, postea facta est corpus animale — anima uero etsi corpus, tamen, quia ipsa est corpus non animat*um* sed animans potius, animale corpus non potest dici | nec fieri quod facit. **10.** Alii enim acce- V 111
dens facit illud animale : non accedens autem alii quomodo se faciet animale ? Sicut ergo ante animale corpus caro, recipiens animam, ita et postea spiritale, induens spiritum.

11. Hunc ordinem apostolus disponens, in Adam quoque et in Christo eum merito distinguit ut in capitibus distinctionis ipsius. **12.** Sed cum et Christum nouissimum Adam appellat, hinc eum recognosce ad carnis, non ad animae resurrectionem omnibus doctrinae uiribus operatum. Si enim et primus homo, Adam, caro, non anima, qui denique in animam [uiuam] factus est, et nouissimus Adam, Christus, ideo Adam quia homo, ideo homo quia caro, non quia anima. **13.** Atque ita ⟨si⟩ subiungit : *Non primum quod spiritale sed quod animale, postea quod spiritale*, secundum utrumque Adam, ecquid tibi uidetur corpus animale et corpus spiritale in eadem carne distinguere, cuius distinctionem in utroque Adam, id est in utroque homine, praestruxit ? **14.** Ex qua enim substantia pariant inter se

40 cf. I Cor. 15, 45. **46** I Cor. 15, 46.

10 (*p.* 607, 12 *Krm*) **23** animam ; facta *T M X* : animam uiuentem *P* **24** in animam] inanimum *Vrs* **24-25** utique ad animale *P* **25** uellent *T* (*Gel*) quam] cū *T* (*suprascr.* qua) **27** resurgit *T* (*supra* i *scr.* e) **29** carnis *T* (s *exp.*) **31** *alterum* enim] u(er)o*** *T* (*in ras. al. m.*) **33** animatum *Rig* ; animata *T* (*supra* a *ult. scr.* uel ū) *M P X* animans *T* (*Gel*) : anima *M P X* **34** ⟨quia⟩ nec *coni. Krm* facit] fecit *P* enim *T M X* : aiunt *P* **34-35** accedens *T* (*bis*) : accidens *M P X* **35** animale *T Bmg* (*Gel*) : autem *M P X* **36** animale *T* (*Gel*) : animalem *M P X* Sicut] Sic *X* ante *T B* ; *om. M P X* **38** et *supra l. T* **39** cum] cū *T* ut in] ** in *T* **40** *post* ipsius *Krm lacunam statuit, quam probante Souter ita explet* : factus est, dicens, primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem Sed *T* : et *M P X* ; at *Krm* et xp̄m *T* (m *ex* o) : xp̄m *M P X* **41** eum] enim *X* **43** qui denique *M P X* : quid iniquis* *T* (s *in ras.*) ; quidni quae *Gel* animam] anima *X* uiuam *P* : *om. T M X* ; *del. Brf* **43-44** factus *P* : fac***t' *T* ; facta *M X* **45** ⟨si⟩ *Krm* **46-47** sed quod animale, postea quod spiritale *om.* T **47** ecquid *Gel* : Et quid *M P X* ; et quod *T* ; ecquid *i. e.* '*nonne*' : *cf. Waszink ad De anima* 18, 2 (*p.* 267) **49** utrumq ; adam *T* id est] idē** *T* Ex qua] aequa R[a] ; utraque *Gel* utrūq ; hominē *T* (ū *in ras. al. m.*) **50** pareant *X*

Christus et Adam ? Scilicet ex carne. Licet et ex anima, sed carnis nomine homo uterque sunt ; prior enim caro homo. Ex illa et ordinem admittere potuerunt, ut alter primus, alter nouissimus homo, id est Adam, deputarentur. **15.** Ceterum diuersa in ordinem disponi non possunt, de substantia dumtaxat : de loco enim aut tempore aut condicione forsitan possint. Hic autem de substantia carnis primus et nouissimus dicti sunt, sicut et rursus primus homo de terra et secundus de caelo ; quia etsi de caelo secundum spiritum, sed homo | secundum carnem. V 112

16. Itaque cum carni conueniat ordo in utroque Adam, non animae, ut primus homo in animam uiuam, nouissimus in spiritum uiuificantem distincti sunt, aeque distinctio eorum carni distinctionem praeiudicauit, ut de carne sit dictum : *Non primum quod spiritale sed quod animale, postea quod spiritale*, **17.** atque ita eadem sit et supra intellegenda et quae seminetur, corpus animale, et quae resurgat, corpus spiritale, quia non primum quod spiritale, sed quod animale, quia primus Adam in animam, nouissimus Adam in spiritum, totum de homine, totum de carne, quando de homine. **18.** Quid ergo dicemus ? Nonne et nunc habet caro spiritum ex fide, ut quaerendum sit, quomodo corpus animale dicatur seminari ? Plane accepit et hic spiritum caro, sed arrabonem, animae autem non arrabonem sed plenitudinem. **19.** Itaque etiam propterea, maioris substantiae nomine, animale corpus nuncupata est, in qu*o* seminatur, futura proinde per plenitudinem spiritus insuper spiritale, in qu*o* resuscitatur. Quid mirum, si magis inde uocata est, unde conferta est, quam unde respersa est ?

LIV. Ita de uocabulorum occasionibus plurimum quaestiones subornantur, sicut et de uerborum communionibus. Nam quia et illud apud apostolum positum est : *uti deuoretur mortale a uita*, caro scilicet, deuorationem quoque ad perditionem scilicet carnis adripiunt, quasi non et bilem et dolorem deuo-

64 I Cor. 15, 46. **66** cf. I Cor. 15, 44. **71** cf. Gal. 5, 5.
LIV, **3** II Cor. 5, 4.

51 ex carne. Licet et ex anima] et carne et anima *Gel* Licet] illic *T* (*sed del.*) et *om. X* **54** id est] idē *T* (*suprascr.* m) Adam *om. T* **62-63** ut primus homo — distincti sunt *del. Krm* spiritu *M* **63** sunt *T* (u *exp., suprascr.* i) ; sint R **64** praeiudicabit *Krm* **67-68** quia non — animale *del. Krm* **69** spiritum, totum] *ita distinxit Brf*, spiritum. Totum *uulgo* ; totum *ad* corpus spiritale *referendum est* **72** accipit *Krm* **73** spiritum caro *T* ; spiritum ex fide. ut qu(a)erendum sit quomodo corpus animale dicatur seminari ; Plane accepit et hic spiritum caro *M P X* arabonem *X* (*bis*) **73-74** animae autem non arrabonem *om. T* **74** sed] *suprascr.* ñ *T* **75** quo *Vrs* (*Krm*) : qua *T M P X* **76** per *T B* : *om. M P X* **77** quo *Vrs* (*Krm*) : qua *T M P* ; que *X* Quid] Quo *T* (o *exp., suprascr.* id) uocata *T* : uocitata *M P X* **78** respersa *Gel* : responsa *T* ; dispersa *M P X*.

LIV, **2** communibus *X* **3** et *supra l. T* **4** scilicet *om. T* **5** non et bilem *T* : non bilem *M X* ; nobilē *P* (*corr.* R *in mg*) **5-6** deuorare dicamur *T* : dicamur deuorare *M P X* **6** et tegere *T* : adtegere *M P X* ; ac tegere R[3] **10** intus] indutū* *T* (*eras.* s) absumitur *T* (b *in ras. al. m.*) *X* : adsumitur *M P* (*corr.* R) **11** inquit *T* (t *exp., suprascr.* s) Ideo] immo *uel* iterum *Eng* **12-13** intelliges *T* (*Gel*) : intelligis *M P X* **13** aliter itaque — aliter mortale *T* (*Gel*) : *om. P M X* **15** *ω* Deniq ; *T* ; *cf. ad cap.* 44, 3 et *om. T* **16** est *T* : sit *M P X* ergo *P M X* : autem *T* **17** quomodo deuoratur a uita *T B* : *om. M P X* **18** redicitur *T* (*pr.* i *eras, suprascr.* u) **19** in interitum *T* (*Gel*) : interitu *M P X* **20** deuorabit *T* **21** contentione *T* aculeus] contentio tua ; aculeus *T* (cont. tua *exp.*) **22** contencia *X* **23** deuorabit] b *al. m. in ras. T* **24** tuā *M P X* : *om. T* (*Gel*) ; suam *Jun* ; tum *Krm* deuorauerit *Krm*.

LV, **4** quosque *C* caesae] casse *T* (a *in ras. al. m.*) caesae id est membratim R[3] ; *in M in mg, ora paginae abscisa, fragmentum legitur uocabuli* : rati **6** carnis] carne *X* **11** demutationē *P X* **12** enim *om. T* **13** quidem uerum] quid

rare dicamur, id est abscondere et tegere et intra nosmetipsos | continere. **2.** Denique cum et illud scriptum sit : *Oportet mortale hoc induere inmortalitatem*, ostenditur, quomodo mortale deuoretur a uita, dum indutum inmortalitate absconditur et tegitur et intus continetur, non dum absumitur et amittitur. **3.** Ergo et mors, inquis, salua erit, cum fuerit deuorata. Ideo discerne pro sensibus communionem uerborum, et integre intelleges. Aliud enim mors et aliud mortale : aliter itaque deuorabitur mors et aliter mortale. Mors non capit inmortalitatem, mortale autem capit. **4.** Denique [et] scriptum est, quod necesse est mortale hoc induere inmortalitatem. Quomodo ergo capit ? Dum deuoratur a uita. Quomodo deuoratur a uita ? Dum recipitur et redigitur et includitur in ipsam. Ceterum mors merito in interitum deuoratur, quia et ipsa in hoc deuorat. **5.** *Deuorauit*, inquit, *mors inualescendo*, et ideo *deuorata est in contentionem. Vbi est, mors, aculeus tuus ? Vbi est, mors, contentio tua ?* Proinde et uita, mortis scilicet aemula, per contentionem deuorabit in salutem quod per contentionem [tuam] deuorauerat mors in interitum. V 113

LV. Quamquam igitur, resurrecturam carnem probantes, hoc ipso non aliam resurrecturam probemus quam de qua agitur, tamen singulae quaestiones et causae earum proprios quoque flagitant congressus, licet aliunde iam caesae. **2.** Interpretabimur itaque plenius et uim et rationem demutationis, quae ferme subministrat alterius carnis resurrecturae praesumptionem, quasi demutari desinere sit in totum et de pristino perire. **3.** Discernenda est autem demutatio ab omni argumento perditionis : aliud enim demutatio, aliud perditio. Porro non aliud, si ita demutabitur caro, ut pereat ; peribit autem demutata, si non ipsa | permanserit in demutatione, V 114 quae exhibita fuerit in resurrectione. **4.** Quemadmodum enim perit, si non resurgit, ita et si resurgit quidem, uerum in demu-

7 I Cor. 15, 53. **16** cf. ib. **20** Es. 25, 8. **21** I Cor. 15, 55.

tatione subducitur, aeque perit : aeque enim non erit, acsi non resurrexerit. Et quam ineptum, si in hoc resurgit, ut non sit, quae potuit non resurrexisse, ne esset, quia non esse iam coeperat. **5.** Non miscebuntur omnino diuersa, mutatio atque perditio, operibus utique diuersa : perdit haec, illa mutat. Quomodo ergo quod perditum est mutatum non est, ita quod mutatum est perditum non est. **6.** Perisse enim est in totum non esse quod fuerit ; mutatum esse aliter esse est. Porro dum aliter est, id ipsum potest esse. Habet enim esse quod non omnino perit ; mutationem enim passum est, non perditionem. **7.** Atque adeo potest et demutari quid et ipsum esse nihilominus, ut et totus homo in hoc aeuo substantia quidem ipse sit, multifariam tamen demutetur, et habitu et ipsa corpulentia et ualitudine et condicione et dignitate et aetate, studio negotio artificio, facultatibus sedibus legibus moribus, nec quicquam tamen amittat hominis nec ita alius efficiatur, ut cesset idem esse, immo nec alius efficiatur, sed aliud.

8. Hanc formam demutationis diuina etiam documenta testantur. Mutatur Mosei manus et quidem ad instar emortuae exsanguis et exalbida et frigida, sed et recepto calore et refuso colore eadem caro et sanguis est. Mutatur postea et facies eiusdem incontemplabili claritate, sed Moyses erat proinde qui non uidebatur. **9.** Sic et Stephanus angelicum | iam fasti- V 115
gium induerat, sed non alia genua in lapidatione succiderant. **10.** Dominus quoque in secessu montis etiam uestimenta luce mutauerat, sed liniamenta Petro agnoscibilia seruauerat ; ubi etiam Moyses et Helias, alter in imagine carnis nondum receptae, alter in ueritate nondum defunctae, eandem tamen habitudinem corporis etiam in gloria perseuerare docuerant. **11.** De quo exemplo instructus et Paulus : *Qui transfigurabit,*

LV, **32** cf. Ex. 4, 6—7. **35** cf. II Cor. 3, 7. **36** cf. Act. 7, 59—60. **38** cf. Mt. 17, 3—8. **43** Phil. 3, 21.

uero *T* (i *exp., suprascr.* o) **13-14** demutatione *T* (*Krm*) : demutationem *M P X* **14** ac (*ac *T*) si *T C* : si *M P X* **16** ne esset *Brf* : necesse est *M P X* ; necesse R^{1} ; nec esse R^{3} ne esset quia non esse *om. T* **17** miscebuntur *M P X* : miscetur *T* **19** perdutum *X* **21** quod *om. T* mutatum esse] mutatum ē *T* Porro *T* (*Gel*) : Sed porro *M P X* **22** quod*ñ omnino *T* (*fuit* quod omnino) : quod non *M P X* **24** demutare *X* et (*alterum*) *om. X* **25** sit] est *Krm* **26** demutatur *Krm ex cod. Florentino Magliab.* 6, 10 ipsa *om. T* ; *an. delendum ?* **29** amittat *T* : admittat *M P X* ; amittit *Krm* hominis *T* (*Gel*) : homini *M P X* efficitur *Krm* **30** efficiatur *C* : efficitur *T M P X* **32** mosei *M* (y *suprascr., ut sit* moysei) *P X* : moysi *T R* **33** *primum* et *M P X* : *om. T* ; est *Krm* et (*alterum*) *T* : *om. M P X* **33-34** et refuso colore *om. T* **34** colore] calore *X* et postea *X* (*sed* et *del.*) **37** in lapidatione *T B* : lapidationi *M* (*ult.* i *ex* e) *P X* **40** moises *X* in *supra l. T* imaginem *T* (m *exp.*) **42** docuerant *T* : docuerunt *M P X* **43** et] est *X* transfigurabit

inquit, *corpus humilitatis nostrae conformale corpori gloriae suae.* Quodsi et transfigurationem et conuersionem in transitu substantiae cuiusque defendis, ergo et Saul in alium uirum conuersus de corpore suo excessit ? **12.** Et ipse satanas, cum in angelum lucis transfiguratur, qualitatem suam amittit ? Non opinor. Ita et in resurrectionis euentu mutari conuerti reformari licebit cum salute substantiae.

LVI. Etenim quam absurdum, quam uero et iniquum, utrumque autem quam deo indignum, aliam substantiam operari aliam mercede dispungi, ut haec quidem caro per martyria lanietur, alia uero coronetur, item e contrario haec quidem caro in spurcitiis uolutetur, alia uero damnetur. **2.** Nonne praestat omnem semel fidem a spe resurrectionis abducere quam de grauitate atque iustitia dei ludere ? Marcionem pro Valentino resuscitari ? **3.** Quando neque mentem neque memoriam neque conscientiam hominis hodierni credibile sit aboleri per indumentum illud mutatorium immortalitatis et incorruptelae, uacaturo scilicet emolumento et fructu resurrectionis et statu diuini utrobique iudicii. **4.** Si non meminerim me esse qui merui, quomodo gloriam deo dicam, quomodo canam illi nouum canticum, nesciens me esse qui gratiam debeam ? Cur autem solius carnis demutatio excipitur, non et animae simul, quae | in omnibus praefuit carni ? **5.** Quale est, ut ea- V 116
dem anima, quae in hac carne totum uitae ordinem decucurrit, quae in hac carne deum didicit et Christum induit et spem salutis seminauit, in alia nescio qua metat fructum ? Ne illa gratiosissima caro, cui gratis uita constabit ! Quodsi non et anima mutabitur, iam nec animae resurrectio est ; nec ipsa enim resurrexisse credetur, si non alia resurrexerit.

47 cf. II Cor. 11, 14.

LVI, **13** cf. Ps. 70, 8. cf. Apoc. 5, 9.

Pam : -uit *T* (u *exp., suprascr.* b) *M P X* **44** conformale *M P X*, conformationem *T* ; conforme fieri *Gel* ; *cf. Adu. Marc. V* 20 (*p.* 649, 9 *Krm*) **45** Quodsi et *T* (*Gel*) : Quod et si *M P X* conuersationem *T* transitu *T* : transitum *M P X* **46** Saulus *Eng, at cf. De anima* 11, 5 **47** sathanas *T X* **48** angelicum *T* (ic *exp.*) suam *om. P* (*add.* R *supra l.*) **49** euentu *T* R^{1}*mg* : euentū *M P X*.

LVI, **1** et iniquum *T C* : ethnicum *M P X*, *unde* et inicum *conicias* **3** mercede *X* R^{3} : mercedem *T* (m *exp.*) *M* (*corr. m.* 1) *P* R^{1} **3-5** per martyria — quidem caro *om. T* **5** spurciis *P* (*corr. m.* 1) *X* **6** omne *X* fidem] idem *T* (*in mg* uel hominem) **7** dei *om. T* martionem *T P* (*corr.* R) **9** aboleri *M P* : adoleri *X* ; amoueri *T* **11** uacaturos *T* **12** utrobique] o *ex* u, *suprascr.* u *T* **13** deo *P* (o *ex* i) **14** canticum nouum *X* **17** in hac carne] in hanc carnem *T* **17-18** totum — carne *om. M* (*add. in mg. m.* 2) *P* (*add.* R *in mg. ex H*) **19** aliam *T* qua metat *M X* : quã et ad *T* ; qua metū *P* (ū *del., suprascr.* at R) **20** gratis uita] gratuita *T* **22** creditur *X* non *om. T* resurrexit *X*.

LVII. Hinc iam illa uulgaris incredulitatis argutia est. Si, inquiunt, ipsa eademque substantia reuocatur cum sua forma linea qualitate, ergo et cum insignibus suis reliquis : itaque et caeci et claudi et paralytici et ut quis insignis excesserit, ita et reuertetur. **2.** Quid nunc, etsi ita dedignaris tantam gratiam qualiscumque a deo consequi ? Non enim et nunc animae solius admittens salutem dimidiatis hominibus eam adscribis ? Quid est credere resurrectionem, nisi integram credere ? Si enim caro de dissolutione reparabitur, multo magis de uexatione reuocabitur. **3.** Minoribus maiora praescribunt. Cuius[cum]que membri detruncatio uel obtunsio nonne mors membri est ? Si uniuersalis mors resurrectione rescinditur, quid portionalis ? Si demutamur in gloriam, quanto magis in incolomitatem ? **4.** Vitiatio corporum accidens res est, integritas propria est. In hac nascimur: etiam si in utero uitiemur, iam hominis est passio ; prius est genus quam casus. **5.** Quomodo uita confertur a deo, ita et refertur ; quales eam accipimus, tales et recipimus. Naturae, non iniuriae reddimur ; quod nascimur, non quod laedimur, reuiuescimus. **6.** Si non integros deus suscitat, non suscitat mortuos. Quis enim mortuus integer, etsi integer moritur, quis incolomis qui exanimis ? Quod corpus inlaesum, cum interemptum, cum frigidum, cum expallidum, cum edurum, | cum cadauer ? V 117 Quando magis homo debilis, nisi cum totus, quando magis paralyticus, nisi cum inmobilis ? Ita nihil aliud est mortuum resuscitari quam integrum fieri, ne ex ea parte mortuus adhuc sit, ex qua non resurrexerit.

7. Idoneus deus reficere quod fecit : hanc suam et postestatem et liberalitatem satis iam in Christo spopondit, immo et ostendit, non tantum resuscitatore carnis uerum etiam redintegratore. **8.** Atque adeo et apostolus : *Et mortui*, inquit, *resurgent incorrupti*, quomodo, nisi integri, qui retro corrupti

LVII, **31** I Cor. 15, 52.

LVII, **1** illac uulgares..argutiae *C* Si *om. T* **2** ipsa inquiunt eandemque *X* ipse *T* (e *exp., suprascr.* a) **3** linea] in ea *T* et cum *om. X* **4** claudi] clodi *C* paralitici *T M P X* **7** eam (*i. e. 'salutem'*) *T B* : eadem *M P X* ; eandem *Pam* **7-8** asscribis *X* **10** uexatione] uitiatione *Jun* **11** cuiusque *T* : cuiuscumque *M P X* obtunsio *T* : optusio *M P X* **13** parcionalis *X* **15** uitiemur *C* : uiciemur *T* ; uexemur *M P X* **17-18** accepimus *X* **21** incolumis *X* qui* *T* (*eras.* s) **22** *primum* cum *om. T* interemptum *T* : interemtum *M P X* **23** quando *P X* : quanto *T M* **24** nisi* e* cū *T* (e *al. m. in ras.*) **26** ne *M P* : nec *T* (c *exp.*) ; *om. X* **26-27** resurrexit *T* **28** spospondit *T* et *om. T* **30** resuscitatore *Krm* : -rē *T M P X* **30-31** redintegratore *Krm* : -rē *T M P X* **31** Adq. *M* adeo] ideo *T* (i *al. m. in ras.*)

tam uitio ualitudinis quam et senio sepulturae ? **9.** Nam et supra utrumque proponens, oportere et corruptiuum istud induere incorruptelam et mortale istud inmortalitatem, non iterauit sententiam sed differentiam demandauit : inmortalitatem enim ad rescissionem mortis, incorruptelam ad obliterationem corruptelae diuidendo alteram ad resurrectionem, alteram ad redintegrationem temperauit. Puto autem et Thessalonicensibus omnis substantiae integritatem repromisit.

10. Itaque nec in posterum timebuntur corporum labes. Nihil poterit amittere integritas uel conseruata uel restituta, ex quo illi etiam, si quid amiserat, redditur. **11.** Praescribens enim adhuc easdem passiones obituram carnem, si eadem resurrectura dicatur, naturam aduersus dominum suum temere defendis, legem aduersus gratiam impie adseris. Quasi deo minus liceat et mutare naturam et sine lege seruare ! Quo ergo legimus : *Quae inpossibilia apud homines, possibilia apud deum* et : *Stulta mundi elegit deus, ut sapientia mundi confundat ?* **12.** Oro te, si famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quae flagellis et compedibus et stigma|tibus obnoxiae retro fuerant, V 118 idcircone illas eadem pati oportebit ? Non opinor. Atquin et uestis albae nitore et anuli aurei honore et patroni nomine ac tribu mensaque honoratur. **13.** Permitte hanc et deo potestatem per uim illius demutationis condicionem, non naturam, reformandi, dum et passiones auferuntur et munitiones conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem eatenus passibilis, qua ipsa, qua eadem, et tamen inpassibilis, quia in hoc ipsum manumissa a domino, ne ultra pati possit.

34 cf. I Cor. 15, 53. **39** cf. I Thess. 4, 13—18. **48** Mt. 19, 26. **49** I Cor. 1, 27.

apostol'** *T* (*eras.* is) **33** et (*ante* senio) *om. T* **37** rescisionē *T* **39** temperauit *om. T* **39/40** thesalonicensibus] s *suprascr. T* **42** amittere *Rig.* : admittere *T M P X* **43** ex quo] & quod* *T* (d *al. m. in ras.*) **44** adhuc *T B X* : ad hoc *M P* **45** Natura aduersum *T* **46** defendit *T* adseris *T* (*sup. alt.* s *suprascr.* t) *M* : asseris *P X* dō quasi *T* (dō *exp.*) deo *T* : domino deo *C* ; domino *M P X* **47** minus *T* : non *M P X* et sine lege *T M P X* : sine lege et *Krm*, *at cf. Lfst, Spr. p.* 83 Quo *T* (o *exp., suprascr.* id) *M P X* : quomodo *B* ergo] enim *Krm coll. c.* 60, 2 **48** deum sunt *X* **49** stulta *M P X* : stultitiam *T* eligit *X* sapientia *M P* : sapientiam *T* ; sapienciā *X* : *cf. De bapt.* 2, 3 ; *De carne Chr.* 4 (*p.* 198, 10 *Krm*) ; *De fuga* 2, 2 ; *De idol.* 12 (*p.* 42, 26 *R-W*) ; *Adu. Prax.* 10 (*p.* 241, 22 *Krm*) confundit *M* (*corr. m.* 1) **50** quia] qui *T* (*del.*) **51** flagellis] fragiles *T* **52** stimatib ; *T* ; stignatibus *X* obnoxae *X* iccircone *P* illas (*i. e. 'carnem et animam'*) *T X* : illa* *M* ; illa *P* **53** atqui *R* uestes *T* **54** aurei anuli *P* noīa *T* (a *al. m. in ras.*) ac] hac *T* (*del*) tribu mensaque] tribunensiaq ; *T* (nensiaq ; *al. m. in ras.*) **54-55** honorantur *T* **55** permittes *T* (es *al. m. in ras.*) **55-56** illius demutationis *T M* : demutationis illius *P* (*corr. m.* 1) *X* **58** quidem *M P X* : idē *T* **58-59** qua] quia *T* (*bis*) **59** et *T* : ea *M P X* quia *M P X* : qua *T* (*suprascr.* i) *Gel*

LVIII. *Iocunditas*, inquit Esaias, *aeterna super caput eorum* — nihil aeternum nisi post resurrectionem —, *aufugit* [inquit] *dolor et maeror et gemitus ab illis*. **2.** Proinde et Iohanni angelus : *Et delebit deus omnem lacrimam ab oculis eorum*, utique ex isdem oculis, qui retro fleuerant quique adhuc flere potuissent, si non omnem lacrimae imbrem indulgentia diuina siccasset. **3.** Et rursus : *Deus enim delebit omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors hactenus* : igitur et corruptela hactenus, proinde per incorruptelam fugata quemadmodum mors per inmortalitatem. **4.** Si dolor et maeror et gemitus ipsaque mors ex laesuris et animae et carnis obueniunt, quomodo auferentur, nisi cessauerint causae, scilicet laesurae carnis atque animae ? **5.** Vbi [illegible] apud Christum ? Vbi daemonici impetus apud spiritum sanctum, iam et ipso diabolo cum angelis suis ignibus merso ? Vbi necessitas aut quod dicitur fortuna uel fatum ? Quae resuscitatis plaga post ueniam, quae reconciliatis ira post gratiam ? Quae infirmitas post uirtutem, quae inbecillitas post salutem ?
120 **6.** Quod uestimenta et calcia|menta filiorum Israelis quadra- V 119
ginta [illis] annis indetrita et inobsoleta manserunt, quod et in ipsis corporibus unguium et capillorum facilia [et] crementa habilitatis et dignitatis iustitia defixit, ne etiam enormitas corruptelae deputaretur, **7.** quod Babylonii ignes trium fratrum nec tiaras nec sarabara, quamquam Iudaeis aliena, laeserunt, **8.** quod Ionas deuoratus a belua maris, in cuius aluo naufragia de die digerebantur, triduo post incolomis expuitur, **9.** quod hodie Enoc et Helias, nondum resurrectione dispuncti,

---

LVIII, **1** Es. 35, 10. **4** Apoc. 7, 17. **7** Apoc. 21, 4. **15** cf. Apoc. 20, 10. **19** cf. Deut. 8, 4 ; 29, 5. **23** cf. Dan. 3, 24. **25** cf. Ion. 2, 1. cf. Gen. 5, 24. cf. IV Reg. 2, 11.

LVIII, **1** esaias] y *suprascr.* T capud T **2** inquit *om.* T **3** illo T (*suprascr.* uel is) iohannes X **4** deleuit T (u *exp.*, *suprascr.* b) **5** isdem *M P* : hisdem T ; eisdem X **6** siccasset T : siccaret *M P X* **7** deleuit T **8** actenus T (h *suprascr.*) *bis* igitur et corruptela hactenus *om.* P (*add.* R *in mg*) **9** mors T B : *om.* *M P X* **10** Si *M P X* : sic T **11** auferuntur T **13** deum T C : dominum *M P X* aut *om.* T **14** demonici T (*sup.* c *suprascr.* a) **15** iam et] cū T diabulo X suis. suis T **17** post gratiam] ingrām T **19** israhelis *M P* **20** illis *om.* T et (*alterum*) C : *om.* T *M P X* inobsoluta T M (u *exp.*, *suprascr.* e) et (*post* quod) *om.* T **21** et (*post* facilia) *om.* T incrementa T, *at cf. De anima* 25, 2 22 ⟨et⟩ habilitatis *Krm* defixit] fuit*** T (*al. m. in ras.*) enormitas X : inormitas T (i *del*, *suprascr.* e) *M P* (*corr.* R) **23** corruptelae T (ae *ex* a) *Gel* : corruptela *M P X* **24** ciaras P sarabara T (*Gel*) : sarabaras X (*Krm*) ; sarabas *M P* ; *cf. De orat.* 15, 2 ; *De pallio* 4 *et Salmasium ad l. p.* 321 Iudaeis] indeis T (n *ex* u, d *exp.*) aliena T (*Gel*) : alienas *M P X* **26** de die T : *om.* *M P X* digerebantur *M P X* : dicebantur T incolomis T : incolomes *M P X* **27** enoc T (*supra* c *scr.* h) : enoch *M P X*

quia nec morte functi, qua tamen de orbe translati et hoc ipso iam aeternitatis candidati, ab omni uitio et ab omni damno et ab omni iniuria et contumelia immunitatem carnis ediscunt : cuinam fidei testimonium signant, nisi qua credi oportet haec futurae integritatis esse documenta ? **10.** Figurae enim nostrae fuerunt apostolo auctore, quae scripta sunt, ut et deum potentiorem credamus omni corporum lege et carnis magis utique [et] conseruatorem, cuius etiam uestimenta, etiam calciamenta protexit.

LIX. Sed futurum, inquis, aeuum alterius est dispositionis et aeternae ; igitur huius aeui substantiam non aeternam diuersa possidere non posse. Plane, si homo propter dispositio- [illegible] futuram et non dispositio propter hominem ? **2.** [illegible] enim apostolus scribens : *Siue mundus siue uita siue mors siue futura siue praesentia, omnia uestra sunt*, eosdem constituit heredes etiam futurorum. Nihil tibi largitur Esaias : dicens *Omnis caro foenum* et alibi *Et uidebit omnis caro salutare dei* exitus, non substantias, distinxit. **3.** Quis enim iudicium dei non in sententia duplici | statuit salutis et poenae ? *Omnis* igitur *caro foenum*, quae igni destinatur, *et omnis caro uidebit salutare* dei, quae saluti ordinatur. Ego me scio neque alia carne adulteria commisisse neque nunc alia carne ad continentiam eniti. **4.** Si quis est bina pudenda circumferens, potest iam et demere foenum carnis inmundae et solam sibi reseruare quae uisura sit *dei* salutare.

5. Sed cum idem prophetes etiam nationes ostendat nunc deputatas uelut puluerem et saliuam, nunc speraturas et credituras in nomen et [in] brachium domini, numquid et de nationibus fallimur et aliae quidem sunt crediturae, aliae in puluerem deputatae ex diuersitate substantiae ? **6.** Sed et Christus intra oceanum et de isto caelo, quod nobis incubat, uerum lumen nationibus obfulsit, — et ipsi Valentiniani hic

---

32 cf. I Cor. 9, 10.

LIX, **5** I Cor. 3, 22. **7** Es. 40, 6. **8** Es. 40, 5. **17** cf. Es. 29, 5 ; 40, 15. 17. **18** cf. Es. 42, 4. **22** cf. I Ioa. 2, 8. **23** cf. I Cor. 15, 53.

---

28 qua *M P* : quia T X **29** candidatu T (u *ex* i) **30** immunitatem T (immunj *al. m. in ras.*) B : emunitatem *M P X* **31** qua] quia T, *sed* qua = '*qua fide*' **32** enim *M P X* : autem T **33** deum T : dominum *M P X* **35** et *om.* T (*Gel*).

LIX, **1** est *om.* T **2** et *om.* T **4** Sedenim] S ; idem T (idem *al. m. in ras.*) **7** esaias T (y *suprascr.*) *aliter distinxit Brf* **8** *prius* et] ⟨quia⟩ et *Krm* ; ⟨nam⟩ et *Tbrn* dei *M P X* : domini T **10** in *supra l.* T **11** foenum *om.* T ignibus T distinatur T **12** dei *Pam* : dnī *M P X* ; *om.* T **14** eniti] *niti T (*eras.* e) **15** demere] demetere *coni. Oel* **16** dei salutare *Pam* : dnī salutare *M P X* ; salutare domini T **18** deputas *M P* (*corr.* R) uelud T X **19** *alterum* in *om.* T **22** intra] de intra X (de *del.*) **12** incubat T R[2] : incumbat P X R[1] ; incumbit M (i *ex* a) **23** obfulsit T : offulsit *M P X* *parenthesin*

errare didicerunt — nec alia erit forma nationum credentium nisi quae et non credentium de carne, de anima. **7.** Sicut ergo easdem nationes non genere sed sorte distinxit, ita et carnes, quae in ipsis nationibus una substantia est, non materia sed mercede disiungit.

LX. Ecce autem, ut adhuc controuersiam exaggerent carni, maxime eidem, de officiis quoque membrorum argumentantur, aut et ipsa dicentes permanere debere cum suis operibus et fructibus, ut eidem corpulentiae adscripta, aut, quia constet decessura esse officia membrorum, corpulentiam quoque era*dunt*, cuius scilicet perseuerantia credenda non sit utique sine membris, quia nec membra credenda sint sine officiis. **2.** Quo enim iam, inquiunt, spelunca haec oris et dentium statio et gulae lapsus et compitum stomachi et aluei gurges et | intestinorum perplexa proceritas, cum esui et potui locus non V 121
erit ? Quo huiusmodi membra admittunt subigunt deuoluunt diuidunt digerunt egerunt, quo manus ipsae et pedes et operarii quique artus, cum uictus etiam cura cessabit ? **3.** Quo renes, conscii seminum, et reliqua genitalium utriusque sexus et conceptuum stabula et uberum fontes, decessuro concubitu et fetu et educatu ? Postremo quo totum corpus, totum scilicet uacaturum ?

4. Ad haec ergo praestruximus non oportere committi futurorum atque praesentium dispositiones, intercessura tunc demutatione, et nunc superstruimus officia ista membrorum necessitatibus uitae huius eo usque consistere, donec et ipsa uita transferatur a temporalitate in aeternitatem, sicut animale corpus in spiritale, dum mortale istud induit inmortalitatem et corruptiuum istud incorruptelam ; **5.** et ipsa autem liberata tunc uita a necessitatibus liberabuntur et membra ab officiis, nec ideo non erunt necessaria. Licet enim officiis liberentur, sed

27 cf. II Cor. 5, 10.

indicauit Krm hic *M P X :* hic (*i. e.* hinc) *T* **28** disiungit *T :* disiunxit *M P X.*

LX, **1** exaggerent *T M* (e *ex* a) *Gel :* exaggerant *P ;* exaggerarit *X* carni *M P X :* carne *T* (*suprascr.* de) **2** eidem] fidem *T B* **3** ipsam *T* cum *T :* in *M P X* **4** *eidē *T* (*m.* 1 *in ras.*) *;* idē *X* ascripta *X* aut *T R :* ut *M P X* **5** decessura *T :* discessura *M P X* **5-6** eradunt *Brf* (*nisi manis eradentes*) : eradant *T M P X ;* eradicantes *Eng ;* euanidam credendam *Krm dub.* **6** perseuerentia *T* utique] ut quae *Oel* **7** sunt *T* **9** compitum *T* (*Gel*) *:* competum *M P ;* compū *X ;* completum *Bmg* alui R^2 **11** subigunt] subiungunt *X* **12** digerunt] dirigunt *X* **12-13** operarii quique] opera sui quoq ; *T* **13** artus] actus *T* (c *in ras. al. m.*) cum uictus] conuictus *M* (n *exp.*, o *in* ū *corr. m.* 1) ; cum uitis *X* **15** conceptū *T* (u *suprascr.*) uberum] hum**orum *T* (*eras.* er) decessuro *T* (*Gel*) *:* discessuro *P X*, descessuro *M* **16** *alterum* totum] quo totum *T* **20** officia ista] officiis.tam *T* **23** induit *T M P X :* induet *Pam* mortalitatem *X* **25** a *T B : om. M P X* liberabuntur] *in mg. adscr.* ab officijs *m.* 1 *T* **25-26** et membra—liberentur *om. T* **26** sed

iudiciis *de*tinentur, *ut quis*⟨*que*⟩ *referat per corpus prout gessit.* **6.** Saluum enim hominem tribunal dei exigit ; saluum uero sine membris non licet [enim], ex quorum non officiis sed substantiis constat, nisi forte et nauem sine carina, sine prora, sine puppi, sine conpaginis totius incolomitate saluam adseuerabis. **7.** Et tamen nauem procella dissipatam uel carie dissolutam redactis et recuratis omnibus membris eandem saepe conspeximus, etiam titulo restitutionis gloriantem : de dei artificio et arbitrio et iure torquebimur ? **8.** Porro si diues dominus et liberalis adfectui aut gloriae suae praestans solam nauis restitutionem hactenus eam uoluerit operari, idcirco tu negabis necessariam illi conpaginem pristinam, ut exinde iam uacaturam, cum soli saluti nauis sine operatione conueniat ? | **9.** Igitur hoc tantummodo discere sufficit, *cum* deus hominem V 122
saluti destinando carnem destinarit, an eandem uelit denuo esse. Quam non debebis ex futura membrorum uacatione praescribere denuo esse non posse : licet enim esse quid denuo et nihilominus uacare. Nec potest autem dici uacare, si non sit. Atenim si sit, poterit et non uacare : nihil enim apud deum uacabit.

LXI. Sed accepisti, homo, os ad uorandum atque potandum : cur non potius ad eloquendum, ut a ceteris animalibus distes ? Cur non potius ad praedicandum deum, ut etiam hominibus antistes ? Denique Adam ante nomina animalibus enuntiauit quam de arbore decerpsit, ante etiam prophetauit quam uorauit. **2.** Sed accepisti dentes ad macellum corrodendum : cur non potius ad omnem hiatum et rictum tuum coronandum, cur non potius ad pulsus linguae temperandos, ad uocis articulos offensione signandos ? Denique et edentulos et audi et uide, ut honorem oris et organum dentium quaeras. **3.** Forata sunt inferna in uiro et in femina, nimirum qua libidines fluitent : cur non magis, qua potu*um* defrut*a* colentur ?

M P X : s ; et (*i. e.* sed et) *T* **27** detinentur *Lfst :* desinentur *T ;* retinentur *M* (re *ex* de) *P X* quisque *Oel :* quis *T M P X ; non uidetur auctor* quis *pro* quisque *usurpasse, quod recentiores faciunt nonnumquam : u. Geyer, Burs. JB* 98 *p.* 64 ; *Norberg, Beitr. zur spätl. Synt.* 1944 *p.* 93 **29** licet *T* (i *ex* u) *M* (c *exp.*, *suprascr.* que *m.* 2) *P X :* liquet *Vrs* enim *M P* (puto scribendum, sine membris non licet esse R *in mg*) *X* (*irrepsit ex l.* 26) *: om. T ;* cum *Bmg* (*Vrs*) *;* esse R^1*mg* (*Gel*) *; at cf. De anima* 20, 2 *et Mnemosyne* 60 (1932) *p.* 96 *; Lfst, Syntactica II p.* 246, 1 **31** incolumitate *T* **31-32** asseuerabis *X* **32** uel *M P X :* et *T C* carie *M P X :* carina *T ;* carinam *C* **34** saepe] spe *X* **35** torquebimur *T :* torquemur *M P X* diues] liber *T* **36** effectui *X* aut *M P X :* et *T* **37** uoluerit *om. T* tu *T* (*Gel*) *:* tunc *M P X ;* tune *Eng* **39** uacatura *T* **40** cum *Krm :* an *T M P X* deus *T :* dominus *M P X* **42** debebit *T* ex *T* (*Gel*)] *:* et *M P X* **45** Atenī *T* (t *in ras. al. m.*).

LXI, **1-2** po*tandum *T* (*eras.* r) **5** antestes *T* (*pr.* e *ex* i) **5** etiam *T M P :* autem *X* **6** dentis *M* **7** hiatum] habitū *T* rectum *T* tuum *om.* R^2 **7-8** coornandum *C* **9** edentulos *T* (o *exp.*, *suprascr.* u) *Gel :* edentulus *M P X* **9-10** et audi *T* (*Krm*) *:* Sed audi *M P X ;* esse (= '*edere*') audi *Oel ;* audi *Kellner* ut] in *X* honori *Gel* **11** in (*ante* femina) *om. T*, *an recte ? cf. c.* 59, 5 qua] qu*a *T* **12** qua *T* (*Gel*) *: om. M* (ut *add. supra l. m.* 1) *P X* potuum

Est adhuc feminis intus, quo semina congerantur : an quo sanguinis onera secedant, quem pigrior sexus discutere non sufficit ? **4.** Dicenda enim et haec, quatenus quae uolunt et quorum uolunt et qualiter uolunt officia membrorum ludibriose de industria suffundendae resurrectionis oblatrant, non recogitantes ipsas prius causas necessitatis tunc uacaturas, ⟨c⟩ibi famem, et potus sitim, et concubitus genituram, et operationis uictum. Sublata enim morte neque uictus fulcimenta ad praesidia uitae neque generis subparatura grauis erit membris.

2. Ceterum et hodie uacare intestinis et | pudendis licebit : V 123
quadraginta diebus Moyses et Helias ieiunio functi solo deo alebantur. Iam tunc enim dedicabatur : *Non in pane uiuet homo sed in dei uerbo.* Ecce uirtutis futurae liniamenta ! **6.** Nos quoque, ut possumus, os ⟨a⟩ cibo excusamus; etiam sexum a congressione subducimus. Quot spadones uoluntarii, quot uirgines Christi maritae, quot steriles utriusque naturae infructuosis genitalibus structi ? **7.** Nam si et hic iam uacare est et officia et emolumenta membrorum temporali uacatione, ut in temporali dispositione, nec homo tamen minus saluus est, proinde homine saluo, et quidem magis tunc ut in aeterna dispositione, magis non desiderabimus quae iam hic non desiderare consueuimus.

LXII. Sed huic disceptationi finem dominica pronuntiatio inponet : *Erunt,* inquit, *tamquam angeli,* si non nubendo, quia nec moriendo, utique nec ulli simili necessitati succidendo corporalis condicionis, quia et angeli aliquando tamquam homines fuerunt, edendo et bibendo et pedes lauacro porrigendo ;

LXI, **23** cf. Exod. 24, 18. cf. III Reg. 19, 8. **24** Deut. 8, 3. cf. Mtt. 4, 4. Luc. 4, 4.

LXII, **2** Mt. 22, 30. **5** cf. Gen. 18, 4—8.

---

defruta *Gel* : potu* (*suprascr.* s) de fructu *T* ; defluxura *M P X* ; de fluxura R^3 ; defluxurae (= '*defluxiones*') *Krm* **13** in feminis *C* congerentur *T* **14** onera secedant] honorasse cedant *T* (*exp.* h *et alt.* o *et pr.* s ; *alteri* o *suprascr.* e) **15** Dicenda] descende *T* (*pr.* e *ex* i) haec] hac *T* quae] qua *T* (e *suprascr.*) **15-16** et quorum uolunt et qualiter uolunt *M X* : et quorũ uolunt *T* (*omissis ceteris*) ; et qualiter uolunt et quorum uolunt *P* **18** cibi R : ibi *M P* (*suprascr.* s ; cibi R *in mg*) ; ubi *X* ; *om.* *T* cibi.. potus.. concubitus, *sc.* '*causam*' **19** famen *X* potus et sitim *T* **19-20** operationẽ uictus * *T* (nẽ *in ras. al. m.*, s *ex* m) **20** sublate *T* (*suprascr.* a) **21** subparatura *M X* : subparitura *P* (*corr.* R *in mg.*) ; suiparata *T* **22** et (*ante* hodie) *om.* *T* **23** helyas *X* **24** dedicabatur *M P X* : dicebantur *T* (n *exp.*) pane solo *C* uiuit *P X* **25** futurae] ae *ex* a *T* **26** possimus *T* (u *suprascr.*) a cibo *Brf* : ab osse *T* (b osse *al. m. in ras.*) ; cibo *M P X* ; *cf. De pudic.* 12, 7 : ceruicem nostram a tanto iugo excusant **27** congressione* *T* **27-28** quod *T* (*ter*) **28** Christo *Gel* maritae *T* : maritatae *M P X* **29** instructi *T*, *at nota clausulam* Nam *om.* *Gel* si et *M X* : et si *T P* **30** temporalia *T* **31** in *om.* *X* temporali] tempora *T* **31-33** nec homo — dispositione *om.* *T* **33** quae iam] qua etiam *T* hic *om.* *T*.

LXII, **1** disceptioni *P* (*corr.* R) **2** iponet *T* : inponit *M P X* si *om.* *T* **3** ullis *T* (s *exp.*) succedendo *T* (e *ex* i) **4** quia et] quia* *T* (*in mg add.* & *m.*

humanam enim induerant superficiem salua intus substantia propria. **2.** Igitur si angeli, facti tamquam homines, in eadem substantia spiritus carnalem tractationem susceperunt, cur non et homines, facti tamquam angeli, in eadem substantia carnis spiritalem subeant dispositionem, **3.** non magis sollemnibus carnis obnoxii sub angelico indumento quam angeli tunc sollemnibus spiritus sub humano, nec ideo non permansuri in carne, quia non et in sollemnibus carnis, cum nec angeli ideo non et in spiritu permanserint, quia non et in sollemnibus spiritus ? **4.** Denique non dixit : *Erunt angeli,* ne homines negaret, sed *tamquam angeli,* ut homines conseruaret : non abstulit substantiam cui similitudinem adtribuit.

LXIII. Resurget igitur caro, et quidem omnis, et quidem ipsa, | et quidem integra. In deposito est ubicumque apud V 124
deum per fidelissimum sequestrem dei et hominum Iesum Christum, qui et homini deum et hominem deo reddet, carni spiritum et spiritui carnem, qui utrumque iam in semetipso foederauit, sponsam sponso et sponsum sponsae comparauit. **2.** Nam et si animam quis contenderit sponsam, uel dotis nomine sequetur animam caro. Non erit anima prostituta, ut nuda suscipiatur a sponso : habet instrumentum, habet cultum, habet mancipium suum carnem ; ut conlactanea comitabitur.

3. Sed caro est sponsa, quae et in Christo Iesu spiritum sponsum per sanguinem passa est. Huius interitum, quem putas, secessum scias esse : non sola anima seponitur ; habet et caro secessus suos interim, in aquis, in ignibus, in alitibus, in bestiis. **4.** Cum in haec dissolui uidetur, uelut in uasa transfunditur. Si etiam ipsa uasa defecerint, cum de illis quoque effluxerit in suam matricem terram quasi per ambages, resorbebitur, ut rursus ex illa repraesentetur Adam auditurus a domino : *Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis,* uere tunc *compos mali,*

LXIII, **3** cf. I Tim. 2, 5. **18** Gen. 3, 22.

---

i) **8** susciperunt *T* **10-11** solemnibus *X* (*ita semper*) **13-15** carnis — sollemnibus *om.* *P* (*add.* R *in mg. inf.*) **14** in (*ante* spiritu) *T B* : *om.* *M X* **17** attribuit *P* ; atribuit *X*.

LXIII, **1** Resurget *M P X* : Surgit *T* ; Resurgit R^3 igitur *M P X* : ergo *T* **2** ipsa et quidem *om.* *T* depositio *T* (de *supra l.*) **3** deum *T P* : dominum *M X* sequestrum *T*, *at cf. Adu. Prax* 27 (*p.* 282, 21 *Krm*) hominem *T* **5** spiritum] spiritus *T* (s *exp.*, *suprascr.* m) qui *T* : *om.* *M P X* **6** foederauerit *T* (er *exp.*) comparauit *M P X* : confoederauit *T* (u *exp.*, *suprascr.* b) *Bmg* **7** animam *om.* *P* (*add.* R *in mg. ex H*) quis contenderit *M P X* ; quisquã tenderit *T* (*inter* a *et* t *sup. l. scr.* cũ) **10** conluctanea *T* (u *exp.*, *suprascr.* a) ; collatanea *X* **11** Sed] S.* *T* (*eras.* & ; *fuit igitur* Sed et) est] si *T* **11/12** sponsã *P* (ã *ex* ũ) *X* **12** passa] pacta *Gel* interitu *X* **14** secessus suos *M P X* : suos sinus *T* sinus *etiam Bmg* interim in aquis] interminasq' *T* (a *exp.*, *suprascr.* i) **13** uelud *M* (*corr. m.* 1) **17** interram *T* (*sed* in *exp.*) resorbebitur *T* : resorbetur *M P X* **18** praesentetur *P* **19** factus est tanquam

quod euasit, *et boni*, quod inuasit. **5.** Quid, anima, inuides carni ? Nemo tam proximus tibi, quem post deum diligas ; nemo magis frater tuus, quam quae tecum etiam in deo nascitur. **6.** Tu potius illi exorare debueras resurrectionem ; per te, si forte, deliquit. Sed nihil mirum, si odisti, cuius auctorem quoque respuisti, quam et in Christo aut negare aut mutare consueuisti, proinde et ipsum sermonem dei, qui caro factus est, uel stilo uel interpretatione corrumpens, arcana etiam apocryphorum superducens, blasphemiae fabulas.

7. Atenim deus omnipotens aduersus haec incredulitatis et peruersitatis ingenia prouidentissima gratia sua effundens in nouissimis diebus de | suo spiritu in omnem carnem, in seruos V 125
suos et ancillas, et fidem laborantem resurrectionis carnalis animauit et pristina instrumenta manifestis uerborum et sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate purgauit. **8.** Nam quia 'haereses esse oportuerat, ut probabiles quique manifestentur', hae autem sine aliquibus occasionibus scripturarum audere non poterant, idcirco pristina instrumenta quasdam materias illis uidentur subministrasse, et ipsas quidem isdem litteris reuincibiles. **9.** Sed quoniam nec dissimulare spiritum sanctum oportebat, quominus et huiusmodi eloquiis superinundaret, quae nullis haereticorum uersutiis semina subspargerent, immo et ueteres eorum cespites uellerent, idcirco iam omnes retro ambiguitates et quantas uolunt parabolas aperta atque perspicua totius sacramenti praedicatione discussit per nouam prophetiam de paraclito inundantem. **10.** Cuius si hauseris fontem, nullam poteris sitire doctrinam, nullus te ardor exuret quaestionum : resurrectionem quoque carnis usquequaque potando refrigerabis.

---

30 cf. Ioel 3, 1. **35** cf. I Cor. 11, 19.

---

unus ex nobis *T* : quasi unus ex nobis factus est *M P X* (= *Vulg*) ; *cf. Adu. Marc. II* 25 (370, 26 *Krm*) ; *Adu. Prax.* 12 (245, 14) uere *M P X* : uero *T* (o *exp., suprascr.* i) **20** inuasit] euasit *M* (e *exp., suprascr.* in) **21** deum *T* : dominum *M P X* **22** quam *T B* : *om. M P X* **24** delinquit *X* cuius] quorum *T* (*sed del., suprascr.* cui') **25** cristo *X* **25-26** consueuisti *Brf* : consueuistis *T* : consuesti *M P X* **26** idipsum *T* (*sed* id *exp.*) **27** archana *T P X* **27-28** apocriforum *T* ; apochryphorum *M* ; apochriphorum *P X* **28** fabulas *M P X* : fabula est *T* (t *exp.*) **29** Ad *T* (*suprascr.* t) haec *om. P* (*add. in mg.* R *ex H*) **33** et (*ante* sensuum) *om. T* **35** probabilis quisque *T* **35-36** manifestentur *T* (n *exp.*) *M P X* : manifestarentur *Gel* **36** hae *M P X* : haec *T* **38** mat*erias *T* (*eras.* h) illis *T B* : *om. M P X* **39** isdem *T* (h *suprascr.*) ; e isdem *X* (e *del.*) literis *P* (t *suprascr.*) nec dissimulare *M P X* : necdum simulare *T* ; necdum dissimulare *Gel* **40** sanctum spiritum *T* **43** quantas *T* : quas *M P X* **45** paraclito *T X* : paracleto *M P* inunamtem *T* (d *suprascr.*, m *pr. corr. in* n, m *alt. al. m.*) **46** auseris *T* (*suprascr.* h) fontem *T* : fontes *M P X* **47** refrigeraberis *Leopold* de resurrectione mortuorum explic(it) *T* ; De carnis resvrrectione explicit *M P* ; *in X nulla subscriptio.*

XX

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE EXHORTATIONE CASTITATIS

CVRA ET STVDIO

AEM. KROYMANN

MONITVM

A codex Parisinus Latinus 1622, saec. IX (Agobardinus).

F codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.

G codex amissus Gorziensis, quem adhibuit Rhenanus in editione sua tertia.

N codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9, saec. XV.

*R*¹ editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521 (cod. Hirsaugiensi superstructa).

*R*³ editio tertia Beati Rhenani, Basileae, 1539.

R consensus harum editionum.

B editio Mesnartii, Parisiis, 1545.

Le Saint *Tertullian Treatises on Marriage and Remarriage, translated by* William P. Le Saint, Westmonasterii, 1951 (*Ancient Christian Writers*, 13).

⌊ ⌋ his uncinis includuntur litterae quae in *A* euanuerunt.

Ex editione Vindobonensi quam anno MCMXLII euulgauit Aemilius Kroymann textum et apparatum sumimus, paucis emendatis. Sed quid sit cogitandum de pruritu Kroymanniano in textibus ad arbitrium castigandis, sapientem minime latet.

DE EXHORTATIONE CASTITATIS V 125

I. **1.** Non dubito, frater, te post uxorem in pacem praemissam ad compositionem animi conuersum de exitu singularitatis cogitare et utique consilii indigere. Quamquam in huiusmodi cum fide sua conloqui debeat unusquisque eiusque uires consulere, tamen quoniam in ista specie carnis necessitas cogitatum mouet, quae fere apud eandem conscientiam fidei resistit, opus est fidei extrinsecus consilio tamquam aduocato aduersus carnis necessitatem. **2.** Quae quidem necessitas facillime circumscribi potest, si uoluntas potius dei quam indulgentia consideretur. Nemo indulgentia utendo promeretur, sed uoluntati obsequendo. **3.** Voluntas dei est sanctificatio nostra. Vult enim imaginem suam nos etiam similitudinem fieri, ut simus sancti, sicut ipse sanctus est. Id bonum, sanctificationem dico, in species distribuit complures, ut in aliqua earum deprehendamur. **4.** Prima species est uirginitas a natiuitate ; secunda, uirginitas a secunda V 126
natiuitate, id est a lauacro, quae aut in matrimonio purificat⟨o⟩ ex compacto aut in uiduitate persereuerat ex arbitrio ; tertius gradus superest monogamia, cum post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiatur. **5.** Prima uirginitas felicitatis est, non nosse in totum a quo postea optabis

In instruendo huius libri apparatu critico eam rationem secutus sum, ut ea tantum, quae a lectione mihi probata et inter uerba recepta discrepant, in apparatu notarem.

I. **12***sq. cf.* I Thess. 4, 3 **13** *cf.* Gen. 1, 27 **14** *cf.* Leu. 11, 44 ; 19, 2 (*cf.* I Petr. 1, 16)

I. **1** INCIPIT DE EXHORTATIONE CASTITATIS *A*, Incipit De Exortacōē Castitatis *N*, Incipit Tertulliani de exhortacōē castitatis *F*. *Rhenanus* (*R*³) *mutauit titulum ita, uti scriberet :* Exhortatio ad castitatem, *sed nihil mutandum esse alia titulorum exempla docere uidentur, sicut* DE PRAESCRIPTIONE HAERETICORVM, DE SCORPIACE **2** pace *NFR Oehler Ho.* **2***sq.* remissam *A* **4** consilium digere *FR*¹, cons. eligere *N*, cons. dirigere R³*G* in] et *NFR* **5** debet *A* (*Oehler*) **7** necessitatis *A* monet *F* quae fere *A*, quaerere *FR*, *om. N* eandem quaerere *N* **8** fidei *Ios. Mercerus* : fidem *A*, quae fidei *NFR* resistit — — fidei *om. N* consilium *NFR* **9** aduoçato *A* (c *ex* s *corr.*), aduocatum *NFR* carnem *N* necessitates *A* (*Oehler*) **10** facillime *om. NFR* **11***sq.* indulgentiam audendo *NFR* **14** similitudine *Vrs.* s*imus (c *eras.*) *A* et ipse *NFR* **15** est, inquit. *NFR* distribuit (*scil.* deus) *NFR*, distribui *A*, distribuo *Rig.* (*Oehler*) **16** earundem de *A* **17***sq.* a secunda natiuitate *om. NFR* **18** id est a louaro (c *corr.*) quae *A*, ut et arbitrio uidua maneat cum alibi dicat (dicas *F*) dampnandam si nupserit, id est lauacro aquae *NFR*¹ (*ita et* R³, *nisi quod omittit uerba* cum — — nupserit) **18***sq.* purificato *scripsi* : purificat *libri omnes et uulgo* **20** monogamiae *NFR* **21***sq.* prima felicitas prima uirginitas est *NFR* **22** in totum] *haec uerba in NFR post*

liberari ; secunda uirtutis est, contemnere cuius uim optime noris ; reliqua species hactenus nubendi post matrimonium morte disiunctum praeter uirtutis etiam modestiae laus est. Modestia est enim ablatum non desiderare, ut ablatum a domino deo, sine cuius uoluntate nec folium de arbore delabitur nec passer assis unius ad terram cadit. II. **1.** Quam denique modesta illa uox est : *Dominus dedit, dominus abstulit, ut domino uisum est, ita factum est.* Et ideo si nuptias ablatas restauremus, sine dubio contra uoluntatem dei nitimur, uolentes habere quod habere nos noluit. Si enim uoluisset, minime abstulisset, — nisi si et hoc in uoluntatem dei interpretamur, quasi et rursus nos uoluerit habere V 127 quod iam noluit. **2.** Non est bonae et solidae fidei sic omnia et ⟨in⟩ uoluntatem dei referre et ita adulari ⟨ei⟩ unumquemque dicendo nihil fieri sine nutu eius, ut non intellegamus esse aliquid ⟨et⟩ in nobis ipsis. Ceterum excusabitur omne delictum, si contenderimus nihil fieri a nobis sine dei uoluntate, et ibit definitio ista in destructionem totius disciplinae, etiam ipsius dei, si aut quae non uult de sua uoluntate producat aut nihil est, quod deus non uult. **3.** Sed quomodo uetat quaedam, quibus etiam supplicium aeternum comminatur, utique etiam quae uetat non uult, ut quibus et offenditur, sicut et e contrario quae uult et praecipit et accepto facit

---

28 *cf.* Matth. 10, 29

II. **2** Iob 1, 21

---

uocem liberari (*l. 23*) *comparent* **23** secunda uirtutis est] secundae uirginitatis est *NFR* contempnere *A* cuius uim *A*, uim quam *NFR* **24** moris *F* reliquas *NF* hactenus *NFR* (*hoc est : non amplius*), sanctae (scc) *A* **25** uirtutes *NF* **26** modestia est enim *A*, *om.* *NF*, modestiae enim laus est R non] tamen non *N*, cum non *F* ut *scripsi* : et *ANFR* **27***sq.* labitur *NFR* **28** fassis *F*

II. **2** denique] *h. e. namque : perperam igitur a uerbis* quam denique *nouum caput instituit Rhenanus* dominus dedit R, deus dedit *NF*, *om.* *A* **3** et *om.* *NFR* **4** sublatas *A* (*Rig. Oehler*) **5** habere (*priore loco*) *A*, habere rursus *NFR uulgo* quod haberetur *A* **5***sq.* *uerba* si enim uoluisset *in A post uocabulum* abstulisset *leguntur* **6** minime *A*, non *NFR et uulgo* nisi si *A*, nisi *NFR* hoc in *scripsi* (interpretari aliquid in aliquid *cf. Adu. Hermog. 19 = III, p. 147, 1*), in hoc *NFR*, hoc *A* **7** et rursus nos uoluerit habere *A* (et *coniunge cum* uoluerit), rursus uellet in nos *NFR* **8** noluit deus *NFR* **9** et in *Hildebrandus* (*cf. infra l. 20sq.*), et *A*, ad *NFR et uulgo* adhulari *A* ei *addidi* : sibi *suppl. Vrs., quem secuti sunt et Rig. et Oehler* **10** nutu] iussione *NFR* **11** aliquid esse *NFR* et *addidi* **12** contenderimus] continuerimus *NFR* a nobis] in nobis *A* **13** hibit *A*, ibi *NFR* definito *NR*, diffinito *F* ista in] istam *NFR* distructionem *A* **14** aut que *A*, et quae *NR*, et me *F* **14***sq.* producit *NFR* **16** etiam] enim *A* (*probauit Rig. [Oehler, sed indicata parenthesi]*) **17** ut quibus *scripsi* : a quibus *libri et uulgo* **18** sicut et *A*,

---

II. **9** ⟨ei⟩] sibi *Vrsinus, prob. Waszink, 'Vig. Christ.', 1952, p. 189*

et aeternitatis mercede dispungit. Igitur cum utrumque ex praeceptis eius didicerimus, quid nolit et quid uelit, iam in nobis est uoluntas et arbitrium eligendi alterum, sicut scriptum est : *'Ecce posui ante te bonum et malum : gustasti enim de agnitionis arbore.'* **4.** Et ideo non debemus quod nostro expositum est arbitrio id domini referre in uoluntatem, eo quod non ipse uult ⟨quod malum est, qui bonum uult⟩ aut non uult quod bonum est qui malum non uult. Ita nostra V 128 est uoluntas, cum malum uolumus aduersus dei uoluntatem, qui bonum uult. **5.** Porro si quaeris, unde uenit ea uoluntas, qua quid uolumus aduersus dei uoluntatem, dicam : ex nobis ipsis. Nec temere. Semini enim tuo respondeas necesse est : siquidem ille princeps et generis et delicti Adam uoluit quod deliquit. Neque enim diabolus uoluntatem ei imposuit delinquendi, sed materiam uoluntati subministrauit. Ceterum uoluntas ⟨ei de⟩ dei inobaudientia uenerat. **6.** Proinde et tu, si non obaudieris domino, qui te proposito praecepto liberae potestatis instituit, per uoluntatis libertatem uolens deuerges in id, quod deus non uult, et ita te putas a diabolo subuersum qui, etsi uult te uelle quod deus non uult, non tamen facit ut et uelis, quia nec protoplastos tunc inuitos ad uoluntatem delicti subegit, immo neque inuitos neque ignorantes, quid deus nollet. **7.** Vtique enim nolebat fieri cui admisso mortem destinabat. Ita diaboli opus unum est, temptare, an uelis, qua in te est, ut uelis. At ubi uoluisti,

---

22 *cf.* Sir. 15, 17. 18 ; *cf.* Gen. 3, 17

---

sicuti et *NFR*, sic et *Oehler* et praecipit *A*, praecipit *NFR uulgo* accepto facit] accipit *NFR* **19** merce *F* pungit *N* igitur] itaque *NFR uulgo* **20** quid uelit et quid nolit *NFR* iam in *scripsi* : tamen *A*, iam *NFR* **21** et arbitrium *om.* *NFR* **22** enim *om.* *A* **23** nostri *NFR* **24** id domino *scripsi* : in domino *A*, in domini *NFR* in *A*, *om.* *NFR uulgo* eo *scripsi* : ei *A*, *om.* *NFR uulgo* **25** quod non ipse uult *A*, nos quos uult ipse *NFR* quod malum est qui bonum uult *addidi* **25***sq.* aut non uult quod bonum est *A*, et uelle est *NFR* (*nisi quod* est *om.* R) **28** ueniat *NFR* ea] ista *FR et uulgo*, ista bona *N* **29** dicam] ut dicam *NFR* **30** enim *om.* *NFR* tuo *om.* *N* **31** est] esse *A* et (*prius*) *om.* *NFR* **32** diabolu*s* *A* ei] eis *NR³G*, eius *FR¹* **33** uoluntati *AF*, uoluntatis *NR* **34** ⟨ei de⟩ dei inobaudientia *scripsi* (*cf. quae seq.*) : dei in obaudientiam *A*, dei ob inaudientiam *NFR uulgo* **35** oboedieris (ri *ex* n *corr.*) *A* domino] deo *NFR et uulgo* **37** deuerges in id *A*, deuergis in id R, deuergi sinit *NF* non uult] non uoluit *NFR* et ita *A*, ita *NFR* te putas] deputat *R³*, te puta *Vrs.* **38** submersum *N* uult] quid uult *A* (*Rig. Oehler*) te uelle] euelle *A* **38***sq.* non tamen facit ut et *om.* *A* **39** nec protoplastos tunc inuitos *scripsi* : nec tunc inuitos (istos *A*) protoplastos *libri et uulgo* protopla*s*stos *A* (u *eras.*) **40** dilecti *A* **41** nollet *ANR³*, nolit *FR¹* cui *FR*, cum *AN* (*idem mendum p. 134, 43*) **43** qua in te *scripsi* : quante *A*, quod in te *NFR et uulgo* ut uelis *om.* *NFR* adhubi

---

34 uoluntas Dei in obaudientiam uenerat *Le Saint*

sequitur, ut te sibi subigat, non operatus in te uoluntatem, sed nactus occasionem uoluntatis.

III. **1.** Igitur cum solum sit in nobis uelle et in hoc probetur V 129 nostra erga deum mens, an ea uelimus quae cum uoluntate ipsius faciunt, alte et impresse recogitandam esse dico dei uoluntatem : quid etiam in occulto uelit, — quae enim in manifesto, scimus, eaque ipsa qualiter — in manifestis intus inspiciendis perspiciendum est. Nam etsi quaedam uidentur uoluntatem dei sapere, dum ab eo permittuntur, non statim omne quod permittitur ex mera et tota uoluntate procedit eius, qui permittit. **2.** Ex indulgentia est quodcumque permittitur. Quae etsi sine uoluntate non est, quia tamen aliquam habet causam in illo, cui indulgetur, quasi de inuita uenit uoluntate, passa cuasam sui quae cogit uoluntatem. Vide, qualis sit uoluntas, cuius alter est causa. **3.** Secunda item species consideranda est ⟨non⟩ purae uoluntatis. Vult nos deus agere quaedam sibi placita, in quibus non indulgentia operatori patrocinatur, sed disciplina dominatur. Si tamen alia istis praeposuit, utique quae magis uult, dubiumne est ea nobis sectanda esse, quae mauult, cum quae minus uult, quia alia magis uult, perinde V 130 habenda sunt atque si nolit ? **4.** Nam ostendens quid magis uelit, minorem uoluntatem maiore deleuit, quantoque notitiae tuae utramque proposuit, tanto definiit id te sectari debere quod declarauit se magis uelle. Ergo si ideo declarauit, ut id secteris quod magis uult, sine dubio, nisi ita facis, contra uoluntatem dei sapiendo, sapiendo contra potiorem eius uoluntatem, magis offendis quam promereris, quod uult quidem faciendo sed quod mauult respuendo ; **5.** Ex parte delinquis ; ex parte, si non delinquis, non tamen promereris. Non porro et promereri nolle delinquere est ? Secundum igitur matrimonium si ex illa dei uoluntate, quae indulgentia uocatur, negabimus meram uoluntatem, cui indulgentia est causa ; si ex ea, cui potior alia praeponitur continentiae magis appetendae, didicerimus non potiorum a potiore rescindi.

6. Haec praestruxerim, ut iam apostoli uoces decurram. Inprimis autem non uidebor inreligiosus, si quod ipse profitetur animaduertam, omnem illum indulgentiam nuptiarum V 131 de suo, id est de humano sensu non, de diuino praescripto induxisse. Nam et cum de uiduis et innuptis definiit, uti nubant, si continere non possunt, quia melius sit nubere quam uri, conuersus ad alteram speciem — *nuptis autem denuntio,* inquit, *non quidem ego, sed dominus* — ista ostendit ex translatione personae suae in domini id quod supra dixerat non ex domini persona, sed ex sua pronuntiasse. [Melius est nubere quam uri.] **7.** Quae uoluntas licet ad eos pertineat, qui ⟨in⟩nupti uel uidui a fide deprehenduntur, quia tamen omnes eam ad nubendi licentiam amplectuntur, uelim retractare, quale bonum ostendat quod melius est poena, quod non potest uideri bonum nisi pessimo com-

III. **9***sq.* *cf.* I Cor. 7, 6

A **44** te] et *A* subigat] subiungat *A* (*sed cf. l. 40* : subegit) **45** occasionem *A*, possessionem *FR*, *om.* *N*

III. **1** sit] erit *NFR* et *om.* *NFR* **2** erga] in *NFR* **3** ipsius] eius *NFR* faciunt *Rig.* : faciant *A*, sapiant *NFR* alte et] alte *NFR* **4** *post* uoluntatem *grauius distinxi* *parenthesin indicaui : initium capitis tertii a Rhenano post* faciunt (*l. 3*), *ab Oehlero post* uelit (*l. 4*) *constitutum ego paulo supra esse uolui* **5** enim *om.* *N* in *om.* *FR* scimus *A*, scimus omnes *NFR et uulgo* qualiter] *scil.* uelit **5***sq.* manifestis *A*, manifesto *NFR et uulgo* **6** intus *A*, sint *NFR et uulgo* inspiciendis perspiciendum est *scripsi* : inspiciendum est *A*, perspiciendum est *NFR et uulgo* etsi] si *NFR* **7** ab eo] habeo *A*, a deo *NFR* **7***sq.* permittuntur] remittuntur *A* (*Oehler, sed cf. p. 125, 2* remissam *pro* praemissam) **10** quodcumque *AFR*, omne quod *N* permittetur *NF* etsi] est *A* **11** illo *AN*, loco *FR* **13** cuius] eius cuius *NFR* alter est] altera sit *NFR* **14** item] iterum *NFR* non *add.* *Vrs.* (*quod probat Rig., improbat Oehler*) **15** agere quaedam *om.* *NFR* sibi placita] placita sibi *A* (*Oehler ; sed hic ordo uerborum refragatur clausulae legi*) **16** indulgentiam *A* operatori *R*, operatur *NF*, *om.* *A* (*Rig. Oehler*) **17** alia *ANGR*[3], talia *FR*[1] istis praeposuit] ista praeponit *NFR* **18** sectanda] taxanda *NFR* **19** cum quae minus uult *A*, *om.* *N*, quam quae uult ea quae minus uult *F*, quam ea quae minus uult R quia *A*, qui *NR*, *om.* *F* alia magis uult *om.* *F* perinde *Rig.* : praeinde *A*, proinde *NFR* **20** adque *A* atque si nolit *om.* *NFR* ostendens] ostendendo *NFR* **21** maiorem *A* *post* deleuit *leuius distinxi* **22** definiit *A*, definiuit *NR*, diffiniuit *F* **23** declarauit se] parauit te *NFR*[1], parauit eum

35—135, **70** *cf.* De Monogamia cap. 3 **38** *cf.* I Cor. 7, 6 **39** *cf.* I Cor. 7, 9 **41** I Cor. 7, 10

R[3] **24** ut id secteris] ut a (a *om.* *F*) se ceteris *NF*, uti secteris *R* **25** dei sapiendo, sapiendo *A*, eius sapis, sapiendo *NFR* *uulgo* **26** magis *A*, magisque *NFR* *uulgo* **27** sed quod *scripsi* : et quod *A*, quod R[3], *om.* *NFR*[1] **28** patre delinqui *A* non (*sec. loco*) *om.* NFR **30** *ante* secundum *ras. 10* litt. : *fuit* nolle delinquere ē *ut uid.* *A* igitur] itaque *NFR* si ⟨est⟩ ex *Vrs.* (*Rig. Oehler*) : *sed copulae omissio auctori usitatissima est* **31** uocatur] cogitur *NFR* negauimus *NFR*[1] uoluntatem *om.* *NFR* **31***sq.* indulgenda *NFR*[1] **32** ex *om.* NFR **34** rescindi *Rig.* : rescindit *A*, scindi *NFR* **35** praestruxerim *NFR*, praestrinxerim *A* (*Rig. Oehler*) uoce *NFR* **36** si quid *NFR* **36***sq.* profiteretur *F* *post* profitetur *in* *NFR* *occurrunt repetita ex superioribus* : continentiae magis appetendae didicerimus **37** animaduertam] iam animaduertam *NFR* indulgentiarum *N* **38** praescriptu *NFR* **39** de uiduis et innuptis *AR*[3], debuisses (debuisset *N*) in nuptiis *NFR*[1] definiuit *NFR* **40** sit nubere] est nubi *NFR* **41** aliam *NFR* *parenthesin indicaui* **42** quidem *om.* *NFR* ista *AN*, ita *FR* *uulgo* **43** ex translatione] extra (ex *N*) rationem *NFR* in domini *scripsi* : in dño *A*, in dominum *NR*, in deum *F* id quod] et quod *NFR* **44** dixerant *A* non] id non *NFR* persona domini *NFR* **45** melius est nubere quam uri *seclusi* est nubere] esse nubi *NFR* uoluntas *A* (*cf. supra l. 39*) : uox *NFR et uulgo* **46** ⟨in⟩nupti *Rig.* : nupti *A*, sunt nupti *NFR* **46***sq.* a fide deprehenduntur *om.* *NFR* **47** qui *NFR* omnes eam ad *om.* *NFR* **48** retractare *NFR*, pertractare *A* (*Rig. Oehler ; sed confunduntur*

paratum, ut ideo bonum sit nubere, quia deterius ardere. **8.** Bonum ita est, si perseueret nomen hoc obtinens in comparatione, non dico mali, sed etiam boni alterius, ut, etsi bono alii comparatur et alio adumbratur, nihilominus remaneat in boni nomine. Ceterum si per mali conlationem V 132
cogitur bonum dici, non tam bonum est quam genus mali inferioris, quod a superiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. **9.** Aufer denique condicionem comparationis, ut non dicas [Melius est nubere] *quam uri*, et quaero an dicere audeas : *Melius est nubere*, non adiciens quid sit id, quo melius est. Ergo quod non melius, utique nec bonum, quia abstulisti et remouisti condicionem comparationis, quae dum melius illud facit ⟨alio malo,⟩ ita bonum haberi cogit. **10.** Ita *melius est nubere quam uri* sic accipiendum est, quomodo melius est uno oculo quam duobus carere ; si tamen a comparatione discedas, non erit melius unum oculum habere, quia nec bonum. Nemo igitur captet ex hoc capitulo defensionem, quod proprie ad innuptos et uiduos spectat, quibus nulla adhuc coniunctio numeratur. Quamquam ostenderim etiam illis intellegendam esse permissi condicionem.

IV. **1.** Ceterum de secundo matrimonio scimus plane apostolum pronuntiasse : *Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem, sed et si duxeris, non delinquis.* Perinde tamen et huius sermonis ordinem de consilio suo, non de diuino V 133
praecepto introducit. Multum autem interest inter dei prae-

58 *et* **59** I Cor. 7, 9 **63** *ib.*

IV. **2** I Cor. 7, 27. 28 **3** *cf.* I Cor. 7, 25

praefixa per- prae-re *cf. in hoc libro p. 125, 2 ; 129, 7sq. ; 130, 1 ; de uerbo retractandi Ho. Synt. u. Stil p. 138*) **50** deterius *N*, deterius sit *A* (*Oehler*), deterius est *FR* (*Rig.*) **50***sq.* ardere. Bonum ita est *om. A* **51** perseueret] per se *NFR* hoc *om. A* (*Oehler*) obtinens (perseuero *cum participio more graeco* : διάγει τηρῶν) *A*, obtinet *NFR* in *scripsi* : sine *libri et uulgo* **52** et ut si *N* **53** alii] alio *NFR* alio] ab alio *NFR* **54** in] id *NFR* nominis *NFR* conlationem] condicionem *A* (*Rig. Oehler*) **55** bonum (*priore loco*) *om. NFR* **57** aufer denique AR^3, auferendique NFR^1 **58** discas *A* melius est nubere *seclusi* **59** dicicere *A* quid sit id AR^3, quid sit fieri NFR^1 **60** quo R^3 ,quod *A* (*Oehler*), *om.* NFR^1 **61** quia] quia *A* condicionem *AN*, indicionem *F*, dictionem *R* **62** facit] alio malo *addidi : in loco gemello libri De monogamia libri habent* : alio, *quod inde hic recepit* R^3 ita bonum haberi *AR*, ita bonum ita habere *NF* **63** ita melius *scripsi* (*cf. duplicatum* ita *quod est in NF*) melius *libri* est nubere *A*, esse (esses *F*) nubi *NFR* **64** quomodo] ac si *NFR* melius est] melius *NFR* **66** habere] non habere *NFR* quia *AN*, quam *FR* nec] et *NFR* **67** nuptos *NFR* **69** intellegendam] numerandam *NFR*

IV. **1** plane] tamen *NFR* **3** et *om. A* (*Rig. Oehler*) delinquis (ἥμαρτες) *A Rig.* (*cf. p. 128, 37*) : delinques *NFR Oehler* proinde *NFR* **4** de (*priore loco*) *om. NFR* **5** introducit *A*, introduxit *NFR uulgo* autem] tamen *N*

ceptum et consilium hominis. *Praeceptum domini*, inquit, *non habeo, sed consilium do, quasi misericordiam consecutus a domino fidelis esse.* **2.** Ceterum neque in euangelio neque in ipsius Pauli epistolis ex praecepto dei inuenias permissam matrimonii ⟨ite⟩rationem. Vnde unum habendum confirmatur, quia quod a domino permissum non inuenitur, id agnoscitur interdictum. Adde quod et haec ipsa humani consilii interiectio, quasi iam recogitationem excessus sui passa, statim se refrenat et reuocat, cum subiungit : *Verumtamen huiusmodi pressuram carnis habebunt*, cum parcere se eis dicit, cum *tempus in collecto* esse adicit, quo oporteat etiam habentes matrimonia pro non habentibus agere, cum sollicitudinem nuptorum et innuptorum committit. **3.** Per haec enim docens, cur non expediat nubere, dissuadet ab eo, quod supra indulserat. Et hoc de primo matrimonio : quanto magis de secundo ? Cum uero nos ad exemplum suum hortatur, utique ostendens quid nos uelit esse, id est continentes, pariter declarat, quid nos esse nolit. Ita et ipse cum aliud uult, id quod non uult nec sponte nec ueritate permittit. **4.** Si enim uellet, non permisisset, immo imperasset. 'Sed ecce rursus mulierem marito defuncto V 134
dicit nubere posse, si cui uelit, tantum in domino.' *At enim felicior erit*, inquit, *si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem, et ego dei spiritum habeo.* Videmus duo consilia : quo supra nubendi ueniam facit, et quo postmodum continentiam nubendi docet. **5.** Cui ergo, inquis, adsentabimur ? Inspice et lege : cum ueniam facit, hominis prudentis consilium allegat, cum continentiam indicit, spiritus sancti consilium affirmat. Sequere admonitionem cui diuinitas patrocinatur. Spiritum quidem dei etiam fideles habent, sed non omnes fideles apostoli. Cum ergo qui se

6 I Cor. 7, 25 **14** I Cor. 7, 28 **15** *cf. ib.* **16** *cf.* I Cor. 7, 29 **18** *cf.* I Cor. 7, 32—34 **21** *cf.* I Cor. 7, 8 **26** *cf.* I Cor. 7, 39 **27** I Cor. 7, 40 **32** *cf.* I Cor. 7, 25

6 domini] dei *NFR* inquid *A* (*pro more*) **7***sq.* secutus *A* **8** a domino *om. NFR* fideles *A* caeterum *A*, quoniam *NR*, quam *F* in *om. NFR* **9** peruenias *A* **10** ⟨ite⟩rationem *Ios. Mercerus* : rationem *A*, separationem *NFR* **12** ignoscitur *A* interdictum *om. A* ad quod *N* haec *om. N* humani] huius *NFR* **13** interiectionem *A* quasi iam recogitationem *om. A* excessus $ANGR^3$, excussus FR^1 **14** refrenat] frenant *A* **16** in collecto *NFR*, in collectum *A* **18** et innuptorum *om. NFR* **20** de] ne *NFR* **21** de *om. NFR* nos uero *NFR* **23** nolit ⟨id est incontinentes⟩ *Rig.* (*otiose mea quidem sententia*) **24** ita et ipse cum aliud uult *om. NFR* **26** hecce *A* defuncto marito *NFR* **28** perman*serit *A*, perseuerauerit *NFR* **29** dei spm (spm *in ras. a manu alia antiqua*) *A*, spiritum dei *NFR* **31** docet *Oehler* : docit *A*, indicit *NR*, inducit *F* inquis *AR*, inquit *F*, *om. N* **31***sq.* adsentabimur *A*, consilio adsentabimur (adsentabimus *F*) *NFR* **32** inspici *A* **33** incidit *A* **35** patrocin*atur (i *eras.*) *A* **36** habent sed] habentes et *A*

fidelem dixerat adiecit postea spiritum dei se habere, quod nemo dubitaret etiam de fideli, idcirco id dixit, ut sibi apostoli fastigium redderet. **6.** Proprie enim apostoli spiritum sanctum habent, qui plene habent in operibus prophetiae et efficacia uirtutum documentisque linguarum, non quasi ex parte, quod ceteri. Ita spiritus sancti auctoritatem ad eam speciem adire fecit, cui magis nos obsequi uoluit, et factum est iam non consilium diuini spiritus, sed pro eius maiestate praeceptum.

V. **1.** Ad legem semel nubendi dirigendam ipsa origo humani generis patrocinatur, contestans quod deus in primordio constituerit in formam posteritati recensendum. Nam cum hominem figulasset eique parem necessariam prospexisset, unam de costis eius mutuatus unam illi feminam finxit, cum utique nec artifex nec materia defecisset. Plures costae in Adam in infatigabiles manus in deo, sed non plures uxores apud deum. **2.** Et ideo homo dei Adam et mulier dei Eua unus inter se nuptiis functi formam hominibus dei de originis auctoritate et prima dei uoluntate sanxerunt. Denique *erunt*, inquit, *duo in carnem unam*, non tres neque quatuor. Alioquin, quoniam una caro, nec duo in unam carnem ⟨nisi⟩ tunc erunt, si coniunctio et concretio in unitatem semel fiat. Si uero rursus aut saepius, iam una esse desiit, et erunt iam non duo in unam carnem, sed una plane contra in plures. **3.** At ⟨et⟩ cum apostolus in ecclesiam et

V 135

V. **5** *cf.* Gen. 2, 21 **11** *cf.* Gen. 2, 24 (*cf.* Eph. 5, 31) **15** *cf.* Eph. 5, 31. 32

36*sq.* apostoli. Cum ergo] apostolicum ergo quod fidelem dixerit *NFR*^{1}, apostoli. cur ergo cum fidelem dixerit R^3 **37** adiecit *AN*, adicit *FR* spm di se *A* se spm dei *N*, spm se dei *FR* **38** dubitat *NFR* id] hoc *NFR* **40** qui plene habent *om. A* ⟨ut⟩ qui *susp. Oehler* profetię *A* **41** et *om. NFR* efficaciam *NFR* documentisque linguarum] atque documentorum linguam *NFR* quasi *om. A* (*Rig. Oehler*) **42** spiritus sancti auctoritatem] spm scm auctoritate *NFR* **43** eam] eandem *NFR* cui] cum *A* nos magis *NFR* **44** consilium *AR*^{3}, consilii *NFR*^{1}

V. **1** dirigendam *AN*, dirigam *FR*^{1} **2** quod *NF*, quid *AR uulgo* **2***sq.* in primordio] ab initio *NFR* **3** in formam] *h. e. in legem* posteritatis *NFR* recensendum *scripsi* : recensendam *libri et uulgo* nam *om. A* **4** figurasset *NFR* patrem *A* necessario *A* **5** minatus *N* femina *A* **7** infatigabiles *NGR*^{3}, infatigabilis *A*, infabricabiles *FR*^{1} **8** homo] modo *A* mulier dei *om. A* **9** Eua] euha *A* functi] defuncti *F*, defuncti sunt *NR* hominis *NFR* dei de *ANFR*, de *Rig.* (*Oehler*) **10** primam dei uoluntatem *NFR* **11** denique (*h. e.* enim) *A*, *om. NFR* duo inquit *NFR* carnem unam *scripsi* (*cf. l. 12 et 15*) : carne una *A*, una carne *NFR* **12** quoniam *A*, iam non *NFR uulgo* *post* caro *uirgulam posui* **12***sq.* unam carnem *A*, una carne *NFR* **13** nisi *addidi* **13***sq.* in unitatem *A*, dum in unitate *NFR*^{1}, duum in unitate R^3 **15** iam *om. A* una carne *NFR* **15***sq.* plane contra] *h. e. gerade umgekehrt* **16** contra *scripsi* (*i. e. e contrario*) : costa *A*, caro *NFR* et *addidi* (*similiter* at et si *Ad nat. I 15 = I p. 85, 16*) aeclesiam *A*

Christum interpretatur *erunt duo in unam carnem* secundum spiritales nuptias ecclesiae et Christi, — unus enim Christus et una eius ecclesia — agnoscere debemus duplicatam et exaggeratam esse nobis unius matrimonii legem V 136
tam secundum generis fundamentum quam secundum Christi sacramentum. **4.** De uno matrimonio censemur utrobique, et carnaliter in Adam et spiritaliter in Christo. Duarum natiuitatum unum est monogamiae praescriptum. In utraque degenerat is, qui de monogamia exorbitat. Numerus matrimonii a maledicto uiro coepit : Primus Lamech duabus maritatus tres in unam carnem effecit.

VI. **1.** 'Sed et benedicti,' inquis, 'patriarchae non modo pluribus uxoribus, uerum etiam concubinis coniugia miscuerunt.' Ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere ? Sane licebit, si qui adhuc typi futuri alicuius sacramenti supersunt, quod nuptiae tuae figurent, uel si etiam nunc locus est uocis illius : *Crescite et multiplicamini*, id est, si nondum alia uox superuenit, tempus iam in collecto esse, restare, ut et qui uxores habeant tamquam non habentes agant. **2.** Vtique enim continentiam indicens et compescens concubitum, seminarium generis, abolefecit *Crescite* illud *et multiplicamini*. Vt opinor autem, unius et eiusdem dei utraque pronuntiatio et dispositio est, qui tum quidem in primordio sementem generis emisit indultis coniugiorum habenis, donec mundus repleretur, donec nouae disciplinae materia proficeret, nunc uero sub extremitatibus temporum compressit quod emiserat et reuocauit V 137
quod indulserat, non sine ratione prorogationis in primordio et repastinationis in ultimo. **3.** Semper initia laxantur,

17 Eph. 5, 31 **26***sq. cf.* Gen. 4, 19

VI. **4** *cf.* Gal. 4, 21—26 **6** Gen. 1, 22. 28 **7** *cf.* I Cor. 7, 29 **8** *cf. ib.* **11** Gen. 1, 22. 28

17 una carne *NFR* **18** enim *om.* R **20** legem *om. NFR* **22** sacramentum] firmamentum *NFR* **22***sq.* utrubique *A* utrum ubique *NF* **23** carnaliter et *NF* **25** is qui *Oehler* : u*que *A*, qui *NFR* (*an* aeque qui ?) **26** lamen A

VI. **2** coniugia (a *ex* s *fec.*) *A* **3** in numerum R^3, innumerum *ANFR*^{1} **4** si qui R, si quia *NF*, si *A* (*Rig. Oehler*) alicuius futuri *NFR* **5** sacramenti] sacramenta *A* (*Rig. Oehler*) supersunt] *intellego :* edendi sunt quod *scripsi* : quos *libri et uulgo* uel *A*, quod (*ortum uidetur ex correctione* quod *pro corrupto* quos) *NFR*^{1}, aut R^3 **8** qui* *A* habent *NFR* **10** abolescit *NFR* **12** et dispositio *om. A* **13** tum] tunc *NFR* **15** proficeret, nunc *uulgo distinguitur* sub] cum *NFR* **17** prorogationis *A* (*cf. Val. Max. III 4, 6 :* familia prorogata, *h. e. propagata*), propagationis *NFR* **18** pastinationis *A*

VI. **3** innumerum *bene tuet. Oehler, prob. Waszink, l. c., p. 185*

fines contrahuntur. Propterea siluam quis instituit et crescere sinit, ut tempore suo caedat siluam. Erit uetus dispositio, quae ab euangelio nouo deputatur, in quo et 'securis ad radices arboris posita'. Sic et *oculum pro oculo dentem pro dente* iam senuit, ex quo iuuenuit 'malum pro malo nemo reddat'. Puto autem etiam in humanis constitutiones atque decreta posteriora pristinis praeualere.

VII. **1.** Cur autem de pristinis exemplis non ea potius agnoscamus, quae cum posterioribus communicant de disciplina et formam uetustatis ad nouitatem transmittunt? Ecce enim in uetere lege animaduerto castratam licentiam saepius nubendi. Cautum in Leuitico: 'Sacerdotes mei non plus nubent.' Possum dicere etiam illud 'plus' esse quod semel non est. Quod non unum est, numerus est. Denique post unum incipit numerus. Vnum autem est omne quod semel est. **2.** Sed Christo seruabatur, sicut in ceteris, ita in isto quoque legis plenitudo. Inde igitur apostolus plenius atque strictius praescribit unius matrimonii esse oportere V 138 qui allegant⟨ur⟩ in ordinem sacerdotalem. Vsque adeo quosdam memini digamos loco deiectos. Sed dices: 'Ergo ceteris licet ⟨quod eis non licet,⟩ quos excipit.' Vani erimus, si putauerimus quod sacerdotibus non liceat laicis licere. **3.** Nonne et laici sacerdotes sumus? Scriptum est: *Regnum quoque nos et sacerdotes deo et patri suo fecit.* Differentiam inter ordinem et plebem constituit ecclesiae auctoritas

---

21 *cf.* Matth. 3, 10 **22** Exod. 21, 24 (*cf.* Leu. 24, 20 ; Deut. 19, 21 ; Matth. 5, 38) **23** *cf.* Rom. 12, 17

VII. **5** *cf.* Leu. 21, 13—15 **10** *cf.* Matth. 5, 17 **11** *cf.* I Tim. 3, 2 ; Tit. 1, 6 **16***sq.* Apoc. 1, 6

---

laxatur *A* **19** fines contrahuntur *om. A* (*Rig. Oehler*) **20** siluam. Erit *scripsi* : siluerit *A*, siluam. erat *NFR*, silua erat *Oehler* **21** ab euangelio] in euangelio *NFR* deputatur] *h. e.* caeditur, amputatur **22** arboris om. *A* (*Rig. Oehler*) : *teneo, etiam propter meliorem clausulam* et dentem *NFR uulgo* **23** pro malum *A* **24** in *AN*, *om. FR* humanis *scripsi* : humanas *A*, humanam *NFR* **24***sq.* constitutionem *NFR* **25** adque *A* decreta posteriora] decretum postea *NFR* postera *Vrs.* posteris *NFR*

VII. **1** de *om. NFR* **2***sq.* disciplinae formam *NFR* **3** trans,mittunt *A* **4** ⟨et⟩ in *fort.* ueteri *NFR* legem *A* **5** cautum est in *NFR* **6** nubunt *A* possum *AR*, possunt *NF* **8** unam *A* est *om. NF* **9** in christo NFR^{1}, uni Christo R^{3} **10** apostolus *scripsi* (*cf. infra l. 14* excipit, *et locos scripturae infra laudatos*) : apud nos *libri et uulgo* **11** strictius *Lat.* : structius *NFR*, instructius *A* (*Rig. Oehler*) praescribit *scripsi* : praescribitur *libri et uulgo* **12** qui allegantur *scripsi* : qui allegant *A*, quos alleget *NF*, quos allegi R, quos allegi liceat *Pam.* adeo] ad *NFR* **13** digamos] dicamus *NFR* deiactos *A* **14** quod eis non licet *addidi* : *om. A*, cum quibus non liceat *NFR* quos excipit *A*, excipit *NFR* **16***sq.* sumus — — sacerdotes (*l. 17*) *om. A* ante regnum *uerba quae sunt* laici sacerdotes sumus *iterata inueniuntur in NF* **18***sq.* auc-

et honor per ordinis consessus sanctificatos deo. Vbi ecclesiastici ordinis non est consessus, et offers et tinguis et sacerdos es tibi solus; scilicet ubi tres, ecclesia est, licet laici. **4.** Vnusquisque enim, secundum quod et apostolus dicit, *uiuit fide sua, nec est personarum acceptio apud deum,* quoniam *non auditores legis iustificantur a domino, sed factores.* Igitur si habes ius sacerdotis in temetipso ubi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam sacerdotis nec ubi necesse est habere ius sacerdotis. Digamus tinguis? V 139 digamus offers? **5.** Quanto magis laico digamo quod ad salutem capitale erit agere pro sacerdote, cum ipsi sacerdoti digamo facto auferatur agere sacerdotem. Sed necessitati, inquis, indulgetur. Nulla necessitas excusatur quae potest non esse. Noli denique digamus deprehendi, et non committis in necessitatem administrandi quod non licet digamo. **6.** Omnes nos deus ita uult dispositos esse, ut ubique sacramentis eius obeundis apti simus. Vnus deus, una fides: una sit et disciplina, usque adeo **nisi et laici ea obseruent,

---

21 *cf.* Matth. 18, 20 **23** *cf.* Hab. 2, 4 (*cf.* Gal. 3, 11 ; Rom. 1, 17 ; Hebr. 10, 38) Chron. II 19, 7 (*cf.* Rom. 2, 11 Col. 3, 25 ; Eph. 6, 9) **24** Rom. 2, 13 **35** *cf.* Eph. 4, 5

---

toritas, et honor *uulgo distinguitur* **19** honor] *idem quod Graecorum* ἀξίωμα consessus (*h. e.* συνέδρια) sanctificatos *scripsi* : consessum (consensum *N*) sanctificatus *libri et uulgo* deo *scripsi* : a dño *A*, a deo NFR^{3}, adeo R^{1} (*Rig. Oehler*), *grauiore distinctione adhibita post* sanctificatus ubi AR^{3}, est ibi NFR^{1} **20** offert et tinguit *NFR* inguis *A* **21** et *om. NFR* scilicet *scripsi* (scilicet *sensu causali primo loco positum saepius occurrit*) : sed *A*, sed et *NF* **22***sq.* *uerba* secundum quod et apostolus dicit *quae in libris mss. infra l. 24 post* iustificantur *leguntur, huc transtuli* et apostolus] *scil. sicut propheta Habacuc* **23** fide sua *A*, de sua fide *NFR* exceptio *A* (*Oehler*) **24** iustificantur *A*, iustificabuntur *NFR* **26** disciplina FR^{1} **27** nec ubi necesse est *A* (*h. e. etiam illic ubi non necesse est*), necesse sit *NFR*, ubi necesse sit *Rig.* (*Oehler*) digamus *AR*, dicamus *NF* **28** digamo] dicat *NF* **28***sq.* quod ad salutem *Gel.* : quo apud salutem NFR^{1}, *om.* AR^{3} *uulgo* **29** erit] est *A* (*Rig. Oehler*) sacerdote] salute *N* cum] quam R^{3} sacerdoti AR^{3}, saluti NFR^{1} **30** digamo] dicitur quo ue NFR^{1}, dicitur qui eo R^{3} auferatur agere sacerdotem] communicatur (excommunicatur R^{3}) actione sacerdotis $NFR^{1}G$ **31** induligetur *A*, indulserit *NFR* **32** non esse necessitas *NFR* noli *om. NFR* digamus] dicamus NFR^{1}, digamos R^{3} reprehendi R^{3} **32***sq.* non committis in *om. NFR* (committere in *idem quod* se committere in *uel* incidere in *cf. Apol. 24 = II 1 p. 68, 10*) **33** necessitate NFR^{1} digamo] dicam *FR*, dicamus R **34** uult] uoluit *NFR* ut AR^{3}, et NFR^{1} **34***sq.* sacramentis] sanctionis NFR^{1}, sanctiones R^{3} **35** obeundis] obeundi R^{3} apti — — una *om. NFR* **36** sit et *scripsi* : sit *NFR*, et *A* disciplina. Vsque adeo nisi *uulgo* usque adeo] *h. e.* usque adhuc, *ut supra p. 138, 2* *lacunam signaui* : usque adeo ⟨apud alios alia. Alioquin⟩ nisi *rescribi*

VII. **19** honor per ordinis consessum sanctificatos. Adeo *Le Saint* ; *fort. legendum* : honor per ordinis consessum sanctificatus a deo

per quae presbyteri alleguntur, quomodo erunt presbyteri, qui de laicis alleguntur? Ergo †pugnare debemus ante laicum iussum a secundo matrimonio abstinere, dum presbyter esse non alius potest laicus quam semel fuerit maritus.

VIII. **1.** Liceat nunc denuo nubere, si et omne quod licet V 140 bonum. Sed idem apostolus exclamat: *Omnia licent, sed non omnia prosunt.* Quod non prodest, oro te, bonum potest dici? Si licita sunt et quae non prosunt, ergo et quae non bona sunt licita sunt. Quid autem magis uelle debebis: quod ideo bonum est, quia licet, an quod ideo, quia prodest? Multum existimo esse inter licentiam et utilitatem. De bono non dicitur 'licet', quia bonum permitti non exspectat, sed assumi. **2.** Permittitur autem quod an bonum sit in dubio est, quod potest etiam non permitti, si non habeat aliquam sui causam: †primam, quia propter incontinentiae periculum permittitur nubere, secundo, quia nisi licentia alicuius non bonae rei subiaceret, non esset in quo probaretur, quis diuinae uoluntati et quis potestati suae obsequatur, quis nostrum utilitatis praesentiam sectetur et quis occasionem licentiae amplexetur. **3.** Licentia plerumque temptatio est disciplinae, quoniam disciplina per temptationem probatur, temptatio per licentiam operatur. Ita fit, ut omnia liceant, sed non omnia expediant: dum temptatur cui permittitur, et iudicatur, dum in permissione V 141

VIII. **2** *cf.* I Cor. 6, 12 **19** *cf. ib.*

uelim et *om.* *NFR* **37** allegantur *NFR* **38** pugnare *A*, perferre NFR^1, proferre R^3 *: rescribendum censeo aut* purgare (*cf. Apol. 4 = II 1 p. 13, 41, ubi idem mendum in codd. occurrit*) *aut ex recentiorum memoria* purificare **40** laicus quam *scripsi* : quam laicus *libri et uulgo* quam ⟨qui⟩ R^3 *et uulgo : sed de hac omissione pronominis relatiui post* quam *conferas Lfst. Zur Spr. Tert. p. 35/36* maritatus *NFR*

VIII. **1** et *om.* *A* (*Rig. Oehler*) **2** sed *scripsi* : et *A*, est *NFR et uulgo* exclamabat *NFR* **3** prosunt] pro salute *NFR* potest bonum *NFR* **4sq.** et quae (*prius*) — — — licita sunt *om.* *A* **4** prosunt *scripsi* : pro salute *NFR et uulgo* (*idem mendum supra l. 3*) **6** ideo] ergo *NFR* (*bis*) **7** utilitatem *A* (*Rig.*), salutem *NFR* (*Oehler*) **8** dicitur] uincis *NFR* licet] scilicet R^3 permitti NR^3, permittit AFR^1 **9** autem] aut NFR^1, ut R^3 **10** dubio AR^3, dubium NFR^1 permitti] permisit *A* **11** *post* causam *grauius distinxi* primam, quia *libri : deleri uoluit* quia *Rig.* : *ego corruptelam latius pertinere ratus sic uelim restitui* : causam : ⟨sic⟩ primum quidem propter **12** secundo] secundum *NFR* (*sed* primum....secundo *et apud alios occurrit ut Cic. pro Planc. 50, ubi falso addidit Hirschfeld* loco) nisi *AR*, non *N*, ũ (*h. e.* uero) *F in ras.* (*fuit* ñō) **14** quis (*priore loco*) *Vrs.* : quid *A*, qui *NFR* quis *A*, qui *NFR* **14** suae potestati *NFR* **15** obsequeretur *A* (*Rig. Oehler*) praesentiam] praestantiam *Rig.* **16** *post* amplexetur *in NFR leguntur* : quis diuinae uoluntati et quis suae uoluptati obsequatur **17** temptatio est AGR^3, tentatione NFR^1 **18** temptatio] temptatur NFR^1 **20** iudicatur] uincatur *NFR*

VIII. **15** praestantiam *Rig.*, *prob. Le Saint*

temptatur. Licebat et apostolis nubere et uxores circumducere, licebat et de euangelio ali. Sed qui iure hoc usus non est in occasione, ad exemplum nos suum scilicet et prouocat, docens in eo esse probationem, in quo licentiae experimentum abstinentiae praestruxit.

IX. **1.** Si penitus sensus eius interpretemur, non aliud dicendum erit [secundum] matrimonium quam quasi species stupri. Cum enim dicat maritos hoc in sollicitudine habere, quemadmodum sibi placeant, non ⟨autem⟩ utique de moribus — nam bonam sollicitudinem non suggillaret — sed de cultu et ornatu et omni studio formae ad inlecebras moliendas sollicitos intellegi uelit, de forma autem et cultu placere carnalis concupiscentiae ingenium sit, quae etiam stupri causa est, ecquid uidetur tibi stupri affine esse matrimonium, quoniam ea in illo deprehenduntur, quae stupro competunt? **2.** Interim ipse dominus: *Qui uiderit*, inquit, *mulierem ad concupiscendum, iam stuprauit eam in corde suo.* Qui autem eam ad ducendum uiderit, minus an V 142 plus fecit? Quid si etiam duxerit? quod non faceret, nisi et ad ducendum concupisset et ad concupiscendum uidisset, nisi si potest duci uxor quam non uideris nec concupieris. **3.** Multum sane interest, maritus ⟨suam⟩ an [caelebs] aliam concupiscat, [omnis mulier etiam caelibi alia est, quamdiu

21 *cf.* I Cor. 9, 5 **22** *cf.* I Cor. 9, 14. 15. *cf.* I Cor. 9, 12

IX. **3sq.** *cf.* I Cor. 7, 33. 34 **11** Matth. 5, 28 **15** *cf. ib.*

22 euangelio *A*, euangeliis *NFR* ali] uiuere *NFR* qui iure hoc usus] quibus reus NFR^1, qui his usus R^3 **23** in occasione *scripsi* : in occasionem *NFR*, occasionem *A* suum *om.* *A* **23sq.** scilicet et prouocat] prouocat *NFR uulgo* **24** licentia *A* (*Rig. Oehler*) **25** experimentum] *i. e.* πεῖρα praestruxerit *NFR*

IX. **1** si penitus] superiorem ne *NFR* aliud] illud *NFR* **2** secundum *seclusi* (*cf. infra l. 9sq.*) quam quasi *scripsi* (*cf. infra l. 9*) : quam *A*, quasi *NFR* speciem *NFR* **3** dicat] dicens *van der Vliet* sollicitudinem *NFR* **4** quemadmodum] quonam modo *NFR* autem *addidi* **5** nam ut bonam *NFR* sugilaret *A*, subleuaret *NFR* sed *NFR*, et *A* (*Rig. Oehler*) **7** moriendas *NF*, mouendas *R* intellegi] iungi *NR*, unigi *F* uelit] uelut *R* autem *om.* *NFR* **9** causa — — stupri *om.* *A* ecquid *R*, eo quod *NF* affinem *A* **9sq.** matrimonium *A*, secundum matrimonium *NFR et uulgo* deprehenduntur] reprehendo *NFR* **11** interim *NFR* (*cf. supra l. 1* : si penitus interpretemur) : *om.* *A* (*Rig. Oehler*) ipse dominus] dominus ipse dicit *NFR* **11sq.** inquit *om.* *N* **12** ad concupiscendum eam *NFR* **13** eam *om.* *NFR* adducendam NFR^1 **13sq.** an plus *Rig.* : amplius *A*, par NFR^1 (perfecit R^3) **14** nisi] non *N* et *om.* *NFR* **15** adducendam *N* et ad concupiscendum uidisset *om.* *NFR* **16** nisi si] si *om.* *NFR* non] et si non *NFR* uideris nec concupieris] uideris et (at R^3) concupieris saltem, cum ipsam ducere coeperis *NFR* **17** interest] abest *NFR* maritos *NFR* suam *addidi* caelebs *seclusi* **17sq.** an caelebs aliam concupiscat] apud coelum non concupiscentes NFR^1, a. c. concupiscens sed R^3 **18** etiam *om.*

aliena, nec per aliud tamen fit maritus nisi per quod et adulter. 'A⟨t⟩ leges uidentur matrimonii et stupri differentiam facere.' Per diuersitatem inliciti ⟨scilicet et liciti⟩, non per condicionem rei ipsius. Alioquin quae res et uiris et feminis omnibus adest ad matrimonium et stuprum? commixtio carnis scilicet, cuius concupiscentiam dominus stupro adaequauit. **4.** 'Ergo', inquit, 'iam et primas, id est unas nuptias destruis?' Nec immerito, quia et ipsae ex ipso eo constant pro⟨bro,⟩ quo et stuprum. Ideo *optimum est homini mulierem non attingere*, et ideo uirginis principalis est sanctitas, V 143 quia caret stupri affinitate. Et cum haec etiam de primis et unis nuptiis praetendi ad causam continentiae possint, quanto magis secundo matrimonio recusando praeiudicabunt? Gratus esto, si semel tibi indulsit deus nubere. Gratus autem eris, si iterum indulsisse illum tibi nescias. Ceterum abuteris indulgentia, cum sine modestia uteris. Modestia a modo intellegitur. **5.** Non tibi sufficit de summo illo immaculatae uirginitatis gradu in secundum recidisse nubendo? sed in tertium scilicet adhuc deuolueris, et in quartum, et fortassis in plures, postquam in secunda statione continens non fuisti, quia nec praebere plures nuptias noluit qui de secundis prouocandis ⟨non⟩ retractauit. Nubamus igitur quotidie, et nubentes ab ultimo die depre-

24 *cf.* Matth. 5, 28 **27** I Cor. 7, 1 **41** *cf.* Matth. 24, 38

NFR caelibi alia] caeli uia NFR^1, zeliuira R^3 **19** aliam *NFR* tamen *om. NFR* *quae seclusi interpretamentum esse iudico ab eo conceptum, qui in antecedenti uersu erranter suppleuit* caelebs maritus *scripsi* : marita *libri et uulgo* quod] quem *NFR* **19***sq.* adulter. A⟨t⟩ *scripsi* : adultera *libri et uulgo* **20** leges *Ios. Mercerus* : leces *A*, legis *NFR* uidetur *NFR* **20***sq.* differentia *NFR* **21***sq.* facere — — rei ipsius (*l. 22*) *om. NFR* **21** scilicet et liciti *addidi* **22** quae *om. NFR* **23** omnibus adest ad] eandem bonitatem NFR^1, eadem imponit : est enim et R^3 **24** scilicet] sed *A* cuius] certandum cuius *NFR* : *quid lateat in uoce* certandum, *haud facile quis dicat ; an* exsecrandam? dominus] non NFR^1, nos R^3 **25** inquit (inquid *A*) *ANF*, inquis R **26** quia] quoniam *NFR* ex ipso eo *scripsi* : ex ipso *N*, ex eo *AFR uulgo* **27** pro⟨bro⟩ quo et *scripsi* : pro quo et *A*, quod est *NFR uulgo* est] et *A* **28** non attingere] iungere *NF*, ⟨non⟩ tangere R^1R^3, ⟨non⟩ contingere R^1mg **28***sq.* et ideo — — sanctitas *om. NFR* est sanctitas *Oehler*, et sanctitas *A*, sanctitas *Rig.* **29** caret] cara est *NFR* et] set *NF*, sed R **31***sq.* praeiudicabunt] praeuidebuntur *NFR* **32** si semel] si*inel *A* deus indulsit *NFR* **33** si] si et *NFR* illum *om. NFR* tibi* *A* **34** abuteris] uteris *NFR* sine] ne *NFR* modestia uteris *om. N* **35** modo AR^3, ammodo NFR^1 intellegitur] iungitur NFR^1, dicitur R^3 **36** immaculatae] iunxere etiam NFR^1, inuxorie etiam R^3 gradu in secundum] gradum secundum *F*, gradum *NR* recidisse] deliquisse *NFR* **37** *signum interrog. posui* sed ⟨qui⟩ in R^3 scilicet adhuc *scripsi* : sed adhuc *A*, adhuc *NFR* **37***sq.* et in quartum *om. NFR* **38** fortassis in plures, postquam] futuris impellis post enim quam NFR^1, impelli potes qui R^3 **39** prebere *A*, prohibere *NFR et uulgo* (*ad* 'nuptias praebere' *cf.* sponsalia praebere *Cic. ad Q. fratr. II 6* [5], *2*) **40** noluit *scripsi* : uoluit *libri et uulgo* prouocandis] reuocandis *A* (*cf. simile mendum p. 12, 5sq.*) non *addidi*

hendamur, tamquam Sodoma et Gomorra? quo die 'uae' illud super praegnantes et lactantes adimplebitur, id est maritos et incontinentes; de nuptiis enim uteri et ubera et V 144 infantes. Et quando, ⟨quibus⟩ finis nubendi credo post finem uiuendi, (X. **1.**) renuntiemus carnalibus, ut aliquando spiritalia fructificemus? Rape occasionem, etsi non exoptatissimam, attamen opportunam, non habere cui debitum solueres et a quo exsolUereris. Desisti esse debitor. O te felicem! Dimisisti debitorem: sustine damnum. Quid si, quod diximus damnum, lucrum senties? Per continentiam enim negotiaberis magnam substantiam sanctitatis, parsimonia carnis spiritum adquires. **2.** Recogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quam alium se homo sentiat, cum forte a sua femina cessat. Spiritaliter sapit: si orationem facit ad dominum, prope est caelo; si scripturis incumbit, totus illic est; si psalmum canit, placet sibi; si daemonem adiurat, confidit sibi. Ideo apostolus temporalem purifica- V 145 tionem orationum commendandarum causa adiecit, ut scire-

42 *cf.* Ep. Iudae 7. *cf.* Luc. 17, 28. 29. **42***sq.* *cf.* Matth. 24, 19

X. **13** *cf.* I Cor. 7, 5

retractauit] *h. e. haesitans dubitauit* (*cf. Ho. Synt. u. Stil p. 138*) **42** *signum interrog. posui* quo die] quo die adimplebitur *NFR* **43** supra *A* et lactantes *om. A* (*Rig.*) adimplebitur *AF*, *om. NR* (*cf. l. 42*) **44** maritos] supra maritos *A*, super maritos *Rig.* (*Oehler*) et incontinentes] incontinentiae *NFR* **44***sq.* ubera et infantes] ubera infantis *NFR* **45** quibus *addidi* *post* nubendi *signum interrog. a Rhenano positum sustuli et coniunxi cum antecedentibus quae sequuntur, perperam uidelicet noui capitis initio ab illis separata* **46** uiuendi] nubendi NFR^1, subandi R^3

X. **1** renuntiemus] renuntient tandem *NFR* **1***sq.* carnalibus fructibus *NFR* **2** fructificemus] retractemus *NFR* *signum interrog. posui* **2***sq.* exoptatissimam AR^3, exortatissimam NFR^1 **3** attamen opportunam, non habere] attamen desisti habere *NFR* **4** soluere sed *A* solueres] *scil. si haberes etiamtum coniugem* et a quo — — — debitor *om. NFR* exsolUereris] *h. e. a quo tibi exsolueretur, ut uidetur : malim quidem* : cui debitum soluere sit et a quo exsolui **5** dimisisti] amisisti *NFR* sustine damnum. quid *Rig.* : sustinendam numquid *A*, simile damnum quod (quid R^3) *NFR* **5***sq.* quid si, quod] quod si non NFR^1, quid R^3 **6** senties] sentientem *NFR* **7** negotiaberis AR^3, negotiauerimus NFR^1 sanctitatis] necessitatis *NFR* **7***sq.* parcimonii carni NFR^1, parsimoniae carnis R^3 **8** spiritum adquires] sentientis acquirens NFR^1, seruientis acquirens R^3 **9** alium] alius alium *NFR* **10** forte a *om. NFR* spiritaliter sapit *om. NFR* **11** facit ad dominum] faciat a dño *A* prope] in prope *NFR* : prope est in caelo *Urs.* (*sed cf.* prope culpae est *De pallio cap. 4*) si *om. A* scripturae *NFR* **12***sq.* si daemonem adiurat, confidit sibi *om. NFR* **13** temporalem *om. NFR* **13***sq.* purificationi orationem *NFR* **14** commendandarum *Rig.* : commendarum *A*, commendauit *NFR* **14***sq.* causa adiecit, ut sciremus, quod] causantes id quod NFR^1, causatus id quod R^3

IX. **45** ⟨quibus⟩ *delendum* **46** *post* uiuendi *grauius distinguendum est, cf. Le Saint*

X. **2** *signum interrogationis tollendum*

mus, quod ad tempus prodest semper nobis exercere esse, ut semper prosit. Si quotidie, omni momento oratio hominibus necessaria est, utique et continentia, post quam oratio, necessaria est. **3.** Oratio de conscientia procedit : si conscientia erubescat, erubescit oratio. Spiritus deducit orationem ad deum : si spiritus reus apud se sit conscientiae erubescentis, quomodo audebit orationem deducere ab alia re⟨a⟩, qua erubescente et ipse suffunditur ? Sanctus minister (**4.**) etenim est, et prophetica uox ueteris testamenti : *Sancti eritis, quia deus sanctus*, et rursus : *Cum sancto sanctificaberis*, et *cum uiro innocenti innocuus eris* et *cum electo electus*. Debemus enim ita ingredi in disciplina domini, ut deo dignum fructum *, non secundum carnis squalentes concupiscentias. **5.** Ita enim et apostolus dicit, quod sapere se- V 146
cundum carnem mors sit, secundum spiritum uero sapere uita aeterna sit in Christo Iesu domino nostro. Item per sanctam prophetidem Priscam ita euangelizatur, quod 'sanctus minister sanctimoniam nouerit ministrare'. *Purificantia* enim *cum cor dat*, ait, *et uisiones uident et ponentes faciem deorsum etiam uoces audiunt salutares, tam manifestas quam et occultas.*

XI. **1.** Si haec obfusio, etiam cum in unis nuptiis res car-

24 Leu. 19, 2 (*cf.* Luc. 1, 49 ; *cf.* I Petr. 1, 16) ; Leu. 20, 7. 26 **24***sq.* II Reg. 22, 26. 27 **27** *cf.* Rom. 7, 4 *cf.* II Petr. 2, 10 **28** *cf.* Rom. 8, 6 **29***sq.* *cf.* Rom. 6, 23

15 ad *s. u. add.* *A* prodest] permiserat *NFR*^{1}, promiserat *R*^{3} exercere *NFR*^{1} (*cf. Ho. Synt. u. Stil p. 47*), exercendum *AR*^{3} *Rig. Oehler* **16** ut] quod *NFR* si *om.* *A* (*Oehler*) **17** necessaria] necesse *A* *aliter distinxi et scripsi* : postquam oratio necessaria est *uulgo* **17***sq.* post quam oratio] quae oratione *NFR* **18** necessarịa i *s. u. add.* *A* est] sit *NFR* **19** erubescat, erubescit] erubescit, erubescat *FR* deducit] ducit *FR* **19***sqq.* erubescit — — erubescentis (*l. 21*) *om.* *N* **20***sq.* conscientiae erubescentis *A*, conscientia erubescit *NFR* **21** ducere *NFR* **21***sq.* ab alia re⟨a⟩, qua *scripsi* : ab alia re qua *A*, ad altare *NFR* *Oehler*, ab illa, de qua *Rig.* **22***sq.* qua erubescente — — sanctus minister *om.* *NFR* *aliter distinxi* : suffunditur sanctus minister ? etenim *uulgo* **23** etenim] sic etenim *NFR* est, et *scripsi* : est *NFR*, et *A* prophetica] *h. e. ueram Christiani sanctitatem praedicans* (*cf. infra* : debemus e n i m *et sqq*). **24** erimus *NFR* **24***sq.* sanctificaris *NFR* **25** innocente *NFR* innocuus *A*, innocens *NFR* *uulgo* **26** electus eris *NFR* **27** deo *NFR*, *om.* *A* dignum fructum *NFR*, dignum est *A* *lacunam signaui* : faciamus *intercidit uel* feramus *siue* edamus **27***sq.* squalentes concupiscentias] exsqualentiae concupiscentiam *NFR* **29** mor₊s (e *eras.*) *A* sit *AF*, est *NR* **30** sit] est *N* **30***sqq.* *uerba quae sunt* item per sanctam — — — quam et occultas *l. 34 solus habet* *A* **31** profetidem *A* euuangelizatur *A* **33***sq.* cum cor dat *scripsi* (*h. e. sapere facit*) : concordat *A et uulgo* fatiem *A* **34** salutares, tam manifestas *scripsi* : manifestas tam salutares *A*

XI. **1** *capitis undecimi initium uulgo a uerbis* duplex enim iste rubor *incipientis hic*

22*sq.* *distinctionem communem* suffunditur sanctus minister. Etenim est et *merito tuetur Le Saint*

nis exercetur, spiritum sanctum auertit, quanto magis, cum in secundo matrimonio agitur ? Duplex enim iste rubor est, quia in secundo matrimonio duae uxores eundem circumstant maritum, una spiritu, alia in carne. Neque enim pristinam poteris odisse, cui etiam religiosiorem reseruas affectionem, ut iam receptae apud dominum, pro cuius spiritu postulas, pro qua oblationes annuas reddis. **2.** Stabis ergo ad dominum cum tot uxoribus, quot in oratione commemores ? et offeres pro duabus et commendabis illas duas per sacerdotem de monogamia ordinatum aut etiam de uir- V 147
ginitate sancitum, circumdatum uiduis uniuiris ? et ascendet sacrificium tuum libera fronte ? et inter cetera, uolutans, ⟨si⟩ bonae mentis, postulabis tibi et uxoris castitatem ?

XII. **1.** Scio, quibus causationibus coloremus insatiabilem carnis cupiditatem. Praetendimus necessitates adminiculorum : domum administrandam, familiam regendam, loculos claues custodiendas, lanificium dispensandum, uictum procurandum, curas communicandas. Scilicet 'solis maritorum domibus bene est. Perierunt caelibum familiae, res spadonum, fortunae militum aut peregrinantium sine uxoribus'. Non enim et nos milites sumus — eo quidem maioris disciplinae, quanto tanti imperatoris — ; non et nos peregri-

XII. **8** *cf.* II Tim. 2, 3 **9** *cf. ad uocem* peregrinantes I Petr. 2, 11

statui obfusio *Semlerus* (*idem hoc interpretatus quod* suffusio *est* : *cf. l. 3* : iste rubor) : obtusio *libri et uulgo* res] in nos *NFR* **2** cum *om.* *A* **3** secundọ (o *ex* u) *A* iste *om.* *A* (*Rig. Oehler*) **5** in carne] carne *NFR* neque] nec *NFR* **5***sq.* pristinam *AR*, pristina *NFR* **6** religiosiorem] clariorem (*an corruptum ex* cariorem ?) *NFR* **7** ut iam receptae] etiam (et *N*) repete *NFR*, repertae *Scal.* dominum *AN*, deum *FR* **8** postules *R* reddis] reddas *NFR* **9** ad dominum *N*, adñō *A*, ad deum *FR* uxoribus *AR*^{3}, uxores *NFR* quot *Urs.* : quod *ANFR* in oratione] illas orationi (oratione *R*^{3}) *NFR* (*uoc.* illas *ex uersu insequenti irrepsit*) **9***sq.* commemores *A*, commemoras *NFR* *uulgo* **10** et offeres pro duabus] *haec uerba an suo loco exstent, admodum dubito : melius certe se haberent, si legerentur l. 12 ante uerba* : et ascendet sacr. tu. lib. fronte offeres *AR*, offers *NF* commendabis] commemorabis *NFR* **10***sq.* duas per] duas et per *NF* **11** ordinatum aut etiam] ob pristinum *NFR* **12** uiduis uniuiris] uirgis uniuiris *NF*, uirginis uniuiris *R*^{1}, uirginibus ac uniuiris *R*^{3} *et G* (*teste Rhenano*) **12***sq.* ascendit *NF* **13***sq.* uolutans, ⟨si⟩ bonae mentis (*sit uxor*) *scripsi* : uoluntas bonae mentis *NFR*^{1}, fronte ne mentis *A* (fronte *ex uersu antecedenti irrepsisse apertum est*), inter cetera bonae mentis *Oehler*, inter ceteras uoluntates bonae mentis *R*^{3} **14** uxoris] uxori *R*^{3} *et uulgo*

XII. **1** excausationibus *F*, excusationibus *NR* coleremur *NF* **1***sq.* insatiabilem carnis cupiditatem *AR*, insatiabili carnis castitate *NF* **2** praetendimus] ex quibus *NFR* **2***sq.* admiculorum *A* **3** domum] descendunt *NFR* regendos *R*^{3}*G* **4** lanificium dispensandum *R*^{3}, lanificandis pensandum *NF*, *om.* *A* **5** communicandas (*cf. p. 148, 12*) *Oehler* (*in notis*) : communiendas *A*, domesticas *NFR*, comminuendas *Oehler* (*inter uerba*) **6** caelibum *AR*^{3}, caelestibus *NFR*^{1} **6***sq.* familiae, res spadonum, fortunae] familiares spadonum familiae *NFR*^{1}, familiae spadonum *R*^{3} **8** et nos] nos et *A* (*Rig. Oehler*) quidem] *h. e.* sane (*freilich*) **9** quanto] quo et *NFR* *post* imperatoris *et* sumus

nantes — in isto saeculo — sumus. Cur autem ita dispositus es, o Christiane, ut sine uxore non possis? **2.** ⟨Sit⟩ nunc et consors tibi onerum domesticorum necessaria: est habe⟨re.⟩ V 148 Aliquam uxorem spiritalem assume de uiduis, fide pulchram, paupertate dotatam, aetate signatam. Bonas nuptias feceris. Huiusmodi uxores etiam plures haberi deo gratum est. **3.** 'Sed posteritatem recogitant Christiani, quibus crastinum non est; heredes dei seruus desiderabit, qui semetipsum de saeculo exhereditauit. Et ideo quin repetat matrimonium, si de pristino non habeat liberos?' Habebit itaque hoc primum bonum, ⟨secundum,⟩ ut diutius uelit uiuere ipso apostolo festinante ad dominum, certe expeditissimus in persecutionibus, constantissimus in martyriis, promptissimus in communicationibus rerum, temperantissimus in acquisitionibus; postremo securus morietur, relictis filiis forsitan, qui illi parentent. **4.** Numquid ergo huiusmodi et rei publicae prospectu aguntur? ne ciuitates deficiant, si suboles, V 149 ne non exerceantur legis iura, ne commercia delabantur, ne templa derelinquantur, ne non sint qui acclament: Christianis leonem? Haec enim audire desiderant qui filios quaerunt. **5.** Sufficiat ad consilium uiduitatis uel ista,

---

16*sq*. *cf*. Iac. 4, 14 **17** *cf*. Col. 2, 20 **20***sq*. *cf*. Phil. 1, 23

(*l. 10*) *quae uulgo habentur interrog. signa sustuli, ut quibus obumbretur huius sententiae ironia* non] nonne *A* **10** isto] hoc *N* **11** es, o Christiane] est Christianus *NFR* possis] *scil*. esse (*cf. Ho. Synt. u. Stil p. 144*), possit R³ ⟨sit⟩ nunc *scripsi* (*cf. p. 140, 1*): nunc *libri*, num R³ **12** consors tibi *scripsi*: consortium *NFR*, consors *A* **12***sq*. necessaria: est habe⟨re⟩. Aliquam *scripsi*: necessaria (-ium *NFR*) est. habe aliquam *libri et uulgo* **13** spiritalem. assume *uulgo distinguitur* **14** dotatam, aetate *om*. *A* **14***sq*. feceris] fecerit R³ **15** uxores] uxor *NFR* etiam plures haberi *A*, has (habes *N*) te plures habere (*om*. etiam) *NFR*: *an rescribendum* abs te? *sed forma* abs *apud Tert. usquam occurrere uidetur* deo] do *A* **16** *uerba aduersarii indicaui* posteritatem recogitant] posteriori (de posteriori R³) tempori (tempore R³) cogitant *NFR* Christiani] χρι *A* **17** desiderauit *NF* **18** exereditauit *A*, exheredauit *NFR* et ideo quin *scripsi*: et ideo quis *A* (*Rig. Oehler*), ut ergo quis *NFR*¹, ut ergo quid (ut quid = ἵνα τί *i. e. quem ad finem*) R³ repetat *A*, repetit R³, repetis *NFR*¹ **19** si *A*, *om*. *NFR*¹, cum R³ habeat] habebat *A* hoc] *scil. habere liberos* **19***sq*. primum bonum] *ironice uidelicet dictum* **20** bonum *om*. *NFR* secundum *addidi* (*cf. infra l. 24* postremo) ut diutius uelit] diutius uti uolunt *NFR* uiuere *om*. *NFR* **21** ad dño *A* *post* dominum *leuius distinxi* certe expeditissimus *sqq*.] *animaduerte ironice et haec dici* certe expeditissimus *om*. *NFR* **21***sq*. persecutionibus — — — promptissimus in *om*. *A* **22***sq*. constantissimum — promptissimum — temperantissimum *NFR* **23** rerum] recum *A*, *om*. *Rig*. **24** securus morietur] uesurus morte *N*, usuris morte *FR* relictis] relinquendis *NR*, delinquendis *F* forsan *NFR* **25** qui illi — — huiusmodi et *om*. *NFR* **26** ne ciuitates] nec (ne R³) diuites *NFR* sub‸oles *A*, soboles non habent *NFR* **27** ne non exerceantur *scripsi*: non exerceantur ne *libri* legis iura *A*, leges ne iura *NFR* commertia *A* delabentur *NF* **28** nec non *NF* exclament *NFR* **28***sq*. Christianis leonem] christiani illius nescio *NFR*¹, Christiani ad bestias R³ (*erat in archetypo ut uidetur*: christianis illis bestias) **30** sufficiat *NFR*, sufficiant *A* (*Oehler*) ad *AR*³, *om*. *NFR*¹ **31** precipuae *A*, praecipua *NFR* apud nos] aut nos *NFR*¹, causa R³ **31***sq*. suspiciendos *NFR* **33** libens] habens *F* faties *A* **34** nolens *Ciacconius*: nolis *NFR*, nouam *A* (*Rig. Oehler*) uxorem] si uxorem R³ dissoluas] dissoluturus es *NFR* **35** medicamine *NFR* magis non *A*, non magis *Rig*. (*Oehler*), non *NFR* **36** necare *NFR*, nocere *A* (*reprobanda est Agobardini lectio a Rig. et Oehler recepta: de dissolutione enim, id est de occisione conceptus, sermo est, non de laesura eius*) quam et] quam *Rig*. sed *AR*³, seu *NFR* fortasse in illo *A*, forte illo *NFR*, fortasse illo *Rig*. (*Oehler*) **36***sq*. in illo tempore praegnantis uxoris] *cf*. *De an. c. 1 = I p. 298, 8*: an opportuno in tempore magistri **37** tantae sollicitudini] tantam sollicitudinem *NFR*¹, tanta sollicitudine R³ **38** *lacunam signaui*: quid? si non recusabit tibi *intercidisse puto. Remedium illud in morte uxoris constabit, qua defuncta iam nouae uxori uacuus sit locus* in te positum] interpositum *NFR* recusanti *A*, recusasti *NFR et uulgo* **38***sq*. oppinor aliqua *NFR* **39** iam, uel] uel etiam *NFR* **39***sqq*. frigidioris — — — sterilem *om*. *NFR* **40** credidimus] *cf*. *Lfst. Zur Spr. Tert. p. 91* **41** aut anum enixam] etiam anus quis enixa *NFR*¹, uel etiam anus saepius enixa R³ quod adeo] quod (quidem *N*) a dño *NFR*¹, quid a domino R³ adeo] *h. e.* σφόδρα **42***sq*. praesumptionem eius pro dei aemulatione prouocaret *NFR* **44** fratribus] patribus *NFR* filiam] familiam *NFR* **45** tam terum *A*

praecipue apud nos, importunitas liberorum, ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines, quia sapiens quisque numquam libens filios desiderasset. Quid ergo facies, si nolens uxorem de tua conscientia impleueris? dissoluas medicaminibus conceptum? Puto nobis magis non licere nascentem necare quam et natum. Sed fortasse in illo tempore praegnantis uxoris remedium tantae sollicitudini a deo petere audebis.*** quod in te positum recusanti? **6.** Aliqua, opinor, sterilis prospicietur iam, uel frigidioris aetatis. Satis consulte et inprimis fideliter! Nullam enim credidimus deo uolente sterilem aut anum enixam. Quod adeo magis eue- V 150 nire potest, si quis praesumptione huius prouidentiae suae dei aemulationem prouocarit. Scimus denique quendam ex fratribus, cum propter filiam suam secundo matrimonio sterilem captasset uxorem, tam iterum patrem factum quam et iterum maritum.

XIII. **1.** Ad hanc meam cohortationem, frater dilectissime, accedunt etiam saecularia exempla, quae saepe nobis etiam in testimonium posita sunt, cum quid bonum et deo placitum ab extraneis quoque agnoscitur et testimonio honoratur. Denique monogamia apud ethnicos ita in summo honore est, ut uirginibus legitime nubentibus uniuira pronuba adhibea-

---

XIII **1** *ad hoc caput cf. quae leguntur in libri De monogamia cap. sextodecimo*

XIII. **1** cohortationem] contentionem *NFR* **2** accedunt] uidemus *NFR* saecularia *AN*, saeculi *FR* **3** in testimonium *scripsi* (*cf. p. 151, 24*): in testimonio *libri et uulgo* quid *AN*, quod *FR* placitum] placitum uidetur *NFR* **4** ab extraneis quoque agnoscitur et *om*. *NFR* honoratur *Oehler*: oneratur *libri* **5** denique (*h. e. namque*) *om*. *NFR* ita *om*. *NFR* **6** ut] ut

tur — et si auspicii causa, utique boni auspicii est — item, ut in quibusdam sollemnibus et officiis prior sit uniuirae locus. Certe Flaminica non nisi uniuira est. Quae ⟨si⟩ et Flaminis lex est — nam ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonium non licet — utique monogamiae gloria est. **2.** Cum autem dei sacramenta satanas affectat, prouocatio est nostra, immo suffusio, si pigri simus ad continentiam deo V 151 exhibendam, quam diabolo quidam praestant nunc uirginitate nunc uiduitate perpetua. Nouimus uirgines : Vestae, et Iunonis apud Achaiae oppidum, et Apollinis apud Delphos, et Mineruae et Dianae quibusdam locis. Nouimus et continentes : et uiros quidem tauri illius Aegyptii antistites, feminas uero Cereris Africanae, cui etiam et sponte abdicato matrimonio assenescunt, auersantes exinde contactum masculorum usque ad oscula filiorum. Inuenit scilicet diabolus post luxuriam etiam castitatem perditricem, quo magis reus sit Christianus, qui castitatem recusauerit conseruatricem. **3.** Erunt nobis in testimonium et feminae quaedam saeculares ob uniuiratus obstinationem famam consecutae : aliqua Dido, quae profuga in alieno solo, ubi nuptias regis ultro optasse debuerat, ne tamen secundas experiretur, maluit e contrario uri quam nubere, uel illa Lucretia, quae etsi semel per uim et inuita alium uirum passa est, sanguine suo maculatam carnem abluit, ne uiueret iam non sibi uni- V 152

---

et *NFR et uulgo* **7** et si auspici initium est. item *NFR* **8** ut *om. NFR* et officiis] auspiciis *NFR* **8sq.** ut prior sit uniuirae locus *FR*, uniuirae ut prior sit locus *N* **9** Flaminia R *post* est *grauius distinxi* si *addidi* **10** Flaminis] flamina *N*, flaminina *F*, Flaminia R *parenthesin indicaui* ipsi] quod ipsi *FR*^{1} (*Oehler*), et quod ipsi *N*, duo ipsi R^3, dum ipsi *Rig.* pontifice *A* **10sq.** matrimonia *NFR* **11** utique] quod *NFR* **12** dei sacramenta] deus summus tantum *NFR* satuas *F* affectat] ad perficiendum *NFR* **12sq.** prouocatio est nostra *AR*, prouocationem nostram *NF* **13** suffusio *AR*^{3}, suffuso *NFR*^{1} pigri simus] pigrissimum *NFR*^{1}, pigrissimorum R^3 **14** quam] qua *NFR* quidam praestant] quidam stant *NFR*^{1}, qui antistant R^3 **15** perpetua] per iurant *NFR*^{1}, euirant R^3 nouimus] noueram *NFR* uirgines Vestae *uulgo distinguitur* **16** et Iunonis *om. NFR* Achaiae] achanum *NFR* oppidum *om. NFR* Apollinis] atrocis *NFR* **16sq.** Delphos] Ephesos *A* **17** et Dianae *om. A* : *nescio an restituendum sit* : et Apollinis apud Delphos et D i a n a e a p u d E p h e s u m et Mineruae quibusdam locis quibusdam] quibus *NFR* **18** et uiros *scripsi* : uiros et *libri et uulgo* **18sq.** *post* antistites *leuius distinxi* **19** Cereris *scripsi* : ceteris *F*, cereri *ANR* affricanae *ANF* etiam et *N*, etiam *AFR uulgo : sed de usu iteratae coniunctionis uide Ho. Beitr. p. 118* **20** auersantes *om. NFR* **20sq.** contactum] quo pacto *NFR*^{1}, ⟨adempto⟩ contactu R^3 **21** mascolorum (o *in* u *corr.*) *A* scilicet *Rig.* : set *A*, *om. NFR* **22** etiam *om. NFR* castitatem] castitate *NFR*^{1}, castitatis R^3*G* **22sq.** quo magis] quo modo *NFR* **23** $\overline{\chi ns}$ *A* **24** et *AR*, ut *NF* **25sq.** famam consecutae *AR*^{3}, femina consequetur *NFR*^{1} **26** aliqua Dido *A*, aut diuino *NFR*^{1}, ut Dido R^3, ut aliqua Dido *fort.* profoga (o *in* u *corr.*) *A* **27** ultro *AR*^{3}, solo ultro *NFR*^{1} obtasse *A* **28** e *AR*^{3}, *om. NFR*^{1} uri quam *AR*^{3}, *om. NFR*^{1} **29** etsi] et *NFR*^{1}, ut R^3 **30** maculatam *AR*^{3}, maculata *NFR*^{1} uiuere *A* iam non sibi *om. N*

uira. Plura exempla, curiose, si uis, de nostris inuenias, et quidem alteris tanto potiora, quam maius est uiuere in castitate quam pro ea mori. Facilius animam ponas, quia bonum amiseris, quam uiuendo serues id, ⟨ob⟩ quod emori malis. **4.** Quanti igitur et quantae in ecclesiasticis ordinibus de continentia censentur, qui deo nubere maluerunt, qui carnis suae honorem restituerunt, — quique se iam illius aeui filios dicauerunt, occidentes in se concupiscentiam libidinis et totum illud, quod intra paradisum non potuit admitti. Vnde praesumendum est hos, qui intra paradisum recipi uolent, tandem debere cessare ab ea re, a qua paradisus intactus est.

---

31 curiose, si uis, de nostris inuenias *scripsi* (*cf. De an. 10 = I p. 313, 6*) : curiosius de nostris inuenias *A*, curiosius ⟨inquirens⟩ *C. Prinz* certa inueniam *NFR uulgo* **32** alteris tanto potiora *scripsi* : aliter potiora *A*, tanto potiora *NFR*, alteris potiora *Oehler* tanto potiora, quam] quam maius est *scripsi* : quam in anima est *NFR*^{1}, quia facilius est *A*, quanto maius est R^3, quia maius est *Oehler*, qua maius est *C. Prinz*, *cf. Alcimus Auitus, Hom. I 1 (p. 103, 14 Peiper). Sed cf. Lfst. Zur Spr. Tert. p. 34* **33** pro ea mori R^3, pro amori *A*, pro ea mereri *NFR*^{1} **33sq.** facilius animam ponas quia bonum amiseris] in cuius animam id bonum (bonis *N*) amiseris *NFR*^{1}, hoc est animae id bonum misceri R^3 **34** serues id, ⟨ob⟩ quod emori malis *Oehler* (*nisi quod* id *omisit*) : serues id quod amori malis *A*, separati omni a malo *NFR*^{1} separari animam a malo R^3 **35** quantae] quae *NFR* in ecclesiasticis ordinibus] in ecclesiis ordinari *NFR* **35sq.** de continentia censentur] in ecclesia solent *NFR* **37** restituerunt *Rig.* : restituere *A* (*sed formae in* -āre *et* -ēre *exeuntes apud Tert. non occurrunt excepto uno libro* De pallio), instituerunt *NFR* quique] *h. e. singuli omnes* : quaeque R^3 aeui filios] pudoris filios *NFR* **39** inter R^1 amitti *A* **40** uolunt *NFR* **41** intactus] instructus *NFR*^{1}, obstructus R^3 DE EX^h^ORTATIONE (h *s. u. add. m. rec.*) CASTITATIS EXPLICIT *A*, ERGO cū Idulgenti haec memento orationibus tuis Tertullianum ad haec exercentes. DE EXORTACIONE CASTITATIS EXPLICIT *N*, Gratia. Ergo cum indulgenti haec memento orationibus tuis Tertullianum ad haec exercentes. Explicit Tertulliani De exhortatione castitatis *F* (*hoc est* : gratia⟨e⟩ ergo cum indulgenti haec memento ⟨in⟩ orationibus tuis Tertullia n i ad haec ex h o r tantis)

XXI

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE CORONA

CVRA ET STVDIO

AEM. KROYMANN

MONITVM

A codex Parisinus Latinus 1622, saec. IX (Agobardinus).
F codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.
G codex amissus Gorziensis, quem adhibuit Rhenanus in editione sua tertia.
N codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9, saec. XV.
X codex Luxemburgensis 75, saec. XV.

R^1 editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521 (cod. Hirsaugiensi superstructa).
R^3 editio tertia Beati Rhenani, Basileae, 1539.
B editio Mesnartii, Parisiis, 1545.
Ma^2 I. Marra, *Q. Sept. Tertulliani De Corona Liber — De Cultu Feminarum Libri II*, Augustae Taurinorum, editio altera, 1944 (*Corpus Scriptorum Latinorum Parauianum*).
⌊ ⌋ his uncinis includuntur litterae quae in *A* euanuerunt.

Textum Vindobonensem, quem curauit Aemilius Kroymann, emendare conati sumus ope tum codicis Luxemburgensis (cuius uero uarias lectiones tantum adnotauimus, quando discrepant a codicibus Florentinis et a prima Rhenani), tum alterius editionis Iosephi Marra.

DE CORONA V 153

I. **1.** Proxime factum est : liberalitas praestantis⌊simorum⌋
imperatorum expungebatur in castris, mil⌊ites lau⌋reati adi-
bant. Adhibetur quidam illic magis dei miles ⌊ceteris con-
s⌋tantior fratribus, qui se duobus dominis seruir⌊e posse
praesump⌋serant, solus libero capite, coronamento in manu
⌊otioso. Vul⌋gato iam et ista disciplina Christiano, reluce-
bat. **2.** ⌊Denique⌋ singuli designare, eludere eminus, infren-
dere comminus. Continuo murmur : tribuno ⟨nomen⟩ defer-
tur et persona. Iam ex ordine accesserat. ⌊St⌋atim tribunus :
'Cur,' inquit, 'tam diuersus habitus ?' Negauit ille sibi cum
ceteris licere. Causas expostulatus 'Christianus sum' re- V 154
spondit. O militem gloriosum in deo ! Suffragia exinde, et
res ⌊apud ac⌋ta, et reus ad praefectos. **3.** Ibidem grauissimas
paenulas ⌊posuit,⌋ releuari auspicatus, speculatoriam moro-

I. **5** *cf.* Matth. 6, 24 ; Luc. 16, 13

I. **1** INCIPIT LIBER DE CORONA FELICITER *A*, *uacat titulus in NF* ; *in fine* : DE CORONA EXPLICIT *N* (*add. m. recentior s. u.* MILITIS), Explicit liber De corona militis *F*, DE CORONA MILITIS R (*ex Hirsaugiensi uidelicet codice*) *B* **2** factum est *AF*R^1, facta est *NG*R^3*B* liberalitate *F*R^1 **3** imperatorum expungebatur *A*, imperatorum. expungebantur *NFRB* **3***sq.* adibant. Adhibetur *scripsi* : adibant *A* (*Rig. Oehler*), adhibetur *NFRB* **4** illici *F* **5** posse] non posse *F* **6** praesumpserant *AN*, praesumpserat *FRB* **7** *post* otioso *grauius distinxi* ...gato *A* (*Rig. Oehler*), uulgata *NFRB* uulgato ... Christiano] *hoc est : quia etiam ista disciplina iam inter omnes notus est Christianus* xpiano *A* (*Rig. Oehler*), christianorum *NFRB* **7***sq.* relucebat] *scil. miles ille non coronatus : er fiel auf* **8** eludere *NFRB Oehler*, et ludere *A* Rig. *Lfst.* (*Zur Spr. Tert. p. 30*) **9** comminus. Continuo *scripsi* : comminus *A*, cominus *F*R^1, continuo *NG*R^3*B et lib. Diuionensis apud Rigaltium* *post* murmur *grauius distinxit* R^3 nomen *addidi* : nomen deferre alicui *idem quod nostrum 'denunzieren bei jem.'* **9***sq. aliter distinxi* : defertur ; et persona *uulgo*, defertur. ut persona *Iun.* nomen et persona] *der Name und sein Träger*, *cf. persona nominis der Träger des Namens : Marc. IV 14* (= *III p. 463, 7*) **10** accesserat *NFRB* (*cf. supra* : milites laureati adibant), decesserat *A* (*Rig. Oehler*) **11** tam diu diuersus *N* habitus *A*, habitu *NFRB* **11***sq.* sibi cum ceteris *A*, cum ceteris sibi *NFRB*, quod ceteris sibi *Lat.* **13** gloriosum in deo *A*, in deo (deum R^1) gloriosum *NF*R^3*BG* **14** apud acta *NFRB*,......ta *A*, ampliata Rig. (*Oehler*) ad praef..... *A*, apud praefectos *NFRB* **15** reuelari *B* auspicatus] *idem quod* incipiens **15***sqq.* speculatoriam *usq.*

I. **1** LIBER DE CORONA MILITIS L, DE ROMANA MILITIA *L in indice m. rec.* **6/7** praesumpserant. Solus... otioso, uulgato *dist.* Ma^2 *cet. edd.* **9/10** defertur, et persona iam *dist.* Ma^2 *cet. edd.*

sissimam de ⌊pedib⌋us absoluit, terrae sanctae insistere incipiens, gladium nec dominicae defensioni necessarium reddidit, laurea et de ⌊manu carui⌋t : et nunc rufatus sanguinis sui spe, ⌊calce⌋atus de euangelii paratura, succinctus **acutiore uerbo dei ac ⌊totus⌋ de apostolo armatus, ut de martyrii candida laurea melius ⌊coronandus do⌋natiuum Christi in carcere expectat. **4.** Exinde sententi⌊ae super illo⌋, — nescio an Christianorum ; non enim aliae ethnicorum — ⌊ut de abrup⌋to et praecipiti et mori cupido, qui de habitu interrogatus no⌋mini negotium fecerit, solus scilicet fortis inter tot ⌊fratres comm⌋ilitones, solus Christianus**. Plane V 155
superest, ut etiam mar⌊tyria re⌋cusare meditentur qui prophetias eiusdem spiritus sancti res⌊puerunt.⌋ **5.** Musitant denique tam bonam et longam pacem peri⌊clitari⌋ sibi. Nec dubito quosdam ⟨secundum⟩ scripturas emigrare, sarcinas ⌊expedire, f⌋ugae accingi de ciuitate in ciuitatem. Nullam enim ali⌊am euange⌋lii memoriam curant. Noui et pastores eorum in pa⌊ce leones⌋ et in proelio ceruos. Sed de quae-

---

16 *cf.* Exod. 3, 5 ; Act. 7, 33 **17** *cf.* Ioh. 18, 11 **19** *cf.* Luc. 22, 35 **19***sq.* *cf.* Hebr. 4, 12 **20** *cf.* Eph. 6, 14—16 **20***sq.* *cf.* Apoc. 14, 13. 14 ; 4, 4 **31** *cf.* Matth. 10, 23

---

caruit *om.* *N* **16** de *AN*, *om.* *FRB* **18** et de manu] *cf. supra l. 6 ; praepositio* de (*ut multo saepius* ab) *pro ablatiuo qui dicitur limitationis cf. cap. 15, 27 et Ho. Synt. u. Stil p. 33* manu caruit *B*, ...uit *A*, manu claruit *FR*, manu deruit *Oehler*, manu corruit *Rig.* et nunc...] *animaduerte quatuor antecedentis sententiae membris quatuor respondere huius sententiae membra* rufatus *A*, rufatu FR^1, russatus R^3B rufatus] *h. e. rufa ueste uestitus* (*cf. uulgatum illud* purpuratus), *ut captiuus morte multandus ab ipso sperata* **18***sq.* rufatus sanguinis sui spe *om.* *N* sanguinis sui spe] sanguine suo *B* **19** calciatus *N* succintus *N* *lacunam signaui* : omni gladio (*siue* ense *uel* machaera) *intercidit, quod sequitur ex loco hic laudato scripturae Ebr. 4, 12* : ὁ λόγος θεοῦ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν **20** dei ac totus *scripsi* : dei....... *A*, dei, totus *NFRB uulgo* ut *scripsi* : et *libri omnes et uulgo* de] *pro abl. instrum. cf. Ho. Synt. u. Stil p. 33* **21** candida laurea NGR^3B, candida AFR^1 candida laurea] *pro corona aurea cf. Apoc. 14, 13. 14 ; 4, 4* coronandus donatiuum *Rig.* : ....natiuum *A*, coronatus donatiuum *NFRB Oehler* **22** *parenthesin indicaui* **26** *lacunam signaui* : inter tot electos spiritus sancti *uel similia intercidisse necesse est propter id quod statim sequitur* : e i u s d e m spiritus sancti **28** mussitant *FRB* **29** pacem periclitari sibi *N*, pacem periclitari is *F*, pacem peri....... *A*, sibi pacem periclitari R (*ex Hirsaugiensi ?*) *B uulgo* **30** secundum *om.* *ANFRB uulgo*, *addidit super uersum hanc uoculam in cod. Vindobonensi man. rec. ex coniectura uidelicet, sed eadem et emendatione* emigrare] *ex aedibus scil.* **32** aliam euangelii *RB*, ali.......lio *A* (o *ex* i *corr. m. 1*), aliam euangelio *F*, aliam de euangelio *N* memoria euangelii] *h. e. testimonium euangelii cf. Adu. Iud. cap. 1* : scripturarum diuinarum memoriae **33** et in *ANF*, *om. et* RB

---

18 caruit] corruit Ma^2 **21** laurea] *recte om. L* Ma^2, *cfr Teeuwen, Bedeutungswandel, p. 97 sq.* **26** *nulla datur lacuna, cf. Thörnell* **30** ⟨secundum⟩] *merito del.* Ma^2

stionibus confessionum ⌊alibi docebi⌋mus. **6.** At nunc, quatinus et illud opponunt : 'ubi ⌊autem prohibem⌋ur coronari ?' hanc magis localem substantiam ⌊causae pra⌋esentis aggrediar, ut et qui ex sollicitudine igno⌊rantiae q⌋uaerunt instruantur et qui in defensionem delic⌊ti contendu⌋nt reuincantur, ipsi uel maxime Christiani laureati, quibus id solum in solatium : 'quaestio est', quasi aut nullum aut incertum salt⌊em ha⌋beri possit delictum, quod patiatur quaestionem. Nec null⌊um⌋ autem nec incertum hinc interim ostendam.

II. **1.** Neminem dico fidelium coronam capite nosse alias V 156
extra tempus temptationis eius⌊mo⌋di. Omnes ita obseruant a catechumenis usque ad confes⌊sores⌋ et martyras, uel negatores. Videris, unde auctoritas moris, de qua cum maxime quaeritur. Porro, cum quaeritur, cur quid obseruetur, obseruari inte⌊rim cons⌋tat. Ergo nec nullum nec incertum uideri potest delic⌊tum, quod⌋ committitur in obseruationem, suo iam nomine uindicandam et satis auctoratam consensus patrocinio. **2.** Plane, ut ratio quaer⌊enda sit,⌋ sed salua obseruatione, nec in destructionem eius, sed ⌊in aedi⌋ficationem potius, quo magis obserues, cum fueris et⌊iam de ra⌋tione securus. Quale est autem, ut tunc quis in quaest⌊ionem pro⌋uocet obseruationem, cum ab ea excidit ? et tunc requirat, unde habuerit obseruationem, cum ab ea desiit ? quando, etsi id⌊eo ue⌋lit uideri ad quaestionem uocare, uti ostendat se non del⌊iquisse⌋ in obseruationis destitutione, nihilominus deli⌊quisse eum cons⌋tet retro in obseruationis praesumptione. **3.** Si enim ⌊non de⌋liquit hodie suscepta corona, deliquit aliquan⌊do recusa⌋ta. Et ideo non ad eos erit iste tractatus, quibus ⌊non competit⌋ quaestio, sed ad illos, qui studio discendi non quaes⌊tionem⌋ deferunt

---

uulgo, sed *fort.* **34***sq.* quatinus *AN*, quatenus *FR uulgo* **37***sq.* intruantur (s *s. u. a m. 1*) *A* **38** defensionem ANR^3, defensione FR^1 **39** ipsi *A*, ipsius *NFRBG* maxime christiani *AFR*, maxime exemplo christiani *NGB* **39***sq.* id solum in solatium *scripsi* : id solum *A*, in solatium *NFRB* **40** quaestio est] *aduersarii uerba indicaui* **41** haberi possit *N*, ..bere possit *A*, haberi posset *FRB*

II. **1** capiti *Vrs.* **3** martyras *A*, martyres *NFRB uulgo* **4** uideris *A*, uiderit quis *N*, uiderint *FRB* **4***sq.* cum maxime (*h. e.* ipso hoc tempore) *FRB*, quam maxime *NG* (quam *corruptum ex* quum, *ut opinor*), nunc maxime *A Rig. Oehler* **5** porro cum quaeritur *FRB*, *om.* *AN* **5***sq.* cur quid obseruetur, obseruari *NFRB*, quid obseruari (*ceteris omissis*) *A* **6** nullum *NRB*, ullum *AF* **8** nomine *om.* *A* **9** ut AFR^1, sic tamen ut NGR^3B **10** sed] = tamen salua *om.* *N* **13***sqq.* excidit — — ab ea (*l. 15*) *om.* *A* **15** desciit *Hildebrandus* (*sed cf. Adu. Herm.* **43** = *III p. 173, 13* desinere potuit a natura) **16** uti *A*, ut *NFRB* **17** nihilhominus *A* cum] cum *F* **18** deliquid *A* **21***sq.*

---

38 defensionem] *L* **39/40** id solum quaestio est *bene* Ma^2

II. **4** cum] nunc Ma^2 **15** desiit] desciit *Castiglione* Ma^2

sed consultationem. Nam nec semper quaeritur de isto, et laudo fidem, qu⌞ae ante cre⌟didit obseruandum esse quam didicit. **4.** Et facile ⌞est statim⌟ exigere, ubi scriptum sit, ne coronemur. V 157 At enim ubi scriptum est, ut coronemur? Ex⌞po⌟stulantes enim scripturae patrocinium in parte diuersa praeiudicant suae quoque parti scripturae patrocinium adesse debere. Nam ⌞si ide⌟o dicetur coronari licere, quia non prohibeat scriptura, ae⌞que re⌟torquebitur ideo coronari non licere, quia scriptura non iubeat. Quid faciet disciplina? Vtrumque recipiet, quasi ⌞neutrum p⌟rohibitum sit? an utrumque reiciet, quasi neutrum prae⌞ceptum sit⌟? 'Sed quod non prohibetur, ultro permissum est.' Im⌞mo·prohib⌟etur quod non ultro est permissum. III. **1.** Et quamdiu per hanc ⌞lineam serr⌟am reciprocabimus, habentes obseruationem inue⌞teratam,⌟ quae praeueniendo statum fecit? Hanc si nulla scrip⌞tura d⌟eterminauit, certe consuetudo corroborauit, quae ⌞sine du⌟bio de traditione manauit. Quomodo enim usur⌞pari qui⌟d potest, si traditum prius non est? 'Etiam in traditionis obtentu exigenda est', inquis, 'auctoritas scripta.' **2.** Er⌞go quae⌟ramus, an et traditio nisi scripta non debeat reci⌞pi. Pla⌟ne negabimus recipiendam, si nulla exempla prae⌞iudicent⌟ aliarum obseruationum, quas sine ullius scripturae ins⌞trumento⌟ solius traditionis titulo et exinde consuetudinis ⌞patrocin⌟io uindicamus. Denique, ut a baptismate ingrediar, ⌞aquam a⌟dituri ibidem, sed et aliquanto prius in eccle⌞sia sub an⌟tistitis manu, contestamur nos renuntiare dia⌞bolo et pomp⌟ae et angelis eius. **3.** Dehinc ter mergitamur amplius aliquid respondentes quam dominus in euangelio det⌞er⌟minauit. V 158 Inde suscepti lactis et

III. **17** *cf.* Matth. 28, 19 **17***sq. cf.* Es. 7, 15; I Cor. 3, 2; I Petr. 2, 2; Hebr. 5, 12—14

deferunt sed consultationem *om. A* **22** nec *scripsi* : et *libri et uulgo* de isto] *scil.* de studio discendi (de studio *ut ante* studio) **23** ...didit *A*, credit *NGR³B*, cedit *FR¹* **25** exigere] eligere *N* (*corr. m. 1*) **26** at enim — — coronemur *om. N* ubi *om. A* ut coronemur *om. A* **26***sq.* expostulantes *NFRB*, ex..stulant *A* **27***sq.* in parte — — patrocinium (*l. 28*) *om. A* **28** parti R³*B*, partis *NFR¹* **31** liceri *F* **34***sq.* permissum — — ultro (*l. 35*) *om. F* **35** ultro non *N*

III. **2** serram R³, seram *NFR¹* (*etiam A, ut iudicat Reiff.*) reciprocauimus *FR¹* **8** traditio nisi *A*, traditionis *FR¹*, traditio non *NGR³B* **9** negauimus *FR¹* **10** praeiudicent *NFRB*, re........ *A* **10***sq.* quasi neullius *A* **11** et *om. NFRB* **12** denique] *i. e.* namque; *post* uindicamus *enim mente supplendum* : praeiudicant autem **12***sq.* ut baptismater ingrediar *A* **13** adituri *NFRB*, .dditur *A* sed et *om. N* **16** mersitamur *Iun.* aliquid] non aliquid *FR¹*

23 credidit] credit *maluit Ma² in adn. p. 74sq.*

III. **3** fecit. Hanc] *ALR cet. edd.*, fecit : et hanc *NF*

mellis concordiam praegust⌞a⌟mus, exque ea die lauacro quotidiano per totam ebdomadem abstinemus. Eucharistiae sacramentum, et in tempore uictus et omnibus mandatum a domino, etiam antelucanis coetibus nec de aliorum manu quam praesidentium sumimus. Oblationes pro defunctis, pro nataliciis annua die facimus. **4.** Die dominico ieiunium nefas ducimus uel de geniculis adorare. Ea⌞de⌟m imm⌞u⌟nitate a die Paschae in Pentecosten usque gaudem⌞us.⌟ Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram a⌞n⌟xie patimur. Ad omnem progressum atque promotum, ad om⌞nem a⌟ditum et exitum, ad uestitum, ad calciatum, ad lauacra, ad ⌞mensas,⌟ ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conuersatio exer⌞cet, fron⌟tem signaculo terimus.

IV. **1.** Harum et aliarum eiusmodi di⌞sciplina⌟rum si legem expostules scripturam, nullam leges. Tradit⌞io tibi⌟ praetendetur auctrix et consuetudo confirmatrix et fides obseruatrix. V 159 Ra⌞tionem traditioni⌟ et consuetudini et fidei patrocinaturam aut ipse per⌞spicies, aut⌟ ab aliquo qui perspexerit disces. Interim non nulla⌞m esse cre⌟des cui debeatur obsequium. **2.** Adicio unum adhuc ex⌞emplum,⌟ quatinus et de ueteribus docere conueniet. Apu⌞d Iudaeos⌟ tam sollemne est feminis eorum uelamen capitis, ut i⌞nde nos⌟cantur.

19*sq. cf.* I Cor. 11, 23—25. *cf.* Matth. 26, 27. Marc. 14, 23

18 concordian *F* exque ea die *ARB*, ex ea quoque die *N*, ex quo ea die *F* **19** quotidiano (o *ex* u *corr.*) *A* ebdomadem *ANF*, hebdomadem RB **20** in tempore uictus] *zur Essenszeit* et ab omnibus *N* **21** domino] dño (n *ex* m *corr.*) *A* etian *AFR*, et *N* cętibus *NF* **22** sumimus] summimus *N*, summus *F* **23** annua] anima *F* **24** nefas ieiunum *N* de *om. FR¹* **26** nostri] *h. e. profani* **28** ad (*ex* aut *corr. m. 2*) calciatum *A*, et calciatum *NFRB uulgo* **29** ad lumina *om. A* **30** conuersatio] *scil. cotidiana* signaculo] crucis signaculo *NGR³B* (*sed recte iam reiecit ut interpretamentum uocabulum* crucis *Pam.*)

IV. **2** scripturam *A* (*recepi, etsi* expostulare *c. duplici accusatiuo nusquam alibi inueniri uidetur, sed cf. cap. 1, 12* : causas expostulatus), scripturarum *NFRB uulgo* nullam leges *A*, nulla legis *FR¹*, nullam inuenies *NGR³B* (*receperunt hanc lectionem etiam Gel. et* Rig., *fort. recte, quia rhythmicae clausulae* [*legi 'non Agobardini sed recentior memoria melius respondet*) **3** et consuetudo *A*, consuetudo *NFRB uulgo* fides NR³*B*, fidei *FR¹* **3***sq.* et fides obseruatrix *om. A* **4** rationem traditionis et FR, ra..... et *A* (*fuisse igitur uidetur* : rationi), rationem traditioni (*om.* et) *NGB* consuetudinis *F* et fidei] *om.* et *NFRB* **5** perspexeris *N* **6** non nullam *Iun.* : nonnullam *libri omnes et uulgo* **7** quatinus *A*, quatenus *FR uulgo*, quantus *N* **8** ueteriribus *A* conueniet *ANB*, conueniat *FR* so-

30 signaculo] *LR¹* (crucis *om.*)

IV. **2** expostules, scripturam nullam leges *recte dist. Ma²*, leges *tuet. Thörnell*

Quaero legem. Apostolum differo. Si Rebec⌊ca conspecto proc⌋ul sponso uelamen inuasit, priuatus pudor legem facere non potuit. Aut, ⟨ut⟩ causae suae fecerit, tegantur uirgines solae, et ⌊hoc n⌋uptum uenientes nec antequam cognouerint sponsos. **3.** Si et Susanna in iudicio reuelata argumentum uelandi praestat, p⌊ossum dic⌋ere : et hic uelamen arbitrii fuit. Rea uenerat, erubes⌊cens de infa⌋mia sua, merito abscondens decorem, uel quia timens ⌊iam placer⌋e. Ceterum in stadio mariti non putem uelatam de⌊ambulasse q⌋uae placuit. Fuerit nunc uelata semper : in ipsa ⌊quoque legem⌋ habitus requiro, uel in quacunque alia. **4.** Si legem ⌊nusquam reper⌋io, sequitur, ut traditio consuetudini morem hunc ⌊dederit, ha⌋biturum quandoque apostoli auctoritatem ex interpre⌊tatione⌋ rationis. His igitur exemplis renuntiatum erit posse ⌊etiam n⌋on scriptam traditionem in obserua- V 160
tione defendi, confir⌊matam co⌋nsuetudine, idonea teste probatae tunc traditionis ex ⌊perseue⌋rantia obseruationis. **5.** Consuetudo autem etiam in ⌊ciuilibu⌋s rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex, nec differt, ⌊scriptura⌋ an ratione consistat, quando et legem ratio commen⌊det. Porr⌋o si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ⌊ratione con⌋stiterit a quocunque productum. An non putas ⌊omni fideli⌋ licere concipere et constituere, dumtaxat quod deo congruat, quod disciplinae conducat, quod saluti pro⌊ficiat, dicente⌋ domino : *cur autem non et a uobis ipsis quod iustum iudicatis ?* **6.** Et non de iu⟨sti iu⟩dicio tantum, sed de omni sententia re⌋rum examinandarum dicit et apostolus : *** *Si quid ignora⌊tis ;⌋ deus uobis reuelabit,* solitus et ipse consilium sub-

IV. **10** *cf.* I Cor. 11, 5 **10***sq. cf.* Gen. 24, 64, 65 **14** *cf.* hist. Sus. 32 **18** *cf.* hist. Sus. 4. 7, 15—20 ; 25. 26. 36. 38 **22** *cf.* I Cor. 11, 4—15 **27***sqq. cf.* Isid. Et. II, 10, 2*sq.* ; V, 3, 3 [Edit.] **34** *cf.* Luc. 12, 57 **36***sq. cf.* Phil. 3, 15 **37***sq. cf.* I Cor. 7, 25

lempne *AN* **10** rebecha *N* **11** uelamine *F* **12** ut *addidi* causae suae] *h. e. uirginitati* fecerit] *scil.* pudor legem ⟨si⟩ fecerit *Iun.* **15** uelandi *A*, uelatae *NFRB* praestant *A* **16** ⌊infa⌋mia sua *ARB*, infamio suo *NF* (infamium *pro* infamia *etiam Isid. Et. V 27, 26*) **17** ascondens *N* **18** stadio] pomario *N* **19** uelatā *A* **19***sq.* .... habitus *A*, quoque legem habitus *NGR*^{3}*B*, quoque lege habitum *FR*^{1} **21** mortem *F* **23***sq.* renuntiatum] *h. e. responsum, ut renuntiatio = responsio De carn. Chr. cap. 1)* **24** in *fort. delendum* **24***sq.* obseruationem *N* **26** tradionis *A* (*corr. m. 1*) **29***sq.* ratione lex *AN*, lex ratione *FRB* **30** constituerit *F* **34** a nobis *F* iustum *A*, iustum est *NFRB* **35** et non *A*, ut non *NFRB* iusti iudicio *scripsi* : iudicio *libri omnes et uulgo* sententia] *an* substantia ? **36** dicat *N* *lacunam signaui : laudauit sine dubio auctor locum scripturae I Thess. 5, 21 (cf. De praescr. haer. 4)* : omnia examinate, quod bonum est tenete. *Interciderunt praeterea haec fere* : sicut et alibi idem dicit

12 ⟨ut⟩] *del. Ma*^{2} si fecerit *Iunius, fort. recte*

ministra⌊re,⌋ cum praeceptum domini non habebat, et quaedam edicere a semetipso, scilicet et ipse ⌊spiritum⌋ dei habens deductorem omnis ueritatis. Itaque consilium et edictum eius di⌊uini iam⌋ praecepti instar obtinuit de rationis diuinae patro⌊cinio. **7.** H⌋anc nunc expostula saluo traditionis respectu, quo⌊cumque tra⌋ditore censetur, nec auctorem respicias, sed auctori⌊ta⌋tem, et inprimis consuetudinis V 161
ipsius, quae propterea ⌊colend⌋a est, ne non sit rationis interpres, ut, si et hunc deus dede⌊rit, tun⌋c discas non an obseruanda sit tibi consuetudo, sed ⌊cur.

V. **1.** Maior⌋ efficitur ratio Christianarum obseruationum, cum il⌊las etiam na⌋tura defendit, quae prima omnium disciplina est. Ideo⌊que haec pri⌋ma praescribit coronam capiti non conuenire. Puto ⌊autem, natura⌋e ⟨dominus,⟩ deus noster, qui figurauit hominem et fructibus rerum ⌊appetendi⌋s, iudicandis, consequendis certos in eo sensus ordi⌊nauit, p⌋ropria membrorum quodammodo organa auditum in auribus fodit, uisum in oculis accendit, gustum in ore conclusit, odoratum in naribus ue⌊n⌋tilauit, contactum in manibus extimauit. **2.** Per haec exterioris hominis ministeria interiori homini administrantia fructus munerum diuinorum ad animam deducuntur a sensibus. Quis igitur fructus ex floribus ? Substantia enim propria, certe praecipua, coronarum flores agri. 'Aut odor', inquis, 'aut color, aut pariter utrumque.'

39 *cf.* I Cor. 7, 40 **40** *cf.* Ioh. 16, 13

V. **13***sq. cf.* Matth. 6, 28

apostolus **38** non *AR*^{3}*mg B*, nostri *NFR* **38***sq.* et quaedam edicere *NFRB Rig.*, et dicere *A* (*Oehler*) **39** scilicet et ipse *scripsi* : sed et ipse *NFRB*, *om. A* (*Rig. Oehler*) **40** ueritatis. Itaque] ueri statim itaque *A* **40***sq.* consilium et edictum *R*^{3}*B*, consilium et dictum *N* (dictum *ex* delictum *corr. m. 1*) *FR*^{1}, consilium *A* (*Oehler*) **41** eius] enim *N* optinuit *AN* **42** expostulo *A* salua *F* **43** ...ditore *A*, traditore *NRB*, traditio *F* **45** ipsius *in ras. F* rationis] trationis *A* **46** hunc *scripsi* (*scil. interpretem ; significat autem se ipsum auctor*) : hanc *libri omnes et uulgo* non an *A*, quod non *NFR*, cur nam *B* *recte haec distinxit Oehler* : sed cur maior efficitur (*A*)*NFRB*

V. **3** praescribit *A*, praescribet *NFRB* **4** dominus *add. Rig.* (*cf. p. 162, 35*) noster *A*, noster est *NFRB Rig. uulgo* **5** appetendis *NFRB*, ...si *A* **6** in eos *F* ordinauit propria *F*, ordi......ropria *A*, ordinauit per propria *NR* (*ex Hirsaugiensi, ut uid.*) *B uulgo* **7** *aliter distinxi* : organa : auditum *uulgo* **8** uisum — — accendit *om. A* **9** extimauit *AN* (*h. e. extremum collocauit*), estimauit *F*, aestimauit *RB* **10** ministeria interiori homini *om. A* **10***sq.* administrantia *A*, ministrantia *NRB*, ministranti *F* **11** fructus *om. A* **11***sq.* ad animam deducuntur a sensibus *NFRB*, ab anima deducuntur ad sensus *A*, ad animam

39 scilicet et ipse] *om. Ma*^{2}

V. **12** ac sensus *def. Ma*^{2} *p. 77*

Qui erunt sensus ⌊colo⌋ris et odoris? uisus, opinor, et odoratus. Istos sensus qua⌊e mem⌋bra sortita sunt? oculi, nisi fallor, et nares. Vtere itaque fl⌊oribus⌋ uisu et odoratu, V 162 quorum sensuum fructus est, utere p⌊er oculos et⌋ nares, quae eorum sensuum membra sunt. Substantia tibi a ⌊deo tradita est,⌋ habitus a saeculo. **3.** Quamquam nec habitus extraordina⌊rius ordina⌋rio usui obstrepit: hoc sint tibi flores et inserti et innexi et in filo et in scirpo, quod liberi, quod soluti, spectaculi ⌊sci⌋licet et spiraculi res. Coronam, si forte, fascem existima florum per seriem conprehensorum, u⌊t plu⌋res semel portes, ut omnibus pariter utaris. Iam uero et in s⌊inum c⌋onde, si tanta munditia est, et in lectulum sparge, si tanta mollitia est, et in poculum crede, si tanta innocentia est; tot mo⌊dis fruere,⌋ quot et sentis. **4.** Ceterum in capite quis sapor floris, ⌊quis coronae⌋ sensus, nisi uinculi tantum, quo neque color cernitur, ⌊neque odor⌋ ducitur, nec teneritas commendatur? Tam contra nat⌊uram est flo⌋rem capite sectari, quam cibum aure, quam sonum nar⌊e. Omne⌋ autem, quod contra naturam est, monstri meretur n⌊otam penes⌋ omnes, penes nos uero etiam elogium sacrilegii in deum, naturae dominum et auctorem.

VI. **1.** Quaerens igitur dei legem habes communem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas et apostolus solet prouocare, ut cum in uelamine feminae *nec natura,* V 163 inquit, *uos docet?* ut cum ad Romanos, natura facere dicens nationes ea quae sunt legis, et legem naturalem suggerit et naturam legalem. Sed et in ⌊priore⌋ epistolae ⟨parte,⟩ na-

VI. **3** I Cor. 11, 14   **4** *cf.* Rom. 2, 14   **6** *cf.* Rom. 1, 25—27

deducuntur ac sensus *susp. Oehler*   **15***sq.* et odoris *A*, odoris *NFRB uulgo*   **19** quae eorum *Hildebrandus* : quorum *ANFRB uulgo*   sensuum *NFRB*, sensus *A*   **20** quamquam *AFR*, quam *N*   quamquam] *animaduerte breuiloquentiam : intellegere enim debes : qui habitus, quamquam non ordinarius est, tamen nec extraordinarius etc.*   **21** usui *AR*, usu *N*, uisui *F* (*corr. m. 1*)   opstrepit *A*   **21***sq.* et inserti] et *om. N*   **22** scirpo *NRB*, scripo *AF*   **23***sq.* si forte — — florum *om. A*   **24** existima *scripsi* : existimas *NFRB uulgo*   comprachensorum *A*   **25** semel (= ἅπαξ *simul, eodem tempore*) *ANFRB*, simul *Vrs.* (*Rig.*)   portes *ARB*, fortes *NF*   **26** et (*alt.*) *om. NFRB*   **27** mollities *N*   et *om. FRB*   **28** tanta innocentia (*Unschädlichkeit*) est] *scil. ut florum nihil inde detrahatur aut colori aut odori*   **29** flores *A*   **30** uinculi *ANRB*, uincula *F*   quo *A*, quia *NFRB*   **32** cybum *A*   **34** notam *ARB*, notas *F*, naturam *N*   omnes, penes *om. A*   **35** dominum *NFRB*, dño *A*

VI. **1** quaerens *NF Oehler*, quaeres *ARB*, quaeris *Rig.*   *post* legem *signum interrog. posuit Rig.*   habes *ARB Rig.*, habens *NF*   **2** tabulis *NFRB*, talibus *A*   **4** inquit uos *N*, uos inquit *FRB*, inquit (*om.* uos) *A*   **6** legalem *ARB*, regalem *NF*   in priore *NFRB*, in ...... *A* (*etiam in Agob. igitur fuisse uidetur* priore), primore *Rig.*, primo *Oehler*   epistolae *AF Oehler*, epistola *NRB Rig.*   parte

VI. 1 quaeres... habens *Ma*[2]

turalem usum conditionis in non natura⌊lem m⌋asculos et feminas inter se demutasse affirmans ex retributione erroris in uicem poe⌊nae, utiqu⌋e naturali usui patrocinatur. **2.** Ipsum deum secundum na⌊turam prius⌋ nouimus, scilicet deum appellantes deorum et bonum ⌊praesum⌋entes et iudicem inuocantes: quaeris, an conditio⌊ni eius⌋ fruendae natura nobis debeat praeire, ne illa rapiamur, qua ⌊dei ae⌋mulus uniuersam conditionem certis usibus homini ⌊mancipat⌋am cum ipso homine corrupit, unde eam et apostolus in⌊uita⌋m ait uanitati succidisse, uanis primum usibus, tum ⌊turpibus⌋ et iniustis et impiis subuersam? **3.** Sic itaque et circa uo⌊luptates⌋ spectaculorum infamata conditio est ab eis, qui natur⌊a quidem⌋ omnia dei sentiunt ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt illud quoque intellegere, omnia ⌊a diabolo⌋ esse mutata. Sed et huic materiae V 164 propter suauiludi⌊os nostros Grae⌋co quoque stilo satisfecimus.

VII. **1.** Proinde coronarii ⌊isti agnosca⌋nt interim naturae auctoritatem communis sapientiae nomine, qua homines, sed et propriae religionis pignore, qua ⌊deum⌋ naturae de proximo colentes, atque ita uelut ex abundant⌊i ce⌋teras quoque rationes dispiciant, quae nostro priuatim capit⌊i co⌋ronamentis et quidem omnibus interdicunt. **2.** Nam et urguemur a communione naturalis disciplinae con⌊uerti ad⌋ proprietatem Christianae solam iam defendendam per cetera⌊s

15 *cf.* Rom. 8, 20

addidi : in dem (der vorher zitierten Stelle) vorangehenden Teile des Briefes   **8** inter — — affirmans *om. A*   **9** naturali usui *RB* (*Rig.*), naturalium sui *NF*, naturalibus *A* (*Oehler*)   **10** deum *NFRB*, dño *A*   scilicet *N Oehler* (*ex coniectura*) : sed *AFR*[1], et *R*[2]*mg Rig.*, *om. R*[3]*B*   **11** et bonum *AN*, *om.* et *FRB uulgo*   **13** ne illa rapiamur] *supplendum mente ut uidetur ex antecedentibus* : conditione. *atenim nusquam alibi de conditione h. e. creatura diaboli aliqua creatoris aduersaria sermo est apud Tertullianum. nescio igitur, an et hic interciderit uocabulum, quod secundum locum huius libri qui est cap. 8, 26* (*cf.* Rom. 8, 21) *fuisse existimauerim* : corruptela   **16** unitati *A*   uanis *B*, uariis *ANFR*   primum *A*, plurimum *NFRB*   tum *AR*[2]*B*, tunc *NFR*[1]   **17** et iniustis] timiustis *A*   **19** quidem *om. N*   dei *om. NB*   **20** instruuntur *A* (i *ex* s *corr. m. 1*)   *post* deficiunt *grauiter distinxit RB*   **20***sq.* intellegere *A*, intelligere *NF*, intellege *RB*   **21** a diabolo esse mutata *NFRB*, esse .... mutata *A* (*Rig. Oehler*) ; *sed recentior memoria defenditur clausulae rhythmicae lege*

VII. **1** coronarii *AR*[3]*mg B*, de coronari *N*, dedecorari *FR*[1], dedecorati *R*[2]   **2** communis] munis *A*   sapientiae *A*, patientiae *NFR*, parentis *B*   **2***sq.* sed et *scripsi* : set *A*, et *NFRB uulgo*   **3** pignore *Iun.* : pignora *AFR uulgo*, pignera *N*   de proximo *Rig.* : de proxime *A*, proxime *NF*, proximo *RB*   **4** uelunt *A*   habundanti *NF*   **5** dispiciant *B*, despiciant *ANFR*   priuati in capitę (*utrum* e *an* i *non dignoscitur*) *F*   **6** et urguemur] *coniunctionem* et *coniunge cum uerbis* : per ceteras quasque species coronarum   urguemur *A*, urgemur *NFR*   **8** christianae *NFRB Rig.*, χ̄pianam *A Oehler*   solam *scripsi* : totam *libri omnes*

VII. **8** solam] totam *recte Ma*[2]

quas⌋que species coronarum, quae aliis usibus prospectae u⌊identur,⌋ ut aliis substantiis structae, ne, quia non ex floribu⌊s con⌋st⌊ant,⌋ quorum usum natura signauit, ut ipsa haec laure⌊a militaris,⌋ non credantur admittere sectae interdictionem, q⌊uia euase⌋rint naturae praescriptionem. Video igitur et curio⌊sius et ple⌋nius agendum ab originibus usque ad profectus et exces⌊sus rei.⌋ **3.** Litterae ad hoc saeculares necessariae. De suis enim ins⌊trumen⌋tis saecularia probari necesse est. Quantulas attig⌊i, credo⌋ sufficient. V 165
Si fuit aliqua Pandora, quam primam femi⌊narum⌋ memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est ⌊a Chari⌋tibus, cum ab omnibus muneraretur, unde Pandora. ⌊Nobis⌋ uero Moyses, propheticus, non poëticus pastor, p⌊rincipem fe⌋minam Euam facilius pudenda foliis quam tempora ⌊floribus in⌋cinctam describit. Nulla ergo Pandora. Sed ut ⌊de mendacio⌋erubescenda est coronae origo, iam nunc et de ⌊ueritatibus⌋ suis. **4.** Certe enim ⟨in⟩certos fuisse constat auctore⌊s rei uel illumina⌋tores. Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, Iouem ⌊D⌋iodorus, post deuictos Titanas hoc munere a ceteris honoratum. ⌊Dat⌋ et Priapo taenias idem, et Ariadnae sertum ex auro et Indicis ⌊gemm⌋is, Vulcani opus, Liberi munus, postea sidus. Iunoni

---

VII. **19** *cf.* Hesiod. Ἔργα καὶ ἡμέραι 69—82 **22** *cf.* Gen. 3, 7 **27***sq.* Diod. Bibl. VI 4 **29** *cf.* Ouid. Fast. III 459; 513—516. Metam. VIII 175—180. Seru. ad Verg. Georg. I 222 **30***sq. cf.* Plin. H. N. XXI 12 (*sed rectius sine dubio Carolus Prinz poetae Callimacho haec uindicat quam Oehlerus medico C. apud Plinium nominato*)

---

et uulgo per ceteras] *pro* ceteris *dictum* (*cf. Ho. Synt. u. Stil p. 33*) *coniunge cum uerbis* urguemur conuerbi **8***sq.* ceteras quasque *scripsi* : cetera ..... que *A* (*quinque litt. euanuerunt*), ceteras quoque *NFRB uulgo* **9***sq.* prospectae uidentur *ARB*, prospectis euidenter *N*, prospectitą uidentur *F* **10** aliis *A* (*cf. Ho. Synt. u. Stil. p. 138*), ex aliis *NFRB* **11** usum *ARB*, usu *NF* **12** credantur *om. N* **13** quia] qui *N* **15** littera *F* **17** probari] *h.e.* δοκιμάζεσθαι examinari quantulas quantulas *Hildebrandus* **18** fuit *A*, fuerit *NFRB* **23** sed ut *Iun.*, sed et *libri et uulgo* **24** iam nunc] ita nunc *Iun.* **24***sq.* et de ueritatibus] *animaduerte ironiam in adhibito de industria plurali numero* **25** ⟨in⟩certos *scripsi* : ceteros *ANFRB*, certos *Vrs.*, Graecos *Rig.*, ueteres *Hildebrandus*, caecos *Lat.* **26** ferecides *NF*, pherestides *A* **28** dat et *N et Hirsaug. lib.* (*teste Rhenano*) *RB*, sat et *F*, ...et *A* **28***sq.* Priapo taenias idem, et Ariadnae *RB*, priapotem ianias idem et ariadne *A*, priapotemasi de metariañe *N*, pria potencia si de metarianne *F* **30** uulcani opus, liberi *NFRB Rig.*, uulcani ac post liberi *A Oehler*, Vulcani opus, ⟨Veneris⟩ ac post Liberi *fort.* (*cf. Ouid. Fast. III 514*) postea sidus *A*, post thesidus *NGFR*¹, post Thesei R³, post et sidus *B* *post uocabulum* sidus *in A*

---

9 quasque] quoque *Ma*² **14** plenius] *NL edd.*, plunius *cet. codd.* (*sec. Ma*²) **17** quantulas] *AL edd.*, quantulus *cet. codd.* **24** ita nunc *Ma*² **25** certos *Ma*² **28** ceteris ⟨dis⟩ *Castiglioni* **30** ⟨ac⟩ Liberi munus *Castiglioni Ma*²

uitem Call⌊ima⌋chus induxit; ita et Argi signum eius palmite redimitum sub⌊iecto⌋ pedibus corio leonino insultantem ostentat nouercam ⌊de ex⌋uuiis utriusque priuigni. Hercules V 166
nunc populum capite prae⌊fert,⌋ nunc oleastrum, nunc apium. **5.** Habes tragoediam † Cerberi, habes Pindarum atque ⌊Callima⌋chum, qui et Apollinem memorat interfecto ⌊Del⌋phin⌊e draco⌋ne lauream induisse, qua supplicem. Erant enim supplices corona⌊ti apud ue⌋teres. Liberum, eundem apud Aegyptios Osirim, Harpocration industria ederatum argumentatur, quod ⌊ederae⌋ natura sit cerebrum ab heluco defensare. Sed et alias Liberum principem coronae — plane ⌊laureae,⌋ in qua ex Indis triumphauit — etiam uulgus agnoscit, cum dies in illum sollemnes Magnam appellat Cor⌊onam. **6.** Si et Le⌋onis Aegyptii scripta euoluas, prima Isis repertas spicas c⌊apite cir⌋cumtulit, rem magis uentris. Plura quaerent⌊ibus⌋ omnia exhibebit praestantissimus in hac quoque ma⌊teria⌋ commentator Claudius Saturninus. **7.** Nam est illi '⌊de co⌋ronis' liber, et origines et causas et species et sollem⌊nitates earum⌋ ita edisserens, ut nullam gratiam floris, null⌊am laetitiam fron⌋dis, nullum caespitem V 167
aut palmitem non alicuius capiti inuenias consecratum; quo satis instruamur, quam ali⌊enum⌋ iudicare debeamus coronati capitis institutionem ab eis ⌊prolatam⌋ et in eorum deinceps honorem dispensatam, quos saeculum de⌊os c⌋re-

---

31 *cf.* Plin. H. N. XIV 9 **34** *cf.* Seru. ad. Verg. Eclog. VII 61 : Ouid. Her. IX 64 **35** *cf.* Pind. Ol. III 11*sq.*, 23; IV 19; XI 45. Nem. I 26; Ol. XIII 33 *alibi*; Plut. Quaest. conu. V 3, 3 **36** Call. frgm. 364 **38** *cf.* Plin. H. N. XVI 9; XVI 144; XXIV 75

---

comparent uerba sanguinis sui *quae leguntur in capite primo p. 154 l. 18sq.* **31** callimachus *FRB*, callimacus *N*, cal...acus *A* ita ęt] a et *in ras. a m. 2 A* argi. *A* (*s eras.*), argis *NFRB uulgo* eius *om. A* **31***sq.* palmitem remitum *A* **32** pedibus *AN*, pedibus eius *FRB* **33** ostentat *A*, ostentam *NF*, ostentans *RB* exuuiis] eximiis *F* herculis *NF* **34** oleastro *F* **35** habes tragoediam Cerberi *om. A* Cerberi] Cebetis *Scal.*; *ego nescio an delendum sit* Cerberi *ut additamentum docti cuiusdam non nescientis Herculem ob Cerberum obtruncatum populi foliis esse redimitum* pyndarum *A* **36***sq.* delphine *N*, ...phin. *A*, delphyne *F Oehler*, delphino R¹, Delphico R³B **37** qua] quā *A* **38** coronati *Vrs.*, corona.. *A*, coronarii *NFRB* **39** osirim *A*, osirin *NFRB uulgo* arpocration *ANF* ederatum *AN*, hederatum *FRB* **40** ederae *NF*, ... *A*, hederae R naturae *A* **40***sq.* ab heluco — — Liberum *om. A* **41** *parenthesin indicaui* **43** sollempnes *A*, solempnes *NF* **44** aegyptii *A*, aegiptus *N*, egypciis *F* scripta euoluas *R*, scriptą (a *ex* e *corr. m. 2*) *A*, scripte uoluas *NF*, scripta uoluas *Oehler* ysis *A* **45** repertas *om. A* repertas spicas *RB*, reperta spitas *N*, reperta picas *F* spicas *A* capite cumtulit *F* **47** commentator *ARB*, commendator *NF* **48** illi *scripsi* : illic *ANF*, illius *RB uulgo* **49** solempnitates *F* **52** instruamur *NFRB*, instruatur *A Oehler* alienum *RB*, ali.... *A*, aligenum *F*, alienam *N* **54** inceps *F* honore *A* saeculum *A*,

---

31 Argis *Ma*² **48** illius *Ma*² **52** alienam *Ma*² **54** saeculum] *L*

didit. **8.** Si enim mendacium diuinitatis diabolus ope⌊ratus⌋ est ⟨a primordio,⟩ in hac etiam specie a primordio mendax, sine dubio et eos ipse prospexerat, in quibus id mendacium diuinitatis ageretur. Quale igitur habendum est apud homines dei ueri quod agentibus candidatis diaboli introductum et ipsis a primordio dicatum est, quoque iam tunc idolis latriae initiabantur ab idolis et in idolis adhuc uiuis? non quasi ⌊aliqui⌋d sit idolum, sed quoniam quae idolis ⟨ab⟩ aliis fiunt ad dae⌊monas⌋ pertinere*. **9.** Porro si quae alii idolis faciunt ad daemo⌊nas perti⌋nent, quanto magis quod ipsa sibi idola fecerunt, ⌊cum adui⌋uerent? Ipsi scilicet sibi procurauerunt daemones, ⌊et per ea,⌋ in quibus et usuri V 168
erant [ante] quod procurauerant.

VIII. **1.** ⌊Tene inte⌋rim hunc finem, dum incursum quaestionis excutio. ⌊Iam en⌋im audio dici et alia multa, ab eis prolata, quos saeculum deos credidit, tamen et in nostris hodie usibus et in pristinorum sanctorum et in dei rebus et in ipso Christo depreh⌊en⌋di, non alias scilicet hominem functo quam per communia ista instrumenta exhibitionis humanae.

56 *cf.* Ioh. 8, 44 **62** *cf.* I Cor. 10, 19

scl'tp scdm *N*, scdm *F* **55** mendatium *A* **55sq.** operatus est *scripsi* : ope..... est *A*, operatur *NFRB uulgo* **56** a primordio *addidi* **57** id mendacium *FRB*, in mendacium *A*, mendacium *N Oehler* **58** quale *AR*[1]*mgR*[3]*B*, qua *FR*[1], qua quid *N*, quale quid *fort.* **59** dei ueri *AN*, ueri dei *FRB* agentibus candidatis *scripsi* : a gentib (tib *in ras. a m. 2*) datis *A*, a candidatis *NFRB*, a gentibus candidatis *Rig. Oehler* **60** ipsi *Iun.* quoque (*hoc est* : et quo) *A* (o *in* c *corr. m. 2*), quodque *NFRB uulgo* **61** idolis latriae *scripsi* : idolislatrie *A*, idololatriae *NFRB uulgo* latriae] = *λατρεῖαι* initiabantur *A*, initiabatur *RB uulgo*, undabatur *N* (*sed deletum a libr. ipso*), iniciebatur imitabatur *F* idolis — — ab idolis] *cf. infra l. 64sq.* et in idolis] *auch in den Götzenbildern*, et id idolis *Gel.*

62 sit *om. A* ab *addidi* **63** alii *A* (s *add. m. 2*), alii *NFRB uulgo* fiunt *ANF*, faciunt *RB uulgo* daemonas *N*, daemones *FR uulgo* pertinere *A*, pertinent *NFR uulgo* *lacunam signaui* : scimus *uel* didicimus *siue tale aliquid intercidit* **64** daemonas *N*, daemones *FR uulgo* **66** procurauerunt *Vrs.*, procurauerant *libri et uulgo* et per ea *scripsi* (*scilicet idola*) : per eas *N*, per eos *FRB uulgo*, ... *A* (*septem uel octo litteras euanuisse testatur* Reiff. in quibus] *scil. in idolis, ut quae coronis ornentur* et usuri erant *scripsi* : ecsurierant *N*, esurierant *AFRB uulgo*, et haesuri (*uel* laesuri) erant *R*[2]*mg* *Hoppio* (*Beitr. p. 17*) *codicum memoriam* esurierant *defendenti non adstipulor, uel quia non de sacrificiis hic sermo est, sed de sola corona* **67** ante *seclusi ut ex dittographia ortum* (*cf. simile mendum p. 169, 15*) quod *A*, quam *NFRB* quod procurauerant] *scil. coronarum apparatum*

VIII. **1** hunc finem *A*, c̄n (*i. e.* hunc) fidem *N*, hanc fidem *FRB uulgo* hunc finem] = *τοῦτον τὸν ὅρον, i. e. hanc lineam, ad quam scilicet dimicando progressus est auctor* (*cf. quod sequitur* incursum) incursum (s *ex* c *corr. m. 1*) *A* **3** saeculum] secundum *F* **4** et in pristinorum — — dei rebus *om. A* in ipso] in *om. N* **5** hominem *NFRB* (*cf. Ho. Synt. u. Stil. p. 16*), homine *A* (*Oehler*) **6** ista (s *eras.*)

56 ⟨a primordio⟩] *merito del. Ma*[2] **66** procurauerunt] *L*

Plane ita ⌊sit, nec⌋ antiquius adhuc in origines disceptabo. **2.** Primus litteras Mercurius enarrauerit: necessarias conf⌊itebor⌋ et commerciis rerum et nostris erga deum studiis. Sed et si ⌊neruos⌋ idem in sonum strinxit, non negabo et hoc ing⌊enium⌋ eius sanctis fecisse et deo ministrasse, audiens Dauid. P⌊ri⌋mus medelas Aesculapius explorauerit: memi- V 169
nit et Esaias Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse, scit et Paulus stomacho uinum modicum prodesse. Sed et Minerua prima molita sit nauem: uidebo nauigantem Ionan et apostolos. **3.** Plus est, quod et Christus uestitur: habebit etiam paenulam Paulus. Si et uniuscuiusque supellectilis et singulorum uasorum aliquem ex diis saeculi aucto⌊re⌊m⌋ nominaris, agnoscam necesse est et recumbentem in lec⌊tu⌋lo Christum, et cum peluem discipulorum pedibus offert, ⌊et cum⌋ aquam ex urceo ingerit, et cum linteo circumstring⌊itur,⌋ propria Osiridis ueste. **4.** Huiusmodi quaestioni sic ubi⌊que res⌋pondeo, admittens quidem utensilium communionem, ⌊sed prouo⌋cans eam ad rationalium et inrationalium distinction⌊em, quia⌋ passiuitas fallit obumbrans corruptelam condition⌊is, qua⌋ subiecta est uanitati. **5.** Dicimus enim ea demum et nostris et superiorum usibus et dei

VIII. **13** *cf.* Es. 38, 21 **14** *cf.* I Tim. 5, 23 **17** *cf.* II Tim. 4, 13 **19** *cf.* Matth. 9, 10; Mc. 2, 15; 14, 3. 18. Luc. 7, 36. 37; 11, 37; 24, 30 **20—22** *cf.* Ioh. 13, 5

A **7** antiquius (ius *in* as *corr. m. 2*) *A* origines *A*, originem *NFRB* **8** mercurius litteras *FRB* enarrauerit *NFRB* (*cf. infra l. 15* molita sit), enarrauit *A* (*Oehler*) **9** commerciis rerum *A*, commerciis rebus *NF*, commercii rebus *RB* erga (e *ex* a *corr. m. 2*) *A* **10** neruos] *sex uel septem litt. euanuisse in A testatur* Reiff. idem *NFRB*, dent idem *A* (*sed m. 2 ante* dent *addidit litteram* i *et coniunxit* dent *et* idem) **11** ingenium] *h. e.* inuentum eius *scripsi* : cum *A* (c *ex* c *corr. m. 1*), cum *FRB uulgo*, tum *N* sanctis *NFRB*, satis *A* fecisse] facere *cum datiuo* = *conducere, conuenire, adiumento esse alicui cf. De pat. cap. 5* = *III p. 6, 21, ubi non debebam cum Ew. Bruhn rescribere* alterius *pro* alteri, *quod codd. praebent* **12** medellas *A* medellas sc expl. *A* (sc *erasum, recte ut ex dittographia ortum*) explorauerit *NFRB*, explorauit *A* **12sq.** meminit *AF*, memini *NRB* **13** esaias *A*, esaiam *FRB*, Isaiam *N* eczechiae *A* **13sq.** mandasse] *scil.* se **15** nauigantēgantem *A* **16** ionam *N* apostolus *F* Christus *NFRB*, sps *A* (*alterum* s *additum, sed utrum a prima an a secunda manu non dignoscitur*) uestitur *A* (*cf. Ho. Beitr. p. 39*), uestietur *NFRB uulgo* **16sq.** Plus est, quod et Christus uestitur, hab. et. p. Paulus] *memento, id quod non expressis uerbis in antecedentibus dictum est, Mineruam textrinae quoque artis inuentricem esse* **17sq.** suppellectilis *NFRB* **18** uasorum *A*, uasculorum *NFRB* dis *N* **19** agnoscam] agnoscant *A* (*Rig.*) **21** urgeo *A* **23** admittens] *pro* ut admittam, *ut saepius post* sic *et* ita *occurrit participium apud Tertullianum pro ut consecutiuo* **25** quia *F*, qua *N*, distinction...... passiuitas *A* passiuitas *ANR*[3]*mg Bmg*, passibilitas *FRB* **26** qua *F* quam *N* **27** superiorum *NFRB* (*cf. supra l. 3—4*),

VIII. **8** enarrauerit] exarauit *ingeniose coni. Gomperz, Tertullianea, p. 79, sed potius scribendum* : exarauerit **10** neruos] *cf. Isid. Etym. III, 21, 6* **16** Ionam] *L*

rebus et ipsi Christo competisse, ⌊quae me⌋ras utilitates et certa subsidia et honesta solatia ⌊neces⌋sariis uitae humanae V 170 procurant, ut et ipso ⌊deo inspi⌋rante dantur, priore prospectore et instructore et oblectatore, si forte, ⌊homin⌋is sui, quae uero hunc ordinem excesserunt, ea non conuen⌊ire u⌋sibus nostris, praesertim quae propterea scilicet [nec ⌊apud saeculum⌋] nec in dei rebus nec in conuersationibus Christi reco⌊gnosci est.⌋

IX. **1.** ⌊Quis⌋ denique patriarches, quis prophetes, quis leuites aut s⌊acerd⌋os aut archon, quis uel postea apostolus aut euangel⌊izator⌋ aut episcopus inuenitur coronatus? Puto nec ipsum ⌊dei templ⌋um nec arca testamenti nec tabernaculum martyrii nec altare nec candelabrum, quibus utique et in prima d⌊edica⌋tionis sollemnitate et in secunda restitutio⌊ni⌋s gratulatione competisset coronari, si dignum deo esset. **2.** At⌊quin si figurae⌋ nostrae fuerunt — nos enim sumus et templa dei ⌊et altaria et⌋ luminaria et uasa —, hoc quoque figurate portendebant, ⌊homines dei⌋ coronari non oportere. Imagini ueritas respon⌊dere d⌋ebebit. Si forsitan opponis ipsum Christum coronatum, ad ⌊hoc breui⌋ter interim audies: 'Sic et tu coronare; licitum est.' **3.** Ta⌊men nec i⌋llam impietatis contumeliosae coronam populus cons⌊ciuit. Ro⌋manorum militum fuit commentum, ex usu rei saecula- V 171 ris, ⌊quem popu⌋lus dei nec publicae umquam laetitiae nec inge⌊nitae lu⌋xuriae nomine admisit, facilius cum tympanis et ⌊tibiis et⌋ psalteriis reuertens de captiuitate Babyloniae

---

8*sq.* *cf.* I Cor. 3, 16; 6, 19; II Cor. 6, 15

---

superioribus *A* (*Oehler*) **28** meras] ueras *Hildebrandus* **29** solatio *F* .....sariis *A*, necessariis necessitatibus *NFRB*: necessitatibus *interpretamentum esse docet De pat. 5 = III p. 6, 10*: de necessarriis fidei **30** procurant *A*, procurent *NFRB* ut et ipso deo inspirante dantur *scripsi*: ut et ipso ....rante dantur *A*, ut ab ipso deo inspirata credantur *NFRB uulgo* priore *A*, propiore *NRB*, propriore *F* **31** et instructore *om. A* **32** excesserunt *A*, excesserint *NFRB* **32***sq.* conuenire usibus *AFRB*, cum usibus (*om.* conuenire) *N* **33***sq.* nec apud saeculum *seclusi*: *tolerari haec nequeunt propter argumentum in subsequenti sententia allatum*: quis d e n i q u e patriarches (denique = *namque*) **35** est] *est. c Acc. c. Inf. cf. Ho. Synt. u. Stil p. 47*

IX. **4** archa *NF* **6** sollempnitate *ANF* **6***sq.* restitutionis $R^{2}B$, praestitutionis AR^{1}, prostitutionis *NF* **7** gratulatione] *h. e. gaudio* competisse *F* **9** luminaria et uasa *NFRB*, lumina sua *A* **11** si *AF*, sed *NRB* **12** opponis *A*, oppones *NFRB* **12***sq.* breui⌋ter interim *ANRB*, interim breuiter *F* **13** licitum *A*, et licitum *NFRB* **15** fuit commentum *AN*, commentum fuit *FRB* ex usu rei *NFRB*, luxuria *A* (*sed in ras. a m. 2; quid antea fuerit, dignosci nequit*) **15***sq.* saecularis (i *ex* e *a m.* 2) *A* **16** dei *NFRB*, dedit *A* **17** no-

---

30 ut ab ipso deo inspirata credantur Ma^2 *optime coni. Thörnell, Stud. Tert. III, p. 35 sq.* **33/34** nec apud sanctum ullum

⌊quam cum⌋ coronis, et post cibum et potum exsurgens ad ludendum sine coronis. **4.** Nam neque laetitiae descriptio neque lux⌊uriae⌋ denotatio de coronae decore aut dedecore tacuisset. ⌊Adeo⌋ et Esaias: *quoniam*, inquit, *cum tympanis et psalteriis et tibiis ⌊uinum⌋ bibunt*, dicturus etiam 'cum coronis', si umquam hic usu⌊s fu⌋isset et in dei rebus.

X. **1.** Ita cum idcirco proponis deorum saec⌊ularium⌋ commenta etiam apud deum deprehendi, ut inter h⌊aec c⌋oronam quoque capitis communi usui uindices, ipse tibi iam praescribis non habendum in communione usus quod ⌊non in⌋ueniatur in dei rebus. Quid enim tam ⟨in⟩dignum deo quam quod dignum idolo? Quid autem tam dignum idolo quam quod et mortuo? **2.** Nam et mortuorum est ita coronari, quoniam et ipsi idola statim fiunt et habitu et cultu con- V 172 secrationis, quae apud nos secunda idololatria est. Igitur qui careant sensu, illorum erit perinde uti ea re, cuius carent sensu, atque si abuti ea uellent, si sensu non carerent. Nulla uero distantia est ⟨utendi et⟩ abutendi, cum ueritas cessat utendi cessante natura sentiendi. **3.** Nobis autem abuti apud apostolum non licet, facilius non uti docentem. Nisi quod nec abutuntur qui nihil sentiunt, — qua-

---

IX. **17** *cf.* I Esdras 5, 2 **19** *cf.* Exod. 32, 6 (I Cor. 10, 7) **22** Es. 5. 12
X. **14** *cf.* I Cor. 7, 31

---

mine *NFRB*, nomen *A* (*ex correctura m. 2*) **19** et post] quod post *F* cybum *A* potum (p *ex* t) *A* **21** denotio *A* aut dedecore] aut decore *F* **22** quoniam $ANFR^{1}$, quando $GR^{2}B$ *quoniam*, inquit *scripsi*: quoniam inquit *uulgo* **23** et tibiis et psalteriis *FRB* uinum bibunt *scripsi*: .... bibunt *A*, bibunt uinum *NFRB uulgo* dicturus *A*, dicturus es *N*, dicturus esset *FRB uulgo* **24** et in dei] et *om. A* (*Oehler*)

X. **2** commenta *NFRB* (*cf. cap. 7, 53*), ornamenta *A* (*Rig. Oehler*) **3** uendices *F* **4** praescribes *F* communionem *A* (*Rig. Oehler*) usus *A*, usus apud nos *NFRB uulgo* **5** non inueniatur *B*, ... ueniatur *A*, inueniatur *NFR* in dei rebus *A*, in rebus *N*, in rebus dei *FRB* indignum *Vrs.*: dignum *ANFRB* **6** quid autem tam dignum idolo *FRB*, *om. AN* (*recepi et ego inter uerba, ut reliqui omnes editores, quod una tantummodo praebet lectionis memoria, quamquam haec abesse possunt*) **7** ita] *scil.* capite **8** quoniam *A*, uel quem *F*, uel quoniam *NRB uulgo*(uel *ortum putauerim ex* ut *superscripto olim coniunctioni* quoniam *propterea reprobatae, quia antecedens ita relatiuum aduerbium* ut *desiderare uidebatur*) et ipsi] et *om. N* **9** apud nos] *i. e. in unseren Augen* idololatria *A*, idolatria *NFRB* **10** careant sensu *AN*, sensu careant *FRB* perinde *AN*, proinde *FRB* **11** carent sensu *N*, careant sensu *A*, sensu careant *F*, sensu carent R (*ex Hirsaugiensi ?*), sensu carerent *B* atque si] ac quasi $R^{2}mg$, aeque si *B* ea *N* (Rig.), eo *A*, *om.* RFB **12** uero] *h. e.* re uera utendi et *addidi* **13** utendi. cessante *uult distingui Oehler* natura] *h. e.* naturalis facultas **14** facilius] *h. e.* potius **14***sq.* *post* docentem *grauius distinxi* **15** nisi quod] = sed enim *parenthesin indicaui* **15***sq.* quaqua — — utatur] *haec uerba, quae in libris mss. supra (l. 13) post*

X. **11** sensu carent *L* **13***sq.* cessat utendi. Cessante *recte dist.* Ma^2 *et ordinem codd. seruat (cfr l. 15 sq)* **15** *sq.* qua uult Ma^2 *cum codd.*

⟨qua⟩ uult, quis abutatur, cum non habeat, qua utatur ? — sed uacant totum et est ipsum quoque opus mortuum, quantum in idolis, uiuum plane, quantum in daem⌊oniis,⌋ ad quae pertinet superstitio : *Idola nationum*, inquit Dau⌊id,⌋ *argentum et aurum. Oculos habent nec uident, nares ne⌊c odorantur,⌋ manus nec contrectabunt.* **4.** Per haec enim floribus frui est. ⌊Quod si⌋ tales edicit futuros qui idola fabricantur, tales iam sunt ⌊qui⌋ secundum idolorum ornatum quid utuntur *Omnia munda mu⌊ndis* :⌋ ita et immunda omnia V 173 immundis. Nihil autem im⌊mun⌋dius idolis. Ceterum substantiae mundae, ut dei res, et hac sua condicione communes usui. Sed ipsius usus administratio interest. **5.** Nam et ego mihi gallinaceum macto, non minus quam Aesculapio Socrates, et si me odor alicuius loci offenderit, Arab⌊iae a⌋liquid incendo, sed non eadem ritu nec eodem habitu nec eodem apparatu, quo agitur apud idola. Si enim uerbo nudo dei conditio polluitur, ut apostolus docet : *si quis autem dixerit, 'hoc idolothytum est', ne contigeris*, multo magis, cum saltitaueris habitu et ⌊ritu⌋ et apparatu idolothytarum, contaminatur. Ita et corona idolothytum efficitur. **6.** Hoc enim ritu et habitu et apparatu idolis immolatur a cultoribus suis, quorum eo uel maxime proprius est usus, ne in communionem possit admitti quod in dei rebus non inuenitur. Propterea apostolus clamat : *Fugite idololatriam !*

18 *cf.* I Cor. 10, 19. 20 **19** Ps. 113, 12—15 (*uerba decurtata sunt*) **22** *cf. ib.* 16 **24** Tit. 1, 15 **25** *cf. ib.* **32** I Cor. 10, 28 **39** I Cor. 10, 14

natura sentiendi *leguntur, huc transposui* qua⟨qua⟩ *scripsi* : qua *ANFRB uulgo* **16** uult] *scil.* abuti **17** uacant *scripsi* : uacat *ANFRB uulgo* : uacant = *otiosi, nihil agentes sunt* totum] *pro* in totum *ut et alibi* ipsum quoque opus] *scil.* coronandi idola **18** ad quae] atque *F* **19** inquid *A* (*pro more*) **20** nares *A*, nares habent *NFRB* **21** contrectabunt] contrectant *Rig.* (*sed conferas graeca* : καὶ οὐ ψηλαφήσουσιν) **22** tales edicit *ARB*, tale se dicit *NF* **26** ac *A* (*litt.* h *s. u. add. m. 2*) **27** sed *NFR*, sed et *A* (*Rig. Oehler*) **28** gallinacęum *A* (*litt.* e *in* i *corr. m. 2*) **29** socratis *NF* offenderit *NFRB*, defenderit *A* **30***sq.* nec eodem habitu *om. A* **31** quo] quod *F* idolum *N* si enim *NR*, sic enim *F*, sedenim *A* **32** dei conditio *scripsi* : dei *om. ANFRB* : *in archetypo Agobardini* si dei enim nudo uerbo conditio *fuisse uidetur* autem *ANRB*, non *F* **33** idolothytum *RB*, idolotitum *N*, idolothicum *AF* ne *A*, non *NFRB* **34** saltitaueris *A* (*Rig.*), *om. NFRB Oehler* : *de saltatione militari* (*Arnobius Adu. nat. II 42*) *hic sine dubio loquitur auctor, quamobrem iniuria Agobardini lectionis memoriam reiecit Oehler* idolothytarum *scripsi* (θύτης *apud Graecos occurrit iuxta* θυτήρ), *loci rationem secutus et codicum deteriorum memoriam, e quibus Vindobonensis* (*V*) *praebet* idolytharum *et Laur. 26, 12* : idoloticarum : idolothytorum *A*, ydoloticorum *N*, idolotnicorum *F* **35** contaminatur] *scil.* conditio dei **36** idolis] idolo˛ *A* (*s eras. ut uid.*) **36***sq.* a cultoribus *scripsi* : auctoribus *libri omnes et uulgo* **39** clamat *A*, inclamat *NFRB uulgo* idololatriaṇ *A* (n *in* m *corr. m. 2*), idolatriam

17 uacat *recte* Ma^2 **32** ⟨dei⟩] *certe omittendum* **34** saltitaueris] *om. cum* Ma^2 **36/37** a cultoribus] auctoribus Ma^2

Omnem utique et totam. **7.** Recogita siluam et quantae latitant spinae. Nihil dandum idolo, sic⟨ut⟩ nec sumendum ab V 174 idolo. Si in idolio recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu uideri ? *Quae communio Christo et Beliae ?* Et ideo fugite lon⟨ge ! lon⟩gum enim diuortium mandat ab idololatria. In nullo proxime agendum : draco etiam terrenus de longinquo homines spiritu absorbet. **8.** Altius Iohannes, *fil⌊ioli,⌋* inquit, *custodite uos ab idolis !* non iam ab idololatria qu⌊asi⌋ officio, sed ab idolis, id est ⌊⌊ab ipsa⌋⌋ effigie eorum. Indignum enim, ut imago dei uiui imago idoli et mortui fias. Vsque adhuc proprietatem istius habitus ⌊⌊et ex⌋⌋ originis censu et ex superstitionis usu idolis uindicamus, ex eo praeterea, quod dum in rebus dei non refertur, magis [magis⌊⌊que] illorum deput⌋⌋atur, in quorum et antiquitatibus et sollemnitatibus et o⌊ffi⌋ciis ⌊⌊con⌋⌋uenitur. **9.** Ipsae denique fores et ipsae hostiae et arae, ipsi ministri ac sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegi⌊⌊orum⌋⌋ V 175 sacerdotalium coronas apud Claudium. Sed et illam interstru⌊xi⌋mus distinctionem differentium rationalium et irrationalium eis occurrentem, qui communionem in omnibus de quorundam exemplorum occasione def⌊⌊en⌋⌋dunt. **10.** Ad

42 *cf.* I Cor. 8, 10 **43** II Cor. 6, 15 **44** *cf.* II Cor. 6, 17 (*cf.* Hier. 51, 45 ; Ez. 20, 34. 41 ; Es. 52, 11) **47** I Ioh. 5, 21 **49** *cf.* Gen. 1, 27

NFR **40** omnem AGR^3B, in omnem NFR^1 utique] itaque *N* et totam AR^3B, et eo tam FR^1, ex eo totam *N* **41** idolo — — sumendum *om. A* sic⟨ut⟩ *scripsi* : sic *NFR uulgo* (*sic* = *sicut*) **42** idolio *A* (o *add. m. 2*) *NR*, idoli *F* **44** lon⟨ge ! lon⟩gum *scripsi* : longum *libri omnes et uulgo* mandatę ab *A* (*eras.*) **44***sq.* *aliter distinxi* : ab idololatria, in nullo proxime agendum. Draco *uulgo* **45** in nullo ANR^3B, ni in nullo FR^1, qui in nullo R^2mg etiam] enim *N* **46** de longinquo] deliquio *N* homines spū *A*, hominis spiritus *NFR*, non minus spiritu *B* absorbet. altius *ANFR*, absorbet alites *B*, absorbet. aliter *Scal.* altius] *i. e.* clamat **47** *quae leguntur inde a uerbis* ab idolatria *usque ad uerba* etenim, ut ipsam causam coronae *cap. 11, 1 bis comparent in libro Agobardi* : A^1 *notat prioris*, A^2 *posterioris memoriae lectiones*, *A earum consensum ; uncinae simplices* ⌊⌋ *significant quae in prioribus uerbis, duplicatae* ⌊⌊ ⌋⌋ *quae in iteratis euanuerunt* **47***sq.* idololatria A^2 **48** officia A^2 sed ab idolis *NFRB*, sed idolis A^1, sed diabolis A^2 effigie] efficiae A^2 **49** uiuit mago A^2 **50** fias *A*, fiat *NFRB* usque adhuc proprietatem is- *om.* A^1, *non desunt in* A^2 istius] ipsius *F* (*in ras.*) **51** censu] consu A^1 **52** ex eo *ARB*, et eo *NF* non *A*, nostri NFR^1, nostri non R^3B refertur $ANFR^1$ mgR^3B, infertur R^1 **53** magisque *seclusi* et *om. A* **54** solempnitatibus *ANF* et (*alt.*) *om. F* (*fort. recte cf. Lfst. Zur Spr. Tert. p. 29sqq.*) **55** fores A^2NRB, furis A^1, fortes *F* et (*prius*) *om. NFRB*, fores et ⟨postes⟩, ipsae *fort.* hotiae A^1 arae AR^3B, areae NFR^1 ac *A*, et *NFRB* **56** coronantur eorum *F* con....orum A^1 **57** aput *A* **58** differentium *A*, differentiae *NFRB* **58***sq.* et irrationalium *om. A* **60** corundam *A* exemplorum

41 sic Ma^2, *tuet.* *Thörnell* **44** fugite. Longum Ma^2 **54** conuenitur] inuenitur *Castiglione* Ma^2

hanc itaque partem causas iam ipsas coronar⌊ias⌋ in⌊⌊spi⌋⌋ci superest, ut, dum ostendimus extraneas, immo et cont⌊rari⌋as disciplinae, nullam earum rationis patrocinio fulta⌊m ⌊⌊pr⌋⌋o-bemus,⌋ quo posset habitus huiusmodi quoque ⌊⌊commu-nioni⌋⌋ ⌊uindicari, si⌋cut et * quidam, quorum exempla nobis ⌊⌊obiectant⌋⌋ur.

XI. **1.** Eten⌊im, ut ipsam causam⌋ coronae militaris ag-⌊grediar,⌋ puto prius conquirendum, an in totum Christianis militia ⌊conueni⌋at. Quale est alioquin de accidentibus re-tractare, cum a praeceden⌊tibus cul⌋pa sit ? Credimusne humanum sacramentum diuino super⌊duci lic⌋ere, et in alium dominum respondere post Christum, et eierare ⌊pa-trem⌋ ac matrem et omnem proximum, quod et lex honorari et ⌊post deum⌋ diligi praecepit, quos et euangelium, solum Christum pluris ⌊faciens,⌋ sic quoque honorauit ? **2.** Licebit in gladio conuersari, ⌊domino pro⌋nuntiante gladio periturum V 176 qui gladio fuerit usus ? Et proelio opera⌊bitur fi⌋lius pacis, cui nec litigare conueniet ? Et uincula et car⌊cerem⌋ et tormenta et supplicia administrabit, nec suarum ultor in-iuriarum ? **3.** Iam et stationes aut aliis magis faciet qua⌊m Christo,⌋ aut et dominico die, quando nec Christo ? Et ex-cubabit pro ⌊templis,⌋ quibus renuntiauit ? Et cenabit illic, ubi apostolo non ⌊pla⌋cet ? Et quos interdiu exorcismis fuga-uit, noctibus defen⌊sa⌋bit, incumbens et requiescens super pilum, quo perfossum ⌊est latus⌋ Christi ? Vexillum quoque portabit aemulum Christi ? Et signum postula⌊bit a p⌋rin-cipe, qui iam a deo accepit ? Mortuus etiam tu⌊ba⌋ inq⌊uie-ta⌋bitur aeneatoris, qui excitari a tuba angeli expec⌊tat ?

XI. **7** *cf.* Exod. 20, 12 **8** Matth. 15, 4 ; Marc. 7, 10 ; Luc. 18, 20 ; *cf.* Matth. 5, 43 ; Marc. 12, 31. 33 ; Luc. 6, 27 **9** *cf.* Matth. 10, 37 **10** *cf.* Matth. 26, 52 **12** *cf.* I Cor. 6, 7 **13** *cf.* Matth. 5, 39 ; Luc. 6, 29 **17** *cf.* I Cor. 8, 10 **19** *cf.* Ioh. 19, 34 **22** *cf.* I Cor. 15, 52 ; I Thess. 4, 16

---

om. *N* occansione *A*, occaxione *N* **62** dum A^1*NFRB*, cum A^2 **63** rationis] rationi es A^1 **64** quo *Iun.* : quod *ANFRB* (*Oehler*) huiusmodi *A*, eiusmodi *NFRB* **64***sq.* communionius A^1 **65** *lacunam signaui* : alii (*scil.* habitus) *intercidisse puto* (*cf. quae supra cap.* 8, 2*sqq. proferuntur*) **66** nobis] bis A^2

XI. **1** *in uerba* causam coronae *desinit* A^2 **2** cum quirendum *F* **3** est alioquin *om.* *A* **3***sq.* retrac cum a *A* **4** credimusne *NFRB*, credimus nec *A* **6** dominum] dño *A* **7** ac] aut *A* quos et *NFRB*, quos *A* **8** quos *A*, hos *NFRB* **8***sq.* solum Christum *scripsi* : solo χp̄m *A*, solo christo *NFRB* **9** pluris *AN*R^3*B*, pluẽ (*h. e.* pluere) *F*, plure R^1 faciens *scripsi* : *in A litterae septem euanuerunt*, non faciens *NFRB* quoque] quorum *F* **10** gladio periturum *om.* *A* **11** operabit *F* **13** et supplicia *ANB*, supplicia *FR* administrauit *F* **14** et *om.* *A* stationis *NF* aliis *AN*, alii *FRB* **15** et (*alt.*) *om.* *A* **15***sq.* excuṣabit *F* (s *in ras. a m.* 2) **16** cenabit *ARB*, coenauit *NF* **17** exhorcismis *A* **19** pilum *A*, lumbos *NFGRB* quo *AF*R^1, pro quo *NG*R^3*B* est latus christi *NFRB*, l....... χp̄i *A* (*erat igitur in A* : latus est χp̄i, *quod obstrepit clausulae legi*) **20** portabit *ARB*, portauit *NF* postulabit *ARB*, postulauit *NF*

Et⌋ cremabitur ex disciplina castrensi Christianus, cui cre-⌊mare⌋ non licuit, cui Christus merita ignis indulsit ? **4.** Quanta al⌊ia ⟨ia⟩m de⌋licta circumspici possunt castrensium munium transgressioni interpretanda ! Ipsum de castris lucis in castra tenebrarum nomen de⌊ferr⌋e transgressionis est. Plane, si quos militia praeuentos fide⌊s⌋ posterior inuenit, alia condicio est, ut illorum, quos Iohanne⌊s⌋ admittebat ad lauacrum, ut centurionum fidelissim⌊orum, quem Christus⌋ V 177 probat et quem Petrus catechizat, dum tamen suscepta ⌊fide at⌋que signata aut deserendum statim sit, ut a multis actum, ⌊aut⌋ omnibus modis cauillandum, ne quid aduersus deum ⌊committa⌋tur, quae nec extra militiam permittuntur, aut nou⌊issime⌋ perpetiendum pro deo, quod aeque fides pagana condixi⌊t. **5.** Nec⌋ enim delictorum impunitatem aut martyriorum i⌊mmunitatem⌋ militia promittit. Nusquam Christiano aliud est unum euangelium et idem : Iesus ne-gaturus omnem negatorem et confessurus omnem con-fes⌊so⌋rem et saluam facturus animam pro nomine eius amissam, perditurus autem de contrario aduersus nomen eius lucri habitam. Apud hunc tam miles est paganus fide-lis, quam paganus ⌊est miles fidelis. **6.** Non admittit status fidei allegationem necessitatis. Nulla est ne⌋cessitas delin-quendi, quibus una est necessitas non delinquendi. Nam et ad sacrificandum et directo ⌊neg⌋andum necessitate quis premitur tormentorum siue poenarum. ⌊Tam⌋en nec illi

---

29 *cf.* Luc. 3, 14 **30** *cf.* Matth. 8, 10 ; Luc. 7, 9 **31** *cf.* Act. 10, 28—36 **39** *cf.* Matth. 10, 33. 32 ; Luc. 12, 9. 8 **40** *cf.* Matth. 10, 39 ; Marc. 8, 35 ; Luc. 9, 24

---

24 merita ignis] *h. e. quae ignem* (*scil. infernum*) *merebantur*, *cf.* nullum meritum odii, reperietur = *nihil quod odium merebitur Ad nat.* I, *cap.* 1 = I *p.* 59, 17*sq.* (*corr. haec editio Iani Ph. Borleffs* [1929] *p.* 1, 16) indulsit] inclusit *N* **25** alia ⟨ia⟩m delicta *scripsi* : al......licta *A*, alia in delicta *F*, alia delicta *N*, alia in delictis *RB*, alia inde delicta *Oehler* **27** deferret *F* transgressionis *A*, transgressio *NFRB* **28** inuenitur *N* **31** cathecizat *A*, catetizat *N*, cathezizat *F* **32** a *om.* *NFRB* **34** extra militiam *A*, ex militia *NFRB* **35** perpactiendum *A* **37** promittit *A*, promittet *NFRB* **38** Christiano *scripsi* : christianos *F*, christianus *ANRB et uulgo* aliud est. Vnum euangelium et idem Iesus *uulgo distinguitur* iesus *NFR*, ihs *A* **39** confessurus omnem *A*R^3*B*, *om.* *NF*R^1 **40** & saluam *A*, et dei saluam *NF*R^1, dei et saluam R^3*B uulgo* **41** amissam *ARB*, admissam *NF* proditurus *F* **42** luchri *A* **42***sq.* est paganus — — est miles *om.* *N* paganus] *h. e. non militaris, ciuilis* **43** quam pagus est *F* miles fidelis] fidelis *ANF*R^1, infidelis R^3*B et reliqui omnes edd. praeter Oehler* non *ANR*, nunc *F* statu *N* **44** fidei allegationem necessitatis *NFRB*, fide in necessitates *A* (*om.* allegationem), fidei necessitates *Rig. Oehler* **44***sq.* deliquendi *A* **45** quibus — — delinquendi *om.* *A* **46** directo *NF*R^3*B*, directio *A*R^1 **47** *post* poenarum *grauius distinxi*

XI. **23/24** cremari *N* Ma^2 (*in adn. p.* 79), *at minus recte, ut nobis uidetur* **25** alia in⟨de⟩ delicta Ma^2

necessitati disciplina coniuet, quia potior est necessitas timendae negationis et obeundi martyrii quam euadendae passionis et implendi officii. **7.** Ceterum subuertit totam sub- V 178
stantiam sacramenti causatio eiusmodi, ut ⟨quae⟩ etiam uoluntariis delictis fibulam laxet. Nam et uoluntas poterit necessitas contendi, habens scilicet, unde cogatur, uel ipsam. Haec praestruxerim et ad ceteras officialium coronarum causas, quibus familiarissima ista aduocatio necessitatis, cum idcir⌊co aut⌋ officia fugienda sunt, ne delictis incidamus, aut mar⌊tyria t⌋oleranda sunt, ut officia rumpamus.

XII. **1.** De prima specie quaes⌊tionis,⌋ etiam militiae ipsius inlicitae, plura non faciam, ut se⌊cunda⌋ reddatur, ne, si omni ope expulero militiam, frustra ⌊iam de⌋ corona militari prouocarim. Puta denique licere militiam ⌊usque ad⌋ causam coronae. † Sed et de corona prius dicamus. Laurea ⌊ista Apo⌋llini uel Libero sacra est, illi ut deo telorum, huic ut ⌊deo triumphorum.⌋ Sic docet Claudius. **2.** Cum et myrto ait milites redimiri solere, 'Veneris enim' ⟨inquit⟩ 'myrtus, matris Aeneadarum, et⌊iam amicu⌋lae Martis, per Iliam et V 179
Romulos et Romanae'. Sed ego ⌊Venerem⌋ non credo ex hac parte cum Marte Romanam, quae paelicis .... dolor

48 necessitati *AR³B*, necessitate *NFR¹* coniuet *AR³*, conibet *NFR¹* **50** officii] *scil. saecularis, quod repugnat fidei* **51** ut *NFRB*, *om. A* quae *addidi* **52** uoluntas *AR³B*, uoluptas *NFR¹* **53** habens *ANR³B*, habes *R¹*, et habes *F* **53***sq. aliter distinxi* : cogatur. uel ipsam *uulgo* **54** ipsam. Haec *scripsi* : ipsam *A*, ipse haec *NFRB* et ad ceteras *AR³mgNB*, et ceteras *FR* **55***sq.* causas — — cum *om. A* ista *NFRB*, est *Lat.* aduocatio *Lat.* : ducatio *NFRB Oehler* (*sed cf. Ho. Synt. u. Stil p. 118 et supra l. 44* : allegationem necessitatis) **56** cum] *während doch* (*cf. Ho. Synt. u. Stil p. 80*) sunt *A*, sint *NFRB* delictis *A*, in delictis *NFRB* **57** indicamus *A* aut *A*, aut et *NFRB* sunt *A*, sint *NFRB*

XII. **1** De prima] *Initium capitis duodecimi uulgo infra a uerbis* sed et de corona *incipientis hic statui* **2** plura] *scil. uerba* faciam *Vrs.* : faciunt *ANFRB* ne si *A*, nisi *NFRB*, nae si *Oehler* **3** omni *ARB*, omne *NF* ope *om. N* **4** militia *N* **5** Sed et — dicamus] *locus corruptus nondum sanatus* dicam̃ *A* (*h. e. dicamus*), dicam *NFRB uulgo* **6** sacra *AN*, sacrata *FRB* illi ut *RB*, illut *A*, illud *NF* telorum *ARB*, celorum *NF* **6***sq.* ut deo *ARB*, iudeo *N*, uideo *F* **7** triumpharum *A* *post* Claudius *grauius distinxi* cum *A*, quamquam *NFRB* et myrto *Iun.* : et murto *A*, et mirthe *N*, et morte *F*, ex myrto *RB* **8** redimiri] redi *A* *post* solere *uirgulam posui et uerba Claudii signaui* inquit *addidi* myrtum R³B **9** matris *ARB*, matri *NF* aeneadarum *A*, æneæ ad aurum *NFR¹*, Aeneae, non laurum *R³B* per illam *ANRB*, in illam *F* **10** Romulos *R³B*, romulus *ANFR¹* Romuli = *Romulus et Remus, sicut Castores = Castor et Pollux* et (*h. e.* etiam) Romanae *scripsi* : et romani *A*, romani *NR³B*, Romam *FR¹* sed *AB*, sed et *NFR* **11** marte romanam *AR³B*, marte romana *FR¹*, matre romana *N* **11***sq.* quæ pelicis ...... dolor est *A*, quae paelicis ⌊tumor, deae⌋ dolor est *fort.*, qua pelicis (pellicis *N*)

XII. **11** qua pelicis dolor est *Ma²*

est. Cum et olea militia coronatur, ad Mineruam est ⌊idolo⌋latria, armorum aeque deam, sed et paci cum Neptuno ⌊initae⌋ ex hac arbore coronatam. In his erit serti militaris superstitio, ubique polluta et polluens omnia. Quae iam pol⌊lua⌋tur et causis. **3.** Ecce annua uotorum nuncupatio quid uidetur? ⌊Prima in⌋ principiis, secunda in Capitoliis. Accipe post loca et uerba: 'Tunc tibi, Iuppiter, bouem cornibus auro decoratis uo⌊uemus⌋ esse futurum.' Cuius sententiae uox est? Vtique negationis. Etiamsi tacet illic Christianus ore, coronatus capite respondens. ⌊Eadem⌋ laurea in donatiui dispensationem denuntiatur; plane, ⟨ne⟩ gratuita. **4.** Ido- V 180
lolatra tu, aliquibus aureis uenditans Christum, ut argenteis Iudas, hoc erit *non potestis deo seruire et mammonae*, mammonae manum tradere et deo adsistere? Hoc erit *reddite quae ⌊sunt⌋ Caesaris Caesari et quae dei deo*, nec hominem deo reddere et denarium Caesari auferre? Triumphi laurea foliis struitur, an cadaueribus? lemniscis ornatur, an bustis? unguentis delibuitur, an lacrimis coniugum et matrum? fortasse ⌊quorundam⌋ et Christianorum; et apud barbaros enim Christus. **5.** Qui hanc ⌊portauerit⌋ in capite

XII. **25** Matth. 6, 24 ; Luc. 16, 13 **26** Matth. 22, 21 ; Marc. 12, 16 ; Luc. 20, 25

dolor est *NFRB uulgo* **12** cum — coronatur] quin et olea militiam coronari *B* ad mineruam *AN*, a minerua *FRB* **12***sq.* .....latria *A*, idolatria *NF* **13** armorũ aeque deã *A*, marmorumeque deam *N*, marmoreaque dea *FR¹*, armorum quoque dea *R³*, ⟨non solum artium, sed⟩ *add. B* paci *ANFR¹*, pacem *R³B*, pace *Iun.* **14** initae *Rig.*, ... *A*, ineitae *R¹F*, mente *N*, inisse *R³B*, inita *Iun.*, iniendae *fort.* **15** ubique *om. Rig.* polluta] polluata *A*, pollutata *Hildebrandus* omniaque iam *Rig.* **16** pol...tur *A* polluatur *de la Cerda*, polluantur *NFRB*, polluentur *Rig.* et causis *om. A* **18** tunc *ANF* (*scil.* cum exaudiueris preces nostras), hunc *RB Iun.*, nunc *Vrs.* tibi] ter *F* boue *Vrs.* (*Rig.*) **19** decoronatis *A* uouimus *Vrs.* (*Rig.*) esse facturum (*Iun.*, *Lipsius* [*ad Tac. Ann. XVI Exc. A p. 541*] ; *sic et in Vindobonensi codice adscripsit margini m. 2*) sentiae *A* **20** illic *AR³B*, illi *NFR¹* **21** respondens (*scil.* est). Eadem *scripsi* (*cf. Ho. Synt. u. Stil p. 60*) : respondens .... *A* (& do *siue* eadẽ *in euanidis fuisse testatur Reiff.* ; serio *agnoscere sibi uidebatur Hildebrandus*), respondit. eidem *NFRB uulgo* **21***sq.* donatiui *NFRB*, donatis *A* **22** dispensationẽ *A*, dispensatione *NFRB uulgo* denuntiatur] *h. e. edicitur* ; *post* denuntiatur *uulgo grauiter distinguitur* plane, ⟨ne⟩ gratuita (*scil.* sit donatiui dispensatio) *scripsi* : plane gratuita *A*. plane non gratia *NFR*, plane non gratuita *B* plane non gratuita idolatlia *B uulgo* **22***sq.* idololatra tu *scripsi* : idolata ta *F*, idolatria *NR*, ...latria *A* **23** christum *om. A* **24** Iudas. hoc erit *uulgo distinguitur* mamonae *A* **25** deo *AN*, ab eo *F*, a deo *RB* adsistere *scripsi* : absistere *libri et uulgo* hoc erit *A*, hoc est *NR*, uocem *F* **26** nec] et hæc *F* **28** struitur] instruitur *F* an cadaueribus *Rig.* : .. cadeueribus *A*, hanc aduerbis *NFRB* lemniscis] lemnis *A*, lamnis *Rig.* ornatur *Rig.* : ornatus *A*, inornatum *NFR*, inoratur *B*, inauratur *Gel.* **29** an bustis *A*, ambustis *NFRB*, ambitur lamnulis *Bmg* delibitur *F* lachrimis *A* **31** enim christus. qui

21 respondet *Ma²*

⟨gloriae⟩ causa, nonne et ipse pugnauit ? Est et alia ⌊militia : regiar⌋um familiarum. Nam et castrenses appellantur, munificae ⌊et ipsae s⌋ollemnium Caesarianorum. Sed [et] tu proinde miles ac seruus ⌊alteri⌋us, et si duorum, dei et Caesaris, certe tunc non Caesaris, cum te deo debes, etiam in communibus, credo, potiori.

XIII. **1.** Coronant et publicos ordines laureis publicae cau- V 181
sae, magistratus uero insuper aureis. [ut Athenis, ut Romae] Superferuntur etiam illis Etruscae. Hoc uocabulum est coronarum, quas gemmis et ⌊foliis⌋ ex auro, quercinis ab Ioue, insignes ad deducendas ten⌊sas cum p⌋almatis togis sumunt. Sunt et prouinciales aureae : imagi⌊num iam nu⌋merant capita maiora quaerentes. Sed tui ordines et tui magistratus et ipsum curiae nomen ecclesia est Christi. Illius es, con⌊scrip⌋tus in libris uitae. **2.** Illic purpurae tuae, sanguis domini, et clauus latus in cruce ipsius ; illic secures, ad caudicem iam arboris positae ; illic uirgae, ex radice Iesse. Viderint et public⌊i e⌋qui cum coronis suis. Dominus tuus, ubi secundum scripturam Hierusalem ingredi uoluit, nec asinum habuit priuatum. *Isti in curribus et isti in equis,*

---

36 *cf.* Matth. 6, 24 ; Luc. 16, 13

XIII. **9** *cf.* Apoc. 17. 8 (*cf.* Ps. 69, 29) **11** *cf.* Matth. 3, 10 ; Luc. 3, 9. *cf.* Es. 11. 1 **13** *cf.* Zach. 9, 9 ; *cf.* Matth. 21, 1. 2 **14** Ps. 20, 8 (*cf.* Matth. 21, 8)

ANB, christus enim, qui *FR* **32** ⟨gloriae⟩ causa *scripsi* : causam *libri et uulgo* ipse] ipsi *Oehler* (*sed tollitur clausula*) nonne et ipse pugnauit ?] *pugnando scilicet et ipse reus factus est occisorum hominum*, oppugnauit *Vrs.* (*Rig.*) **34** sollempnium *ANF* et *seclusi* : sed et tu *NFRB*, sed (*om.* et tu) *A*, sed et tum *Oehler* **35** alterius *A*, alterius es *NFRB uulgo* **36** certe — — Caesaris *om. A*

XIII. **1** publicos ordines laureis *om. A* **2** magistra *F* ut Athenis, ut Romae *deleuit Rig.*, *quem non sequitur Oehler* **3** superferuntur] praeferuntur *B* etiam *NG*^{3}*RB*, enim *AFR*^{1} illis] eis *N* **4** quercinis] quæcernis *A* **4***sq.* ab ioue insignes *A*, ob iouem insignis *NFRB*, insignes, ab Ioue (*h. e. ex templo Iouis*) *legi uult Ludouicus Deubner* (*cf. Hermes LXIX* [*1934*] *p. 319, adnot. 4*), *quem ego libenter sequerer, si non et is, qui in Agobardino traditur ordo uerborum* (*satis quidem coactus*), *defendi posset* **6** aureae *NFRB*, aure *A* **6***sq.* imaginum iam numerant *scripsi* : imaginum iam numerum *NFR*, imagi .... mero *A*, imaginum iam, non uirorum *B et uulgo* imaginum (*effigies intellege auorum*) iam numerant capita] *ut dignos scilicet se probent addictione aureae* **7** maiora quaerentes] *die höher hinaus wollen* *ab A excursus ita hunc locum emendandum censet C. Prinz* : aureae, imagi⌊num p r o nu⌋mero capita maiora quaerentes ordines *A*, ordinis *NFRB* **8** ipsum curiae nomen] curia et *κυρία aequantur ab auctore* **9** domini *NFRB*, dño *A* in cruce *NFRB*, inicū *A* secures *AF*, securis *NRB uulgo* **11** caudicem *A*, caudices *NFRB* iam *om. NFRB* postitae *ANF*, posita *RB uulgo* uirgae *A* (*Rig.*), uirga *NFRB reliqui, etiam Oehler* **12** uiderunt *N* publici equi *R*^{3}*B*, public .. qui *A*, publici et qui *NFR*^{1} **15** domini dei nostri *NFRB*, dñi non *A* inuocauimus *A* **17** a suggestu *ANR*^{3}*B*, ad suggestum *FR*^{1} **18** prosperitatum *A*, p̂tatū ᵢ petatum *N*, proprietatum *FRB* **19** solempnitatum *NF* est enim *A*, et est *NFRB* **20** sed] si *F* peregrinus *A*, peregrinus es *NFRB* **21** et *A*, *om. NFRB uulgo* ciuitatis ciuis *F* *parenthesin indicaui* **22** tuos fastos *om. A* **25** non coronatos *om. A* **26** *post* sponsos *grauius distinxi* sponsos et ideo *NFRB*, spon ..... ideo *A*, sponsos. ideo *Rig.* nubemus *A*, nubimus *NFRB*, nubamus *Rig.* nos] uos *F* ad *om. A* **26***sq.* idololatrian *Rig.*, idolatrian *ANFRB* **28** habes legem, et *scripsi* : et habes legem *F*, habes legem *ANRB uulgo* quidem] qui idem *Iun.* **30** et quidem *om. F* **32** uidebitur *A*, uidetur *NFRB uulgo* non erit *addidi* uidebatur *NFRB*, uidebitur *A* (*Rig. Oehler*) **34** hominis *A*, homini *NFRB* **35** manumissus sis *A*, manumissus *NFRB* uera *F* **36** corona eam *A*, coronam *NFRB* **38** quam non putasti *A*, quam non putas *NF*, quam putas *R uulgo*

---

32 ⟨gloriae⟩ causa] causam *recte Ma*^{2} **35** alterius es *L. Ma*^{2}

XIII. **2** ut Athenis ut Romae] *tuet. Ma*^{2} **6/7** imaginum iam numerant] imaginum iam nunc uiuorum *coni. Ma*^{2}

nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. **3.** Ab ipso incolatu Babylonis illius in Apocalypsi Iohannis sub- V 182
mouemur, nedum a suggestu. Coronatur et uulgus nunc ex principalium prosperitatum exultatione, nunc ex municipalium sollemnitatum proprietate. Est enim omnis publicae laeti⌊tiae lu⌋xuria captatrix. **4.** Sed tu, peregrinus mundi huius et ciuis ciuitatis supernae Hierusalem, — *noster*, inquit, *municipatus in caelis* — habes tuos census, tuos fastos, nihil tibi cum gaudiis saecul⌊i, immo⌋ contrarium debes. *Saeculum enim gaudebit, uos uero* ⌊*lugebi*⌋*tis.* Et, puto, *felices* ait *lugentes*, non coronatos. Coronant et nuptiae spo⌊nsos. Et⌋ ideo non nubemus ethnicis, ne nos ad idololatrian usque ⌊deducant,⌋ a qua apud illos nuptiae incipiunt. **5.** Habes legem, et a patriarchis quidem, habes apostolum in domino nubere iubentem. Coronat et libertas saecularis. Sed tu iam redemptus es a Christo, et quidem magno. Seruum alienum quomodo saeculum manu⌊mit⌋tet ? Etsi libertas uidebitur, ⟨non erit.⟩ Sed et seruitus uidebatur. Omnia imaginaria in saeculo et nihil ueri. Nam et tunc liber hominis eras, redemptus a Christo, et nunc seruus es Christi, licet manumissus sis ab homine. **6.** Si ueram putes saeculi li-
bertatem, ut et corona eam consignes, redisti in seruitutem V 183
hominis, quam putas libertatem, amisisti libertatem Christi, quam non putasti ⟨libertatem, sed⟩ seruitutem. Numquid et agonisticae causae disputabuntur, quas statim tituli sui

---

16 *cf.* Apoc. 18, 10 **20** *cf.* I Petr. 2, 11 ; Hebr. 11, 13 (*cf.* Ps. 39, 13) **21** *cf.* Hebr. 12, 22 ; Phil. 3, 20 **24** Ioh. 16, 20 **25** Matth. 5, 4 **28** *cf.* Gen. 24, 3. 4. 28, 1. 2 ; *cf.* I Cor. 7, 39 **30** *cf.* I Petr. 1, 18. 19 ; *cf.* I Cor. 6, 20 **34** *cf.* I Cor. 7, 23

---

28 et] *rei. Ma*^{2} **31/32** Etsi libertas uidetur, sed et seruitus uidebitur *Ma*^{2} **38** quam *usque* seruitutem] *bene restituit Kroymann*, quam non putas libertatem seruitutem *L.*, quam putasti seruitutem *Ma*^{2}

damnant, ut et sacras et funebres scilicet ? Hoc enim superest, ut Olympius ⌊Iupiter⌋ et Nemeaeus Hercules et misellus Archemorus et ⌊Antinous⌋ infelix in Christiano coronentur, ut ipse spec⌊taculum⌋ fiat, qui spectare non debet.

7. Vniuersas, ut arbitr⌊or, causas e⌋numerauimus, nec ulla nobiscum est : omnes alienae, profanae, illicitae, semel iam in sacramenti testatione eieratae, — haec enim e⌊runt 'pompae diaboli et angelorum eius' : saeculi officia honores sollemnitates, popularitatis falsa uota, humana serui⌊tia, la⌋udes uanae, gloriae turpes — et in omnibus istis idololatriae, in solo quoque censu coronarum, quibus omnia ista redimita sunt. **8.** Praefabitur quidem Claudius etiam caelum sideribus apud Homeri carmina coronatum, — certe a deo, certe homini ; igitur et homo ipse a deo coronandus est — ceterum a saeculo coronantur et ⌊lupanaria⌋ et latrinae et pistrinae et carcer et ludus et ipsa am⌊phitheatra⌋ et ipsa spoliaria V 184 ipsaeque libitinae. Quam sacer sanctusque, quam honestus ac mundus sit habitus iste, noli de uno poëtico caelo, sed de totius mundi commerciis aestimare.

9. At enim Christianus nec ianuam suam laureis infamabit, si norit, quantos deos etiam ostiis diabolus adfinxerit, Ianum a ianua, Limentinum a limine, Forculum et Carnam a foribus atque car⌊di⌋nibus, etiam apud Graecos Thyraeum

52 *cf.* Hom. Il. XVIII 485

libertatem sed *addidi* **40** ut et *N*, et *FR uulgo*, *om. A* **41** nemeaeus *NR*, nemeus *AF* misellus *AR*, mesellus *F*, rusellus *N* **42** archimorus *NF* anthinous *F* **43** qui *scripsi* : quid *N*, quod *AFRB uulgo* non *om. A Oehler* debet *A*, debeat *NFRB*, taedet *Oehler* **44** enumerauimus *A*, enumeramus *NFRB* **45** profanae *om. N* **46** testatione *A*, temptatione *NFRB* eieratae] ei erat *F* haec enim erunt *NF*, ...rant *A*, hae enim erunt *RB* **46** *parenthesin indicaui* **46sq.** pompae] = *missiones, ea quae mittuntur* (*cf. cap. 3, 15*) **47** saeculi officia (*Ämter*) *scripsi* : officia saeculi *libri et uulgo* **47sq.** sollempnites *A*, sollempnitates *NF* **48** popularitatis (*h. e. uulgi, cf. Adu. Marc. I cap. 10 = III p. 303, 6 ; De an. cap. 30 = I p. 349, 25*) *scripsi* : popularitates *A* (*Oehler*), postularitates *NFR*, postulatrices *B* **49** idololatriae (*scil.* sunt) *A*, idolatriae *NFRB* **52** *parenthesin indicaui* certe a deo *NFRB*, certe ipse a dño *A* **53** ceterum] = *sed* **54** pistrinae *Rig.* : pristinae *A*, pistrina *NFRB* **55** et carcer *FRB*, *om. AN* ludus] *scil. gladiatorius* ipsa spoliaria *NFRB*, ipsae sponsarise *A* **56** libicinae *F* sanctusque quam *A*, sanctus quam *N*, sanctus quamquam *F*, sanctus quamque *RB* **57** at mundus *A* caelo tius *A* (*om.* sed de to-) **58** comerciis *A* existimare *N* **59** ianuam suam laureis *NFRB*, lauream suam ianuis *A* **59sq.** infamauit *F* **60** ostiis *R*, hostiis *AF*, hostis *N* adfinxerit *A*, finxerit *NFRB* **61** Ianum *ARB*, ianuam *NF* Carnam *ARB*, carna *NF* **62** atque *AN*, et *FRB* etiam *ANF*, et *RB* tyraeum *NF*,

40 ut et sacras] et sacras *L*, ut sacras *recte* Ma^2 **43** qui] quid *L*, quod *minus recte* Ma^2 **47** officia saeculi *L* Ma^2 **48** popularitates, falsa uota Ma^2

Apollinem et Ante.....os daemonas. (XIV. **1.**) Tanto abest, ut capiti suo munus inferat ⌊idolola⌋triae, immo iam dixerim Christo, siquidem caput uir⌊i Christus⌋. Est tam liberum Christo, quam et Christus, ne uelamento quidem ob⌊noxium,⌋ nedum obligamento. Porro et quod obnoxium est ue⌊lamento, ca⌋put feminae, hoc ipso iam occupatum non uacat ⌊etiam o⌋bligamento. Habet humilitatis suae sarcinam. **2.** Si nudo capite uideri non debet propter angelos mul⟨ier, mul⟩to magis coronato. Fortasse ⟨et⟩ tunc illos coronato scandaliza⌊ue⌊rit. Quid⌋ enim est in capite feminae corona quam for- V 185 mae lena, quam summae lasciuiae ⌊nota,⌋ extrema negatio uerecundiae, conflatio inlecebrae ? ⌊Prop⌋terea nec ornabitur operosius mulier ex apostoli ⌊prospec⌋tu, ut nec crinium artificio coronetur. **3.** Qui ta⌊men et uiri ca⌋put est et feminae facies, ut uir ecclesiae, Christus Iesus, ⌊quale, oro⌋ te, sertum pro utroque sexu subiit ? Ex spinis o⌊pinor et tribu⌋lis. ⟨Si⟩ in figuram delictorum, quae nobis protulit ⌊terra carnis, abs⌋tulit autem uirtus crucis, omnem aculeum mortis ⌊in dominici capi⌋tis tolerantia obtundens, certe praeter figu⌊ram contume⌋lia in promptu est et dedecoratio et turpitud⌊o et his im⌋plexa saeuitia. **4.** Quae ⟨si⟩ tunc domini tempora et f⌊oedauerunt et⌋ lancinauerunt, uti ⟨quid⟩ tu nunc laurea et

XIV. **3** *cf.* I Cor. 11, 3 **4** *cf.* I Cor. 11, 10 **7** *cf.* I Cor. 11, 5 **9** *cf.* I Cor. 11, 10 ; *cf.* Gen. 6, 1. 2 **13** *cf.* I Tim. 2, 9 **14** *cf.* I Cor. 11, 3. 7 **16** *cf.* Gen. 3, 18 **18** *cf.* I Cor. 15, 55

thyreum *A* **63** ante ......os *A*, antelios *NFRB uulgo*, Antithyraeos *fort.* daemonas *A*, daemones *NFRB*

XIV. **1** abest *ARB*, habes *NF* **2** munus *A*, manus *NFRB* ....triae *A*, idolatriae *NFRB*, idolatria *Lat.* **3** capud uiri *A*, uiri caput *NFRB uulgo* *aliter distinxi* : Christus est, tam liberum *uulgo* est *om. N* **6** hoc ipso iam *A*, iam hoc ipso *NFRB* **8** mul⟨ier, mul⟩to *scripsi* : multo *ANFRB* **8sq.** multo magis coronato] *scil.* uideri non debet **9** *post* coronato *grauius distinxi* et *addidi* et tunc] *h. e. ea aetate, qua seducti sunt angeli a filiabus hominum cf. Gen. 6, 1. 2* illos *AF*, illo *NR* coronato *AF*, coronata *N*, coronatos *RB uulgo* **10** in *A*, *om. NFRB* **10sq.** formae lena, quam *om. A* **11** lena R^2, linea NFR^1 summae *A*, summa *NFRB* **12** inlecebrae *A*, illecebrae *NFRB* nec ornabitur *A*, non coronabitur *NFRB* **13** ut *om. N* **14** est et *AN*, est *FRB* **15** ut uir *scripsi* (= *ut sponsus, maritus*), uir *A*, ut *NFRB* ecclesia *F* christus iħs *A*, christi iesu *NFRB* **16** *post* tribulis *grauius distinxi* **17** si *addidi* **18** autem] aut *F* omnem aculeum *A*, omnes aculeos *NFRB* **19** *post* obtundens *uirgulam posui* **20** proptu *A* et dedecoratio et turpitudo *AN*, et turpitudo et dedecoratio *FRB* **21** implexa] impressa *N* *post* saeuitia *grauius distinxi* si *addidi* et *om. A* **22** quid *addidi* : uti quid = ἵνα τί *saepius apud Tert. occurrit ; postulatur autem hoc loco finalis sensus coniunctio*

XIV. **3** Christus est, tam liberum *dist.* Ma^2 **6** etiam] *seclusit Castiglioni* **8** ⟨mulier⟩] *rei.* Ma^2 **15** ut] *del.* Ma^2 **16/17** et tribulis in figuram Ma^2 *cum codd.* **21** ⟨si⟩] *rei.* Ma^2 **22** uti ⟨quid⟩] ubi *coni. de Plinval, Mélanges de Ghellinck, I, 186*

m⌊yrto et olea⌋ et inlustriore quaque fronde et, quod magis u⌊sui est, centen⌋ariis quoque rosis ex Midae horto lectis et utrisque li⌊liis et omnibus⌋ uiolis coroneris, etiam gemmis forsitan et au⌊ro ? ut et illam⌋ Christi coronam aemuleris, V 186
quae postea ei obuenit ? at ⌊quin et fauos⌋ post fella gustauit nec ante rex gloriae a caele⌊stibus saluta⌋tus est, quam 'rex Iudaeorum' proscriptus in cruce, mi⌊noratus⌋ primo a patre modicum quid citra angelos, et ita ⌊gloria et⌋ honore coronatus. Si ob haec caput ei tuum debe⌊s, tale, si pote⌋s, ei repende, quale suum pro tuo obtulit. Aut n⌊ec floribus⌋ ⌊coronc⌋ris, si spinis non potes. Quia non floribus potes, (XV. **1.**) serua deo re⌊m suam in⌋attaminatam. Ille eam, si uolet, coronabit. Immo et uult ; denique ⌊inuitat : *Qui*⌋, *uicerit*, inquit, *dabo ei coronam uitae. Esto* et tu *fi⌊delis ad mor*t⌋*em, decerta* et tu *bonum agonem*, cuius coronam ⌊et apostolus r⌋epositam sibi merito confidit. Accipit et angelus ⌊uictoriae co⌋ronam procedens in candido equo, ut uinceret, et ⌊alius iridis a⌋mbitu ornatur caelesti* prato. Sedent V 187

24 *cf.* Herod. VIII 138 **27** *cf.* Matth. 27, 34 **28** *cf.* Matth. 27, 37 ; Marc. 15, 26 ; Luc. 23, 38 **29** *cf.* Hebr. 2, 7 ; Ps. 8, 6 **30** *cf.* Ps. 8, 6

XV. **2** Apoc. 2, 10 (*cf.* Iac. 1, 12) **3** *cf. ib.* **4** *cf.* II Tim. 4, 7 **5** *cf.* II Tim. 4, 8 ; *cf.* Apoc. 6, 2 **6** *cf. ib.* **7** *cf.* Apoc. 10, 1 ; *cf.* Apoc. 4, 2, 3

eis uerbis, quae infra sequuntur l. 26 : ut et illam — — — obuenit ? **23** olei *F* inlustriore quaeque *NFRB*, inlustria aliqua *A* (*Rig. Oehler*) **24** centenariis R^3B, ... nariu *A*, centaureis *NFR*^{1} rosis *AB*, roris *NFR* ex Midae horto lectis *scripsi* : et hortomi delectis *FR*^{1}, et hormi delectis *N*, de horto lectis *A*, ex horto Midae lectis R^3B, de horto Midae lectis *Rig. Oehler* **25** utrisque] *purpureis et albis* gemmis *ANR*, genus *F* **26** *signum interrog. posui* **26***sq.* ut et ill christianae mulieris quae *N* *signum interrog. posui* **27** obuenit ? at quin et fauos post *scripsi* : obuenit a .... post *A* (*12 litt. intercidisse testatur Reiff.*), obuenit quia et fauos post *NFRB uulgo* **28** a caelestibus] in caelestibus *Oehler* (*nescio unde*) **29** in cruce *Iun.* : in crucem *NFRB*, cruci *A* (*Rig. Oehler*) **30** modicum quid R^3B, modico quid *A*, modice quid *NFR*^{1} **31** ei caput *N* debes, tale, si potes *Rig.* : debe ....s *A*, debes tale (si tale *N*), si forte *NFRB* **32** reprehende *N* aut] ut *N* **33** *post* potes (*prius*) *grauius distinxi*, *post alterum* potes *uirgulam posui et coniunxi haec cum uerbis sequentibus* : serua *et q. s*, *a quibus uulgo incipit caput quintum decimum* quia non floribus (*scil.* coronatum caput) potes (*scil.* domino rependere) *NFRB*, quia floribus non potes *A* (*Oehler*)

XV. **1** rem suam inattaminatam *NFRB*, re......... taminatam *A*, rem suam intaminatam *Rig.* (*Oehler*) **2** *aliter distinxi* : immo et uult denique, inuitat *uulgo* denique] *h. e.* namque **3** inquit *om. N* **4** et decerta *A* **6***sq.* ut uinceret et *NFRB*, ut uinceret at *A* (*coni. imperf. pendens de participio* procedens = *qui procedebat*) **7** *lacunam signaui* : praesidens *intercidisse puto* (*cf. Apoc. 4, 2, 3*) prato *A*, proto *NFRB*, parato *Salmasius* caeleste pratum] *similiter Cic. in*

24 de horto Midae Ma^2 **31** potes] forte *recte* Ma^2 (*cfr eius adn. p. 81*)

XV. **1** intaminatam Ma^2 **2** uult, denique *dist.* Ma^2 (denique = namque) **6** ut ⟨qui⟩ uinceret Ma^2

et pres⌊byteri coro⟨nis aureis coro⟩nat⌋i eodemque auro et ipse filius hominis super ⌊nubem micat.⌋ **2.** Si tales imagines in uisione, quales ueritates in ⌊repraesentati⌋one ? Illas aspice, illas odora. Quid caput strophi⌊olo aut dra⌋contario damnas diademati destinatum ? Nam re⌊ges nos deo et pat⌋ri suo fecit Christus Iesus. Quid tibi cum flore moritu⌊ro ? Hab⌋es florem ex uirga Iesse, super quem tota diuini spiritus gra⌊tia requieuit,⌋ florem incorruptum, immarcescibilem, sem⌊piternum. **3.** Q⌋uem et bonus miles eligendo in caelesti ordinatione pro⌊fecit. Erub⌋escite, commilitiones eius, iam non ab ipso iudicandi, ⌊sed ab ali⌋quo Mithrae milite. Qui cum initiatur in spelaeo, in cas⌊tris uere⌋ tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam, ⌊quasi mim⌋um martyrii, dehinc capiti suo accommodatam mo⌊netur obuia⌋ manu a capite pellere et in humerum, si forte, transferre ⟨dei⟩ dicens Mithran esse cor⌊onam suam,⌋ statimque creditur Mithrae miles, si deiecerit coronam, si eam in V 188
deo suo ⌊esse dixerit.⌋ **4.** Atque exinde numquam coronatur idque in signum habet ⌊ad p⌋robationem sui, sicubi temptatus fuerit de sacramento. ⌊Ag⌋noscamus ingenia diaboli, idcirco quaedam de diuinis a⌊ffectan⌋tis, ut nos de suorum fide confundat et iudicet.

8 *cf.* Apoc. 4, 4 ; *cf.* Apoc. 14, 14 **12** *cf.* Apoc. 1, 6 **14** *cf.* Es. 11, 1 ; *cf.* Es. 11, 2 **16** *cf.* II Tim. 2, 3

Arat. 129 ; Neptunia prata *de aequore* **8** coro⟨nis aureis coro⟩nati *scripsi* : coronati *libri et uulgo* (*cf. quod sequitur* : eodemque auro) **9** super *A* (*cf. cap. 11, p. 176, 18*), supra *NFRB uulgo* **11** odora *A*, odorare *NFRB*. adora *fort.*, *quod et margini cod. Vindobonensis adscripsit man. rec.* capud *A* strophiolo *NRB*, sropiolo *F*, stupri .... *A* (u *ex* r *a m. 1*) dracontrario *F* **12** reges *A*, et reges *NFRB uulgo* **16** miles *om. A* **17** ordinatione *A*, dignatione ordinatione *NFRB*, ordinatione dignatione *Rig.* commilitones *A*, romani commilitones *NFRB* **18** mitrae *A* **19** initiatur *om. A* speleo *A* **20** glodio *A* sibi] si *N* **21** mimus *Iun.* maryrii *A* **22** a capite pellere *A*, capite depellere *NFRB* **22***sq.* *et in* — — — transferre *om. A* **23** dei *addidi* (*cf. infra l. 24* : si eam in d e o s u o esse dixerit) mithran *A*, mithram *NFR* **23***sqq.* *uerba* statimque — — — dixerit, *quae in libr. mss. paulo infra post uerba* de sacramento *leguntur*, *huc transposui* **25** coronatur] *h. e. se coronat* **26** idque *AN*, id quod *FRB* idque] *scil. quod caput suum non coronari siuit* **26***sq.* sicubi temptatus fuerit de *om. A* temptatus fuerit] *cf. Ho. Synt. u. Stil. p. 66*, *notam primam* **28** a.......tis *A*, affectantis *B*, affectantem *NFR* TERTVLLIANI DE CORONA EXPLIC.. *A*, TERTVLLIANI DE CORONA (militis) EXPLICIT (militis *s. u. add. m. recentior*) *N*, Q. Septimi Florentis Tertulliani DE CORONA MILITIS liber explicit *F*

8 coronati *tuet. Thörnell ordinem traditum secutus est* **11** adora Ma^2 **23** ⟨dei⟩] *rei.* Ma^2 **23***sqq.* Ma^2 **26** ad] ac *coni. Castiglione prob.* Ma^2

XXII

Q. S. FL. TERTVLLIANI

SCORPIACE

CVRA ET STVDIO

A. REIFFERSCHEID ET G. WISSOWA

MONITVM

A	codex Parisinus Latinus 1622, saec. IX (Agobardinus). Folia in margine adnotantur.
⌊ ⌋	litterae his uncinis inclusae in *A* uetustate euanuerunt.
Casin.	codex Montiscasinensis 384, saec. IX-X.
B	editio princeps Martini Mesnartii, Parisiis, 1545.
Bmg	lectiones marginales editionis Parisiensis.
Gel.	editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Iun.	editio Francisci Iunii, Franekerae, 1597.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Castiglioni	L. Castiglioni, *Ad Tertulliani adnotationes*, in *Studi dedicati alla memoria di Paolo Ubaldi*, Mediolani, 1937, p. 255-261.
Hartel	(in apparatu superiore :) coniecturae Hartelii apparatui editionis Augusti Reifferscheid insertae ;
	(in apparatu inferiore :) Gulielmus von Hartel, *Patristische Studien*, III, Vindobonae, 1890 (*Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philos.-hist. Classe*, Bd. CXXI, Heft 6).
Kroym.	Aemilius Kroymann, *Quaestiones Tertullianae criticae*, Oeniponte, 1894.
v. d. Vliet	J. van der Vliet, *Studia Ecclesiastica. Tertullianus*, I, Lugduni-Batauorum, 1891.

Textum et apparatum criticum ex editione Vindobonensi (C. S. E. L. XX, 1890) quam curauit Augustus Reifferscheid et recognouit Georgius Wissowa, excudimus. Emendationes haud paucas, quas proposuerunt doctissimi et de textu Tertulliani restituendo optime meriti uiri, in primis Gul. Hartel et Aem. Kroymann, necnon Castiglioni, Hoppe, Thörnell, Waszink aliique, in apparatu inferiore adnotamus ; ibique inuenies uarias lectiones cap. XII, 10 e cod. Montiscasinensi.

SCORPIACE

V 144

I. **1.** Magnum de modico malum scorpio terra suppurat. Tot uenena quot et genera, tot pernicies quot et species, tot dolores ⌊qu⌋ot et colores. Nicander scribit et pingit. Et tamen unus omnium uiolen⌊tiae⌋ gestus de cauda, non ore ; quae cauda erit, quodcumque de postumo cor⌊poris⌋ propagatur et uerberat. *** perinde scorpii : series illa nodorum uenena⌊ta int⌋rinsecus uenula subtilis arcuato impetu insurgens hamatile spiculum ⌊in su⌋mmo tormenti ratione stringit. **2.** Vnde et bellicam machinam retrac⌊tu tela⌋ uegetantem de scorpio nominant. Id spiculum et fistula est ⌊patula te⌋nuitate et uirus, qua figit, in uulnus effundit. Familiare periculi tem⌊pus aestas⌋ ; Austro et Africo saeuitia uelificat. In remediis naturalia plu⌊rimum; al⌋iquid et magia circumligat ; medicina cum ferro et poculo ⌊occurrit. **3.** N⌋am et praebibunt quidam festinando tutelam; sed concubitus ⌊exhau⌋rit, et denuo sitiunt. Nobis fides praesidium, si non et ipsa percu⌊titur diffi⌋dentia signandi statim et adiurandi et iniciendi bestiae ⌊calcem. **4.** Hoc d⌋enique modo etiam ethnicis saepe subuenimus, donati a deo ea ⌊potestate, qu⌋am apostolus V 145
dedicauit, cum morsum uiperae spreuit. ⌊Quid ergo pr⌋omittit stilus iste, si fides de suo tuta est ? Vt et alias de suo tuta ⌊sit, cum suos sc⌋orpios patitur. Acerba mediocritas et istis et genus uari⌊um et uno m⌋odo armantur et certo tempore subornantur nec alio ‖ quam ardoris. **5.** Hoc apud Christianos perse- f. 53
cutio est. Cum igitur fides aestuat et ecclesia exuritur de figura rubi, tunc Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt calentes et ipsi offendere, figere, occidere. Nam quod sciant multos simplices ac rudes tum infirmos, plerosque uero in uentum et

INCIPIT SCORPIACE LEGE FELICITER *A*, contra Gnosticos Scorpiacum *B* V 144
3 scorpios *Vrs et Mercerus*, scorpium *Gel* **4** et *ante* genera *add. Ciacconius* ingenia *Bmg* **5** et scripsit *A*, et scribit *Oehlerus* **6** de cauda non ore *scripsi* : nocere de cauda *A*, de cauda nocere *B* **8** *lacunam signaui* perinde *scripsi* : proinde *AB*, perinde ut *Gel* scorpiis *Iun* **9** uenulas *B* suptilis *A* surgens *A* **10** stringit *A*, restringens *B*, restringit *Bmg* **11** et retractu *B* uegetartem *A* **12** et uirus, qua figit, in uulnus *scripsi* : in uulnus et uirus qua figit *B*, in uulnus qua figit *A*, id uulnus et uirus qua figit effundit *Gel* **13** aestus *Pam* **14** plurima *Vrs* **15** populo *A* **16** iam *Iun* et *om. A* quaedam *Vrs* **18** signando ... adiurando *Vrs* iniciendi *scripsi* : unguendi *A*, ungendi *B*, ungendo *Vrs*, urgendi *Lat*, ingerendi *Wissowa* **19** bestja *Iun*
3 ē *A*, sit *B* et *om. A* ut de suo *Iun* **4** suo *B*, *Vrs* scorpio *Vrs* isti V 145
B **10** sciam *A*, *Bmg* **11** inuentum *Bmg*, inuento *B*

6 de cauda nocere *B*, *merito prob. v. d. Vliet* **10** destringit *coni. Castiglioni* **12/13** V 144
lect. cod. A uindicat Waszink, Mnemosyne, 1935/6, p. 172 sq. (*cfr Isid. Orig. XVIII, 8, 3* : uirus quo figit, infundit)

si placuerit Christianos, numquam magis adeundos sapiunt, quam cum aditus animae formido la⌊xa⌋uit, praesertim cum aliqua iam atrocitas fidem martyrum coronaui⌊t⌋. **6.** Itaque primo trahentes adhuc caudam de affectibus applicant aut quasi ⌊in⌋ uacuum flagellant : haeccine pati homines innocentes ? Vt putes fr⌊atrem⌋ aut de melioribus ethnicum. **7.** Siccine tractari sectam nemini molest⌊am⌋ ? Dehinc adigunt : perire homines sine causa. Perire enim, et sine c⌊ausa, pri⌋ma fixura. Exinde iam caedunt : sed nesciunt simplices animae, ⌊quid quo⌋modo scriptum sit, ubi et quando et coram quibus confitendum, ⌊nisi quod⌋ nec simplicitas ista, sed uanitas, immo dementia pro deo mor⌊i, ut qui me⌋ saluum faciat. **8.** Sic is occidet, qui saluum facere debebit ? Semel ⌊Christus⌋ pro nobis obiit, semel occisus est, ne occideremur. Si uicem repetit, ⌊num et ille⌋ salutem de mea nece expectat ? An deus hominum sanguinem f⌊lagitat⌋, maxime si taurorum et hircorum recusat ? Certe peccat⌊oris paeniten⌋tiam manuult quam mortem. Et quomodo non peccato⌊rum desiderat mor⌋tem ? **9.** Haec et si qua alia adinuenta haereticorum uenenorum que⌊m non uel in⌋ scrupulum figant, V 146
si non in exitium, uel in bilem, si non in mortem ? ⌊At tu, si⌋ fides uigilat, ibidem scorpio pro solea anathema inlidito et ⌊relinquito⌋ || in suo pure morientem. **10.** Ceterum, si plagam satia- f. 53v
uerit, intimatur uirus et properat in uiscera ; statim omnes pristini sensus retorpescunt, sanguis animi gelascit, caro spiritus exolescit, nausea nominis inacrescit. Iam et ipsa mens sibi, quo uomat, quaerit, atque ita infirmitas, semel quae percussa est, sauciatam fidem uel in haeresin uel in saeculum expirat. Et nunc in praesentia rerum est medius ardor, ⌊ip⌋sa canicula persecutionis, ab ipso scilicet cynocephalo. **11.** Alios ignis, alios ⌊gla⌋dius, alios bestiae Christianos probauerunt, alii fustibus interim ⌊et un⌋gulis insuper degustato martyrio in carcere esu-

---

27 cf. Ps. 99, 13. Ez. 33, 11. V 145

---

13 *posterius* cum *A*, si *B* **14** iam *om. A* **19** et *om. A* cedunt *B* caedunt, sed *uulgo* **23** ut qui me *B*, et quis me *Vrs* sic *scripsi* : si *AB* occidit *B* quis *Gel* **24** obiit *om. A* **28** peccatorum non *Pam* **29** haec est et si qua al *in ras. A* admenta *A*
2 at tu *Gel* : actu *B* **4** pure *Iun* : sopore *AB* **5** intimatur *scripsi* : intimat *AB* V 146
6 gelescit *A* caro spiritus exolescit *om. A* carne *Pam* **7** inacrescit *Rig* : inagrescit *A*, magrescit *B* **8** ut quae *B* infirmitas, semel *scripsi* : semel infirmitas *AB* quae *A*, quaeque *B*, quoque *Gel*, qua *Oehlerus* **9** est *om. B* heresin *A*, haeresim *B* expuat *Gel* **10** et in praesentiarum *Gel* in *addidi* ador *A* **11** isto *B* **12** alios fustibus *A* **13** degustato martyrio *Gel* : degustata martyria

---

23 ut quis ... faciat, si is *Hartel, cfr Hoppe, Beitr. 34* V 145
5 intimat *AB*, *uindicat Hoppe, Beitr. 74* **8** qua *mauult v. d. Vliet* semel in- V 146
firmitas *AB Hartel* (semel = "*für immer*") **13** degustata martyria *AB*, *prob. Hoppe, Beitr. 17, emendationes Hartelii et Kroymanni postponens*

riunt. Nos ipsi ut le⌊pores⌋, destinata uenatio, de longinquo obsedimur, et haeretici ex more grassantur. **12.** Itaque tempus admonuit aduersus nostrates bestiolas ⌊nostratem⌋ [mederi] theriacam stilo temperare. Qui legeris, biberis. ⌊Nec amaru⌋m potio. Si eloquia domini dulcia super mella et fauos, inde pigme⌊nta su⌋nt. Si lacte et melle promissio dei manat, hoc sapiunt quae ill⌊uc⌋ faciunt. Vae autem qui dulce in amarum et lumen in tenebras ⌊conuertunt⌋ ! **13.** Perinde enim et qui martyriis refragantur salutem per⌊ditionem in⌋terpretantes tam dulce in amarum quam lucem in tenebras ⌊reformant⌋ atque ita miserrimam hanc uitam illi beatissimae praeuertendo ⌊tam amarum⌋ pro dulce quam tenebras pro luce V 147
supponunt.

II. **1.** Sed nondum de bono martyri, nisi de debito primum, nec ante de utilitate eius, quam de necessitate discendum. Auctoritas diuina praecedit, an tale quid uoluerit atque mandauerit deus, ut qui negant bonum non suadeantur accommodum, nisi cum subacti fuerint. Ad officium haereticos || compelli non in- f. 54
lici dignum est. Duritia uincenda est, non suadenda. **2.** Et utique satis optimum praeiudicabitur quod probabitur a deo constitutum atque praeceptum. Sustineant euangelia paulisper, dum radicem eorum exprimo legem, dum inde elicio dei uoluntatem unde et ipsum recognosco : ego sum, inquit, deus deus tuus, qui te eduxi de terra Aegypti. Non erunt tibi dii alii praeter me. Non facies tibi simulacrum eorum quae in caelo et quae in terra deorsum et quae in mari infra terram. Non adorabis ea, neque famulaberis eis. ⌊Ego⌋ enim dominus deus tuus. Item in eadem Exodo : ipsi uidistis, quod de caelo lo⌊cu⌋tus ad uos sim. Non facietis uobis deos argenteos, et deos aureos non fa⌊cie⌋tis uobis. **3.** Secundum haec et in Deuteronomio : audi

---

18 Ps. 11, 7. **19** cf. Ex. 3, 17. **20** Es. 5, 20. V 146
12 Ex. 20, 2 sq. **17** ibid. 20, 22. **20** Deut. 6, 4 sqq. V 147

AB **14** ipsi ut *A*, ipsius *B* **15** heretici *A sic semper* **16** nostratem *scripsi* : nostrati *B*, nostram *A* *habere falso Oehlerus testatur : immo nouem litterae perierunt*, nostrate *Gel*, promptam *Rig* mederi *seclusi* theriacam *Bmg* : teriacam *A*, scorpiacam *B* **17** nec *etiam A ut uidetur* nec amarum] non amara enim *Lat* **22** refrangantur *A* perditione *B* **23** tenebris *A*
1 dulci *B* **3** de debito *Ciacconius* : debito *AB* nec ante *Gel* : negant *AB* V 147
4 et de utilitate *A* dicendum *Lat* **5** quid *Gel* : qui *AB* **6** suadentur *A* accomodum *A*, ad commodum *B* **7** illic *A* **11** legem *Gel* : legamus *AB* **12** inquid *A* dš dš *AB*, dominus deus *Pam*, deus *Rig* **13** alii dii *B* **14** eorum *om. A* **16** adorabitis *A* famulaberis *A*, seruies *B* **17** dominus *B*, dš *A* eodem exhodo *A* **19** uobis *A*, inibi *B*

---

6 ad commodum *bene Thörnell, Stud. Tert. III, 24* **7** fuerint ad officium. Haereti- V 147
cos *recte dist. Thörnell*

Israel, dominus deus tuus unus est, et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et totis uiribus tuis et ex tota anima tua. Et rursus : nec obliuiscaris domini dei tui, qui te eduxit de terra Aegypti ex dom⌊o serui⌋tutis. Dominum deum tuum timebis et illi famulaberis soli et illi adgl⌊utinaberis⌋ et in nomine eius deierabis. **4.** Non ibitis post deos alienos ex de⌊is nationum⌋, quae circum uos, quia aemulatur deus V 148 deus tuus in te, et ne irat⌊us indignetur⌋ et exterminet te a facie terrae. **5.** Sed et proponens benedictio⌊nes et ma⌋ledictiones : benedictiones, inquit, si audieritis praecepta domin⌊i dei uestri, quae⌋cumque ego praecipio uobis hodie, et non erraueritis de u⌊ia quam man⌋daui uobis, ut abeuntes seruiatis deis aliis, quos non scitis. **6.** De ⌊quibus omni⌋fariam extirpandis : perditione perdetis, inquit, omnia lo⌊ca, in quibus⌋ seruierunt nationes deis suis, quas uos possidebitis hereditate, ⌊super mon⌋tes et colles et sub arbores densas, quasque effodietis ⌊aras eorum⌋, euertetis et comminuetis staticula eorum et excidetis ⌊lucos eorum⌋ ‖ et sculptilia f. 54v ipsorum deorum concremabitis igni et disperdetis nomen eorum de loco illo. **7.** Adhuc ingerit, cum introissent terram promissionis et exterminassent nationes eius : caue tibi, ne sequaris eas posteaquam exterminatae fuerint a facie tua, ne requisieris deos illarum dicens, quemadmodum faciunt nationes deis suis, ut et ego ita faciam. **8.** Sed et, si ipse prophetes, inquit, exsurrexerit in te aut somnium somnians et dederit tibi signum uel ostentum et uenerit et dixerit, eamus ⌊et se⌋ruiamus diis aliis, quos non scitis, ne audiatis sermonem prophetae aut som⌊ni⌋atoris illius, quia temptat uos dominus deus uester, an ex toto corde uestro et ex ⌊tota⌋ anima uestra timeatis deum. Post dominum

---

4 Deut. 11, 27 sqq. **8** ibid. 12, 2 sqq. **16** ibid. 12, 30. **20** ibid. 13, 1 sqq. V 148

---

21 dominus *B*, dš *A* **22** ex toto—**24** dei tui *om. A* **23** ne *Gel* **24** egypti *A* ex *A*, et *B* **26** illi gl *A* **27** alienos ex deis *Rig* : alienos ex de⌊os *A*, aliorum et deos *B*, aliorum ex deis *Iun*, alienos et deos *Oehlerus*

1 aemulatur dš dš tuus in te. Ne *A*, et deus aemulator dominus deus tuus in te et ne *B* V 148 **2** et ne] ut ne *Iun* **3** terre *A* **4** inquid *A* **5** (quae)quumque *A* **6** hodie, maledictionem si erraueritis *Pam*, hodie, et maledictionem, si non audieritis praecepta domini dei nostri, quaecumque ego praecipio uobis hodie et erraueritis *Iun* et non *A*, ne *B* **9** inquit *om. B* **10** subter *Rig* **11** sub *del. Gel* arbore densa quaque *Iun* **12. 13** earum *ter Pam* **13** captilia *A*, scalptilia *Rig* **14** de eorum *A* deorum ipsarum *Pam* **15** eorum *B*, illorum *A* **17** ea *A* exterminata *A* **19** ut *del. Pam* **20** si ipse *B*, ipsi *A*, id si *Rig* inquid *A* **21** aut *om. A* **25** dominus *B*, dš *A* an *om. B* **26** ametis *Iun* eum *A* dominum *om. B*

deum uestrum abibitis et hunc time⌊bitis⌋ et prae- V 149 cepta eius custodietis et uocem eius audietis et illi seruietis et illi adiciemini. Prophetes ⌊autem⌋ uel somniator ille morietur ; locutus enim est ad seducendum te a domino ⌊deo tuo. **9.** Sed⌋ et alio titulo : si autem rogauerit te frater tuus ex patre uel ma⌊tre aut⌋ filius tuus aut filia tua aut mulier quae in gremio tuo est aut amicus qui ⌊animae tuae⌋ par est clam dicens, eamus et seruiamus diis aliis, quos non scis, ⌊nec patres tu⌋i, ex deis nationum, quae circum te proxime aut longe, ne uelis ⌊ire cum illo⌋, et ne audieris eum. **10.** Non parcet oculus tuus super eum nec desidera⌊bis nec sal⌋uabis eum ; adnuntians adnuntiabis de eo. Manus tuae erunt ⌊in eum in pr⌋imis ad occidendum, et manus populi tui in nouissimis, et lapi⌊dabitis ill⌋um, et morietur, quoniam quaesiuit auertere te a domino deo tuo. **11.** Subi⌊cit etiam de ciui⌋tatibus, si quam ex his constitisset suasu iniquorum hominum ⌊transisse⌋ ad deos alios, ut interficerentur omnes incolentes eam, et deuota⌊menta⌋ fierent uniuersa eius, et colligerentur omnia spolia eius in omnes ‖ exitus eius et igni cremarentur cum f. 55 omnibus uasibus suis et cum omni populo in conspectu domini dei, et non erit habitabilis, inquit, in aeternum, non reaedificabitur amplius nec adhaerebit quicquam manibus tuis ex deuotamento eius, uti auertatur dominus ab indignatione irae suae. **12.** Maledictionum quoque ordinem ab idolorum execratione commisit : maledictus homo qui fecerit sculptile aut fusile aspernamentum, opus V 150 manuum artificis, et collocauerit illud in abscondito. In Leuitico uero : ne sequimini, inquit, idola et deos fusiles non facietis uobis. Ego dominus ⌊deus⌋ uester. Et alibi : filii Israel famuli pueri mei. Hi sunt quos eduxi de terra Aeg⌊yp⌋ti. Ego dominus deus uester. Non facietis uobis manu facta nec sculptile staticu⌊lum⌋ statuetis uobis. Nec lapidem scopum ponetis in

---

5 Deut. 13, 6 sqq. **18** cf. ibid 13, 15 sqq. **23** ibid. 13, 16 sqq. **27** ibid. 27, 15. V 149
3 Leu. 19, 4. **5** Leu. 25, 55. 26, 1. V 150

---

1 ut hunc *A* et praecepta eius custodietis *om. A* **3** uel *A*, et *B* **4** est enim *B* V 149 **5** titulo *A*, capitulo *B* **7** tua *om. A* **10** proximae *B*, proxime sunt *Pam* **12** eum *om. A* ne *A* misereberis *Pam* **13** saluabis *Gel* : salutabis *B*, celabis *Pam* annuntians annuntiabis *A* **16** auertere te *B*, auerteret *A* **20** deuotamenta *Gel* : deuota mente *B* fieret *B* **21** eius *prius om. A* cum *B*, in *A* **22** uasibus *B*, uiis *A Bmg* **24** adherebit *A* **25** deuotamento *A Bmg*, deuota mente *B* ut *B* auertatur *B*, auertat *A* **26** ire *A* **27** exsecratione *B*, excratione *A*

1 scalptile *Rig* **3** inquid *A* ne *A*, non *B* **7** nec staticulum *Pam* V 150

terra uestra. Ego dominus deus uest⌊er. **13.** Et⌋ haec quidem prima per Moysen dicta sunt ad omnes utique pertinentia, ⌊quoscum⌋que dominus deus Israelis perinde de Aegypto superstitiosissimi saeculi et ⌊de domo hum⌋anae seruitutis eduxerit. **14.** Sed et deinceps omne os prophetar⌊um eiusdem⌋ dei uocibus sonat eandem legem suam eorundem praeceptorum insta⌊uratione⌋ cumulantis nec aliud primum tam principaliter denuntiantis, ⌊quam ab om⌋ni factura atque cultura idolorum cauere; ut per Dauid: di⌊i nationum ar⌋gentum et aurum, oculos habent nec uident, aures habent ⌊nec audiunt⌋, nares habent nec odorantur, os nec locuntur, manus nec contr⌊ectant, pe⌋des nec ingrediuntur. Similes erunt illis, qui ea faciunt et qui fid⌊unt in illis⌋.

III. **1.** Nec putem disceptandum, an digne deus prohibeat nomen et honorem suum mendacio addici, an digne quos ab errore superstitionis auulserit rursus in Aegyptum regredi nolit, an digne a se non patiatur absistere quos sibi adlegit. || Ita nec f. 55v illud expectabitur retractari a nobis, an obseruari uoluerit disciplinam quam uoluit instituere et an merito ulciscatur desertam quam uoluit obseruatam, quando frustra instituisset, si obseruari eam noluisset, et frustra obseruari uoluisset, si uindicare noluisset. **2.** Sequitur enim, ut has definitiones dei ad- V 151 uersus superstitiones tam euictas quam etiam uindicatas probem, quoniam ex his tota martyriorum ratio constabit. Aberat apud deum in monte Moyses, cum populus tam necessariam absentiam eius impatiens deos sibi ⌊pro⌋ducere quaerit, quo se potius ipse perdiderit. **3.** Vrgetur Aaron, et iubet ⌊in⌋aures feminarum suarum in ignem conferri. Amissuri enim erant in iudicium sibi uera ornamenta aurium, dei uoces. Sapiens ignis effigiem uituli de⌊fundi⌋t illis suggillans illic cor habentes ubi et thesaurum, apud Aegyptum ⌊scilicet, in⌋ter cetera animalia bouis etiam cuiusdam consecratricem. **4.** Ita⌊que tria⌋ milia ho-

17 Ps. 135, 15 sqq. 115, 4 sqq.
4 cf. Ex. 22. **14** cf. Num. 25, 1 sqq. V 151

9 haec *om. A* **10** prima haec *A* dicta] dei scita *Bmg* ad omnes *Bmg*, a domino *AB* **11** israhelis (a *ex* h) *A*, israel *B* **15** aliut *A* denunciantis *A* **18** nec uident *A*, et non uident *B* **21** ea *del. Gel* **23** mendatio *A* **25** patitur *A* quos *A*, quod *B* **26** expectabitur *Vrs* : expectabit *AB* seruari *A* **27** et an—**28** obseruatam *om. A*
1 difinitiones *A* **2** edictas *Vrs* probem *Gel* : probent *AB* **4** montem *B* necessariae absentiae *Gel* **5** quo se *Iun* : quos *AB* **6** et *om. B* **7** uidicio *A* **9** diffundit illos *Vrs* **11** itaque tria *Gel* : ita quod tria *B*, *in A decem un-* V 151

9/10 et quidem prima haec *A*, *prob. Kroym.* (*cfr l.* **13** sed et deinceps) **26** expectabit *AB*, *tuet. Kroym.* V 150
5 quos *AB*, *tuet. Kroym.* V 151

minum a parentibus proximis caesa, quia tam proxi⌊mum parente⌋m deum offenderant, transgressionis et primordia et merita de⌊dicauerunt⌋. In Arithmis cum diuertisset Israel apud Sethim, abeunt libidina⌊tum ad filia⌋s Moab, inuitantur ad idola, ut et spiritu fornicarentur, edunt ⌊denique de po⌋llutis eorum, dehinc et adorant deos gentis et Beelphegor initiantur. **5.** O⌊b ha⌋nc quoque idololatrian moechiae sororem uiginti tria milia domesticis obtruncata g⌊ladii⌋s diuinae irae litauerunt. Defuncto Iesu Naue derelincunt deum patru⌊m⌋ suorum et seruiunt idolis Baalim et Astartis, et iratus dominus tradidit eos ⌊in manibus⌋ diripientium, et diripiebantur ab illis et uenumdaban⌊tur inimi⌋cis, nec poterant omnino subsistere a facie inimicorum suorum. **6.** ⌊Quocum⌋que processerant, manus erat super illos in mala, et conpressati || sunt ualde. Post quae instituit super f. 56 illos deus Critas, quos Censores intellegimus. Sed nec istis obaudire perseuerauerunt. Vt quis critarum obierat, illi ad V 152 delinquendum supra quam patres eorum, abeundo post deos aliorum et seruiendo et adorando eos. **7.** Itaque dominus iratus, quoniam quidem, ait, transgressi sunt gens ista pactum meum, quod disposui patribus eorum, et non audierunt uocem meam, et ego non aduertam ad auferendum uirum a facie eorum ex nationibus, quas reliquit decedens Iesus. Atque ita per omnes paene annales critarum et deinceps regum reseruatis gentium circumcolarum uiribus bello et captiuitate et iugo allophylorum iram dei pensauit Israel, quotienscumque ab illo maxime in idololatrian exorbitauerunt.

IV. **1.** Hanc ⌊igitur⌋ si a primordio constat et prohibitam de tot tantisque praeceptis et n⌊um⌋quam inpune commissam de tot tantisque documentis nec ⌊ullum tam super⌋bum crimen deputari apud deum, quam huiusmodi transgress⌊ionem, ul⌋tro intellegere debemus diuinarum et denuntiationum et ⌊executio-

19 cf. Iud. 2, 8. 13.
4 Iud. 2, 20 sqq. V 152

decimae litterae perierunt **12** proxumis *A*, et proximis *B* **14** arathmis *A* deueniset *A* sattin *A* **15** et *om. B* **17** *prius* et *om. A* delfegor *A* **18** idolatriā *A* sorore *A* ·XXIIII· *A* domestici *B* **20** naue *A* bahalim *A* **21** in manus *Hild in A legit : spatium sane angustius, quam ut* in manibus *sine nota scripta capiat* **22** uenumdabant *A* **24** erant *A* **25** post quae *A*, postquam *B* **26** isti *A*
2 dios *ex* duos *A* **3** orando *B* dš *A* **4** transgressa est *B* **5** obaudierunt uoci meae *B* **6** auertam *B* **7** reliquid *A* **8** per *del. Gel* pene *A* **9** reseratis *Hartelius* **10** iram *om. A* dei pensauit *scripsi* : dēpensauit *A*, dispensauit *B* **11** idolatrian *A* **14** nunquam *A* **16** apud deum deputari *B* V 152

16 polluctis *coni. Kroym.*
9 reseruatus *Castiglioni* **10** deus pensauit *Hartel*, *A secutus* V 152

num⌋ intentionem iam tunc martyriis patrocinatam non modo ⌊non dubi⌋tandis, uerum etiam sustinendis, quibus scilicet locum fe⌊cerat pro⌋hibendo idololatrian. Aliter enim martyria non euenir⌊ent. Et uti⌋que auctoritatem suam praestruxerat uolens ea euenire quib⌊us locum⌋ fecerat. **2.** Nunc enim de dei uoluntate conpungimur, et inge⌊minat⌋ scorpius plagam, hanc negans, hanc accusans uoluntatem, ⌊ut aut ali⌋um deum insinuet, cuius haec non sit uoluntas, aut nostrum nihilo⌊minus des⌋truat, cuius talis sit uoluntas, aut omnino neget uoluntatem dei, si ⌊ipsum negare⌋ || non poterit. **3.** Nos autem de deo alibi dimi- f. 56v
cantes et de reliquo corpore haereticae cuiusque doctrinae nunc in unam speciem congressionis certas praeducimus lineas, non alterius dei quam Israelis eam defendentes uoluntatem V 153
quae martyriis locum fecerit, tam ex praeceptis prohibitae semper quam ex iudiciis punitae idololatriae. Si enim praeceptum obseruando uim patior, hoc erit quodammodo obseruandi praecepti praeceptum, ut id patiar per quod ⌊pot⌋ero obseruare praeceptum, uim scilicet, quaecumque mihi imminet ⌊cau⌋enda ab idololatria. **4.** Et utique qui inponit praeceptum, extorquet obse⌊qu⌋ium. Non potuit ergo noluisse ea euenire per quae constabit obsequium. Praescribitur mihi, ne quem alium deum dicam, ne uel dicendo, non minus ⌊lingua⌋ quam manu, deum fingam neque alium adorem aut quo mo⌊do uenere⌋r praeter unicum illum, qui ita mandat, quem et iubeor time⌊re, ne ab eo d⌋eserar, et de omni substantia diligere, ut pro eo moriar. **5.** ⌊Huic sacram⌋ento militans ab hostibus prouocor. Par sum illis, nisi illis ⌊manus de⌋dero. Hoc defendendo depugno in acie, uulneror, conci⌊dor, occidor. Quis⌋ hunc militi suo exitum uoluit, nisi qui tali sacramento eum ⌊consign⌋auit ?

V. **1.** Habes igitur dei mei uoluntatem. Occursum est huic pla⌊gae. Iam alium⌋ ictum consideremus de uoluntatis qualitate. Longum est, ⌊ut deum meum⌋ bonum ostendam, quod iam a nobis didicerunt Marcioni⌊tae. Deum⌋ interim sufficit dici,

---

20 idolatrian *A* **21** neuenirent *A* **22** ea *om. A* **23** et conpungimur *Gel* **26** omnino *Gel* : domino *B*, *om. A* **27** potuerit *B* **28** hereticae *A*
1 israhelis *A* **2** prophibite *A* **4** obseruatum *A Bmg* patitur *A Bmg* V 153
5 praeceptum *om. A* id *Gel* : ita *AB* **7** cauenda *scripsi* : cauendam *AB*, cauenti *Gel* **10** dicam ne *om. A* dicendum *A* **11** nequem *A* aut quo modo *Iun* : aut quomodo *AB*, aut quoquomodo *Vrs* **12** p&rter *A* **25** nisi *Lat* : si *AB* **16** conci .... hunc *A*, *unde recte Oehlerus conclusit* occidor *omissum fuisse* **17** milito *A corr.* eum sacramento *B* **20** iam *Hartelius* : in (*A*)*B*, nec *Lat* hictum *A*

4/5 obseruatum *A*, *tuet. Kroym.* **5** praeceptum] *om. A*, *prob. Kroym.* **7** cauen- V 153
do *coni. Kroym.* **10/11** dicam ne *et* non minus lingua quam manu] *secl. Kroym.* **11** quoquo *v. d. Vliet* **15** si *AB*, *tuet. Hoppe, Beitr. 152 sq.* **20** in alium *AB*,

ut necesse sit bonum credi. **2.** Malum enim ⌊deum qui praesum⌋pserit, constare in utroque non poterit : aut deum nega⌊re debebit qu⌋em malum existimarit, aut bonum dicere quem deum pronuntiauerit. || Bona igitur erit et uoluntas eius qui nisi f. 57
bonus non erit deus. **3.** Probabit hoc etiam ipsius rei bonitas quam deus uoluit, martyrii dico, quia bonum non nisi bonus uoluit. Bonum contendo martyrium apud eundem deum, a quo V 154
et prohibetur et punitur idololatria. Obnititur enim et aduersatur idololatriae martyrium. Malo autem obniti et aduersari nisi bonum non potest. **4.** Non quasi negem esse aemulationem tam malorum inter se quam et bonorum, sed alia condicio est huius tituli. Martyrium enim non de communi aliqua militia certat cum idololatria, sed de sua gratia ; liberat enim ab idololatria. Quod a malo liberat, quis non bonum pronuntiabit ? Quid aliud est aduersatio idololatriae atque martyrii quam mortis et uitae ? **5.** In tantum uita martyrio deputabitur, quantum morti idololatria. Vitam qui m⌊alum⌋ dixerit, habet mortem, quam bonum dicat. Est et haec pe⌊ruersitas ho⌋minum salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa con⌊quirere⌋, medicamina deuitare, aut mori denique citius quam curari desi⌊derare⌋. **6.** Nam et medicinae praesidium plures qui refugiunt : plures enim stulti, plures tim⌊idi et male⌋ uerecundi. Et est plane quasi saeuitia medicinae de scalpello d⌊eque caute⌋rio, de sinapis incendio ; non tamen secari et inuri et extendi morderique idcirco m⌊alum, quia⌋ dolores utiles affert, nec quia tantummodo contristat, recusabitur, ⌊sed qui⌋a necessario contristat, adhibebitur. **7.** Horrorem operis fructus ⌊excusat⌋. Vlulans denique ille et gemens et mugiens inter manus medici p⌊ostmodum⌋ easdem mercede cumulabit et artifices optimas praedicabit et sae⌊uas iam ne⌋gabit. Sic et martyria desaeuiunt,

---

23 deum quis praesumpserit *B*, ... ripserit *A* qui *Rig* : quis *B* **25** dicere *add. Gel* **26** pronuntiarit *B* eius *om. A* **28** quia nonnisi bonus uoluit bonum *B*
1 eum *A* **2** et *primum om. B* **4** negemus *B* **5** conditio *A* **6** malitia *A* V 154
7 idolatria *bis A* de] cum *A* **10** uita *A*, ut a *B* **11** mors idololatriae *Vrs* **13** conquirere *scripsi* : con .... *A*, quaeque *B*, quaerere *Rig* medicamina deuitare *Oehlerus* : medica male uitare *AB*, medicamina uitare *Gel* **14** aut *del. Gel* **15** in praesidium *B* plures qui refugiunt *om. A* qui *del. Rig* **16** enim *om. B* **17** medicina *B* deque (*A ?*) *Gel* : denique *B* **18** et *prius om. B* excendi *Iun* morderique *om. A* **20** necessarie *A* **24** sic et *A*, et si *B*

---

tuet. Kroym. **23/24** qui praescripserit *rectius interpretatus est Kroym.* **25** bonum ⟨dicere⟩ *Gel.*, malum (*sc.* negare debebit) *Kroym. fort. recte*
6 mollitia *coni. Hartel ; potius cum A et Rig. et Kroym.* malitia *legendum* **13** conue- V 154
nire *coni. Kroym.* **13/14** medica uitare aut mori denique malle citius quam curare *Leo et Kroym.* **18** extendi] exedi *coni. v. d. Vliet* (*cfr Lucif. Calar., Mor. pro dei fil. 13, p. 313, 5* : secari inuri exedi morderique) **19** idcirco malum quia ⟨tantummodo dolores affert, sed ideo bonum quia⟩ dolores utiles affert *coni. Kroymann. Haud probabile* (*cfr Lucif., l.c.* : idcirco b o n u m)

sed in salutem. Licebit et deo in ⌊uitam aeternam⌋ || per ignes f. 57v et gladios et acerba quaeque curare. **8.** Sed medicum quidem miraberis etiam in illo, quod ferme pares adhibet qualitates medellarum aduersus qualitates querellarum, cum quasi de peruerso auxiliatur per ea subueniens per quae laboratur. Nam V 155 et calores caloribus amplius onerando compescit et ardores siti potius macerando restinguit et fellis excessus amaris quibusque potiunculis colligit et sanguinis fluxus defusa insuper uenula reuocat. **9.** Deum uero et quidem zeloten culpandum existimabis, si uoluit certare cum causa et iniuriae aemulando prodesse, mortem morte dissoluere, occisionem occisione dispargere, tormentis tormenta discutere, supplicia suppliciis euaporare, uitam auferendo confer⌊re, car⌋nem laedendo iuuare, animam eripiendo seruare. **10.** Peruersitas, quam ⌊putas, ratio⌋ est ; quod saeuitiam existimas, gratia est. Ita deo de momentaneis ⌊aeterna me⌋dicante magnifica bono tuo deum tuum ; incidisti in manus ⌊eius, sed⌋ feliciter incidisti. Incidit et ille in aegritudines tuas. Homo sem⌊per prior n⌋egotium medico facit, denique sibimet ipse periculum mortis attra⌊xit. **11.** Acc⌋eperat a domino suo ut a medico satis utilem disciplinam secundum legem ui⌊uendi⌋, ut omnia quidem ederet, ab una solummodo arbuscula tempera⌊ret, quam ip⌋se medicus inportunam interim nouerat. **12.** Audiit ille quem maluit ⌊et abstinent⌋iam rupit. Edit inlicitum et transgressione saturatus in mor⌊tem cru⌋ditauit, dignissimus bona fide in totum perire quia uoluit. Sed dominus ⌊sustentat⌋a feruura delicti, donec tempore medicina temperaretur, paula⌊tim remedia⌋ composuit, omnes fidei disciplinas et ipsas aemulas uitio, uerbum || mortis uerbo uitae f. 58 rescindentes, auditum transgressionis auditu deuotionis limantes. Ita, et cum mori praecipit medicus ille, ueternum mortis excludit. **13.** Quid grauatur nunc pati homo ex remedio quod non est tunc grauatus pati ex uitio ? Displicet occidi in salutem

---

25 sed *del. Scal alterum* in *del. Scal* **26** quidem *A*, quoque *B* **27** perme *A*
2 honerando *A* **3** restinguit *Lat* : resringit *A*, restringit *B* excussus *A* V 155 quibusdam *fort.* **4** potionibus *B* corrigit *Lat*, recolligit *Hartelius* **5** zelotem *A corr.* **6** certare *scripsi* : certasse *AB* **8** euaportare *A corr.* **12** aeternam *B* meditante *B* tuum *B*, tetrū *A* **14** aegritudines *A* medico prior negotium *B* **15** denique] donec *Hartelius* **16** suo *om. A* **17** ederet et *B* **18** temperaret et *B* **19** norat *B* **20** ędit *A* **21** cruditauit *Vrs* : eruditauit *B*, eructauit *Gel* perisse *B* quia *scripsi* : qui *AB* **22** sustentata feruura (*A*) *Rig* : sustentato feruore *B* **25** aditum *et* aditu *fort.* deuotioni *B* **26** mortes *A corr.* **27** pati nunc *B*

3/4 quibusque] *tuet. Hartel* **10** seruare ? *bene Kroym.* **12** deum tuum] tetricum V 155 *coni. Kroym., minus recte* **21** in totum perire ⟨perire⟩ qui uoluit *v. d. Vliet* **25** auditum... auditu] *merito tuet. Hartel*

cui non displicuit occidi in perditionem ? Nausiabit ad antidotum qui hiauit ad uenenum ? V 156

VI. **1.** Sed si certaminis nomine deus nobis matyria proposuisset, per quae cum aduersario experiremur, ut, a quo libenter homo elisus est, eum iam constanter elidat, hic quoque liberalitas magis quam acerbitas dei praeest. Euulsum enim hominem de diaboli gula per fidem iam et per uir⌊tutem⌋ inculcatorem eius uoluit efficere, ne solummodo euasisset, uerum etiam euicisset inimicum. **2.** Amauit, qui uocauerat in salutem, inuitare et ad gloriam, ut, qui gaudeamus liberati, ⌊exulte⌋mus etiam coronati. Agonas istos, contentiosa sollemnia et super⌊stitiosa cer⌋tamina Graecorum et religionum et uoluptatum, quanta gratia saeculum ⌊celebret⌋ iam et Africae licuit. Adhuc Carthaginem singulae ciuitates gratuland⌊o inqui⌋etant donatam Pythico agone post stadii senectutem. **3.** Ita ab ae⌊uo dignissimum⌋ creditum est studiorum experimentum committere, artes corpor⌊um et uocum⌋ de praestantia expendere, praemio indice, spectaculo iudice, sen⌊tentia⌋ uoluptate. Qua nuda sunt praelia, non nulla sunt uulnera ; pugni q⌊uassant, cal⌋ces arietant, caestus dilaniant, flagella dilacerant. **4.** Nemo t⌊amen agonis⌋ praesidem suggillans erit, quod homines uiolentiae obiectat. ⌊Iniuriarum⌋ actiones extra stadium. Sed, quantum liuores illi et cruores et ⌊uibices nego⌋tiantur, intende : coronas scilicet et gloriam et dotem, ⌊priuilegia⌋ || publica, stipendia ciuica, imagines, statuas et, qualem f. 58v potest praestare saeculum, de fama aeternitatem, de memoria resurrectionem. **5.** Pyctes ipse non queritur dolere se, nam V 157 uult ; corona premit uulnera, palma sanguinem obscurat ; plus uictoria tumet quam iniuria. Hunc tu laesum existimabis, quem uides laetum ? Sed nec uictus ipse de agonotheta casum suum exprobrabit. **6.** Deum dedecebit artes et disciplinas suas educere in medium, in hoc saeculi spatium, in spectaculum hominibus ⌊et a⌋ngelis et uniuersis potestatibus ? Carnem atque

---

1 nausiabit *A*, nausei abit *B* **3** si *A*, et *B* proponit *B* **5** helisus *A* **7** *uerba* V 156 per uirtutem *in AB post* **8** efficere *collocata reposui* **8** deuicisset *B* **9** qui *Vrs* : quā *A*, quae *B*, quos *Lat*, quem *Hartelius* **10** et *om. B* qui *om. A* gaudemus *Iun*, gaudebamus *Oehlerus* **12** Graecorum *B*, gregorum *A*, graecarum *Gel* uoluntatum *A* **13** iam et *A*, etiam et *B*, etiam *Gel* liquit *Gel* Carthaginem *B*, certamine *A* **14** (inqui)etan *A* **16** committere, artes corporum *scripsi* : committere artes, corporum *uulgo* **17** praesentia exprimere *A Bmg*, praestantiam expendere *Gel* inlice *fort.* **18** uoluntate *A*, uolutante *Scal* nulla *Lat* non *del. Lat* **19** sunt *om. A* cassant *B* caluae *Faber* cestus *A* **20** praeside *A* suggillauerit *Gel* **21** uiolentae *A* obiectat *Rig* : oblectant *A*, obiectet *B* **23** (nego)tientur *A* intende *scripsi* : intendet *A*, intendit *B*, intendis *Gel* **24** ciuica] ciuitatem *Lat* statutas *A* **25** de fama *om. A*
1 nam *A*, non *B* **2** praemit *A corr.* uulnera *om. A* plus uictoria tumet V 157 quam iniuria *Rig* : plus uictoria tū . et quam iniuria *A*, plus uictoria tuum est quam iniuriatum *B*, plus uictoriatum est quam iniuriatum *Pam*, plus uictoriarum est quam iniuriarum *Lat*, plus uictoria tamen est quam iniuria *Harrisius*, plus uictoria tum est quam iniuria *alii* **4** agonitheta *A* **5** dedecebit *B*, decebit *A Bmg* **6** in medium *A Bmg*, remedium *B* saeculo *A corr.* **7** carnen *ex* carmen *A*

animam probare de cons⌊tan⌋tia atque tolerantia ? Dare huic palmam, huic honorem, illi ciuitatem, ⌊illi⌋ stipendia ? etiam quosdam reprobare et castigatos cum ignominia submouere ? Nimirum praescribis deo, quibus temporibus aut modis aut locis ⌊de famil⌋ia sua iudicet, quasi non et praeiudicare iudici congruat. **7.** Quid nunc, si n⌊on certa⌋minis nomine in martyria fidem exposuisset, sed et proprii prof⌊ec⌋tus, nonne oportebat illam habere aliquem spei cumulum, cui stu⌊dium suum⌋ cogeret uotumque suspenderet, quo eniteretur ascendere, ⌊cum terrena⌋ quoque officia in gradus aestuent ? Aut quomodo multae ⌊mansion⌋es apud patrem, si non pro uarietate meritorum ? Quomodo et ⌊stella⌋ ab stella distabit in gloria, nisi pro diuersitate radiorum ? **8.** Por⌊ro et si fi⌋dei propterea congruebat sublimitati et claritatis aliqua ⌊prolatio⌋, tale quid esse oportuerat illud emolumenti, quod magno constaret : ⌊l⌋abore, cruciatu, tormento, morte. Sed respice conpensatio⌊nem, cum c⌋aro et anima dependitur — quibus in homine carius nihil est, al⌊terum m⌋anus dei, alterum flatus, — ipsa dependi in V 158 profectum quorum est pro‖fectus, ipsa erogari quae lucri fiant, f. 59 eadem pretia quae et merces. **9.** Prospexerat et alias deus inbecillitates condicionis humanae, aduersarii insidias, rerum tallacias, saeculi retia, etiam post lauacrum periclitaturam fidem, perituros plerosque rursum post salutem, qui uestitum obsoletassent nuptialem, qui faculis oleum non praeparassent, qui requirendi per montes et saltus et umeris essent reportandi. Posuit igitur secunda solacia et extrema praesidia, dimicationem martyrii et lauacrum sanguinis exinde secuturum. **10.** De cuius felicitate Dauid : beati quorum dimissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus cui non inputauerit deus delictum. Proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lauacro ipsa uita deponitur. **11.** Sic dilectio ope⌊rit⌋ multitudinem peccatorum, quae deum scilicet di-

---

19 cf. 1 Cor. 15, 41. V 157
11 Ps. 31, 1 sqq. **14** cf. 1 Petr. 4, 8. Matth. 22, 37. V 158

---

9 stipendium *B* **11** praescribes *B* **12** et *om.* *A* praeiudare *A* **13** qui *Gel* nunc si non *A*, nunc sine *B*, si non *Gel* **14** et *om.* *B* **17** gradu *B* **18** aput *A* **19** a *A* **20** praeterea *fort.* **21** sublimitatis *Vrs* claritati *Gel* **22** constaret .... abore *A* ; pretio *euanuisse putat Oehlerus : mihi nihil deesse uidetur* **24** nihil carius *B*
1 adflatus *B* **2** profectum *Iun* : profectu *AB* **3** alias *B*, has *A* **4** conditionis *A* fallatias *A* **7** nuptialem—praeparassent *om.* *A* **9** et *om.* *A* **10** securum *A Bmg* **11** dimissa sunt delicta et quorum opertae sunt iniquitates *B* **12** beatus uir cui *B* reputauerit *B* **13** delictorum *B* V 158

---

21 sublimitatis *Vrsinus, prob. Kroym.* **22** constaret ⌊fideli : l⌋abore *optime Kroym.* V 157
10 securum *A Bmg tuent. Kroym., Dölger, Antike u. Christ.* 2, *p.* 128, *Waszink, Mnemosyne, 1944, p.* 73 *sq.* V 158

ligens ex totis uiribu⌊s suis⌋, quibus in martyrio decertat, ex tota anima sua, quam pro deo po⌊nit, homi⌋nem martyrem excudit. Haec tu remedia, consilia, iudicia, spec⌊tacula etiam⌋ dei atrocitatem uocabis ? Sanguinem hominis deus concupiscit ? et tam⌊en ausim⌋ dicere, si et homo regnum dei, si et homo certam salutem, si et homo secundam regenerationem. ⌊Nul⌋la conpensatio inuidiosa est in qua aut gratiae aut iniuriae co⌊mmunis est⌋ ratio.

VII. **1.** Incutiat adhuc scorpius homicidam deum uentilans, horre⌊bo pla⌋ne spurcum blasphemiae flatum de haeretico ore foetentem, sed et tale⌊m deum⌋ de fiducia rationis amplectar, qua ratione etiam ipse se plus ⌊quam ho⌋micidam pronuntiauit ex sophiae suae persona, uoce Solomonis. ⌊Sophia⌋, inquit, iugulauit filios suos. Sophia sapientia est. Sapienter ⌊utique V 159 iu⌋gulauit, dum in uitam, et rationaliter, dum in gloriam. **2.** O f. 59ᵛ parricid⌊ii ingenium⌋ ! ‖ O sceleris artificium ! O argumentum crudelitatis, quae idcirco occidit, ne moriatur quem occiderit ! Et ideo quid sequitur ? Sophia in exitibus cantatur hymnis ; cantatur enim et exitus martyrum. Sophia in plateis de constantia agit ; bene enim filios suos iugulat. **3.** Super summos autem muros confisa dicit, cum quidem secundum Eseiam hic exclamat : ego dei sum ; et hic uociferatur : in nomine Iacob ; et alius inscribit : in nomine Israelis. O bonam matrem ! opto et ipse in filios eius redigi, ut ab ea occidar ; opto occidi, ut filius fiam. Solum autem iugulat filios suos, an et torquet ? ⌊A⌋udio enim et alibi dicentem deum : uram illos sicut uritur aurum, et proba⌊bo il⌋los sicuti probatur argentum. **4.** Vtique per tormenta ignium et sup⌊plici⌋orum, per martyria fidei examinatoria. Scit et apostolus qualem ⌊deum a⌋dscripserit, cum scribit : si deus filio suo non pepercit, sed pro nobis ⌊tra⌋didit illum, quomodo non et cum illo omnia condonauit nobis ? Vides, ⌊quo⌋modo etiam proprium suum filium primogenitum et unigenitum so⌊phia⌋ diuina iugulauerit, utique uicturum, immo et ceteros in uitam ⌊re⌋dacturum. **5.** Possum dicere cum sophia dei : Christus est qui se tradidit pro ⌊deli⌋ctis nostris. Iam et semetipsam sophia trucidauit. Verbo non so⌊no solo sapiu⌋nt, sed et sensu, nec auribus tan-

---

28 Prou. 9, 2.
5 cf. Prou. 1, 20. **8** Es. 45, 5. **13** Zach. 13, 19. **17** Rom. 8, 32. **22** ibid. 4, 25. V 159

---

19 iudicabis *B* **20** si homo certam salutem *om.* *A* et *ante* homo *add. Ciacconius* **21** nulla *Vrs* : nulli *AB* **24** incuciat *A* **25** adflatum *B* heretico *A* fetentem *A* **26** et *om.* *A* **28** sofiae *A* solonis *A* inquid *A*
1.5.6 sofia *A* **2** inuitam *B* ingloriam *B* **5** exitu *A* canitur *B* **6** de constantia] constantiam *Pam* **8** dicitur *fort.* quis *B* esciam *A*, Esaiam *B* **9** scribit *A* **10** isra.elis *A* **11** fiam *B*, filiam *A* **13** sicuti *B* argentum *Pam* **14** aurum *Pam* **18** illum *om.* *A* et non *Gel* **20** iugulauerat *A* **21** possim *A* **22** sofia *A sic semper* **23** sophiam *B* **24** so.......nt *A*, *aut* V 159

tummodo audienda sunt, ⌊sed et ment⌋ibus. Crudelem deum,
qui non intellegit, credit. Quamquam ⌊et non inte⌋llegenti po-
sita sententia est, quae temeritatem cohibeat ⌊aliter in⌋telle-
gendi. **6.** Quis enim, inquit, cognouit sensum domini ?
aut quis illi ⌊consiliari⌋us fuit, qui eum instruat, aut V 160
uiam intellegentiae quis demons‖trauit illi ? Sed enim f. 60
Scytharum Dianam aut Gallorum Mercurium aut Afrorum Sa-
turnum hominum uictima placari apud saeculum licuit, et
Latio ad hodiernum Ioui media in urbe humanus sanguis in-
gustatur, nec quisquam retractat aut non rationem praesumit
aliquam aut inaestimabilem dei sui uoluntatem. **7.** Si noster
quoque deus propriae hostiae nomine martyria sibi depostu-
lasset, quis illi exprobrasset funestam religionem et lugubres
ritus et aram rogum et pollinctorem sacerdotem, et non bea-
tum amplius reputasset quem deus comedisset ?

VIII. **1.** Vnum igitur gradum insistimus et in hoc solum prouo-
camus, an praecepta sint a deo ma⌊r⌋tyria, ut credas ratione
praecepta, si praecepta cognoueris, quia ⌊ni⌋hil deus non ratione
praeceperit. Siquidem honorata est apud illu⌊m mors⌋ religio-
sorum ipsius, ut canit Dauid, non, opinor, ista communis ⌊et
om⌋nium debitum — atquin ista etiam ignominiosa est ex
elogio tra⌊nsgres⌋sionis et merito damnationis — sed illa quae
in ipso aditur ex te⌊stimo⌋nio religionis et proelio confessionis
pro iustitia et sacramento. **2.** ⌊Si⌋cut Eseias, uidete inquit, quo-
modo perit iustus, et nemo excipi⌊t cor⌋de, et uiri
iusti auferuntur, et nemo animaduertit ; a fa⌊cie enim⌋
iniustitiae perit iustus et erit honor sepulturae eius.
Habes ⌊hic⌋ quo⌊que⌋ et praedicationem et remunerationem mar-
tyriorum. A pri⌊mordio⌋ enim iustitia uim patitur. **3.** Statim ut
coli deus coepit, inuidiam ⌊religio⌋ sortita est. Qui deo pla-
cuerat, occiditur, et quidem a frat⌊re. Quo pro⌋cliuius impietas
alienum sanguinem insectaretur, a suo au⌊spicata in⌋‖sectata est f. 60ᵛ
denique non modo iustorum, uerum etiam et prophetarum. Dauid V 161

28 ibid. 11, 33.
16 cf. Ps. 105, 5. 20 Es. 57, 1. V 160

sono *aut* solo *omissum fuit* **26** quanquam *A* intelligendi *Gel* **28** inquid *A* dei *B*
4 liquuit *Pam* **5** Latiari *Ciacconius* ad] in *Gel* **6** rationem praesumit aliquam *Gel* : ratione praesumit aliqua *AB* **7** inaestimabile *A* uoluntate *Oehlerus* **9** ille *A* lugebres *A* **10** beatum *om. A* **18** ista *A* **20** esaeias *A*, Esaias *B* uidete *Pam* : uidet *B*, uide *A* inquid *A corr.* **23** sepultura *A* **26** cepit *Rig* **27** (pro)clius *A* **28** sectaretur *A* au........ sectata *A* insectata *del. Pam* est. Denique *uel* est, denique *uulgo* ; *correxi* V 160

6/7 ratione ... aliqua *AB*, *tuent. Hoppe et Castiglioni* **15** si quidem *Kroym.* **19** in ipso aditur ⟨martyrio⟩ *Kroym.* **20** uide *A*, *tuet. Kroym.* V 160

exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur, Eseias secatur,
Zacharias inter altare et aedem trucidatur perennes cruoris
sui maculas silicibus assignans. Ipse clausula legis et prophe-
tarum nec prophetes, sed angelus dictus contumeliosa caede
truncatur in puellae salticae lucar. **4.** Et utique qui spiritu dei
agebantur, ab ipso in martyria ⌊di⌋rigebantur etiam patiendo
quae et praedicassent. Proinde et ⌊tr⌋ina fraternitas, cum de-
dicatio imaginis regiae turbam urgeret offi⌊c⌋ii, non ignora-
uerunt, quid fides, quae sola in illis captiua non fuerat, ex-
i⌊ger⌋et, moriendum scilicet aduersus idololatrian. **5.** Meminerant
⌊enim⌋ et Hieremiae scribentis ad eos, quibus illa captiuitas
imminebat : ⌊et nunc ui⌋debitis deos Babyloniorum
aureos et argenteos et ligneos por⌊tari super⌋ umeros
ostentantes nationibus timorem. Cauete igitur, ne
⌊et uos con⌋similes sitis allophylis et timore capia-
mini, dum aspicitis turbas ⌊ador⌋antes retro eos et
ante, sed dicite in animo uestro : te domine ad⌊orare⌋
debemus. **6.** Itaque dixerunt a deo concepta fiducia, quanto
uigo⌊re anim⌋i condicionales illas minas regis excutiunt : non
habemus ⌊necessi⌋tatem respondendi huic tuo imperio.
Est enim deus noster, ⌊quem⌋ colimus, potens eruere
nos de fornace ignis et ex manibus tuis, ⌊et tunc m⌋a-
nifestum fiet tibi, quod neque idolo tuo famulabimur
nec ima⌊ginem t⌋uam auream, quam statuisti, adora-
bimus. **7.** O martyrium ⌊et sine⌋ passione perfectum ! Satis passi,
satis exusti sunt, quos prop‖terea deus texit, ne potestatem f. 61
eius mentiti uiderentur. Nam et Danielum, nullius praeter
dei supplicem et idcirco a Chaldaeis delatum ac depostulatum,
statim utique conclusa et usitata feritas leonum deuorasset, si V 162
Dar⌊ii⌋ digna praesumptio de deo falli debuisset. **8.** Ceterum pati
oportebat omnem dei praedicatorem atque cultorem, qui ad
idololatrian prouocatus negasset obsequium, secundum illius
quoque rationis statum, qua et praesentibus tunc et posteris
deinceps commendari ueritatem oporteb⌊at⌋, pro qua fidem di-
ceret passio ipsorum defensorum eius, quia ne⌊mo⌋ uoluisset

6 cf. Matth. 14, 3 sqq. **13** Bar. 6, 3 sqq. **20** Dan. 3, 16. V 161

2 Esaias *B* **6** salticae *Gel* : psalticae *B*, ⌊p⌋salticae *A* **7** etiam *Gel* : ut etiam *B*, ut et iam *A* ut iam patienda *Hartelius* **9** turbam *Iun* : urbem *AB* officii *scripsi* : officio *AB* ignouerunt *A* **12** quibus *B*, quos *A* **16** allofilis *A* **18** ⌊d⌋icire *A* **19** coepta *A* quando *Gel* **20** illas *om. B* excuciunt *A* **21** respondenti *A* **24** famulabimur *Gel* : famulabitur *AB* **27** existi *ex* exusti *sic A* **28** mentiri *A* danihelum *A*, Danielem *B* **29** suplicem *A* idcirco a callatum ac postolatum *A* V 161
3 dei *om. A* ad *om. A* **4** idololatriam *B* **5** quia *B* **7** defensorem *A* V 162

7/8 ut etiam patienda quae praedicassent *Hartel* **9** officio *AB*, *tuet. Hartel* V 161

frustra occidi, nisi compos ueritatis. Talia a primordio et praecepta et exempla debitricem martyrii fidem ostendunt.

IX. **1.** Superest, ne antiquitas suum forte habuerit sacramen-t⌊um⌋, nouitatem Christianam recensere, quasi et de deo aliam ac proinde de disciplina quoque aemulam, cuius sophia filios suos iugulare non norit. Plane, alia in Christo et diuinitas et uoluntas et schola, qui martyria aut nulla in totum aut aliter intellegenda mandarit, qui neminem ad huiusmodi discrimen hortetur, qui pro eo passis nihil repromittat, quia pati eos nolit, et ideo praeceptorum princip⌊ia de⌋ducens, beati, inquit, qui persecutionem patiuntur ob iustitia⌊m, quoniam⌋ ipsorum est regnum caelorum? **2.** Hoc quidem absolute ad omnes; ⌊dehinc pro⌋prie ad apostolis ipsos: beati eritis, cum uos dedecora⌊uerint et per⌋secuti fuerint et dixerint aduersus uos omnia mala p⌊ropter me⌋: gaudete et exultate, quoniam merces uestra plurima in cael⌊o: sic enim⌋ ‖ faciebant et prophetis patres il- f. 61v lorum: ut etiam prophetaret, quod et ipsi occidi haberent ad exemplum prophetarum. **3.** Quamquam etsi omnem hanc persecutionem condicionalem in solos tunc apostolos destinasset, utique per illos cum toto sacramento, cum propagine nominis, cum traduce spiritus sancti in nos quoque spectasset etiam persecutionis obeundae disciplina ut in hereditarios discipulos V 163 et apostolici seminis frutices. **4.** Nam et si rursus ad apostolos dirigit: ecce ego mittam uos tamquam oues in ⌊me⌋dio luporum, et: cauete ab hominibus; tradent enim uos in concessus et in synagogis suis flagellabunt uos et ad praesides et ad reges perducemini mei causa in testimonium illis et nationibus et cetera, tum autem subicit: tradet autem frater fratrem et pater filium in mortem et insurgent filii in parentes et mortificabunt eos, manifeste iniquitatem istam in ceteros pronuntiauit, quam in apostolis non inuenimus. **5.** Nemo enim eorum aut fratrum aut patrem passus est traditorem, quod plerique iam nostri.

---

17 Matth. 5, 10 sqq. Luc. 6, 23. V 162
3 Matth. 10, 16 sqq. V 163

---

8 frustra *om. B* **10** forte *B*, quoque *A* **11** nouitate *A* **12** de *add. Hartelius* sofia *A* **13** iugulandad^os^ *A* non *om. A* **14** qui *om. B* **15** intellegendā andarit *A* neminem ad] in *A* **16** repromittat *A* **18** inquid *A* **19** ipsorum *A*, illorum *B* **24** illorum *A*, eorum *B* **26** quanquam *A* **27** condicionabilem *B* **28** per *om. A*
2 et si *AB*, et *Gel*, et sic *Oehlerus* **3** mitto *B* tanquam *A* **4** tradent enim uos *om. A* **6** *posterius* ad *om. B* **7** cetera, tum *Hartelius*: cetera cum *AB*, cetera. cum *uulgo distinguitur* **9** surgent *A* **12** traditorem *om. A* V 163

---

13 iugulandos non norit *Hartel*, *ex A* V 162

dehinc ad apostolos reuocat: et eritis odio omnibus propter nomen meum. Quanto magis nos, quos a parentibus quoque tradi oportet? Ita ipsa hac permixtione nunc ad apostolos, nunc ad omnes disponendo ⌊eundem⌋ in uniuersos nominis exitum effundit, in quibus consede⌊rit no⌋men cum odii sui lege. Qui autem sustinuerit usque in finem, iste ⌊saluu⌋s fiet. Quid sustinendo, nisi persecutionem, nisi traditionem, ⌊nisi oc⌋cisionem? Nec enim aliud est sustinere in finem quam pati finem. **6.** ⌊Et ide⌋o: non est discipulus super magistrum, statim sequitur, nec ser‖uus super dominum suum, quia f. 62 cum magister et dominus ipse perpessus sit persecutionem et traditionem et occisionem, multo magis serui et discipuli eadem expendere debebunt, ne quasi superiores exempti de iniquitate uideantur, quando hoc ipsum sufficere eis ad gloriam debeat, aequari passionibus domini et magistri; ad quarum tolerantiam aedificans monet non eos timendos, qui solum corpus occidant, animam autem interficere non ualeant, sed illi potius metum consecrandum, qui et corpus et ani- V 164 mam occidere et perdere possit in gehennam. **7.** Quinam hi solius corporis interemptores, nisi praesides et reges supra dicti, homines opinor? Quis etiam animae dominator, nisi deus solus? Quis iste ignium comminator, nisi is, sine cuius uoluntate nec passerum alter in terram cadit, id est nec altera ex duabus subs⌊tan⌋tiis hominis, caro aut anima? Quia et capillorum apud eum ⌊re⌋gestus est numerus. **8.** Nolite ergo metuere, cum insuper dicit, multis pass⌊eribus⌋ antistatis, non frustra, id est non sine emolumento casuros in ter⌊ram repromittit, si magis ab hominibus quam a deo occidi deligamus. O⌊mnis⌋ igitur, qui in me confessus fuerit coram hominibus, et ego co⌊nfitebor⌋ in illo coram patre meo, qui in caelis est. Et omnis, qui me neg⌊auerit⌋ coram hominibus, et ego negabo illum coram patre meo, qui in ca⌊elis est⌋. Manifesta, ut opinor, definitio et ratio est tam confessionis qu⌊am nega⌋tionis, etsi dispositio diuersa est. **9.** Qui se Christianum con-

---

13 ibid. 10, 22. **18** ibid. **21** ibid. 10, 24. **28** ibid. 10, 28.
5 cf. Matth. 10, 29. **8** ibid. 10, 31. **11** ibid. 10, 32 sqq. V 164

---

15 ipsa hac permistione *B*, ipsam hanc traditionem *A Bmg* **17** effudit *A* considerit *A* **24** eadem *Vrt*: eandem *AB*
1 *alterum* et *om. A* animas *A* **2** gehenna *A* **3** intemptores *B* **4** anime V 162 *A* **5** iste ignium *Rig*: iste nisi ignium *AB* commitor *A* nisi is *om. A* **7** aut** *A* **8** est *om. A* **9** insuper *Iun*: super *B*, *om. A* **11** eligamus *B* **14** omni *A* negauerit me *B* **16** est et definitio et ratio tam *B*

---

15 ipsam hanc traditionem *merito tuet. Kroym.* **16** nominis] homines *recte Kroym.*, V 163 *secl. Leo*
9 cum superdicit *bene Hartel* V 164

fitetu⌊r, Christi⌋ se esse testatur, qui Christi est, in Christo sit f. 62v necesse est. Si in Christo est, ⌊in Christo utique⌋ confitetur, cum se Christianum || confitetur. Hoc enim non potest esse, nisi sit in Christo. Porro in Christo confitendo Christum quoque confitetur, qui sit in ipso, dum et ipse in illo est, utpote Christianus. Nam et si diem dixeris, lucis rem ostendisti, quae diem praestat, licet non dixeris lucem. Ita etsi non directo pronuntiauit qui me confessus fuerit, non est diuersus actus quotidianae confessionis a sensu dominicae pronuntiationis. **10.** Quod enim est qui se confitetur, id est Christianum, etiam id, per quod est, confitetur, id est Christum. Proinde V 165 qui se negauit Christianum, in Christo negauit, negando se esse in Christo, dum negat se Christianum; et Christum autem in se negando, dum se in Christo negat, Christum quoque negabit. Ita et qui in Christo negauerit, Christum negabit et qui in Christo confessus fuerit, Christum confitebitur. Suffe⌊cis⌋set igitur, etsi de confitendo tantummodo dominus pronuntiasset. **11.** Ex ⌊for⌋ma enim confessionis contrario quoque eius praeiudicaretur, ⌊id est⌋ negationi, perinde negationem negatione rependi a domino, ⌊quem⌋admodum confessione confessionem. Et ideo cum in forma confes⌊sioni⌋s etiam negationis condicio intellegatur, apparet non ad alium ⌊modum⌋ negationis pertinere, quod de ea aliter dominus pronunti⌊auit, qu⌋am de confessione dicendo, qui me negauerit, non, qui ⌊in me⌋. **12.** Prospexerat enim et hanc uim plerumque in expugnatione ⌊nominis⌋ subsecuturam, ut qui se Christianum negasset, ipsum quoque ⌊Christum comp⌋elleretur blasphemando negare. Sicut non olim † pro auspice cum tota fide quorundam colluctatum hoc modo || horruimus. Itaque frustra erit dicere: etsi me ne- f. 63 gauero Christianum, non negabor a Christo, non enim ipsum negaui. **13.** Ex illa enim negatione tantundem tenebitur, quia se Christianum negando Christum in se negans etiam ipsum negauit. Plus est autem quod et confusioni confusionem comminatur: qui me confusus fuerit coram hominibus, et

---

18 se *om.* *B* **19** si in Christo est *om.* *A* confitetur cum se Christianum *om.* *A* **21** quoque *om.* *A* **22** ipso *scripsi* : Christo *AB* **23** et *sup. uers* *A*, ut *Vrs* ostendis *A* **27** quod enim est] quid enim ? *fort.* qui *A*, cum *B*
3 in Christo esse *B* se *om.* *A* **5** negabit *A*, negauit *B* **9** proinde *B* negatione negationem *B*, negationi negationem *Rig* **10** confessioni confessionem *A* **12** conditio *A* non *om.* *B* negotiationis *A* **13** deus *B* **16** ipse *B* **18** *ante* auspice *duae litterae perierunt in A ; Tertullianus tale quid scripsisse uidetur* non olim praesidem aliquem diabolo auspice proconsulem non olim improbo auspice *Hartelius* cum in *B* **19** negauero *B*, negabo *A* **21** quia *scripsi* : qua *AB* **23** confusionis *A corr.* **24** confessus *A* V 165

---

27 qui se ⟨esse⟩ *add. Castiglioni*
18 pro⌊bato⌋ auspice *Kroym., uel potius, cum Leo* : pro⌊consule⌋ auspice *AB*, *uindicat Hoppe, Beitr. 124* **21** qua V 165

ego confundar eum coram patre meo, qui est in caelis. Sciebat enim a confusione uel maxime formari negationem, mentis statum in fronte consistere, priorem esse pudoris quam corporis plagam.

X. **1.** Qui uero non hic, id est non intra hunc ambitum terrae nec per hunc commeatum uitae nec apud homines huius communis naturae confessionem putant constitutam, quanta V 166 praesumptio est aduersus omnem ordinem rerum in terris istis et in uita ista et sub huma⌊nis⌋ potestatibus experiundarum? Nimirum cum animae d⌊e corpori⌋bus excesserint et per singula tabulata caelorum de receptu ⌊dispi⌋ci coeperint et interrogari arcana illa haereticorum sacra⌊men⌋ta, tunc confitendum apud ueras potestates et ueros homine⌊s, T⌋eletos scilicet et Acinetos et Abascantos Valentini. **2.** Nostra⌊tes⌋ enim, inquiunt, nec ipse Demiurgus constanter homines proba⌊bat, quos⌋ stillicidium situlae et puluerem areae et sputamen et ⌊locustas⌋ deputauit, etiam inrationalibus iumentis adaequauit. ⌊Pla⌋ne, ita scriptum. Non tamen idcirco aliud hominis genus int⌊ellegen⌋dum praeter nos, quos, quia constat esse, comparatio⌊ne potuit⌋ || induere f. 63v salua et proprietate generis et singularitate. **3.** Neque enim si uita uitiata est, ut despectui iudicata despectis compararetur, statim natura sublata est, ut alia in nomine eius deputaretur. Atquin seruatur natura, etsi suffunditur uita, nec alios nouit Christus homines quam de quibus dicit: Quem me aiunt esse homines? Et: Quomodo uultis ut faciant uobis homines, ita et uos facite illis. **4.** Vide an seruauerit genus, a quibus et testimonium sui expectet et in quos iustitiae uicem mandat. Illos autem caelestes homines si expostulem mihi ostendi, facilius Aratus Persea et Cephea et Erigonam et Ariadnam inter sidera deliniabit. Quis autem prohibuit dominum illic etiam confessionem hominum faciendam manifeste determinare, ubi suam futuram ⌊aperte⌋ pronuntiauit, ut ita V 167 esset positum: qui in me confessus fue⌊rit coram⌋ hominibus in caelis, et ego in illo confitebor coram patre

---

18 Matth. 14, 15. **19** Matth. 7, 12; Luc. 6, 31. V 166
2 Matth. 10, 32. V 167

---

25 in caelis est *B* **26** negotiationem *A*
1 naturae communis *B* **3** et *prius om.* *A* subi *A* **4** excesserunt *A* **5** receptu *Lat* : recepto *B*, respecto *A*, praecepto *Rig* **6** archana *A* hereticorum *A* **7** theletos *Rig* et *om.* *A* Abascantos et Acinetos *Rig* : aginetos et abascantos *A*, Abascantos et Aginetos *B*, Abascantos et Ageratos *Vrs*, Abascantos et Agennetos *Iun* **8** ipse demiurgus *A*, ipsi eadem iurgiis *B* **9** probabit *B* probabat ueros esse (non esse *Pam*) *Pam*, *Rig* stilicidium *A* **10** aereae *A* **13** quos *Lat* : quod *AB* **14** singulatate *A* **15** adiudicata *fort.* dispectis *A* **17** adquin *A* **18** Christus *B*, dominus *A* **20** ita et uos *A*, et uos ita *B*, et ita uos *Rig* **23** Aratus *om.* *A* Persea et Cephea et *B*, perseacen et *A* aerigonā *A*, Erigonem *B* **24** Ariadnen *B* deliniabat *B* dñs *A* **25** manifeste *om.* *B* V 166
1 ut] at *Iun* **3** in caelis *om.* *A* in illum *B* V 167

meo, qui in ⌊caelis est⌋ ? **5.** Eripere me debuit ex isto terrenae confessionis errore, quam suscipi noluisset, si caelestem praecipisset, quia nullos alios homines noueram praeter incolas terrae, ne ipso quidem adhuc tunc in caelis homine conspecto. Quae porro fides rerum, ut post excessum ad superna subleuatus illic probarer, quo non nisi iam pro⌊batus⌋ inponerer, illic de receptu examinarer, quo nisi ad⌊mittendu⌋s peruenire non possem ? **6.** Christiano caelum ante patet ⌊quam u⌋ia ; quia nulla uia in caelum, nisi cui patet caelum ; quod qui attigerit, intrabit. Quas mihi potestates ianitrices adfirmas || iuxta Ro- f. 64
manam superstitionem, † Barnum quendam et Forculum et Limentinum ? Quas a cancellis ordinas potestates ? **7.** Si umquam legisti apud Dauid : *Auferte portas, principes, uestri, et subleuentur portae aeternae, et intrabit rex gloriae*, si item audisti apud Amos : *qui ascensum suum aedificat in caelos, et profusionem suam fundat in terras*, scito et ascensum illum exinde conplanatum uestigiis domini et introitum exinde reseratum uiribus Christi, nec ullam moram aut quaestionem in limine Christianis occursuram, qui non dinosci habe⌊ant il⌋lic, sed agnosci, nec interrogari, sed admitti. **8.** Nam etsi adhuc ⌊clau⌋sum putas caelum, memento claues eius hic dominum Petro et per eum ecclesiae reliquisse, quas hic unusquisque interrogatus atque ⌊con⌋fessus feret secum. Sed asseuerat diabolus illic confitend⌊um, ut⌋ suadeat hic negandum. Pulchra uidelicet documenta ⌊praemit⌋tam, bonas mecum claues feram, timorem eorum, qui solum corpus occidunt, animae V 168
autem nihil faciunt : commendatus ero huius praecepti desertione, honeste in caelestibus stabo, qui ⌊in terrenis⌋ stare non potui, sustinebo maiores potestates, qui minoribus cessi, merebor utique admitti iam exclusus. **9.** Suppetit adhuc dicere : si in caelestibus confitendum, et hic negandum est. Nam ubi alterum, ibi utrumque. Aemula enim quaeque concurrunt. Etiam persecutionem in caelis agitari oportebit, quae confessionis negationisue materia est. Quid itaque cessas, audacissime || hae- f. 64ᵛ

---

16 Ps. 24, 7. **18** Amos 9, 6.
1 cf. Matth. 10, 28. V 168

---

4 & ex *A* **5** si *Gel* : etsi *AB* **7** *ante* in *tres litterae perierunt* : tunc .. nō in *sic Hild** ; *fortasse dittographia olim fuit* **9** sublatus B probarer *Vrs* : prober *AB* **10** praecepto *A Bmg*, recepto *Vrs* exanimarer *A* **14** Cardum *Gel*, Cardeam *Pam*, Ianum *Rig*, Carnum *Hild* quandam *Pam* **16** legistis *A* uestras *B* **18** aedificat₊ *A* **19** promissionem *Bmg* cito *A* **21** reseruatum *B* **22** quaescionem *A* **24** eius *om.* *A* **25** dñs *A*
1 anime *A* **2** ero] ergo *uel* uero *Hartelius* **5** utique *A*, denique *B* **6** et hic *A*, uel *B*, est, hic *fort.* nam *A*, ne *B*, nae *Gel* **7** ibidem *B* **8** negationisuae V 168

5/6 si in caelestibus confitendum, et hic (*uel* illic *uel* istic) negandum est ? *Hartel* V 168

retice, totum ordinem Christianae concussionis in superna transferre et inprimis ipsum nominis odium illic collocare, ubi ad patris dexteram praesidet Christus ? **10.** Illic constitues et synagogas Iudaeorum, fontes persecutionum, apud quas apostoli flagella perpessi sunt, et populos nationum cum suo quidem circo, ubi facile conclamant : usque quo genus tertium ? **11.** Sed et fratres nostros et patres et filios et socrus et nurus et domesticos nostros ibidem exhibere debetis, per quos traditio disposita est ; item reges et praesides et armatas potestates, apud quas causa pugnanda est. Erit certe ⌊etiam⌋ carcer in caelo carens sole aut ingratis luminosus ⌊et uincu⌋la fortasse de zonis et eculeus axis ipse qui torquet. **12.** ⌊Tum si⌋ lapidandus Christianus, grandines aderunt, si urendus, fulmina prae manu sunt, si trucidandus, Orionis armati ma⌊nu⌋s operabitur, si bestiis finiendus, ursas septentrio emittet, zodiacus tauros et leones. Haec qui sustinuerit in finem, iste erit saluus. **13.** Ergone et finis in caelis et passio et occisio et prima confessio ? Et ubi caro omnibus istis necessaria ? Vbi corpus, quod solum ab hominibus habet occidi ? Haec nobis etiam ludicrum in modum certa ratio mandauit nec ullus obicem praescriptionis istius extrudet, ut non omnem ordinem persecutionis, omnem V 169
eius causam formam paraturam illuc transferre cogatur, ubi confession⌊i for⌋um dederit. **14.** Siquidem confessio a persecutione deducitur || et persecutio in confessione finitur nec possunt non f. 65
una sequi quae et aditum et exitum, id est initium finemque disponunt. P⌊or⌋ro et odium nominis hic erit et persecutio hic erumpit et traditio hic producit et interrogatio hic compellit et carnificina hic desaeuit ; at totum hunc ordinem in terris confessio uel negatio expungit. **15.** Igitur si cetera hic, nec confessio alibi ; si confessio alibi, nec cetera hic. Enimuero non alibi cetera, itaque nec confessio in caelo. Aut si aliam uolunt esse rationem interrogationis et confessionis caelestis, utique et ordinem suum illi struere debebunt alium longe et ab ista dispositione diuersum, quae s⌊crip⌋turis notatur. **16.** Et possumus dicere : uiderint, dum hic ⌊or⌋do terrenae interrogationis et confessionis ex mater⌊ia de⌋currens persecutionis et discordiae pu-

---

A **10** christiane *A* concusisionis *A corr.* **12** dextera *A* illi *B* **15** tertium *AB*, terrum *Vrs* sed et patrem et fratres et filios *A* **17** debebis *Vrs* **19** quas *B*, quos *A* pugnanda *B*, purganda *A Bmg* etiam *B*, & *A* **21** torqueat *Iun* **23** manus *Pam* : munus *AB* **24** septenario *A* mittaet *A*
2 causae *B* formam *scripsi* : firmam *AB* **3** confessionē *ut uidetur A* **8** at *scripsi* : et *AB* **9** expugit *A* **11** aliam *B*, iam *A* esse *A* **12** rationis *A* interrogationis et *om.* *A* caelestibus *A* **14** diuersumque scripturis *B* possimus *A* **16** ex *B*, et *A* V 169

---

16 patres et fratres et filios *Kroym.* **19** quos *A*, *merito tuet. Kroym.* purganda *A*, *merito tuet. Kroym.* **25/26** Ergone et finis in caelis : et passio et occisio ⟨ut⟩ et prima (*sc.* primordia, *cfr de bapt.* 4, 1 prima illa) : confessio ? *ita Kroym. Minime probo*
11/12 aut si iam uolunt esse rationes *Hartel*, *et melius Kroym.* : aut si suam uolunt esse rationem (*cfr l.* **13** ordinem suum) **13** illic *Hartel*, illi *tuet. Kroym.* V 169

blicae omni⌊no salu⌋us sit, sua e fide ut ita credendum sit, sicut et scribitur, ita intellegendum sit, sicuti auditur. Hic omnem ordinem sustinemus ipso domino ⌊non⌋ aliam regionem mundi destinante. Quid enim post confessionis et negationis terminum subiungit? **17.** *Ne putaueritis ⌊ue⌋nisse me, uti pacem mittam in terram, sed machaeram*, certe in terram. *Veni enim diuidere hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et socrum aduersus nurum suam, et inimici hominis domestici sui.* Sic enim efficitur, *ut tradat frater fratrem in mortem et pater filium et insurgant filii in parentes et mori* || f. 65v *eos faciant. Et qui sustinuerit in finem, iste sit saluus.* V 170 Adeo totus hic ordo dominicae machaerae non in caelum missae, sed in terram, illic constituit etiam confessionem, quae in finem sustinendo passura est mortem.

XI. **1.** Eadem igitur forma cetera quoque ad martyrii statum pertinere defendimus. *Qui pluris*, inquit, *fecerit etiam animam suam quam me, non est me dignus*, id est qui maluerit uiuere me negando quam mori confitendo, et, *qui animam suam inuenerit, perdet ill⌊am, qu⌋i uero perdiderit mei causa, inueniet illam.* **2.** Perinde ⌊enim in⌋uenit eam qui negat lucri faciendo uitam, ut perdet ⌊in gehe⌋nnam qui se putat negando lucri facere eam. Perdet autem ⌊eam ad prae⌋sens qui confessus occiditur, sed et inuenturus eam in ⌊uitam aete⌋rnam. **3.** Ipsi denique praesides cum cohortantur negationi, ⌊serua anim⌋am tuam! Dicunt, et, noli animam tuam perdere! Quomodo l⌊oquer⌋etur Christus, nisi quomodo tractaretur Christianus? Sed ⌊cum⌋ prohibet meditari responsionem ad tribunal, famulos suos ⌊instruit, s⌋piritum sanctum responsurum repromittit, et cum in carcere fra⌊trem uul⌋t uisitari, confessoris imperat curam, et cum deum uindictam f⌊actu⌋rum electorum suorum affirmat, passiones consolatur illo-

21 Matth. 10, 4 sqq. 26 ibid. 10, 21 sqq. V 169
6 Luc. 14, 26. 8 Matth. 10, 39. 18 cf. ibid. 10, 19. 19 cf. ibid. 25, 36. V 170
20 cf. Luc. 18, 7.

17 omnino *scripsi* : in no⌊men⌋, *AB* *post* sit *uirgulam posui, post* fide *sustuli* sua e fide *scripsi* : suae fidei *AB* ut *add. Vrs* **18** sicuti *B*, uti *A* **19** sustinemus *scripsi* : sustinens *AB*, sustineo *Gel* **20** destinante *Gel* : destinantem *AB* **22** sed macheram *A*, non ueni sed ut machaeram *B* **25** suam *om. A* homini *Gel*
1 iste *A*, hic *B* saluus erit *B* **2** totus *A Bmg*, tutus *B* hic *om. A* macherae *A*, maceriae *B* **3** terras *B* **6** inquid *A* **8** me *om. A* et *om. B* **9** perdit *A* **10** perdiderit illam *B* perinde *scripsi* : proinde *AB* **11** eam *A*, ille *B* negarit *B* ut perder *Iun* **13** et *om. B* **14** cohortantur *B*, ortantur *A* **15** et *A*, ei *B* **17** sed & *A* **19** carcerem *A* **20** confessoris *Gel* : confessuris V 170

17 in nomen saluus sit suae fidei *AB*, *merito tuet. Hartel*, in omne *eqs. coni. Castiglioni*
19 sustineas *Hartel*

rum, et⌊iam⌋ in parabola seminis post cespitem arefacti persecutio⌊num⌋ figurat ardorem. **4.** Haec si non ita accipiuntur, quemad⌊mod⌋um pronuntiantur, sine dubio praeter quam sonant sapiunt, et ⌊aliud in uo⌋cibus erit, aliud in sensibus, ut allegoriae, ut parabolae, ut aenigmata. Quem||cumque igitur con- f. 66 ceperint uentum argumentationis scorpii isti, quocunque se V 171 acumine inpegerint, una iam linea est, ad ipsas res prouocabuntur, an secundum scripturas transigantur. **5.** Siquidem tunc aliud significabitur in scripturis, si non id ipsum reperiatur in rebus. Quod enim scriptum est, hoc euenire oportebit. Porro tunc eueniet quod est scriptum, si non aliter eueniet. Ecce a⌊utem⌋ et odio habemur ab omnibus hominibus nominis causa, quom⌊odo⌋ et scriptum est, et tradimur etiam a proximis, quomodo et scr⌋iptum est⌊, et perducimur ad potestates et interrogamur et torquem⌊ur et⌋ confitemur et trucidamur, quomodo et scriptum est. Sic ⌊dominus edixit⌋. **6.** Si aliter edixit haec, cur non aliter eueniunt quae edix⌊it⌋, id est quemadmodum edixit? Atquin non aliter eueniunt quam edixit; ergo sicut eueniunt, ita edixit et sicut edixit, ita eueniunt. Nam nec licuisset aliter euenire quam edixit ⌊nec ip⌋se aliter edixisset quam euenire uoluisset. **7.** Ita non aliud s⌊ignifica⌋bunt scripturae istae quam in rebus recognoscimus: aut, si no⌊ndum⌋ aguntur illa quae praedicantur, quomodo haec quae aguntur praedicata non sunt? Non sunt enim haec praedicata qua⌊e agun⌋tur, si alia sunt quae praedicantur et non haec quae ag⌊un⌋tur. At nunc quia ipsa sunt in rebus quae in uocibus aliter ⌊dicta cre⌋duntur, quid fieret, si aliter facta inuenirentur? **8.** Sed ⌊haec erit⌋ peruersitas fidei, probata non credere, non probata p⌊raesume⌋re. Cui peruersitati illud quoque opponam, ut, si haec, q⌊uae sic aguntur⌋ quemadmodum scripta sunt, non erunt ipsa quae praedic⌊antur, alia quo⌋que non debeant sic agi quemadmodum scripta sunt, n⌊e et ipsa horum⌋ || exemplo f. 66v periclitentur excludi, siquidem aliud in uocibus, aliud in rebus est, et relinquitur nec praedicata uideri, cum euenerint, si

22 cf. Matth. 13, 3sq.

AB **22** sermonis *A* in persecutionum *AB* ; in *om. Gel* **25** erit aliud in sensibus *om. A* **26** ut parabolae *B*, et parabole *A* enigmata *A* quemcunque *B*, quācumque *A*, quodcunque *Iun*
1 uentum *AB*, uenenum *Iun* **4** significabatur *A* **5** uenire *A* **6** est *A*, et V 171 *B* aliud *A* **8.9.11** et *ante* scriptum est *om. A* **11** sicut *A* **12** quae *A*, quam *B* id est– **15** euenire quam edixit *om. A* **15** licuisset et *B* ; et *del. Gel* **17** istae *om. A* recognoscitur *Gel* at *Gel* **18** haec quae aguntur *Gel* : aguntur haec quae *B*, aguntur (quae) *A* **21** nunc quia] cum *Ciacconius* et in *B* **22** acta *B* **23** erit *B*, est *Rig* **26** alia *scripsi* : illa *B* quoque *Oehlerus* : quae *B*, (que) *A* **28** aliut *A* **29** et *om. A*, ita *Iun* euenerit *A*

26 illa *B*, *tuet. Kroym.* V 171

aliter praedicantur, quam euenire habent. Et quomodo cre- V 172 dentur quae non erunt praedicata ⟨quia non ita sunt praedicata⟩ quomodo eueniunt? Ita haeretici quae praedicantur non ut probata sunt credendo ea quae nec ⌊p⌋raedicata sunt credunt.

XII. **1.** Quis nunc medullam scripturarum ⌊m⌋agis nosset, quam ipsa Christi schola? Quos et sibi discipulos dominus ⌊ado⌋ptauit omnia utique edocendos et nobis magistros adordina⌊uit o⌋mnia utique docturos. Cui potius figuram uocis suae decla⌊rasset, qu⌋am cui effigiem gloriae suae reuelauit, Petro Iohan⌊ni Iacobo⌋ et postea Paulo, quem paradisi quoque conpotem ⌊fecit ante⌋ martyrium? An et illi aliter, quam sentiunt, scribunt, ⌊fallaciae⌋ magistri, non ueritatis? **2.** Petrus quidem ad Ponticos, ⌊quanta en⌋im, inquit, gloria, si non delinquentes ut puniamini sustine⌊tis? Ha⌋ec enim gratia est, in hoc et uocati estis, quoniam et Christus passus ⌊est pro nobi⌋s, relinquens uobis exemplum semetipsum, uti adsequa⌊mini ues⌋tigia ipsius. **3.** Et rursus: dilecti, ne epauescatis usti⌊onem, quae⌋ agitur in uobis in temptationem, quasi nouum accidat ⌊uobis. Et⌋enim secundum quod communicatis passionibus Christi, ⌊gaudete, u⌋ti et in reuelatione gloriae eius gaudeatis exultan⌊tes. Si dedec⌋oramini in nomine Christi, beati estis, quod gloria et dei ⌊spiritus requiesc⌋it in uobis, dum ne quis uestrum patiatur ut homicida ‖ aut fur f. 67 aut maleficus aut alieni speculator, si autem ut Christian⌊us⌋, ne erubescat, glorificet autem dominum in nomine isto. **4.** Iohannes ue⌊ro, ut⌋ etiam pro fratribus nostris animas ponamus, hortatur negans ⌊ti⌋morem esse in dilectione. Perfecta enim dilectio foras abicit timorem, quoniam timor poenam habet, et qui timet non est perfectus V 173 in ⌊di⌋lectione. **5.** Quem timorem intellegi praestet, nisi negationis ⌊aucto⌋rem? Quam dilectionem perfectam adfirmat, nisi fugatricem tim⌊o⌋ris et animatricem confessionis? Qua poena timore⌊m puniat⌋, nisi quam negator relaturus est cum corpore

13 1 Petr. 2, 20 sqq. **17** ibid. 4, 12 sqq. **29** 1 Ioh. 4, 18. V 172

2 eriot *A* quia non ita erunt (*immo* sunt) praedicata *add. Rig* **3** quodo *A* V 172 heretici que *A* **4** ne *A* **5** qui *A* medullas *B* **7** adordinauit *A*, ordinauit *B* **8** utaque *A corr.* **13** inquit *om. A* delinquentes ut *scripsi*: ut delinquentes *AB* si ⟨ut delinquentes et colaphizati sustinetis? sed si⟩ non ut delinquentes punimini et sustinetis, haec gratia *Harnackius* **17** dilectione expauescatis *B* **23** quoniam *Gel* gloriae *Iun* requiescet *B* **24** ut *om. A* **26** dm̄ *A* **27** uero ut *B*, ue .. *A*; *Hild uoculam* ut *ab A afuisse coniecit*
2 praestat *B* **4** qua poena timorem *Aug. Neander*: quam poenam timore *AB* V 173

2/3 *Rigaltii interpolationem merito secl. Kroym.* **13** inquit] *merito secl. Hartel* **27** ut] V 172 *merito secl. Hartel*

et a⌊nima occi⌋dendus in gehenna? Quodsi pro fratribus, quanto magis ⌊pro⌋ domino moriendum docet, satis de apocalypsi quoque sua ⌊instructus⌋ haec suadere? **6.** Mandauerat etenim spiritus ad angelum ec⌊clesiae S⌋myrnaeorum: Ecce diabolus ex numero tuo coniciet ⌊in carce⌋rem, ut temptemini diebus decem. Esto fidelis ad mo⌊rtem usque, et da⌋bo tibi uitae coronam. **7.** Item ad Pergamenorum de Anti⌊pa, fide⌋lissimo martyre, interfecto in habitatione sata⌊nae. Item⌋ ad Philadelphenorum, quod a temptatione ultima libe⌊raretur,⌋ qui domini nomen non negarat. **8.** Exinde uictoribus qu⌊ibusque promittit⌋ nunc arborem uitae et mortis ueniam secundae, nun⌊c latens man⌋na cum calculo candido et nomine ignoto, nunc f⌊erreae uir⌋gae potestatem et stellae matutinae claritatem, n⌊unc albam uesti⌋ri nec deleri de libro uitae et columnam fieri in dei te⌊mplo in nomine⌋ ‖ dei et domini et Hieru- f. 67v salem caelestis inscriptam, nunc residere cum domino ⌊in⌋ throno eius, quod aliquando Zebedaei filiis negabatur. **9.** Quinam isti tam beati uictores, nisi proprie martyres? Illorum etenim uictoriae, quorum et pugnae, eorum uero pugnae, quorum et sanguis. Sed et ⌊in⌋terim sub altari martyrum animae placidum quiescunt et fiducia ultionis patientiam pascunt et indutae stolis candi⌊d⌋am claritatis usurpant, donec et alii consortium illorum gloriae impleant. **10.** Nam et rursus innumera multitudo albati et V 174 palmis uictoriae insignes reuelantur, scilicet de Antichristo triumphantes, ⌊sicut u⌋nus ex presbyteris, hi sunt, ait, qui ueniunt ex illa pres⌊sura m⌋agna et lauerunt uestimentum suum et candidauerunt ⌊ipsum in sang⌋uine agni. Vestitus enim animae caro. Sordes qui⌊dem bap⌋tismate abluuntur, maculae uero martyrio candi⌊dantur⌋. Quia et Eseias ex russeo et coccino niueum et laneum ⌊reprom⌋ittit. **11.** Magna etiam Ba-

9 Apoc. 2, 10. 12 sq. **12** cf. Apoc. 2, 3. **22** cf. Matth. 20, 20 sq. V 175
3 Apoc. 7, 14. **7** cf. Es. 1, 18. V 174

6 gehennam *B* **7** apocalipsi *A* **9** smyrneorum *A* **10** coniicit *B* **11** mortem usque et dabo *B*, mo .... bo *A*; usque *afuit ab A* **14** filadelphenorū *A* **15** uictorib : qu .... *A*, uictori cuique *B*; *Oehlerus* quibusque *A habuisse intellexit* **21** inscripta *A* dō *A* **22** zebedei *A* **23** propriae *A* **26** ultionis ultionis *A* patientiam pascunt et indutaest olis *A*, patientiam pascunt et indutae stolis *Bmg*, *om. B* **27** candidam *A Bmg*, candidae *B* usurpant donec et alii *B*, susurañt onec (*ante* o *lacuna unius litterae*) alii *A* illarum *B*
1 albatris *B* **2** uictoria *B* triumfantes *A*, triumphales *B* **3** presbiteris *A* V 174 uenerunt *A* **4** pręs(sura) *A* **6** et qui(dem) *A* macule *A* **7** rufo *B* **8** coctino *A*

3/7 *sic legitur in cod. Casin 384 (saec. IX-X), f. 47 (cfr A. Amelli, in Misc. Geronimiana,* V 174 *Romae, 1920, p. 178)*: Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine Agni. Vestitus animae, caro est, maculis quidem baptismate abluitur a sordibus, martyrio uero candidatur

bylon cum describitur ebria ⌞sanctorum⌟ cruore, sine dubio ebrietas eius martyriorum poculis ⌞ministra⌟tur, quorum formido quid relatura sit aeque osten⌞ditur. Inter⌟ omnes enim reprobos, immo ante omnes, timidi. Timidis autem, inquit, ⌞dehinc c⌟eteris particula in stagno ignis et sulfuris. Sic timor [⌞in epistola] ei⌟us, quem dilectio foras abicit, habet poenam.

XIII. **1.** Paulus ⌞uero apo⌟stolus de persecutore, qui primus ecclesiae sanguinem ⌞fudit, postea⌟ gladium stilo mutans et conuertens machaeram in ara‖trum, lupus rapax Beniamin, dehinc f. 68 ipse adferens escam secundum Iacob, qualiter martyria iam et sibi optabilia commendat! **2.** Cum de Thessalonicensibus gaudens, uti, inquit, gloriemur in uob⌞is⌟ in ecclesiis dei pro tolerantia uestra et fide in omnibus persecu⌞tio⌟nibus et pressuris, quibus sustinetis ostentamen iusti iudi⌞cii⌟ dei, ut digni habeamini regno eius, pro quo et patimini. **3.** Sic⌞ut⌟ et ad Romanos: non solum autem, uerum etiam exultantes in pressuris, certi, quod pressura tolerantiam perficiat, tole⌞ran⌟tia uero probationem, probatio autem spem, spes uero non confundit. **4.** Et rursus: quodsi filii et heredes, heredes quidem dei, V 175 coheredes ⌞ue⌟ro Christi; siquidem compatimur, uti et cum illo ⌞glori⌟ficemur. Reputo enim passiones huius temporis non es⌞se dig⌟nas ad gloriam, quae in nos habeat reuelari. Et ideo p⌞ostmo⌟dum, quis, inquit, separabit nos a dilectione Christi? P⌞ressura an⌟ angustia an famis an nuditas an periculum an ⌞machaera? Se⌟cundum quod scriptum est: tua causa mortificamur to⌞ta die⌟; deputati sumus ut pecora iugulationis, sed in omni⌞bus istis⌟ superuincimus pro eo qui nos dilexit. Persuasum ⌞enim ha⌟bemus, quod neque mors neque uita neque uirtus ⌞neque sub⌟limitas neque profundum neque alia condicio poterit no⌞s a dilec⌟tione dei separare, quae est in Christo Iesu domino nostro. **5.** Sed et ⌞Corinthii⌟s passiones suas enumerans patiendum utique praefini⌞uit: in ‖ la⌟boribus abundantius, in carceribus plu- f. 68v

12 Apoc. 21, 8. **21** 2 Thess. 1, 3. 4. **25** Rom. 5, 3 sqq. 11.
1 Rom. 8, 17 sqq. 35. **16** 2 Cor. 11, 23 sqq. V 175

12 timidi *add. Oehlerus* inquid *A* **13** sulfuris *A* **14** eius in epistola *Gel uerba* in epistola *seclusi* **18** macheram *A* **19** adferens ipse *Gel* etiam escam *B* **20** de *om. A* **21** inquid *A* **23** praessuris *A sic fere semper* **26** certe *B* praestolerantiam *A* **27** perfici *B* V 175
1 heredes quidem *om. A* **2** compatimur *Gel* : compatiamur *AB* **3** passionis *A* **4** *sq.* in nobis reuelabitur *A* inquid *A* **7** fames *B* machaera *B*, gla .... *A* **8** est scriptum *B* tui *B* **9** deputati⁎ *A* **12** profunditas *B* **13** conditio *A* **14** et *om. B* **15** paciendū *A* **16** in carceribus plurimum *om. A*

rimum, in mortibus saepius, a Iudaeis quinquies quadragenas citra unam accepi, ter uirgis caesus, semel lapidatus, et reli⌞q⌟ua. **6.** Quae si magis incommoda quam martyria uidebuntur, tamen rursus, propter quod, inquit, boni duco in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. **7.** Etiam in superioribus: qui in omnibus tribulemur, sed non coangustemur, et ⌞i⌟ndigeamus, sed non perindigeamus, qui persecutionibus ⌞agitemu⌟r, sed non derelinquamur, qui deiciamur, sed non ⌞per⌟eamus, semper mortificationem Christi in corpore nostro cir⌞cumferente⌟s. Sed etsi, inquit, exterior homo noster uitiatur, V 176 ⌞caro scilic⌟et ui persecutionum, sed interior renouatur die et di⌞e, ani⌟ma scilicet spe promissionum. **8.** Nam quod ad praesens ⌞tempora⌟le et leue pressurae nostrae per supergressum in super⌞gressum⌟ aeternum pondus gloriae perficit, nobis non intuenti⌞bus qu⌟ae uidentur, sed quae non uidentur. Quae enim uiden⌞tur tem⌟poralia, de incommodis dicens, quae uero non uidentur aeterna, de praemiis spondens. **9.** Thessalonicensibus ⌞uero de ui⌟nculis scribens utique beatos affirmauit quibus ⌞donatum e⌟sset non tantum credere in Christum, sed etiam pro ipso pati. ⌞Eundem, in⌟quit, agonem habentes quem in me et uidistis et nunc ⌞auditis⌟. Nam etsi libor super sacrificium, gaudeo et congaudeo ⌞omnibus uob⌟is, perinde et uos gaudete et congaudete mihi. ‖ **10.** Vides, quam martyrii definiat felici- f. 69 tatem, cui de gaudio mutuo adquirit sollemnitatem. Vt proximus denique uoti sui factus est, qualiter de prospectu eius exultans scribit Timotheo: ego enim libor iam, et tempus diiunctionis instat; agonem bonum decertaui, cursum consummaui, fidem custodiui; superest corona, quam mihi dominus illa die reddet, scilicet passionis. **11.** Satis et ips⌞e supra⌟ allocutus: fidelis sermo. Si enim commortui sumus Christo, et ⌞conui⌟uemus, si sufferimus, et conregnabimus, si negauerimus, et ⌞il⌟le nos negabit: si non credimus, ille fidelis est, ne-

20 ibid. 12, 10. **23** ibid. 4, 8 sqq.
1 2 Cor. 4, 16 sqq. **11** Phil. 2, 17 sqq. **18** 2 Tim. 2, 6 sqq. **22** ibid. 2, 11. V 176

18 quadragenas *B*, .L. *A* **20** uidebantur *A* inquid *A* **21** iniuris *A* **22** xp̄o *A* **23** tribulemur sed non *om. A* **24** congustemur *B* **25** qui *scripsi* : quoniam *AB*, qui etiam *Iun* derelinquemur *A corr.* **26** ... camur *A corr.*
5 in supergressum *A*, insuper per *B* **8** praemiis *B*, promissis *A* **9** thesasalonicensibus *A corr.*, philippensibus *Pam* **11** Christum *B*, ihm̄ *A* pati pro ipso *B* **12** *prius* et *om. B* **13** audistis *Rig* **16** de *om. A* sollempnitatē *A* proximis *B* **18** exultat scribens *B*, exultat dicens *Gel* iam libor *B* **19** diiunctionis *A*, disiunctionis *Bmg*, deuersionis *B* insistit *B* **25** negabit nos *A* V 176

gare se non ⌞po⌟test. Ne ergo confundaris martyrium domini nostri, neque me uinctum ⌞eius⌟; quia praedixerat: non enim dedit nobis deus spiritum timoris, ⌞sed uirtu⌟tis et dilectionis et sanae mentis. **12.** Virtute enim patimur V 177 ex ⌞di⌟lectione in deum, et sana mente, cum ob innocentiam pati⌞mur⌟. Sed et sicubi tolerantiam praecipit, quibus magis eam q⌞uam passi⌟onibus prospicit? Sicubi ab idololatria diuellit, quid e⌞i magis⌟ quam martyria praeuellit?

XIV. **1.** Plane monet Romanos ⌞omnibus⌟ potestatibus subici, quia non sit potestas nisi a deo, et ⌞quia non si⌟ne causa gladium gestet, et quia ministerium sit dei, sed ⌞et ultrix, inquit, in i⌟ram ei qui malum fecerit. Nam et praemiserat: Principes e⌞nim non sunt⌟ timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potes⌞tatem⌟, fac bonum, et laudem ab ea referes. Dei ergo ministra est t⌞ibi in bo⌟num. Si uero malum facias, time. **2.** Ita non in occasione frustra⌞ndi⌟ || martyrii iubet te subici potestatibus, sed f. 69v in prouocatione bene uiuendi, etiam sub illarum respectu, quasi adiutricum iustitiae, quasi ministrarum diuini iudicii hic etiam de nocentibus praeiudicantis. Dehinc et exequitur, quomodo uelit te subici potestatibus, reddite, iubens, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, id est quae sunt Caesaris Caesari, et quae dei deo; solius autem dei homo. **3.** Condixerat scilicet Petrus regem quidem honorandum, ut tamen ⌞t⌟unc rex honoretur, cum suis rebus insistit, cum a diuinis hono⌞ribu⌟s longe est; quia et pater et mater diligentur cum deo, ⌞non⌟ conparabuntur. Ceterum super deum diligere nec animam lice⌞bit⌟.

XV. **1.** Num ergo et apostolorum litterae mobiles? Et nos usque⌞quaqu⌟e simplices animae et solummodo columbae libenter erran⌞tes? Cre⌟do uiuendi cupiditate. Ita uero sit, ut recedant V 178 a litte⌞ris suis⌟ sensus. Quae tamen passos apostolos scimus, manifes⌞ta doct⌟rina est. Hanc intellego solam Acta decurrens, ni⌞hil qua⌟ero. **2.** Carceres illic et uincula et flagella et saxa et ⌞gla⌟dii et impetus Iudaeorum et coetus nationum et tribunorum

26 ibid. 1, 8. **28** ibid. 1, 7.
6 cf. Rom. 13, 1 sqq. **8** ibid. 13, 4. **10** ibid. 13, 3. **18** ibid. 13, 7. cf. Matth. 22, 21. **21** cf. 1 Petr. 2, 13. V 177

26 martyrium *Gel* : martyrio *AB* **27** nostri *om. A* me *om. A* **28** timiditatis *B*
3 praecipit *A* (i *in ras.*) **7** et *om. B* **8** gestat *A* ministra *B* et *add. Gel* : *afuit etiam ab A* **9** (i)ra *A* ei *om. A* feecerat *A corr.* **10** timoris *A*, timores *Oehlerus* bono operi sed malo *B* **11** bonum fac *B* **12** hab *A* minister *A*, ministerium *Hild* **16** adiutricum tributum *A*, adiutricum tributarum *Oehlerus* ministrum *A* **18** te *om. A* reddite *A*, reddere *B* **20** di *A* solius *Vrs* : solus *AB* **24** deliguntur *A* **25** diligi *A* **26** nunc *A* mobiles *Vrs* : nobiles *AB*, nubilae *Iun* V 177
2 sui *Vrs* V 178

⌞elogia⌟ et regum auditoria et proconsulum tribunalia et Cae⌞saris nomen⌟ interpretem non habent. Quod Petrus caeditur, ⌞quod⌟ Stephanus opprimitur, quod Iacobus immolatur, quod Pau⌞lus dis⌟trahitur, ipsorum sanguine scripta sunt. **3.** Et si fidem f. 70 commenta⌞rii uol⌟uerit haereticus, instrumenta imperii loquentur, || ut lapides Hierusalem. Vitas Caesarum legimus: orientem fidem Romae primus Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci adstringitur. Tunc Paulus ciuitatis Romanae consequitur natiuitatem, cum illic martyrii renascitur generositate. **4.** Haec ubicumque iam legero, pati disco; nec mea interest, quos sequar martyrii magistros, sensusne an exitus apost⌞olorum⌟, nisi quod et sensus in exitibus recognosco. Nihil enim passi fui⌞ssent⌟ quod non prius patiendum esse scissent. Cum uincula Paulo Agabus gestu quoque prophetasset, discipuli flentes et orantes, ⌞ne se⌟ Hierosolyma committeret, frustra orauerant. **5.** Ille ⌞enim quod sem⌟per docuerat animatus, quid fletis, inquit, et contristatis ⌞cor⌟ meum? At ego non modo uincula Hierosolymis pati optauerim, uerum etiam mori pro nomine domini mei Iesu Christi. Atque ita cesserunt dicendo: Fiat uoluntas domini; fidentes scilicet passione⌞s ad dei uo⌟luntatem pertinere. **6.** Non enim dehortationis consilio, sed dilectionis retinere temptauerant, ut apostolum desiderantes, n⌞on⌟ ut martyrium dissuadentes. Quodsi iam tunc Prodicus aut Valentinus adsisteret suggerens non in terris esse confitendum apud homines, minus uereor ne deus humanum sanguinem ⌞sitiat nec⌟ Christus uicem passionis V 179 quasi et ipse de ea salutem consecut⌞urus ex⌟poscat, statim audisset a seruo dei quod audierat diabolus ⌞a domino⌟: recede satana, scandalum mihi es. Scriptum ⌞est⌟ || do- f. 70v minum deum tuum adorabis et illi soli seruies. **7.** Sed et nunc audire debebit, quatenus multo post uenena ista suffudit, nulli infirmorum facile nocitura, nisi si qui non hanc nostram ex fide praebiberit uel etiam superbiberit potionem.

21 Act. 21, 13 sqq. V 178
3 Matth. 16, 23. 4, 10. V 179

7 editur *Rig* **10** commentarii *Rig* : commentari *B* hereticus *ex* hereticos *A* **12** Rome *A* **18** paciendum *A* sensissent *B* **21** orauerunt *B* **23** optaueram *A* **24** mei *om. A* **26** ad uoluntatem dei *B* **29** Prodicus *Gel* : prodigus *AB* **30** confitendum *A*, conandum *B* minus *om. Gel* uereor, ne *Hartelius* : uero ne *A*, uero nec *B*, quod nec *Gel*, ueros nec *fort.*
3 diabolus a domino *B*, ... (a domino deo?) diabolus *A* **4** sathanas *B* **7** nocitura, nisi *Mercerus* : nisi nocitura *B*, si nocitura *A*, nocitura *Gel* quis *B* non *om. B* **8** DE :SCORPIACE :EXPLICIT : *A* V 179

18 sensissent *coni. Castiglioni* **30** homines minus ueros, ne *Kroym.* (*cfr p. 166, l. 4 sqq.*) V 178

XXIII

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE IDOLOLATRIA

CVRA ET STVDIO

A. REIFFERSCHEID ET G. WISSOWA

MONITVM

A codex Parisinus Latinus 1622, saec. IX (Agobardinus). Folia in margine adnotantur.

⌊ ⌋ litterae his uncinis inclusae in *A* uetustate euanuerunt.

B editio princeps Martini Mesnartii, Parisiis, 1545.
Bmg lectiones marginales editionis Parisiensis.
Gel. editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550.
Pam. editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Iun. editio Francisci Iunii, Franekerae, 1597.
Rig. editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.

Hartel (in apparatu superiore :) coniecturae Hartelii apparatui editionis Augusti Reifferscheid insertae ;
(in apparatu inferiore :) Gulielmus von Hartel, *Patristische Studien*, I, Vindobonae, 1890 (*Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philos.-hist. Classe*, Bd. CXX, Heft 6).

Kroym. Aemilius Kroymann, *Quaestiones Tertullianae criticae*, Oeniponte, 1894.

In apparatu inferiore emendationes et coniecturae adnotantur Hartelii, Kroymanni aliorumque. Ceterum exhibemus textum Augusti Reifferscheid, quem anno 1890 Vindobonae euulgauerunt Gulielmus von Hartel et Georgius Wissowa in t. XX C. S. E. L. Paginae editionis Vindobonensis (V) indicantur in margine. Item folia codicis Agobardini.

DE IDOLOLATRIA V 30

I. **1.** Principale crimen generis humani, summus saeculi reatus, f. 105v tota causa iudicii idololatria. Nam etsi suam speciem tenet unumquodque delictum, etsi suo quodque nomine iudicio destinatur, in idololatriae tamen crimine expungitur. Omitte titulos, opera recognosce. Idololatres idem homicida est. Quaeris quem occiderit ? Si quid ad elogii ambitionem facit, non extraneum nec inimicum, sed ipsum se. Quibus insidiis ? Erroris sui. Quo telo ? Offensa dei. Quot plagis ? Quotquot idolo⌊latriis⌋. **2.** Qui negat idololatren perisse, is negabit idolola⌊tren⌋ homicidium fecisse. Perinde adulterium et stu⌊prum⌋ in eodem recognoscas ; nam qui falsis deis seruit, si⌊ne dub⌋io adulter est ueritatis, quia omne falsum adulterium est. Sic et stupro mergitur. Quis enim ⌊immun⌋dis spiritibus cooperator non conspurcatus et cons⌊tupr⌋atus incedit ? Atque adeo scripturae sanctae stupri uoca⌊bulo⌋ utuntur in idololatriae exprobratione. **3.** Fraudis condi⌋cio ea est, opinor, si quis alienum rapiat aut alii debitum ⌊deneget⌋, et utique erga hominem admissa fraus maxi⌊mi crimi⌋nis nomen est. At enim idololatria fraudem deo ⌊facit⌋ honores illi suos denegans et conferens aliis, ut frau⌊di etiam⌋ contumeliam coniungat. Quodsi tam fraus quam ‖ stuprum atque adulterium f. 106 mortem afferunt, iam in his ⌊aeque⌋ idololatria de homicidii reatu non liberatur. **4.** Post talia crimina, tam exitiosa, tam deuoratoria salutis cetera quoque aliquem ad modum et V 31 seorsum perinde disposita in idololatria condicionem suam repraesentant. In illa et concupiscentia⌊e⌋ saeculi. Quae enim idololatriae sollemnitas sine ambitione cultus et ornatus ? In illa lasciuiae et ebrietatis, cum plurimum uictus et uentris et libidinis causa frequententur. In illa iniustitia. Quid enim iniustius ea quae iustitiae patrem nescit ? In illa etiam uanitas, cum tota eius ratio uana sit. I⌊n⌋ illa mendacium, cum tota substantia eius mendax ⌊sit. **5.** Ita⌋ fit, ut omnia in idololatria et in omnibus idolola⌊tria de⌋prehendatur. Sed et alias, cum uniuersa delicta ⌊aduer⌋sus deum sapiant, nihil autem, quod ad-

---

5 quodque *Iun, Scal* : quoque *AB* **7** opera *Lat* : operas *AB* item *Oehlerus* V 30 **8** occident *B* **9** se ipsum *B* quod telo *A* **11** negauit *A* **12** perinde *Gel* : proinde *AB* **13***sq.* ueritatis — est *om. A* **14** in stupro *B* **15** cooperator *ABmg*, operatus *B* conspurgatus *A* **18** est *om. A* **19** arga *A* **20** at enim ad *A* deo *om. A* **23** aeque] *tres litterae fuerunt A* **24** homicidi *A*

1 ad aliquem ad *A*, ad aliquem *B* **2** perinde *scripsi* : proinde *AB* conditionem *A sic fere semper* repraesentat *AB* **4** sollempnitas *A* **8** mendatium *A* **10** deprachendatur *A* **11** dominum *B* V 31

---

18 est] *om. A, prob. Hoppe, Beitr. 45* V 30

uersus deum sapiat, ⌊non⌋ daemoniis et immundis spiritibus deputetur quibus ⌊idola⌋ mancipantur, sine dubio idololatrian admittit qui⌊cun⌋que delinquit. Id enim facit quod ad idolorum man⌊cipes per⌋tinet.

II. **1.** Sed uniuersa nomina criminum discedant ⌊in ope⌋rum suorum proprietates, remaneat idololat⌊ria in⌋ eo quod ipsa est. Sufficit sibi tam inimicum deo nom⌊en, tam⌋ locuples substantia criminis, quae tot ramos porrigit, tot uenas diffundit, ut de hoc cum maxime materia || suscepta sit, quot modis nobis praeca- f. 106v uenda sit idololatriae latitudo, quoniam multifariam seruos dei nec tantum ignorata, sed etiam dissimulata subuertit. **2.** Plerique idololatrian simpliciter existimant his solis modis interpretandam, si quis aut incendat aut immolet aut polluceat aut sacris aliquibus aut sacerdotiis obligetur, quemadmodum si quis existimet adulterium in osculis et in amplexibus et in ipsa carnis congressione censendum aut homicidium in sola sanguinis profusione et in animae ereptione reputandum. **3.** At enim, dominus quam ⌊e⌋xtensius ista disponat, certi sumus, cum adulterium etiam in con⌊cupisc⌋entia designat, si oculum quis impegerit libidinose et ⌊anima⌋m commouerit impudice, cum homicidium V 32 etiam in ⌊uerbo⌋ maledicti uel conuicii iudicat et in omni impetu irae ⌊et in ne⌋glegentia caritatis in fratrem. **4.** Sicut Iohannes do⌊cet ho⌋micidam esse qui oderit fratrem. Alioquin in ⌊modi⌋co consisteret et diaboli ingenium de malitia et dei do⌊mini⌋um de disciplina, qua nos aduersus diaboli latitudines munit, ⌊si in his⌋ tantum delictis iudicaremur, quae etiam nationes d⌊ecre⌋uerunt uindicanda. **5.** Quomodo abundabit iustitia ⌊nostra su⌋per scribas et pharisaeos, ut dominus praescripsit, nisi abundantiam aduersariae eius id est iniustitiae perspexerimus? Quod si caput iniustitiae idololatria est, || prius est, uti aduersus abundantiam f. 107 idololatriae praemuniamur, dum illam non solum in manifestis recognoscim⌊us⌋.

III. **1.** Idolum aliquamdiu retro non erat. Priusquam huius mo⌊ns⌋tri artifices ebullissent, sola templa et uacuae aedes er⌊ant⌋, sicut in hodiernum quibusdam locis uetustatis uestigia permanent. Tamen idololatria agebatur, non in isto nomine, sed in

3 cf. 1 Ioann. 3, 15. V 32

13 idololatriam *B sic fere semper* **17** remaneant. Idololatria *A* **19** diffundit *Vrs, Rig* : defundit *AB* **23** existimant his *B*, existimantes *A* interpretandam *A* **24** quid *A* polluceat *Pam* : proluceat *AB* **25** sacerdotiis *Bmg*, sacerdotibus *AB*
2 conuicii iudicii iudicat *B*, al. deest iudicii *Bmg* **5** dominium *Iun* : domini *AB* V 32 **6** latitudines *Vrs, Rig* : altitudines *AB* innuit *B* in *A non habere uidetur* **10** capud *A* **12** in *om. B* **14** aliquandiu *A* **15** ebulissent *A* **17** non isto (in

5 dominium] domini (*sc.* ingenium) *AB*, *tuet. Kroym.* **6** altitudines *AB*, *tuet. Hartel* V 32

isto opere. Nam et hodie extra templum et sine idolo agi potest. **2.** At ubi artifices statuarum et imaginum et omnis generis simulacrorum diabolus saeculo intulit, rude illud negotium humanae calamitatis et nomen de idolis consecutum est et profectum. Exinde iam caput facta est idololatriae ars omnis ⌊quae⌋ idolum quoquomodo edit. Neque enim interest, an p⌊lastes⌋ effingat, an caelator exculpat, an phrygio detexat, quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, an lap⌊ide, an⌋ aere, an argento, an filo formetur idolum. **3.** Quando ⌊enim⌋ et sine idolo idololatria fiat, utique, cum adest idolum, ⌊nihil⌋ interest, quale sit, qua de materia, qua de effigie, n⌊e qui pu⌋tet id solum idolum habendum, quod humana effig⌊ie sit con⌋secratum. **4.** Ad hoc necessaria est uocabuli interpretatio. ⌊Εἶδος⌋ Graece formam sonat; ab eo per diminutionem εἴδωλον de⌊ductum⌋; aeque apud V 33 nos forma formulam fecit. Igitur omnis forma uel formula idolum se dici exposcit. Inde idololatria omnis circa || omne f. 107v idolum famulatus et seruitus. Inde et omnis idoli artifex eiusdem et unius est criminis, nisi parum idololatrian populus admisit, quia simulacrum uituli et non hominis sibi consecrauit.

IV. **1.** Idolum tam fieri quam coli deus prohibet. Quanto praecedit, ut fiat quod coli possit, tanto prius est, ne fiat, si coli non licet. Propter hanc causam, ad eradicandam scilicet materiam idololatriae, lex diuina proclamat, n e f e c e r i s i d o l u m, et coniungens, n e q u e s i m i l i t u d i n e m e o r u m q u a e i n c a e l o s u n t e t q u a e i n t e r r a e t q u a e i n m a r i, toto mundo eiusmodi artibus interdixit seruis dei. **2.** Antecesserat Enoch praedicens omnia elementa, omnem mundi censum, ⌊q⌋uae caelo, quae mari, quae terra continentur, in idololatrian ⌊uersu⌋ros daemonas et spiritus desertorum angelorum, ut pro deo ⌊aduer⌋sus deum consecrarentur. Omnia igitur colit humanus er⌊ror⌋ praeter ipsum omnium conditorem. Eorum imagines ido⌊la⌋, imaginum consecratio idololatria. Quicquid idolola⌊tria⌋ committit, in artificem quemcumque et cuiuscumque idoli deputetur necesse est. Denique idem Enoch simul et cultores ⌊ido⌋li et fabricatores in

10 Ex. 20, 2. Deut. 5, 8. V 33

om.) *A* **22** et inde *A* **24** celator *A* exsculpat *B* phrygrio testexat *A* **26** filo *Bmg*, figulo *AB* **28** quam *A* quam *A* **29** at *A* **30** hoc *om. A* edos *A* (?) grece *A*
1 deminutionem *Iun* idolum *A* *post* deductum *distinxi* deductum, quae (*sc.* diminutio) aeque *Hartelius* aput *A* **2** forma *addidi* **6** qui *B* hominis *A*, omnis *B* **7** tamen *A* **10** feceris *A*, feceritis *B* **13** Enoch *Rig* : enim hoc *AB* praedicens Enoch *Pam* **14** sensum *B* **15** continetur *A* **16** dominum *B* **19** quicquid idololatra *B* V 33

1/2 deductum aeque apud nos formulam *AB* (*cfr Isid. Orig. VIII, 11, 13*), *uindicat Waszink, Mnemosyne, 1935/6, p. 179 sq.* V 33

comminatione praedamnat. **3.** Et rursus : iuro uobis peccatores, quod in diem sanguinis perditionis tristitia parata est. Qui seruitis lapidibus et qui imagines facitis aureas et argenteas et ligneas et lapideas et fictiles et seruitis phantasmatibus et daemoniis et spiritibus infernis et omnibus ‖ erroribus non secundum scien- f. 108 tiam, nullum ab iis inuenietis auxilium. **4.** Esaias uero, testes, ait, uos estis, si est deus absque me. Et non V 34 erant tunc qui fingunt et exculpunt, omnes uani, qui faciunt libita sibi, quae illis non proderunt. Et deinceps tota illa pronuntiatio quam artifices, quam cultores detestatur. Cuius clausula est: cognoscite, quod cinis sit cor illorum et terra, et nemo animam suam liberare possit. † Vbi aeque Dauid et factores. Tales fiant, inquit, qui faciunt ea. **5.** Et quod ego, modicae memoriae homo, ultra quid suggeram ? Quid recolam de scripturis ? Quasi aut non sufficiat uox spiritus sancti aut ultra deliberandum sit, an maledixerit atque damnauerit dominus ipsos prius artifices eorum, quorum cultores maledicit et damnat ?

V. **1.** Plane impensius respondebo ad excusationes huiusmodi artificum, quos numquam in domum ⌊dei⌋ admitti oportet si quis eam disciplinam norit. Iam illa ob⌊ici soli⌋ta uox, non habeo aliud quo uiuam, districtius repercu⌊ti po⌋test : uiuere ergo habes? quid tibi cum deo est, si tuis legibus ui⌊uis⌋ ? Tum quod et de scripturis audent argumentari, dixisse apostolum: ut quisque fuerit inuentus, ita perseueret, possumus igitur omnes in peccatis perseuerare ex ista interpretatione. **2.** N⌊ec enim⌋ quisquam nostrum non peccator inuentus est, cum Christus non alia ex causa descenderit quam peccatorum liberandorum. Item eundem praecepisse dicunt secundum suum exemplum, uti manibus ‖ suis unusquisque operetur ad uictum. Si hoc f. 108v praeceptum ab omnibus manibus defenditur, credo et fures balneares manibus suis uiuere et ipsos latrones manibus agere

22 cf. Das Buch Henoch (ub. v. A. Dillmann, p. 72) 99, 6 sqq.
1 Es. 44, 8—9. **5** Es. 44, 20. **7** Ps. 115, 8. **18** 1 Cor. 7, 20. **23** 1 Thess. 4, 11. V 34

22 praedamnat prorsus : Iuro *Iun* **23** et perditionis *Iun*, *Rig* tristitia *A*, paenitentia *B* **26** demoniis *A* **27** infernis *Harrisius* : infamis *AB*, infamibus *Pam*, *Lat*, insanis *Urs*, in fanis *Oehlerus* **28** hab *A* escias *A*
4 pronunciatio *A* *bis* qua in *B* **6** terra] errant *Pam* **6** uti *Iun* **9** suffiat *A* **13** respondebimus *B* **15** eam] eius *Iun* **17** si tuis *A*, sit uis *B* ui⌊uis⌋ *A*, *om. B uulgo* **19** *distinctionem correxi* **20** interpraetatione *A* enim *A non habere uidetur*, *om. B* **23** ut *B* manibus *del. Scal* **24** suis *om. B* unusque *A* **26** balneares *Oehlerus*, balneatores *AB*, balnearios *Gel*, et aleatores *Rig* V 34

7 et factores (*sc.* detestatur), tales *Hartel* **16** uiuere ergo aues ? *Klussmann*, *apud Reifferscheid-Wissowa*, *p.* XII V 34

quo uiuant, item falsarios utique non pedibus, sed manibus operari malas litteras, histriones uero non manibus solis, sed totis membris uictum elaborare. **3.** Pateat igitur ecclesia omnibus, qui manibus et suo opere tolerant, si nulla exceptio est aritum quas V 35 dei disciplina non recipit. Sed ait quidam aduersus similitudinis interdictae propositionem : cur ergo Moses in eremo simulacrum serpentis ex aere fecit ? Seorsum figurae, quae dispositioni alicui arcanae praestruebantur, non ad erogationem legis, sed ad exemplarium causae suae. Alioquin si haec ut aduersarii legis interpretemur, numquid et nos, quod et Marcionitae, inconstantiam adscribimus omnipotenti, ⌊quem⌋ illi hoc modo destruunt ut mutabilem, dum alibi uetat, ali⌊bi ma⌋ndat ? **4.** Si quis autem dissimulat illam effigiem aerei serpen⌊tis s⌋uspensi in modum figuram designasse dominicae crucis ⌊a se⌋rpentibus id est ab angelis diaboli liberaturae nos, dum per semet⌊i⌋psam diabolum id est serpentem interfectum suspendit, siue quae alia figurae istius expositio dignioribus reuelata est, dummodo ⌊ap⌋ostolus affirmet omnia tunc figurate populo accidisse. Bene, quod idem deus et lege uetuit similitudinem fieri et extraordinario praecepto serpentis similitudinem indixit. Si eundem ‖ deum obseruas, habes legem eius, ne feceris similitudinem. f. 109 Si et praeceptum factae postea similitudinis respicis, et tu imitare Moysen, ne facias aduersus legem simulacrum aliquod, nisi et tibi deus iusserit.

VI. **1.** Si nulla lex dei prohibuisset idola fieri a nobis, nulla uox spiritus sancti fabricatoribus idolorum non minus quam cultoribus comminaretur, de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis aduersas esse fidei eiusmodi artes. **2.** Quomodo enim renuntiauimus diabolo et angelis eius, si eos facimus ? Quod repudium diximus iis, non dico cum quibus, sed de quibus uiuimus ? Quam discordiam suscepimus in eos, quibus exhibitionis nostrae gratia obligati sumus ? Potes lingua negasse quod manu confiteris ? Verbo destruere quod facto struis ? Vnum deum praedicare qui tantos efficis ? Verum deum praedicare qui falsos

18 Ex. 20, 1. V 35

1 tolerant *scripsi* : tolerantur *AB* **4** excare *AB* **5** praestruebatur *B* derogationem *Iun*, *Scal*, *Rig* **6** aduersaria *Wissowa* **8** quem] quod *B* **14** dummodo ut *Iun* **15** *pro uirgula punctum ante* bene *posui* **16** *prius* et *AB*, ut *Oehlerus*, qui *Pam* *post.* et *add. Iun* **17** indixit *Rig* : interz dixit *AB*, interduxit *Iun* **22** nobis, si nulla uox *Lat* **27** his *B* V 35

11 ⟨figuratam⟩ figuram *coni. Kroym. Non probo* **15** accidisse. Bene *prob. Hartel*, *uirgulam restituit Kroym.* V 35

facis ? Facio, ait quidam, sed non colo : quasi ob aliquam causam colere non audeat, nisi ob quam et facere no⌊n de⌋beat, scilicet ob dei offensam utrubique. **3.** Immo tu colis, qui fa⌊cis⌋, ut coli possint. Colis autem non spiritu uilissimi nidoris alicuius, sed ⌊tuo⌋ proprio nec anima pecudis impensa, sed anima tua. Illis ing⌊eni⌋um tuum immolas, illis sudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis. Plus es illis quam sacerdos, cum per te habeant sacerdotem ; diligentia tua nu⌊men⌋ illorum est. Negas te quod facis colere ? Sed illi non negant, quibus hanc saginatiorem et auratiorem et maiorem hostiam caedis, salutem tuam tota die. V 36

VII. **1.** Ad hanc partem zelus fidei perora|bit ingemens: Christianum ab idolis in ecclesiam uenire, de aduersaria officina in domum dei uenire, attollere ad deum patrem manus matres idolorum, his manibus adorare, quae foris aduersus deum adorantur, eas manus admouere corpori domini, quae daemoniis corpora conferunt ? **2.** Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab aliis manibus accipiant quod contaminent, sed etiam ipsae tradunt aliis quod contaminauerunt. **3.** Adleguntur in ordinem ecclesiasticum artifices idolorum. Pro scelus ! Semel Iudaei Christo manus intulerunt, isti quotidie corpus eius lacessunt. O manus praecidendae ! Viderint iam, an per similitudinem dictum sit : s i t e m a n u s t u a s c a n d a l i z a t , a m p u t a e a m. Quae magis amputandae, quam in quibus domini corpus scandalizatur ? f. 109v

VIII. **1.** Sunt et aliae conplurium artium species, quae, etsi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea, sine quibus idola, ⌊nil⌋ possunt, eodem crimine expediunt. Nec enim differt, an ⌊ex⌋truas uel exornes, si templum, si aram, si aediculam eius ins⌊tr⌋uxeris, si bratteam expresseris aut insignia aut etiam do⌊mum⌋ fabricaueris. Maior est eiusmodi opera, quae non effigiem confert, sed auctoritatem. **2.** Si ita necessitas exhibitionis extenditur, habent et alias species, quae sine exorbitatione discipli⌊n⌋ae id est sine idoli confictura opem uictus praestent. Scit alba- V 37

23 Matth. 18, 8. V 36

1 aitq: uidam *A* sed *B*, et *A* ob aliquam *Iun* : obliquam *Bmg*, aliquam *AB*, ob aliam *Gel* **2** debeat *A*, debebat *B* **4** possit *A* odoris *Bmg* **6** illis... libas *om. A* **8** numen *B*, nomen *A* **11** *uerba* tota die *uulgo in principio cap. 7 leguntur : correxi* **12** Christum *Bmg* **13** aduersarii *Rig* **15** adornantur *Iun*, operantur *Wissowa* **16** daeminiis *A* **17** *signum interrogationis posui inepte.* **18** contaminent *B*, contaminant *A* ipsi *Vrs* etradunt *A corr.* **22** uiderint *Gel* : uiderit *AB* sit *om. A* **23** amputė eam *A* **26** nil *om. B* V 36

1 bracteam *B* **3** obtenditur *Vrs*, attenditur *Iun* **5** confectura *Pam* praestet V 37

1 ob aliam *Gel.*, *prob. Kroym.* **2** debebat *B*, *prob. Kroym.* **8** nomen *A*, *prob. Hartel* V 36

1/2 aut etiam donum *optime Hartel* (*"oder auch nur ein Weihgeschenk"*) V 37

rius tector et tecta sarcire et tectoria inducere et cisternam liare et cymatia distendere et multa alia ornamenta || praeter f. 110 simulacra parietibus incrispare. Scit et pictor et marmorarius et aerarius et quicumque caelator latitudines suas et utique multo faciliores. **3.** Nam qui signum describit, quanto facilius abacum linit ? Qui de tilia Martem exculpit, quanto citius armarium compingit ? Nulla ars non alterius artis aut mater aut propinqua est. Nihil alterius uacat. Tot sunt artium uenae, quot hominum concupiscentiae. Sed de mercedibus et manus pretiis interest. Perinde interest et de labore. Minor merces frequentiore actu repensatur. **4.** Quot parietes signa desiderant ? Quot templa et aedes idolis aedificantur ? Domus uero et praetoria et balnea et insulae quantae ? Soccus et baxa quotidie deauratur, Mercurius et Serapis non quotidie. Sufficiat ad quaestum artificiorum. Frequentior est omni superstitione luxuria et ambitio. Lances et scyphos facilius ambitio quam supersti⌊tio⌋ desiderabit. **5.** Coronas quoque magis luxuria quam sollemni⌊tas⌋ erogat. Cum igitur ad haec artificiorum genera cohortem⌊ur⌋, quae idolum quidem et quae idolo competunt non adtingant, sint autem et hominibus communia saepe quae et idolis, hoc quoque cauere debemus, ne quid scientibus nobis ab aliquibus de manibus nostris in rem idolorum postuletur. Quod si concesserimus et non remediis iam usitatis egerimus, non puto nos a contagio idololatriae uacare, quorum manus non ignorantium in officio || uel in honore et usu daemoniorum deprehenduntur. V 38 f. 110v

IX. **1.** Animaduertimus inter artes etiam professiones quasdam obnoxias idololatriae. De astrologis ne loquendum quidem est. Sed quoniam quidam istis diebus prouocauit defendens sibi perseuerantiam professionis istius, paucis utar. Non allego, quod idola honoret, quorum nomina caelo inscripsit, quibus omnem dei potestatem addixit, quod propterea homines non putant deum requirendum praesumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi : unum propono, angelos esse illos desertores dei, amatores feminarum, proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos a deo. **2.** O diuina sententia usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt ! Ex-

AB **7** ligare *Pam* cymathia *AB* **8** incrustare *Pam*, ingypsare *fort.* **9** alitudines *Hartelius* et utique *A*, utique *B* **10** discribit *Iun* **14** manuspraetis *A*, manu spretis *B*, manupretiis *Iun* **15** perinde *scripsi* : proinde *AB* **19** deauratur *AB*, deaurantur *Pam* sufficiant *Gel* **20** questum *A* frequentiores (*om.* est) *Gel* **21** scyfos *A* **22** sollempnitas *A* **24** quae *prius*] equae *A* **25** sint *Gel* : sunt *AB* **27** dolorum *A* **28** iam *Lat* : tam *AB* usi paenitentias *fort.*, usi satis *Hartelius*

4 idolatriae *A* **5** quidem *A* **8** putent *Iun* **13** pertinax] pertinens *Wissowa* V 38

28 tam usitatis egerimus *AB*, *prob. Hartel* (*agere = uiuere*)

pelluntur mathematici, sicut angeli eorum. Vrbs et Italia interdicitur mathematicis, sicut caelum angelis eorum. Eadem poena est exilii discipulis et magistris. **3.** Sed magi [et astrologi] ab oriente uenerunt. Scimus magiae et astrologiae inter se societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuntiauerunt, primi munerauerunt. Hoc nomine Christum, opinor, sibi obligauerunt. Quid tum ? Ideo nunc et mathematicis patrocinabitur illorum magorum religio ? De Christo scilicet est mathesis hodie, stellas Christi, non Saturni et Martis et cuiusque ex eodem ordine mortuorum obseruat et praedicat. **4.** At enim scientia ista || usque ad euangelium fuit concessa, ut Christo f. 111 edito nemo exinde natiuitatem alicuius de caelo interpretetur. Nam et tus illud et myrram et aurum ideo infanti tunc domino obtulerunt quasi clausulam sacrificationis et gloriae saecularis, quam Christus erat ademptus. **5.** Quod igitur isdem magis somnium sine dubio ex dei uoluntate suggessit, ut irent in sua, sed alia, non qua uenerant, uia, id est, ne pristina secta sua incederent, non, ne illos Herodes persequeretur, qui nec persecutus est, etiam ignorans alia uia digressos, quoniam et qua uenerant ignorabat, adeo uiam sectam et disciplinam intellegere debemus. **6.** Itaque magis praeceptum, ut exinde aliter V 39 incederent. Sic et alia illa species magiae, quae miraculis operatur, etiam aduersus Moysen aemulata patientia dei traxit ad euangelium usque. Nam exinde et Simon Magus iamiam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circulatoria secta cogitaret, ut scilicet inter miracula professionis suae etiam spiritum sanctum per manuum inpositionem enundinaret, maledictus ab apostolis de fide eiectus est : alter magus, qui cum Sergio Paulo, quoniam isdem aduersabatur apostolis, luminum amissione multatus est. **7.** Hoc et astrologi retulissent, credo, si qui in apostolos incidisset. Attamen cum magia punitur, cuius est species astrologia, utique et species in genere damnatur. Post euangelium nusquam inuenias || aut sophistas aut Chaldaeos aut incantatores aut f. 111v coniectores aut magos, nisi plane punitos. Vbi sapiens, ubi litterator, ubi conquisitor huius aeui? Nonne infatuauit deus sapientiam huius saeculi? **8.** Nihil scis, mathematice, si

14 1 Cor. 1, 20. 19 Act. 8, 21. V 39

15 corum *A* **16** exilii *Gel* : exitii *AB* et astrologi *seclusi* **18** primum B **22** stellas *Gel* : stellarum *AB* **28** igitur *om. Gel* **31** non, ne *Rig* : nonne *AB* **33** sectam *Iun* : rectam *AB*
2 magi aeque *B* **3** patientiam *B* **4** iam *Gel* **8** deiectus *Iun* et alter *Gel* V 39 **10** si quid *B* **11** incidissent *Rig* **13** caldeos *A* **16** matematice *A corr.*

16 et astrologi *non secludendum* **18** primum B, *tuet. Isid. Orig. VIII, 9, 25* **33** ignorabat. Adeo uiam rectam *eqs. bene Hartel* V 38

nesciebas te futurum Christianum. Si sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum cum ista professione. Ipsa te de periculo suo instrueret, quae aliorum climacterica praecanit. Non est tibi pars neque sors in ista ratione. Non potest regna caelorum sperare cuius digitus aut radius abutitur caelo.

X. **1.** Quaerendum autem est etiam de ludimagistris, sed et ceteris professoribus litterarum. Immo non dubitandum affines illos esse multimodae idololatriae. Primum quibus necesse est deos nationum praedicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quaeque eorum enuntiare, tum sollemnia festaque eorundem obseruare, ut quibus uectigalia sua supputent. **2.** Quis ludimagister sine tabula VII idolorum Quinquatria tamen frequentabit ? Ipsam primam noui discipuli stipem Mineruae et honori et nomini consecrat, ut, etsi non profanatus alicui idolo uerbotenus de idolothyto esse dicatur, pro idololatra uitetur. V 40 Quid ? Minus est inquinamenti ? || Eoque praestat quaestus et f. 112 nominibus et honoribus idolo nuncupat⌊us⌋ ? **3.** Quam Minerualia Mineruae, quam Saturnalia Saturni, quae etiam seruiculis sub tempore Saturnalium celebrari necesse est. Etiam strenuae captandae et septimontium, et Brumae et carae cognationis honoraria exigenda omnia, Florae scholae coronandae ; flaminicae et aediles sacrificant creati ; schola honoratur feriis. **4.** Idem fit idoli natali ; omnis diaboli pompa frequentatur. Quis haec competere Christiano existimabit, nisi qui putabit conuenire etiam non magistro ? Scimus dici posse : si docere litteras dei seruis non licet, etiam nec discere licebit, et, quomodo quis institueretur ad prudentiam interim humanam uel ad quemcumque sensum uel actum, cum instrumentum sit ad omnem uitam litteratura ? Quomodo repudiamus saecularia studia, sine quibus diuina non possunt ? **5.** Videamus igitur necessitatem litteratoriae eruditionis, respiciamus ex parte eam admitti [non] posse, ex parte uitari. Fideles magis discere quam docere litteras capit ;

17 nesciebas *AB*, sciebas *Rig* **19** praecauit *B* **22** sed *del. Lat* et de ceteris *Lat* **24** essem ultimo deidololatrię *A* **27** supputent *Mercerius* : suppetent *AB*, suppetant *Gel* **28** sine] si non *Gel* tabula. VII. *AB*, tabularia *Gel* non quinquatria *Iun* tamen non *Lat*
1 idololatra *Gel* : idololatria *AB* uitetur *Gel* : uitatur *AB* **2** eoque *scripsi* : V 40 eo quem *AB*, quod *Gel*, eo quod *Pam*, eo quam *Oehlerus* questus *A* **3** nuncupatis *B* quam] tam *Gel* **4** quae *Gel* : quem *AB* seruiculis *Gel* : seruiculi *AB* **5** strennae *B* **7** Florae scholae *Rig* : flores colę *A*, florescolae *B*, flore scholae *Gel* coronandae Flaminicae ; et aedile sacrificante *Iun* **8** ediles *A* creati ; schola *scripsi* : creatis cola *A*, cereatiscola *B*, creatis : schola *Rig*, Cereri schola *Gel* **9** idolis *Iun* **12** instituetur *Scal* **16** litteraturiae *AB* **17** non *seclusi*

28/29 *signum interrogationis post* idolorum *recte ponit Hartel* **31/33** ⟨cum⟩ de idolothyto esse (= edere) dicatur, pro idololatria uitatur, quid minus est inquinamenti ⟨in⟩ eo quem praestat quaestus nominibus et honoribus idolorum nuncupatus ? *Kroym.* V 39
4 quem *B*, *merito tuet. Kroym.* **17** non *merito restituit Hartel* : ex parte admitti non posse, ex parte uitari (*sc.* non posse) V 40

diuersa est enim ratio discendi et docendi. Si fidelis litteras doceat, insertas idolorum praedicationes sine dubio, dum docet, commendat, dum tradit, affirmat, dum commemorat, testimonium dicit. **6.** Deos ipsos hoc nomine obsignat, cum lex prohibeat, ut diximus, deos pronuntiari et nomen hoc in uano conlocari. Hinc prima diabolo fides aedificatur ab initiis eruditionis. Quaere, an idololatrian committat qui de idolis catechizat. At cum fidelis haec discit, si iam sapit, quid sit, neque recipit neque admittit, || ⌊m⌋ulto magis, si dudum sapit. Aut ubi coeperit sapere, f. 112v prius sapiat oportet quod prius didicit, id est de deo et fide. V 41 Proinde illa respuet nec recipiet et erit tam tutus, quam qui sciens uenenum ab ignaro accipit nec bibit. **7.** Huic necessitas ad excusationem deputatur, quia aliter discere non potest. Tanto autem facilius est litteras non docere quam non discere, quanto et reliqua scholarum de publicis ac propriis sollemnitatibus inquinamenta facilius discipulis fidelis non adibit quam magister non frequentabit.

XI. **1.** † De generationibus si cetera delictorum recogitemus, inprimis cupiditatem radicem omnium malorum, qua quidam inretiti circa fidem naufragium sunt passi, cum bis et idololatria ab eodem apostolo dicta sit cupiditas, tum mendacium cupiditatis ministrum — taceo de periurio, quando ne iurare quidem liceat — negotiatio seruo dei apta est ? Ceterum si cupiditas abscedat, quae est causa adquirendi ? Cessante causa adquirendi non erit necessitas negotiandi. **2.** Sit nunc aliqua iustitia quaestus secura de cupiditatis et mendacii obseruatione, in crimen offendere idololatriae eam opinor, quae ad ipsam idolorum animam et spiritum pertinet, quae omne daemonium saginat. Sane non illa principalis idololatria ? Viderint, si eaedem merces, tura dico et cetera peregrinitatis ad sacrificium idolorum etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solacia sepulturae usui sunt. Certe cum pompae, cum sacerdotia, cum sacrificia idolorum de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus negotiationibusne instruuntur, quid aliud || quam procurator idolorum demonstraris ? Nemo contendat posse f. 113

19 fideles *B* 20 insertas *Gel* : incertas *AB*, inserta *Vrs*, infertas *Iun* praedicatione *Gel*, praedicationis *Scal* 25 idolatriam *A corr.* 26 quid *Oehlerus* : qui *AB* 27 dudum *Rig* : nondum *AB* sapere *Gel* : capere *AB*
1 sapiat oportet] sapit *Scal* 6 scolarum *A* ac *add. Vrs*, et *Iun* 9 De grauioribus *Lat*, De negotiationibus *Heraldus*, De negotiatione uero *Vrs*, De generalibus rationibus *fort.* si *del. Scal* 11 quum bis *Heraldus* : quamuis *AB* idolatria *A* 14 negociatio *A* 16 non erit *B*, nouerit *A* 19 sane] an *Gel* 20 idolalatria *A* eaedem *Gel* : eadem *AB* 21 ad *add. Iun* 22 sepulture *A* 25 ne- V 41

27 si nondum sapit aut ubi coeperit sapere. *recte dist. Hartel, lectionem traditam uindicans*
19 pertinet. Quae ... saginat, sane *recte dist. Kroym.* 25 negotiationis tuae *optime Kroym.* V 41

hoc modo omnibus negotiationibus controuersiam fieri. **3.** Grauiora delicta quaeque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obseruationis, ut non ab his tantum abscedamus, sed et ab iis per quae fiunt. Licet enim ab aliis fiat, non interest, si per me. **4.** In nullo necessarius esse debeo alii, cum facit quod mihi V 42 non licet. Ex hoc, quod uetor facere, intellegere debeo curandum mihi esse, ne fiat per me. Denique in alia causa non leuioris reatus praeiudicium istud obseruo. Nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut operae aut conscientiae exhibeo. **5.** Nam quod ipsam carnem meam a lupanaribus segregaui, agnosco me neque lenocinium neque id genus lucrum alterius causa exercere posse. Sic et homicidii interdictio ostendit mihi lanistam quoque ab ecclesia arceri: nec per se non faciet quod faciendum alio subministrat. Ecce magis proximum praeiudicium. **6.** Si publicarum uictimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei in eo negotio permanere ? Aut si iam fidelis id agere susceperit, retinendum in ecclesia putabis ? Non opinor, nisi si quis et de turario dissimulabit. Scilicet ad alios peruenit procuratio sanguinis, ad alios odorum. Si, antequam idola in saeculo essent, his mercibus adhuc informis idololatria transigebatur, si et nunc fere sine idolo opus idololatriae incendiis odorum perpetratur, ecquid maioris operae et erga daemonia turarius ? **7.** Nam facilius sine idolo idololatria, quam sine turarii merce. Ipsius fidei conscientiam perrogemus. || Quo ore Christianus turarius, si per templa transibit, quo ore f. 113v fumantes aras despuet et exsufflabit, quibus ipse prospexit ? Qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellarium praestat ? Ille quidem si excluserit daemonium, non sibi placeat de fide. Neque enim inimicum exclusit. **8.** Facile debuit de eo impetrare, quem cotidie pascit. Nulla igitur ars, nulla professio, nulla negotiatio, quae quid aut instruendis aut formandis idolis administrat, carere poterit titulo idololatriae ; nisi si aliud omnino interpretemur idololatrian, quam famulatum idolorum colendorum.

XII. **1.** Male nobis de necessitatibus humanae exhibitionis supplaudimus, si post fidem obsignatam dicimus : non habeo quo uiuam. Iam hic enim plenius illi abruptae propositioni respondebo. V 43 Sero dicitur. Ante enim fuit deliberandum ex similitudine prouidentissimi aedificis illius, qui prius sumptus operis cum uiribus suis supputat, ne, ubi coeperit, defectus postea erubescat. **2.** Sed et nunc habes dicta domini et exempla adimentia

gationib/tuę *A* 27 negociationibus *A* , 30 nisi *Iun*
5 strupo *A corr.* 6 cardinem *A corr.* 8 lucrum *Gel* : locorum *AB* 9 eclea *A* marceri *A corr.* 10 per se *Gel* : posse *AB* alios *B*, aliis *Gel* 13 eclesia *A* 14 si *sup. uers. A* 19 *interrogationis signum posui* idolo *add. La Cerda* 21 si *del. Lat* quo ore *del. Rig* 23 cellariam *Gel* 26 quotidie *ex* cotidie *A* 27 negociatio *AB* V 42
4 sui *A* defectus *Iun* : defunctus *AB* 5 *post.* et *add. Vrs* V 43

tibi omnem causationem. Quid enim dicis? Egebo. Sed felices egenos dominus appellat. Victum non habebo: sed nolite, inquit, cogitare de uictu. Et uestitus habemus exemplum lilia. Substantia mihi opus erat: atquin omnia uendenda sunt et egentibus diuidenda. Sed filiis et posteritati prouidendum: nemo aratro manum imponens et retro spectans aptus est operi. Sed condicionalis eram: nemo duobus dominis seruire potest. Si uis domini discipulus esse, crucem tuam tollas et dominum sequaris necesse est id est angustias et cruciatus tuos uel corpus solum, quod in modum crucis est. **3.** Parentes, coniuges, liberi propter deum relinquendi ‖ erunt. De artibus et negotiationibus f. 114 et de professionibus etiam liberorum et parentum causa dubitas? Iam tunc demonstratum est nobis et pignera et artificia et negotia propter dominum derelinquenda, cum Iacob et Iohannes uocati a domino et patrem nauemque derelinquunt, cum Matthaeus de teloneo suscitatur, cum etiam sepelire patrem tardum fuit fidei. **4.** Nemo eorum, quos dominus allegit, non habeo, dixit, quo uiuam. Fides famem non timet. Scit etiam famem non minus sibi contemnendam propter deum quam omne mortis genus. Didicit non respicere uitam, quanto magis uictum? Quotusquisque haec adimpleuit? Sed quae penes homines difficilia, penes deum facilia. **5.** Sic tamen nobis de mansuetudine et clementia dei blandiamur, ut non usque ad idololatriae affinitates necessitatibus largiamur, sed omnem afflatum eius uice pestis etiam de longinquo deuitemus, non in his tantum V 44 quae praemisimus, sed in uniuersa serie humanae superstitionis, siue deis suis siue defunctis siue regibus mancipatae, ut ad eosdem spiritus immundos pertinentis, modo per sacrificia et sacerdotia, modo per spectacula et hoc genus, modo per festos dies.

XIII. **1.** Sed de sacrificiis et sacerdotiis quid loquar? De spectaculis autem et uoluptatibus eiusmodi suum iam uolumen impleuimus. Hoc loco retractari oportet de festis diebus et aliis extraordinariis sollemnitatibus, quas interdum lasciuiae, interdum timiditati nostrae subscribimus aduersus fidem disciplinam-

---

7 cf. Matth. 5, 3. **8** ib. 6, 25. 28. **9** cf. Luc. 18, 22. **10** Luc. 9, 62. V 43
12 Matth. 6, 24. **13** cf. Matth. 16, 24.

---

11 operi. Sed *Rig*: operis et *AB*, opera et *Gel* **13** crucem *om. A* **15** modum] domum *Gel*, dominio *Iun* crucis *Rig*: χp̄s *AB*, Christi *Gel*, *Iun* **16** negociationibus *A* **17** dubitas *del. Scal* **19** dño *A* Iacobus *B* Ioannes *B* **21** mattheus *A* theloneo *A* **24** contempnendam *A* **26** quotuquisque *A corr.* hec *A*
1 uitemus *A* **2** premisimus *A* **3** deis *ex* dehis *A* **7** de sacerdotiis *B* V 44
10 lasciuiae interdum *om. A* **11** fidem disciplinamque *ABmg*, fidei disciplinam *B*

---

8 et uestitus (*sc.* non habebo): habemus *eqs. dist. Kroym. Minus probabile* **26** adimplebit *Kroym.* V 43

que communicantes nationibus in idolicis rebus. **2.** De hoc quidem primo consistam, an cum ipsis quoque nationibus communicare in huiusmodi seruus dei debeat ‖ siue habitu siue uictu uel quo f. 114v alio genere laetitiae earum. Gaudere cum gaudentibus et lugere cum lugentibus de fratribus dictum est ab apostolo ad unanimitatem cohortante. **3.** Ceterum ad haec nihil communionis est lumini et tenebris, uitae et morti, aut scindimus quod est scriptum: saeculum gaudebit, uos uero lugebitis. Si cum saeculo gaudemus, uerendum est, ne cum saeculo et lugeamus. **4.** Saeculo autem gaudente lugeamus et saeculo postea lugente gaudebimus. Sic et Eleazar apud inferos in sinu Abrahae refrigerium consecutus, contra diues in tormento ignis constitutus alternas malorum et bonorum uices aemula retributione compensant. Sunt quidam dies munerum, quae apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. **5.** Nunc ergo, inquis, recipiam meum uel rependam alienum. Si hunc morem sibi homines de superstitione consecrauerunt, tu extraneus ab omni eorum uanitate quid participas idolothyta sollemnia, quasi tibi quoque praescriptum sit de die, quominus id, V 45 quod homini debes uel tibi ab homine debetur, citra diei obseruationem luas uel recipias. **6.** Da formam, in qua uelis agi tecum. Cur enim et lateas, cum ignorantia alterius tuam conscientiam contamines? Si non ignoraris quod sis Christianus, temptaris et contra conscientiam alterius agis tamquam non Christianus: sin uero et dissimulaueris, temptatus addictus es. Certe siue hac siue illac, reus es confusionis in deo. Qui autem confusus super me fuerit penes homines, et ego confundar super illo, inquit, penes patrem meum, qui est in caelis.

XIV. **1.** Sed enim plerique iam induxerunt animo ignoscendum esse, si quando, quae ‖ ethnici, faciunt, ne nomen blasphemetur. f. 115 Porro blasphemia, quae nobis omni modo deuitanda est, haec

---

15 Rom. 12, 15. **18** cf. 2 Cor. 6, 14. **19** Ioann. 16, 20. V 44
8 Matth. 10, 32) Luc. 9, 26. V 45

---

12 communem *A Bmg* nationibus in idolicis rebus. *om. A Bmg* **13** prima *A* **14** modi] mundi *A* abitu *A* **15** letitiae *A* **18** est *sup. uers. A* **20** gaudebimus *ex* gaudebis *A* **21** saeculo autem gaudente lugeamus *om. A* sed *A* **22** gaudebimus *ex* gaudemus *A* Lazarus *Pam* sinus *A* **24** et bonorum *om. A* **26** debitum *B*, titulum *A* nunc *AB*, non *Bmg*
1 quo‸minus *A* **3** respicias *A* in qua *scripsi*: in quam *B*, qualem *A*, qua *Rig* **5** non, si *Hauercampius* *uerba* si non ignoraris quod sis Christianus *Scal post* tamquam non Christianus *collocat* **7** sin uero et dissimulaueris *Lat*: enimuero et dissimulaberis *AB* **8** in *del. Iun* dño *A* **12** ignoscendum *Gel*: agnoscendam *A*, ad cognoscendam *B*, id ignoscendum *Urs* **13** si quando quae *Rig*: si quandoq; *A*, si quandoque et *B*, quandoque his quae *Gel* **14** omnimodo *A*. V 45

---

12 communem *A*, *tuet. Kroym.* **26** non *Bmg*, *prob. Kroym.* V 44

opinor est, si qui nostrum ad iustam blasphemiam ethnicum deducat aut fraude aut iniuria aut contumelia aliaue materia dignae querelae, in qua nomen merito percutitur, ut merito irascatur et dominus. **2.** Ceterum si de omni blasphemia dictum est, uestra causa nomen meum blasphematur, perimus uniuersi, cum totus circus scelestis suffragiis nullo merito nomen lacessit. Desinamus, et non blasphemabitur. Immo blasphemetur, dum sumus in obseruatione, non in exorbitatione disciplinae, dum probamur, non dum reprobamur. **3.** O blasphemiam martyrii adfinem, quae tunc me testatur Christianum, cum propterea me detestatur! Benedictio est nominis maledictio custoditae disciplinae. Si hominibus, in- V 46
quit, uellem placere, seruus Christi non essem. Sed idem alibi iubet, omnibus placere curemus. Quemadmodum ego, inquit, omnibus per omnia placeo. **4.** Nimirum Saturnalia et Kalendas Ianuarias celebrans hominibus placebat? An modestia et patientia? An grauitate, an humanitate, an integritate? Proinde cum dicit, omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam: numquid idololatris idololatres? Numquid ethnicis ethnicus? Numquid saecularibus saecularis? **5.** Sed etsi non prohibet nos conuersari cum idololatris et adulteris et ceteris criminosis dicens, ceterum de mundo exiretis, non utique eas habenas conuersationis inmittit, ut, quoniam necesse est et conuiuere nos et commisceri cum peccatoribus, idem et compeccare possimus. Vbi est commercium uitae, quod apostolus concedit, ibi ** peccare, quod nemo permittit. Licet conuiuere cum ethnicis, || commori non licet. Conuiuamus cum f. 115v
omnibus; conlaetemur ex communione naturae, non superstitionis. Pares anima sumus, non disciplina, compossessores

---

19 Rom. 2, 24. Es. 52, 5.
1 Gal. 1, 10. **3** 1 Cor. 10, 33. **7** 1 Cor. 9, 22. **11** 1 Cor. 5, 10. V 46

---

omnino *B* **15** si qui *A*, si quis *B* **17** digna quae cui non inmerito irascatur *A* **18** et] ei *Leopoldus* **19** uestri *A Bmg*, uae cuius *B* **20** caelestis *Bmg* **22** blasphemetur, dum sumus *Rig*: dum sumus blasphemetur *AB* **23** discipline *A* non dum reprobamur *om. A* **24** o *Vrs*: ob *AB* **25** cristianum *A* propterea me *Iun*: propter eam *AB*
2 uelim *A* **4** siturnalia *A* **5** placeat *ex* placebat *A* **6** et patientia *om. A* V 46
8 omnes *B*, omnibus *A* idololatres *om. A* **9** &thnicis *A corr.* ethnicus] & *A* **11** caeterum *A* exissetis *Pam* **12** immittit ut *Ciacconius*: immutat (inm. *A*) *AB* **13** est *A*, sit *B* et (*ante* commisceri) *om. A* **14** cum peccare *B* ibi *Gel* commertium *A* **15** sibi *B* *lacunam signaui* **16** commoueri *A* cum omnibus *Gel*: communibus *AB* **17** laetemur *A* **18** paris animae *A* disci-

---

19 uestri *A Bmg, prob. Hoppe, Beitr. 18* V 45
15 ibi peccare] (*sc.* est) *Hartel, et nulla lacuna signanda* V 46

mundi, non erroris. **6.** Quod si nobis nullum ius est communionis in huiusmodi cum extraneis, quanto scelestius est haec inter fratres frequentare. Quis hoc sustinere aut defendere potest? Iudaeis dies suos festos exprobrat spiritus sanctus. Sabbata, inquit, uestra et numenias et ceremonias odit anima mea. Nobis, quibus sabbata extranea sunt et numeniae et feriae a deo aliquando dilectae, Saturnalia et Ianuariae et Brumae et Matronales frequentantur, munera commeant et strenae, consonant lusus, conuiuia constrepunt. **7.** O melior fides V 47
nationum in suam sectam, quae nullam sollemnitatem Christianorum sibi uindicat! Non dominicum diem, non pentecosten, etiamsi nossent, nobiscum communicassent; timerent enim, ne Christiani uiderentur. Nos ne ethnici pronuntiemur, non ueremur. Si quid et carni indulgendum est, habes, non dicam tuos dies tantum, sed et plures. Nam ethnicis semel annuus dies quisque festus est, tibi octauo quoque die. Excerpe singulas sollemnitates nationum et in ordinem exsere: pentecosten implere non poterunt.

XV. **1.** Sed luceant, inquit, opera uestra. At nunc lucent tabernae et ianuae nostrae. Plures iam inuenias ethnicorum fores sine lucernis et laureis, quam Christianorum. De ista quoque specie quid uidetur? Si idoli honor est, sine dubio idoli honor idololatria est. Si hominis causa est, recogitemus omnem idololatrian in hominis causam esse. **2.** Recogitemus omnem idololatrian in homines esse culturam, cum ipsos deos nationum homines retro fuisse etiam apud suos constet. Itaque nihil || interest, superioris an huius saeculi uiris superstitio ista prae- f. 116
stetur. Idololatria non propter personas, quae opponuntur, sed propter officia ista damnata est, quae ad daemonas pertinent. **3.** Reddenda sunt Caesari quae sunt Caesaris. Bene quod apposuit: et quae sunt dei deo. Quae ergo sunt Caesaris? Scilicet de quibus tunc consultatio mouebatur, praestandusne esset census Caesari an non. Ideo et monetam ostendi sibi dominus postulauit et de imagine, cuius esset, requisiuit, et cum audisset Caesaris, reddite, ait, quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt dei deo, id est imaginem Caesaris Caesari, quae in nummo est, et imaginem dei deo, quae in

---

22 Es. 1, 14.
11 Matth. 5, 16. **22** Matth. 22, 21. V 47

---

pline *A* **19** est *Pam*: esset *AB*, *om. Gel.* **20** in eius modicum *B* **21** frequentari *Iun* **23** numenia *A*, neomenias *B* et ceremonias *om. A* **24** numenię *A*, neomeniae *B* **26** et *post. add. Scal*
1 conuiua *A corr.* fides *om. A* **6** dicam *om. A* tuos *B*, tamen *A*, suos V 47
Ciacconius, duos *Lat*, tantos *Wissowa* **8** festus ... die *om. A* octauus quisque dies *Vrs* **9** exsere *A*, exere *Bmg*, texe *B* pentecostem *B* **11** operae *A* uestra *om. A* lucent *Lat*: luceant *AB* **12** inuenies *B* **17** cum et ipsos *A* **20** apponuntur *Lat* **21** daemones *B* **25** et *om. A* **29** numo *A*

homine est, ut Caesari quidem pecuniam reddas, deo temetipsum. **4.** Alioquin quid erit dei, si omnia Caesaris? Ergo, inquis, honor V 48 dei est lucernae pro foribus et laurus in postibus? Non utique quod dei honor est, sed quod eius, qui pro deo eiusmodi officiis honoratur, quantum in manifesto est, salua operatione, quae est in occulto, ad daemonia perueniens. **5.** Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam litteraturae saecularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam a cardinibus appellatam et Forculum a foribus et Limentinum a limine et ipsum Ianum a ianua: et utique scimus, licet nomina inania atque conficta sint, cum tamen in superstitionem deducuntur, rapere ad se daemonia et omnem spiritum inmundum per consecrationis obligamentum. **6.** Alioquin daemonia nullum habent nomen singillatim, sed ibi nomen inueniunt, ubi et pignus. Etiam apud Graecos Apollinem Thyraeum et Antelios daemonas ostiorum praesides legimus. Haec igitur ab initio praeuidens spiritus sanctus etiam ostia in superstitionem uentura praececinit per antiquissimum propheten Enoch. || Nam et alia ostia in balneis f. 116v adorari uidemus. **7.** Si autem sunt qui in ostiis adorentur, ad eos et lucernae et laureae pertinebunt. Idolo feceris, quicquid ostio feceris. Hoc in loco ex auctoritate quoque dei contestor, quia nec tutum est subtrahere, quodcumque uni fuerit ostensum utique omnium causa. Scio fratrem per uisionem eadem nocte castigatum grauiter, quod ianuam eius subito adnuntiatis gaudiis publicis serui coronassent. **8.** Et tamen non ipse coronauerat aut praeceperat; nam ante processerat et regressus reprehenderat factum. Adeo apud deum in huiusmodi etiam disciplina familiae nostrae aestimamur. Igitur quod attineat ad honores regum uel imperatorum, satis praescriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere secundum apostoli praeceptum subditos magistratibus et principibus et potestatibus, sed intra V 49 limites disciplinae, quousque ab idololatria separamur. **9.** Propter-

16 cf. supra p. 33, l. 22 sqq. **29** cf. Rom. 13, 7. V 48

1 cesaris *A* **4** in manifesta est operatione *A* **5** hocculto *A corr.* enim V 48 *om. A* **6** quo *A* hostiorum *A* **7** pellatam *A* **10** rapere* *A* **12** singulatim *B* **14** Thyraeum *Rig*: tyreum *A*, θυραῖον *Gangneius* **16** hostia *A* uenturam *B* **17** prophen *A* alias *Rig* **18** eorum sunt *Gel* qui *Scal*: quae *AB* hostiis *A* adornentur *Iun* **24** coronarint *A* **25** deprehenderat *Lat* **26** de disciplina *Oehlerus*, in disciplina *Wissowa* **27** aestimatur *Gel* attinet *Iun*

3/5 quod dei honor est ⟨eum praestare nolo⟩, sed quod ... quantum in manifesta V 48 est operatione, quae est in occulto ad daemonium perueniens *Kroym.*, *A recte secutus in ultima parte*

ea enim et illud exemplum trium fratrum praecucurrit, qui alias obsequentes erga regem Nabuchodonosor honorem imaginis eius constantissime respuerunt probantes idololatrian esse, quicquid ultra humani honoris modum ad instar diuinae sublimitatis extollitur. **10.** Sic et Daniel cetera Dario subnixus tamdiu fuit in officio, quamdiu a periculo disciplinae uacaret. Nam ne id subiret, non magis leones regios timuit, quam illi regios ignes. Accendant igitur quotidie lucernas, quibus lux nulla est, affigant postibus lauros postmodum arsuras, quibus ignes imminent; illis competunt et testimonia tenebrarum et auspicia poenarum. || **11.** Tu lumen es mundi et arbor uirens semper. Si f. 117 templis renuntiasti, ne feceris templum ianuam tuam. Minus dixi: si lupanaribus renuntiasti, ne indueris domui tuae faciem noui lupanaris.

XVI. **1.** Circa officia uero priuatarum et communium sollemnitatum, ut togae purae, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium, nullum putem periculum obseruari de flatu idololatriae, quae interuenit. **2** Causae enim sunt considerandae, quibus praestatur officium. Eas mundas esse opinor per semetipsas, quia neque uestitus uirilis neque anulus aut coniunctio maritalis de alicuius idoli honore descendit. Nullum denique cultum a deo maledictum inuenio, nisi muliebrem in uiro. Maledictus enim, inquit, omnis qui muliebribus induitur. Toga uero etiam appellatione uirilis est. **3.** Nuptias quoque celebrari non magis deus prohibet quam nomen imponi. Sed his accommodantur sacrificia. Sim uocatus nec adsacrificii sit titulus officii, et operae meae expunctio quantum sibi licet. **4.** Vtinam quidem V 50 nec uidere possimus quae facere nobis nefas est. Sed quoniam ita malus circumdedit saeculum idololatria, licebit adesse in quibusdam, quae nos homini, non idolo, officiosos habent. Plane ad sacerdotium et sacrificium uocatus non ibo (proprium enim idoli officium est), sed neque consilio neque sumptu aliaue opera in eiusmodi fungar. **5.** Si propter sacrificium uocatus adsistam, ero particeps idololatriae: si me alia causa coniungit sacrificanti, ero tantum spectator sacrificii.

XVII. **1.** Ceterum quid facient serui uel liberti fideles, item offi-

13 cf. Matth. 5, 14. Ps. 1, 3. **24** Deut. 22, 5. V 49

3 fratruum *A* **4** nabucodonosor *A* **6** ultra *om. A* **7** extollit *A* caetera *A* **9** illi *A Bmg*, ille *B* **10** accedant *A* cotidie *B sic semper* adfigant *B* **12** et *om. A* tenebrarum *om. A* et] aut *A* **15** domi *B* **17** communi**um *A* **18** nuptiarum *Bmg* **19** idolatriae *A* **20** quae *om. A* **26** appellatione *Gel*: appellationis *AB* **28** sim uocatus *A*, si inuocatus *B*, si in uocatu *Gel*, si sim uocatus *Vrs*, si nec in uocatu *Lat* adsacrificii *Rig*: ad sacrificiis *A*, in sacrificiis *B* V 49

1 opere *A* quae tum *B* utinam quantum sibi quidem *A* **2** possemus *A* V 50 **3** malis *Gel* **6** est officium *A* alia uera opera *A* **10** caeterum *A sic saepius*

ciales sacrificantibus dominis uel patronis uel praesidibus suis adhaerentes? Sed si merum quis sacrificanti tradiderit, immo si uerbo || quoque aliquo sacrificio necessario adiuuerit, minister f. 117v habebitur idololatriae. Huius regulae memores etiam magistratibus et potestatibus officium possumus reddere secundum patriarchas et ceteros maiores, qui regibus idololatris usque ad finem idololatriae apparuerunt. **2.** Hinc proxime disputatio oborta est, an seruus dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie idololatriae intactum se aut gratia aliqua aut astutia etiam praestare possit, secundum quod et Ioseph et Daniel mundi ab idololatria et dignitatem et potestatem administrauerunt in ornamento et purpura praefecturae totius Aegypti siue Babyloniae. **3.** Cedamus itaque succedere alicui posse, ut in quoquo honore in solo honoris nomine incedat neque sacrificet neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet, non hostias locet, non curas templorum deleget, non uectigalia eorum procuret, non spectacula edat de suo aut de publico aut edendis praesit, nihil sollemne pro- V 51 nuntiet uel edicat, ne iuret quidem; iam uero quae sunt potestatis, neque iudicet de capite alicuius uel pudore — feras enim de pecunia — neque damnet neque praedamnet, neminem uinciat, neminem recludat aut torqueat, si haec credibile est fieri posse.

XVIII. **1.** Iam uero de solo suggestu et apparatu honoris retractandum. Proprius habitus uniuscuiusque est tam ad usum quotidianum quam ad honorem et dignitatem. Igitur purpura illa et aurum ceruicis ornamentum eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc praetextae uel trabeae uel palmatae et coronae aureae sacerdotum prouincialium, sed non eadem condicione. **2.** Tantum enim || honoris f. 118 nomine conferebantur iis, qui familiaritatem regum merebantur. Vnde et purpurati regum uocabantur a purpura, sicut apud nos a toga candida candidati, sed non ut suggestus ille sacerdotiis quoque aut aliquibus idolorum officiis adstringeretur. Nam si ita esset, utique tantae sanctitatis et constantiae uiri statim habitus inquinatos recusassent, statimque apparuisset Danielem idolis non deseruisse nec Belem nec draconem colere, quod multo postea apparuit. **3.** Simplex igitur purpura illa nec

liberti *Iun*: liberi *AB* **11** presidibus *A* suis *om. A* **12** mirum quid sacrificantis *A* **13** uero *A* aliquos *ex* alios quos *A* **15** et potestatibus *om. A* **18** suborta *Gel* **19** specię *A* **22** administrauerint *B* in ornamento et purpura praefecturae *Oehlerus*: in ornamento exturae *A*, in ornamento et purpura extitere *B*, et in ornamento et purpura extitere *Iun*, in ornamento praefecturae *Rig* **23** credamus *B* **24** honore ut in *B* **26** accomodet *A* ʰostias *A* temporum *A* **27** spectaculę dat *A*

3 neque iudicia d. c. a. u. p. ferat, etiam de pecunia *Iun* **7** appratu *A* **9** ad *add. in mg. A* **13** conditione *A* **14** conferebantur *Rig*: conferebatur *AB* is *A*, his *B* memorabantur *A* **16** candida *om. A* **21** poste *A* **22** dignitati V 51

iam dignitatis erat, sed ingenuitatis apud barbaros insigne. Quemadmodum enim et Ioseph, qui seruus fuerat, et Daniel, qui per captiuitatem statum uerterat, ciuitatem Babyloniam et Aegyptiam sunt consecuti per habitum barbaricae ingenuitatis, sic penes nos quoque fideles, si necesse fuerit, poterit et pueris praetexta concedi et puellis stola, natiuitatis insignia, nec potestatis, generis, non honoris, ordinis, non superstitionis. Ceterum purpura uel cetera insignia dignitatum et potestatum insertae dignitati et potestatibus idololatriae ab initio dicata habent profanationis suae maculam, cum praeterea ipsis etiam idolis induantur praetextae et trabeae et laticlaui, fasces quo- V 52 que et uirgae praeferantur, et merito. Nam daemonia magistratus sunt saeculi huius; unius collegii insignia fasces et purpuras gestant. **4.** Quid ergo proficies, si suggestu quidem utaris, opera eius uero non administres? Nemo in inmundis mundus uideri potest. Tunicam si induas inquinatam per se, poterit forsitan illa non inquinari per te, sed tu per illam mundus esse non poteris. Iam nunc qui de Ioseph et Daniel argumentaris, scito, non semper comparanda esse uetera et noua, rudia et polita, coepta et explicita, seruilia || et liberalia. **5.** Nam illi f. 118v etiam condicione serui erant: tu uero nullius seruus, in quantum solius Christi, qui te etiam captiuitate saeculi liberauit, ex forma dominica agere debebis. Ille dominus in humilitate et ignobilitate incessit domicilio incertus: nam f i l i u s, inquit, h o m i n i s n o n h a b e t u b i c a p u t c o l l o c e t; uestitu incultus, neque enim dixisset, e c c e q u i t e n e r i s u e s t i u n t u r, i n d o m i b u s r e g u m s u n t; uultu denique et aspectu inglorius, sicut et Esaias pronuntiauerat. **6.** Si potestatis ius quoque nullum ne in suos quidem exercuit, quibus sordido ministerio functus est, si regem denique fieri conscius sui regni refugit, plenissime dedit formam suis derigendo omni fastigio et suggestu quam dignitatis quam potestatis. **7.** Quis enim magis iis usus fuisset,

14 Luc. 9, 58. **16** Matth. 11, 8. V 52

A erat sed ingenuitatis *om. A* **23** quemadmodum *Pam*: quodammodo *AB* **24** statim *B* **25** aegyptiam *Rig*: aegyptum *AB* **26** fideli *A* **27** puerilis *A* puellis *Gel*: puerilis *AB*

1 induantur *Lat*: inquantum *B*, *om. A* **3** seculi. huius collegii *Rig* unius] V 52 summi *Wissowa* **5** in *add. Rig* **8** nunc qui de *B*, numquid *A* **11** conditione *A* seruus in quantum *B*, inquilinatum *A* **12** solus *B* **13** ex *A*, et *B* **14** et ignobilitate *om. A* domicilii *Ciacconius* **15** caput suum collocet *Pam* **18** et *om. A* potestatem quoque nullam *B* **20** regem se *B* **21** derigendo *Iun*: dirigendo *AB*, deiciendo *uel* derogando *fort.* fastidio *A corr.* quam] tam *B* **22** his *B*

23 quodammodo *AB*, *tuet. Hartel* **30** inserta *corr. Hartel*, *minus recte* V 51
11 seruus] *recte om. A* V 52

quam dei filius? Quales et quanti eum fasces producerent, qualis purpura de umeris eius floreret, quale aurum de capite radiaret, nisi gloriam saeculi alienam et sibi et suis iudicasset? Igitur quam noluit, reiecit, quam reiecit, damnauit, quam damnauit, in pompa diaboli deputauit. Non enim damnasset, nisi non sua: alterius autem esse non possunt, nisi diaboli, quae dei non sunt. **8.** Tu si diaboli pompam eierasti, quicquid ex ea V 53 attigeris, id scias esse idololatrian. Vel hoc te commonefaciat omnes huius saeculi potestates et dignitates non solum alienas, uerum et inimicas dei esse, quod per illas aduersus dei seruos supplicia consulta sunt, per illas et poenae ad impios paratae ignorantur. **9.** Sed et natiuitas et substantia tua molestae tibi sunt aduersus idololatrian. Ad euitandum remedia deesse non possunt, cum et, si defuerint, supersit unicum illud, quo felicior factus non in terris magistratus, sed in caelis.

XIX. **1.** Possit in isto capitulo etiam de militia definitum uideri, quae inter dignitatem et potestatem est. At nunc de isto quaeritur, an fidelis ad militiam conuerti possit et an militia ad fidem admitti, etiam caligata uel inferior quaeque, cui non sit necessitas immolationum uel capitalium iudiciorum. **2.** Non conuenit sacramento diuino et humano, signo Christi et signo diaboli, castris lucis et castris tenebrarum; non potest una anima duobus deberi, deo et Caesari. Et uirgam portauit Moyses, fibulam et Aaron, cingitur loro et Iohannes, agmen agit et Iesus Naue, bellauit et populus, si placet ludere. **3.** Quomodo autem bellabit, immo quomodo etiam in pace militabit sine gladio, quem dominus abstulit? Nam etsi adierant milites ad Iohannem et formam obseruationis acceperant, si etiam centurio crediderat, omnem postea militem dominus in Petro exarmando discinxit. Nullus habitus licitus est apud nos illicito actui adscriptus.

XX. **1.** Sed enim cum conuersatio diuinae disciplinae non factis tantum, uerum etiam uerbis periclitetur (nam sicut scriptum

---

26 quae *ter B* reiecit quam reiecit quam damnauit; damnauit *A* **28** possunt *Wissowa* : possent *AB*
4 inimica *A* **5** conuulta *A* **6** irrogantur *Lat* et *prius om. A* tua *ex* sua *A* molesta & ibi *A* **7** euitandum] *reliqua in A desunt : post uocem enim* euitandum *pergitur* de minutiloquio aristotilis *e. q. s. = de anima 6* **9** quod *Rig* **11** intra *Scal* **13** quoque *Vrs* **17** portauit *Gel* : portabit *B* **18** cingitur *Gel* : cingetur *B* agit *Gel* : aget *B* **20** bellabit *Iun* : bellauit *B* immo *B*, iam *Iun* **21** quem *Gel* : quae *B* **23** exarmando *Gel* : examinando *B* **27** sicut et *B*, et *om. Gel* V 53

---

9 ⟨cris⟩ magistratus *Kroym.*, magistrabis *Leo. At nihil immutandum uidetur* **19** populus] Petrus *recte coni. v. d. Vliet, Stud. Eccl. I, p. 41 sq. et Birt, Philologus, 1928, p. 176* (*cfr l.* **21** : gladio quem dominus abstulit) **27** sicut et *B*, *uindicat Löfstedt, Krit. Bem., p. 94* V 53

est, ecce homo et facta eius, ita, ex ore tuo iustificaberis), meminisse debemus etiam in uerbis quoque idololatriae V 54 incursum praecauendum aut de consuetudinis uitio aut timiditatis. **2.** Deos nationum nominari lex prohibet non utique: nomina eorum pronuntiemus, quae nobis ut dicamus conuersatio extorquet. Nam id plerumque dicendum est: in templo Aesculapii illum habes, et, in uico Isidis habito, et sacerdos Iouis factus est, et multa alia in hunc modum, quando et hominibus hoc genus nomina inducuntur. Neque enim Saturnum honoro, si ita uocauero eum suo nomine; tam non honoro, quam Marcum, si uocauero Marcum. **3.** Sed ait: nomen aliorum deorum ne commemoremini neque audiatur de tuo ore. Hoc praecepit, ne deos uocemus illos. Nam et in prima parte legis, non sumes, inquit, nomen domini dei tui in uano id est idolo. Cecidit igitur in idololatriam qui idolum nomine dei honorauerit. **4.** Quodsi deos dicendum erit, adiciendum est aliquid quo appareat, quia non ego illos deos dico. Nam et scriptura deos nominat, sed adicit suos uel nationum; sicut Dauid, cum deos nominasset, ubi ait, dei autem nationum daemonia. Sed hoc mihi ad sequentia magis praestructum est. **5.** Ceterum consuetudinis uitium est Mehercule dicere, Medius Fidius, accedente ignorantia quorundam, qui ignorant iusiurandum esse per Herculem. Porro quid erit deieratio per eos quos eierasti quam praeuaricatio fidei cum idololatria? Quis enim, per quos deierat, non honorat?

XXI. **1.** Timiditatis est autem, cum te alius per deos suos obligat iuratione uel aliqua testificatione et tu, ne intellegaris, quiescis. Nam aeque quiescendo confirmas maiestatem eorum, cuius causa uideberis obligatus. **2.** Quid refert, deos nationum dicendo deos an audiendo confirmes? Iures per idola, an ab alio adiuratus acquiescas? Cur non agnoscamus uersutias satanae, qui, quod ore nostro perficere non potest, id agit, ut suorum ore perficiat per aures inferens nobis idololatriam? Certe quisquis ille est, aut amica aut inimica congressione adstringit. **3.** Si inimica, V 55 iam ad pugnam uocaris et scis tibi dimicandum esse: si amica, quanto securius in dominum transferes sponsionem tuam, ut dissoluas obligationem eius, per quem te malus honori idolo-

---

28 Ioh. 19, 5 (?). Matth. 12, 37. V 53
10 Ex. 23, 13. **13** Ex. 20, 7. **18** Ps. 115, 4. V 54

---

1 etiam *B*, esse *Vrs* **3** ne nomina *Gel* **6** in *add.* Rig **9** si quem ita *Vrs* eum *del. Vrs* **11** commemorabitur *Vrs*, comminiscamini *fort.* ore tuo *Gel* **18** dii *B* **22** erit *Lat* : erat *B* **28** uideris *Iun* **32** inferens *Gel* : inferes B V 54
1 te adstringit *Lat* **3** responsionem *Gel* V 55

---

11 commemoremini] *B*, *tuet. Hartel* V 54

rum id est idololatriae quaerebat annectere. **4.** Omnis patientia eiusmodi idololatria. Honoras eos, quibus impositis obsequium praestitisti. Scio quendam, cui dominus ignoscat, cum illi in publico per litem dictum esset: Iupiter tibi sit iratus, respondisse : immo tibi. Quid aliter fecisset ethnicus, qui Iouem deum credidit ? Etiamsi non per eundem retorsisset maledictum nec per ullum Iouis similem, confirmauerat Iouem deum, per quem se maledictum indigne tulisse demonstrauerat remaledicens. **5.** Ad quid enim indigneris per eum, quem scis nihil esse ? Iam si insanis, iam esse confirmas, et erit idololatria professio timoris tui : quanto magis, cum per ipsum remaledicis, eodem Iouis honorem facis, quo et ille, qui te prouocauit? Fidelis autem in eiusmodi ridere debet, non insanire, immo, secundum praeceptum, ne per deum quidem remaledicere, sed plane benedicere per deum, ut et idola destruas et deum praedices et adimpleas disciplinam.

XXII. **1.** Aeque benedici per deos nationum Christo initiatus non sustinebit, ut non semper reiciat immundam benedictionem et eam sibi in deum conuertens emundet. Benedici per deos nationum maledici est per deum. **2.** Si cui dedero eleemosynam uel aliquid praestitero beneficii, et ille mihi deos suos uel coloniae genium propitios imprecetur, iam oblatio mea uel operatio idolorum honor erit, per quae benedictionis gratiam compensat. **3.** Cur autem non sciat me dei causa fecisse, ut et deus potius glorificetur et daemonia non honorentur in eo quod propter deum feci ? Si deus uidet, quoniam propter ipsum feci, pariter uidet, quoniam propter ipsum fecisse me nolui ostendere V 56, et praeceptum eius idolothytum quodammodo feci. **4.** Multi dicunt, nemo se debet promulgare ; puto autem nec negare. Negat enim, quicumque dissimulat in quacumque causa pro ethnico habitus, et utique omnis negatio idololatria est, sicut omnis idololatria negatio siue in factis siue in uerbis.

XXIII. **1.** Sed est quaedam eiusmodi species in facto et in uerbo bis acuta et infesta utrimque, licet tibi blandiatur, quasi uacet in utroque, dum factum non uidetur, quia dictum non tenetur.

9 aliud *Lat* **11** ullum *Gel* : illum *B* **13** per cum maledictus *Vrs* **14** insanis *Gel* : insanus *B* idololatria *Lat* : idololatriae *B* **16** Ioui *Vrs*, *Scal* **18** remaledicere *Gel* : et maledicere *B* **21** per *add. Gel* Christo initiatus *Gel* : Christum Sationistus *B* **22** non *del. Pam* **24** cui *add. Vrs* **26** propicios *B* **27** per quae *B*, quem per *fort.* **28** compensat *Vrs* : compensant *B* **29** honorentur *Gel* : honorantur *B* **30** feci ? Si deus *Oehlerus*, fecisse deus *B*, feci. Deus *Gel*, feci ? Sed deus *Vrs*

2 et] et contra *Reifferscheidius* **7** uerbo bis *B*, uerbis *Iun* **8** caura *alii* utrim- V 56

15 quanto magis, ⟨si⟩, cum *Kroym.*, *nulla iusta de causa* **24** cui] *del. Kroym.* **27** per quae] *B*, *tuent. Hartel et Kroym.* **27/28** benedictiones ... compensant *Kroym.* V 55

Pecuniam de ethnicis mutuantes sub pignoribus fiduciati iurati cauent et se negant ; se scire uolunt scilicet tempus persecutionis et locus tribunalis et persona praesidis. **2.** Praescribit Christus non esse iurandum. Scripsi, inquit, sed nihil dixi : lingua, non littera occidit. Hic ego naturam et conscientiam aduoco : naturam, quia nihil potest manus scribere, etiamsi lingua in dictando cessat immobilis et quieta, quod non anima dictauerit ; quamquam et ipsi linguae anima dictauerit aut a se conceptum aut ab alio traditum. **3.** Iam, ne dicatur, alius dictauit ; hic conscientiam appello, an quod alius dictauit anima suscipiat et siue comitante siue residente lingua ad manum transmittat. Et bene, quod in animo et conscientia delinqui dominus dixit. Si, inquit, concupiscentia uel malitia in cor hominis ascenderit, pro facto teneris. **4.** Cauisti igitur, quod in cor tuum plane ascendit, quod neque ignorasse te contendere potes neque noluisse. **5.** Nam cum caueres, scisti, cum scires, utique uoluisti ; et est tam facto quam cogitatu. Nec potes leuiore crimine maius excludere, ut dicas falsum plane effici cauendo quod non facis. Tamen non negaui, quia V 57 non iuraui. Quin immo, etsi nihil tale fecisses, sic tamen dicereris deierare, fecisse si consenseris. Non ualet tacita uox in stilo et mutus in litteris sonus. **6.** At enim Zacharias temporali uocis orbatione multatus cum animo conlocutus linguam inritam transit, cum manibus suis a corde dictat et nomen filii sine ore pronuntiat : loquitur in stilo, auditur in cera manus omni sono clarior, littera omni ore uocalior. Quaere, an dixerit qui dixisse compertus est. **7.** Dominum oremus, ne qua nos eiusmodi contractus necessitas circumsistat et, si ita euenerit, det fratribus operandi copiam uel nobis abrumpendae omnis neces-

13 cf. Matth. 5, 34. **22** cf. Matth. 5, 28. V 56
4 cf. Luc. 1, 20. 62sq. V 57

que *Gel* : utrique *B* **10** fiduciatis *Rig* **11** se] sic *Gel* negant *Gel* : necant *B* se *om. Gel*, sed *Hartelius* ; se sciri nolunt, scitur *fort.* **12** locum *Gel* personam *Gel* **13** dixi *Gel* : dixit *B* **14** ergo *Gel* **16** dictitando *Gel* anima *Gel* : animae *B* **18** alius dictauit *Gel* : aliquis dictarit *B* **22** delinqui *Gel* : delinquit *B* **23** teneris *Gel* : teneri *B* **25** potes *Vrs* : potest *B* **26** et es *Gel*, et haeres *Lat*, egisti *Oehlerus* in facto *Gel*, *Lat* **27** maius *Lat* : manus *B*

1 facis. Tamen *Gel* : facit tamen *B* **2** quin immo *scripsi* : quoniam *B*, immo *Gel*, V 57 quinam ? *Hartelius* sic *Oehlerus* : si *B*, *del. Gel* **3** diceris *Iun* fecisse *del. Gel* **6** cum *Oehlerus* : eam *B*, *del. Gel*, iam *fort.* **7** manus *Gel* : manu *B* **8** clarior *Gel* : conclarior *B* **10** det *Gel* : de *B* **11** operandi copiam *Gel* : operandis copia *B*

10/11 iurati cauent, etsi negant se scire ; uolunt scilicet *recte Hartel* **17** tamquam V 56 *Hartel*, *minus recte* **27** *sq.* ut dicas : Falsum plane feci cauendo quod non facit (*sc.* ad cauendum) *Kroym.*, *minus recte*, *ut nobis uidetur*

1/4 *sic emendare conatus est Kroym.* : quia non iuraui, quoniam et (*sc.* tunc negauisses) V 57 si nihil tale fecisses, si tamen dicereris deierare. Si fecisse consenseris, non ualet tacita uox in stilo et mutus in litteris sonus ? **6** cum] nam *recte coni. Hartel*

sitatis constantiam, ne illae litterae negatrices uicariae oris nostri in die iudicii aduersus nos proferantur signatae signis non iam aduocatorum, sed angelorum.

XXIV. **1.** Inter hos scopulos et sinus, inter haec uada et freta idololatriae uelificata spiritu dei fides nauigat, tuta si cauta, secura si attonita. Ceterum inenatabile excussis profundum est, inextricabile inpactis naufragium est, inrespirabile deuoratis hypobrychium in idololatria. Quicumque fluctus eius offocant, omnis uertex eius ad inferos desorbet. **2.** Nemo dicat : quis tam tuto praecauebit ? Exeundum de saeculo erit. Quasi non tanti sit exire, quam idololatren in saeculo stare. Nihil esse facilius potest, quam cautio idololatriae, si timor eius in capite sit. Quaecumque necessitas minor est periculo tanto comparata. **3.** Propterea spiritus sanctus consultantibus tunc apostolis uinculum et iugum nobis relaxauit, ut idololatriae deuitandae uacaremus. Haec erit lex nostra, quo expedita hoc plenius administranda, propria Christianorum, per quam ab ethnicis agnoscimur et examinamur, haec accedentibus ad fidem pro- V 58 ponenda et ingredientibus in fidem inculcanda est, ut accedentes deliberent, obseruantes perseuerent, non obseruantes renuntient sibi. **4.** Viderimus enim si secundum arcae typum et coruus et miluus et lupus et canis et serpens in ecclesia erit. Certe idololatres in arcae typo non habetur. Nullum animal in idololatren figuratum est. Quod in arca non fuit, in ecclesia non sit.

---

12 constantiam *Gel* : constantia *B* **18** inpactis *Gel* : in pactis *B* inresperabile *B*, *corr. Gel* **19** hypobricium *B*, *corr. Gel* **20** *sq.* iam tutus *Iun* **23** sit *Gel* : sunt *B* **24** comparato *B*, *corr. Gel* **28** Christianum *B*, *corr. Gel*

4 uidebimus *fort.* arcae typum *Lat* : archetypum *B* **6** arcae typo *Lat* : V 58 archetypo *B* habetur *Gel* : habet *B*

XXIV

Q. S. FL. TERTVLLIANI

AD SCAPVLAM

CVRA ET STVDIO

E. DEKKERS

MONITVM

G	Codex Gorziensis deperditus, cuius uarias lectiones ex editione tertia Rhenani assumpsimus.
L	Codex Leidensis 2, saec. XV.
Λ	Codex Florentinus Laurentianus XXVI, 12, saec. XV.
N	Codex Florentinus Magliabechianus I, VI, 9, saec. XV.
V	Codex Vindobonensis 4194, nunc Neapolitanus, lat. 55, saec. XV ; *V*² : emendationes manus secundae.
X	Codex Luxemburgensis 75, saec. XV.
*Rh*¹, *Rh*³	editio prima et tertia Beati Rhenani, Basileae, 1521 et 1539.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Oehler	editio Francisci Oehler, Lipsiae, 1853.
Bindley	editio T. Herbert Bindley, Oxonii, 1893.

Ex uariis lectionibus codicum minoris auctoritatis *L* et *V* et *Λ*, quas adnotauit Franciscus Oehlerus, haud paucas selegimus quae uidentur maioris momenti, potius ad traditionem textus illustrandam quam ad restitutionem. Codicem Luxemburgensem ipsi inspeximus ; Florentinum *N* optimae notae ope plagularum lumine depictarum, quas humanissime nobis conficiendas curauit R. P. Hugolinus Lippens collegii S. Bonauenturae ad Claras Aquas, clarior uero in nos urbanitate, legimus et scrutati sumus.

AD SCAPVLAM

I. **1.** Nos quidem neque expauescimus, neque pertimescimus ea quae ab ignorantibus patimur, cum ad hanc sectam, utique suscepta condicione eius pacti, uenerimus, ut etiam animas nostras exauctorati in has pugnas accedamus, ea quae Deus repromittit consequi optantes, et ea quae diuersae uitae comminatur pati timentes. **2.** Denique cum omni saeuitia uestra concertamus, etiam ultro erumpentes, magisque damnati quam absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed uobis et omnibus inimicis nostris, nedum amicis. **3.** Ita enim disciplina iubemur diligere inimicos quoque et orare pro iis qui nos persequuntur, ut haec sit perfecta et propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum. **4.** Qui ergo dolemus de ignorantia uestra, et miseremur erroris humani, et futura prospicimus, et signa eorum cottidie intentari uidemus, necesse est uel hoc modo erumpere ad proponenda uobis ea quae palam non uultis audire.

II. **1.** Nos unum Deum colimus, quem omnes naturaliter nostis, ad cuius fulgura et tonitrua contremiscitis, ad cuius beneficia gaudetis. Ceteros et ipsi putatis deos esse, quos nos daemonas scimus. **2.** Tamen humani iuris et naturalis potestatis est unicuique quod putauerit colere; nec alii obest aut prodest alterius religio. Sed nec religionis est cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non ui, cum et hostiae ab animo libenti expostulentur. Ita etsi nos compuleritis ad sacrificandum, nihil praestabitis diis uestris : ab inuitis enim sacrificia non desiderabunt, nisi si contentiosi sunt; contentiosus autem Deus non est. **3.** Denique qui est uerus, omnia

I, **14** cfr. Matth. 5, 44 ; Luc. 6, 28.

I, **1** INCIPIT AD SCAPVLAM *N*, Q. Septimii Florentis Tertuliani Incipit liber ad scapulam *X* **2** expauessimus *X* **4** susceptam condicionem *X* **4/5** pacti uenerimus, ut etiam animas nostras auctorati *G edd.*, pacti uenerimus ait etiam anima nostra ex auctorịtati *N*, pacti ante cum anima nostra et auctorati *X*, pacti ante cum anima nostra et autoritati *VL*, pacti ante cum anima nostra & autorati *ΛRh*¹ ; exauctorati *scripsi* **5** accedamus] *N edd.*, accedimus *rel. codd.* *Rh*¹ **7** patimentes *N* sententia *VL* **8** certamen *N* **10** nobis] uobis *VL* uestris *V corr. L* **11** necdum *codd.* **12** eis *codd.* **15** nostra *VL* **16** prospiciemus *codd. praeter N* signa] fuga *X* **17** ostentari *coni. Iunius* **18** eo *X*.

II, **2** contremiscimus *codd.* *Rh*¹ **3** gaudemus *N* **4** daemones *codd. praeter N* **5** alii] *om. X* **9** inuictis *X* **10** nisi si] si *om. Rig.*

sua ex aequo et profanis et suis praestat. Ideoque et iudicium constituit aeternum de gratis et ingratis. Tamen nos, quos sacrilegos existimatis, nec in furto unquam deprehendistis, nedum in sacrilegio. **4.** Omnes autem qui templa despoliant, et per deos iurant, et eosdem colunt, et Christiani non sunt, et sacrilegi tamen deprehenduntur. Longum est si retexamus, quibus aliis modis et derideantur et contemnantur omnes dii ab ipsis cultoribus suis. **5.** Sic et circa maiestatem imperatoris infamamur; tamen nunquam Albiniani, nec Nigriani, uel Cassiani inueniri potuerunt Christiani, sed idem ipsi qui per genios eorum in pridie usque iurauerant, qui pro salute eorum hostias et fecerant et uouerant, qui Christianos saepe damnauerant, hostes eorum sunt reperti. **6.** Christianus nullius est hostis, nedum imperatoris, quem sciens a Deo suo constitui, necesse est ut et ipsum diligat et reuereatur et honoret et saluum uelit, cum toto Romano imperio, quousque saeculum stabit : tamdiu enim stabit. **7.** Colimus ergo et imperatorem sic quomodo et nobis licet et ipsi expedit, ut hominem a Deo secundum ; et quicquid est a Deo consecutum est, solo tamen Deo minorem. Hoc et ipse uolet. Sic enim omnibus maior est, dum solo Deo minor est. Sic et ipsis diis maior est, dum et ipsi in potestate eius sunt. **8.** Itaque et sacrificamus pro salute imperatoris, sed Deo nostro et ipsius, sed quomodo praecepit Deus, pura prece. Non enim eget Deus, conditor uniuersitatis, odoris aut sanguinis alicuius. Haec enim daemoniorum pabula sunt. **9.** Daemonas autem non tantum respuimus, uerum et reuincimus, et cottidie traducimus, et de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. Ita nos magis oramus pro salute imperatoris, ab eo eam postulantes qui praestare potest. **10.** Et utique ex disciplina patientiae diuinae agere nos, satis manifestum esse uobis potest, cum tanta hominum multitudo, pars paene maior ciuitatis cuiusque, in silentio et modestia agimus, singuli forte noti magis quam omnes, nec aliunde noscibiles quam de emendatione uitiorum pristinorum. Absit enim ut indigne feramus ea nos pati quae optamus, aut ultionem a nobis aliquam machinemur, quam a Deo exspectamus.

II, **12** cfr Matth. 5, 45. **25** cfr Rom. 13, 1 ; Tit. 3, 1 ; I Petr. 2, 13.

---

14 futuro *VLA* **15** ne dum *N*, necdum *rel. codd.* omnis *XLA* tempora *X* dispoliant *codd. praeter N* **17** est] *om. N* **21** inueniri] uincturi *X* **22** saluti *X* **23** et fecerant] effecerant *codd. Rb.*, effecerunt V^1, efferunt V^2 uouent V^2 christiano *N* **24/25** Christiani nulli et *X* **25** sciens] *om. N* **27** eum *X* **30** secundum] seculum *XL* est] XV^1L, *om. N Rb*, et V^2 *codd. Vatic. Pamelii Rig. Oehler* tamen] *N*, *om. rel.* **33** eius sunt] *N*, sunt eius *rel.* **35** uniuersitatis] NXV^2 Rb^1 *edd.*, immensitatis V^1LA *codd. Vatic.* **37** daemonas] *NX*, daemones *rel.* **42** nobis *X* **43** maior] *GN edd.*, *om. rel. codd. et* Rb^1 **44** agamus *NX*, augurum *VLA* singulis $XLRb^1$ *corr.* **46** quae] *GN edd.*, quam *X* Rb^1 *corr.* **47/48** expectemus *NXA*.

III. **1.** Tamen, sicut supra diximus, doleamus necesse est, quod nulla ciuitas impune latura sit sanguinis nostri effusionem ; sicut et sub Hilariano praeside, cum de areis sepulturarum nostrarum acclamassent : ‚Areae non sint!' Areae ipsorum non fuerunt : messes enim suas non egerunt. **2.** Ceterum et imbres anni praeteriti quid commemorauerint genus humanum apparuit, cataclysmum scilicet et retro fuisse propter incredulitates et iniquitates hominum ; et ignes qui super moenia Carthaginis proxime pependerunt per noctem, quid minati sint, sciunt qui uiderunt ; et pristina tonitrua quid sonuerint, sciunt qui obduruerunt. **3.** Omnia haec signa sunt imminentis irae Dei, quam necesse est, quoquo modo possumus, ut et nuntiemus et praedicemus, et deprecemur interim localem esse. Vniuersalem enim et supremam suo tempore sentient, qui exempla eius aliter interpretantur. Nam et sol ille in conuentu Vticensi extincto paene lumine adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, positus in suo hypsomate et domicilio. Habetis astrologos. **4.** Possumus aeque et exitus quorumdam praesidum tibi proponere, qui in fine uitae suae recordati sunt deliquisse, quod uexassent Christianos. Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. Claudius Lucius Herminianus in Cappodocia, cum indigne ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse, Christianos crudeliter tractasset, solusque in praetorio suo uastatus peste, conuiuis uermibus ebulisset : ‚Nemo sciat, aiebat, ne gaudeant Christiani aut sperent Christianae.' Postea cognito errore suo, quod tormentis quosdam a proposito suo excidere fecisset, paene Christianus decessit. Caecilius Capella in illo exitu Byzantino : ‚Christiani gaudete!' exclamauit. **5.** Sed qui sibi uidentur impune tulisse, uenient in diem diuini iudicii. Tibi quoque optamus admonitionem solam fuisse, quod, cum Adrumeticum Mauilum idem Caecilius ad bestias damnasset, statim haec uexatio subsecuta est,

---

III, **1** dolemus *codd. praeter N* **2** ulla *N* **3** Ylarino *N* praeside] *GN*, *om. rel. codd. et* Rb^1 arei *XV*, arci *L* **4** acclamassent] *N*, adclamassent *rel.* aree nostre aree ipsorum *N* **6** quod *X* commeruerunt, *corr. in* commeruerint *A* **7/8** incredulitatis et iniquitatis *XLA* **9/10** quid minati sint] *N edd.*, qui mirati sunt *rel. codd.* Rb^1 **10** quod uiderunt *XL*, quid uid. *V* Rb^1 quid sonuerint] *N Rig.*, quod sona erint *X*, sonauerint *rel.* **12** quo quomodo *X*, quo *om. L* **13** annuntiemus *Rig. Bindley* **15** sol] *om. N* **16** comitatu *L* incensi *XVL* **19** praesidium *X* **21** ingellis *X*, ingellius *L* **22** Claudius Lucius] Claudius *om. N*, gladius lucinus *X*, gladius lutius *VL* hierominianus $NXVRb^1$ **24** solusque in] *N edd.*, solo *rel. codd.* Rb^1 **25** conuiuis] *coni. Scaliger*, cum uiuis *NX*, cum muris V^1L, cum innumeris V^2, cum uiuus Rb^3 obtulisset *L* **26** aut sperent Christianae] *coni.* Rb^3, *om. GN Rig.*, aut spe christiana[e] $XVLRb^1$ **29** Capilla *codd.*, Rb^1 *corr.* bysamino *X* **30** sibi uidentur] *N*, uidentur sibi *rel.* **31** indicem *X* abtamus *X* **32** cum] et Rb^1 *corr.* in ut Adrymeticum XRb^1, Adyrmeticum *corr. in* Adrymetticum *V*, Adirmeticum *L* ide cecilius *N*, *om. rel.*, *fort. delendum et* damnasses *scribendum cum* V^2 ? **33** damnasset] $NVLRb^1$, damnasses V^2Rb^1 *in marg.*,

nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis. Sed memento de cetero.

IV. **1.** Non te terremus, qui nec timemus; sed uelim, ut omnes saluos facere possimus, monendo μὴ θεομαχεῖν. Potes et officio iurisdictionis tuae fungi et humanitatis meminisse, uel quia et uos sub gladio estis. **2.** Quid enim amplius tibi mandatur quam nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta reuocare? Videtis ergo quomodo ipsi uos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. Adeo confitemini innocentes esse nos, quos damnare statim ex confessione non uultis. Si autem contenditis ad elidendos nos, iam ergo innocentiam expugnatis. **3.** Quanti autem praesides, et constantiores et crudeliores, dissimulauerunt ab huiusmodi causis! ut Cincius Seuerus, qui Thysdri ipse dedit remedium, quomodo responderent Christiani ut dimitti possent; ut Vespronius Candidus, qui Christianum quasi tumultuosum ciuibus suis satisfacere dimisit; ut Asper, qui modice uexatum hominem et statim deiectum, nec sacrificium compulit facere, ante professus inter aduocatos et adsessores, dolere se incidisse primum in hanc causam. Pudens etiam missum ad se Christianum, in elogio concussione eius intellecta, dimisit, scisso eodem elogio, sine accusatore negans se auditurum hominem secundum mandatum. **4.** Haec omnia tibi et de officio suggeri possunt, et ab eisdem aduocatis, qui et ipsi beneficia habent Christianorum, licet acclament, quae uolunt. **5.** Nam et cuiusdam notarius, cum a daemone praecipitaretur, liberatus est; et quorumdam propinquus et puerulus; et quanti honesti uiri (de uulgaribus enim non dicimus) aut a daemoniis aut ualetudinibus remediati sunt! Ipse etiam Seuerus, pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam et Proculum Christianum qui Torpacion cognominabatur, Euhodiae procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requisiuit et in palatio suo habuit usque ad mortem eius; quem et

IV, **2** cfr Act. 5, 39.

quos edd. secuti sunt, damnass. *X* statim haec uexatio] *N*, statim et ueratio XV^2 (ueneratio V^1), statim et ne ratio *L*, statim & uexatio Rb^1, et statim haec uexatio *rel. edd.* **34** Sed memento] *N edd.*, et memento *rel. codd.* Rb^1.

IV, **1** uelim ut] $GNRb^1$ *in marg. edd.*, uelim et *rel. codd.* Rb^1 **2** *MNΘEOMAXEIN N*, *desiderantur in VL* potest *XVL* **3** iuris et dictionis *VL* **4** tibi] ter *VL* **11** cum delitiores *L* **12** thistri *NRb*, Thystri V^1L, Tysdri V^2 **14** tumultuosis V^2 **17** dolore] *om. XVLRb* sed *L* **18** primum] *N*, *rel. om.* **19** confessione V^2 **20** scissoque *N* accusatore] *X edd.*, accusatione *NVL* **20/21** hominem] *GN edd.*, *om. rel. codd.* **21** tibi] ter *VL* **23** licent *N* **24** cuidam *X* a] *om. X* **25** propinquos *X* **27** ualetitudinibus *XVL* liberati *corr. in* remediari *N* **28** Nam et] *GN edd.*, nam cum *rel. codd.* Rb^1 **29** Christianum] *GN edd.*, *rel. codd.* Rb^1 *om.* Torpacion] *G*

Antoninus optime nouerat, lacte Christiano educatus. **6.** Sed et clarissimas feminas et clarissimos uiros Seuerus, sciens huius sectae esse, non modo non laesit, uerum et testimonio exornauit, et populo furenti in nos palam restitit. Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum orationibus ad Deum factis imbres in siti illa impetrauit. Quando non geniculationibus et ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae? Tunc et populus acclamans Deo deorum, qui solus potens. In Iouis nomine Deo nostro testimonium reddidit. **7.** Praeter haec depositum non abnegamus, matrimonium nullius adulteramus, pupillos pie tractamus, indigentibus refrigeramus, nulli malum pro malo reddimus. Viderint, qui sectam mentiuntur, quos et ipsi recusamus. Quis denique de nobis alio nomine queritur? Quod aliud negotium patitur Christianus, nisi suae sectae, quam incestam, quam crudelem tanto tempore nemo probauit? **8.** Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro ueritate, pro Deo uiuo, cremamur; quod nec sacrilegi, nec hostes publici, uerum nec tot maiestatis rei pati solent. Nam et nunc a praeside Legionis, et a praeside Mauritaniae uexatur hoc nomen, sed gladio tenus, sicut et a primordio mandatum est animaduerti in huiusmodi. Sed maiora certamina maiora sequuntur praemia.

V. **1.** Crudelitas uestra gloria est nostra. Vide tantum ne hoc ipso, quod talia sustinemus, ad hoc solum uideamur erumpere, ut hoc ipsum probemus, nos haec non timere, sed ultro uocare. Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt. Tum ille, paucis duci iussis, reliquis ait: Ὦ δεῖλοι, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους

V, **6** cfr Plin. epist. X, 97 „perseuerantes duci iussit".

edd., Torp[a]cion NRb^1, tot pacion *XVL* Euhodiae] *Pam.*, Euhode *G*, Eubode *N*, Euhodae *XVL*, Euboeae *Rb corr.* **32** nouerat Christianis educatum *cod. Diuion. ex edit. Rig.* **32/33** sed et] *GN edd.*, non enim et *rel. codd.* Rb^1 **34** non laesit] non *om. X* **35** in os *A* resistit *VL* **38** et ieiunationibus] *om. X* **40** qui] *GN edd.*, et qui $XVLRb^1$ **41** Praeter] *GN edd.*, Propter $XVLRb^1$ **42** adulteramur XRb^1, adulteraturum *L* **44** Viderunt *X* **46** nisi] non *X* **48** Pro tanta innocentia] *repet. in N* **49** pro iustitia... ueritate *om. X* **50** quos *VL* uerum] *N* Rb^2 *Rig. Latinius*, ueri *rel. omnes* **51** tot] *om. N* **54** sequuntur] *GN Rig.*, *om.* $XVLRb^1$ *Oehler Bindley.*

V, **3** hoc] haec *X* **4** Arrius] Alius *N* **5** ante] *GN edd.*, *rel. codd.* *Rb om.* tribunali *Rb* **6** tum ille... iussis] *N*, *coni.* Rb^1, dum illi... iussit *X*, cum ille... iussis *V*, cum ille... iussit *L*, tum ille... iussit Rb^1 **7/8** *ODOINOCOCIETEAΠΘON NCKE INKPHMNOYC E BPOXOYCEXTE N*, *ΔIΠΩIH-*

ἔχετε. **2.** Hoc si placuerit et hic fieri, quid facies de tantis milibus hominum, tot uiris ac feminis, omnis sexus, omnis aetatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi ? Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit ! Quid ipse Carthago passura est, decimata a te, cum propinquos, cum contubernales suos illic unusquisque cognouerit, cum uiderit illic fortasse et tui ordinis uiros et matronas, et principales quasque personas, et amicorum tuorum uel propinquos uel amicos ? **3.** Parce ergo tibi, si non nobis. Parce Carthagini, si non tibi. Parce prouinciae, quae uisa intentione tua obnoxia facta est concussionibus et militum et inimicorum suorum cuiusque. **4.** Magistrum neminem habemus, nisi solum Deum. Hic ante te est, nec abscondi potest, sed cui nihil facere possis. Ceterum quos putas tibi magistros, homines sunt et ipsi morituri quandoque. Nec tamen deficiet haec secta, quam tunc magis aedificari scias, cum caedi uidetur. Quisque enim tantam tolerantiam spectans, ut aliquo scrupulo percussus et inquirere accenditur, quid sit in causa, et ubi cognouerit ueritatem et ipse statim sequitur.

ΩΗΛΗΘΗΛΠ Θ ΩΝΗCΚΗ ΙΝ ΚΡΗΜΝΩΥC Η ΒΡΩΧΩΥC ΗΧΘΗ XRb[1], *desiderantur in VL* **8** Et hoc *VL* de tantis] *GN edd.*, decim *X*, decem *VLRb*[1] **11** quod ipsa *LRb*[1] **12** decimata] *codd. Rb*, decimanda *rel. edd.* cum propinquos] *om. N* **18** suorum cuiusque] *edd.*, cuius quorum cuiusque *codd.* (*praeter V*[1] : quorumcumque cuiusque) *Rb*[1], et curiosorum cuiusque *coni. Rb*[2] **19** nisi] *NV*[2]*Rb*[1], non *X*, uero *V*[1]*L* solum Deum] *N*, Deum solum *rel. omnes* **22** tamen nec *X* **23** hedificari *N* **23** Quisque] *N*, quis *rel. codd.* **24** expectans *codd.* in aliquo *codd. Rb*[1], non aliquo *Rb*[2] **25** quod *XVL* TERTVLLIANI AD SCAPVLAM EXPLICIT *N*.

XXV

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE FVGA IN PERSECVTIONE

CVRA ET STVDIO

J. J. THIERRY

MONITVM

N	codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9 (527), saec. XV.
X	codex Luxemburgensis 75, saec. XV.
V	codex Neapolitanus, Mus. Naz. 55 (olim Vindobonensis 4194) saec. XV.
V (m. sec.)	codicis *V* manus altera, quae codicis lectiones correxit.
L	codex Leidensis lat. 2, saec. XV.
R	editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521.
R²	editio secunda Beati Rhenani, Basileae, 1528.
G	codex Gorziensis, quo usus est Rhenanus in editione sua tertia, Basileae, 1539.
B	editio Martini Mesnartii, Parisiis, 1545.
Gel.	editio altera Sigismundi Gelenii, Basileae, 1562.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Iun.	editio Francisci Iunii, Franeckerae, 1597.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Oe.	editio Francisci Oehleri, Lipsiae, 1853.
Ma.	editio Iosephi Marrae, Augustae Taurinorum, 1932.
Lat.	Latinius (Latini Latinii Bibliotheca Sacra et Profana, a Dominico Macro Melitensi nunc primum e Bibliotheca Brancaccia in lucem editae, Romae, 1677).
Vrs.	Fuluius Vrsinus (Fuluii Vrsini lectiones, asseruatae a Ioa. a Wouwer, Ad Q. Sept. Flor. Tertulliani opera emendationes epidicticae, Francofurti ad Moenum, 1603).
Cast.	L. Castiglioni, qui suam de aliquot libelli locis opinionem cum Marra editore communicauit.
Borl.	J. G. Ph. Borleffs, qui suam de aliquot locis opinionem mecum communicauit.

Prae ceteris adhibui codices *N* et *X*, quorum *N* multo pauciora uitia exhibet. Etiam huius codicis exemplar lucis ope expressum mihi nunc praesto fuit. Vnde haec noua editio nonnullis locis a superiore mea differt (uide meam editionem : *Tertullianus, De fuga in persecutione, met inleiding, vertaling, toelichting en index*, Hilversum, 1941, p. 1, 40-44).

DE FVGA IN PERSECVTIONE.

I. **1.** Quaesisti proxime, Fabi frater, fugiendum necne sit in persecutione, quod nescio quid annuntiaretur. Ibidem ego oblocutus aliquid pro loco ac tempore et quarundam personarum importunitate, semitractatam materiam abstuli mecum plenius eam de stilo nunc renuntiaturus, utpote quam et tua consultatio commendarat et condicio temporum suo iam nomine iniunxerat. Quanto enim frequentiores imminent persecutiones, tanto examinatio procuranda est, quomodo eas excipere fides debeat. Procuranda autem examinatio penes uos, ⟨qui⟩, si forte, Paracletum non recipiendo, deductorem omnis ueritatis, merito adhuc etiam aliis quaestionibus obnoxii estis. **2.** Igitur consultationi tuae ordinem quoque induimus, animaduertentes ante determinari oportere de statu ipsius persecutionis, utrum a Deo ueniat an a diabolo, quo facilius de obitu eius constare possit. Omnis enim rei inspectio auctore cognito planior. Satis est quidem praescribere nihil fieri sine Dei uoluntate ; sed non statim hac sententia ceteris retractatibus locum dabimus, ne a praesenti articulo auocemur, si qui responderit : « Ergo et malum a Deo et delictum a Deo, nihil iam in diabolo, nihil etiam in nobis ipsis ».

3. De persecutione nunc quaeritur : circa hanc interim dixerim nihil fieri sine Dei uoluntate, respiciens eam in primis Deo dignam esse et, ut ita dixerim, necessariam, ad probationem scilicet seruorum eius siue reprobationem. Quis est enim exitus persecutionis, quis effectus alius, nisi probatio et reprobatio fidei, qua suos utique Dominus examinauit ? **4.** Hoc nomine iudicium est persecutio, per quam quis aut probatus aut re-

I, **11** sq. Ioh. 16, 13.

I, **1** Incipit Tertulliani de fuga *N*, De fuga siue de persecutione *in indice libro N praefixo*, Q. Septimii Florentis Tertuliani Incipit liber de fuga in persecutione *X*, De persecutione *alii* **6** plenius eam] plenius in eam *N* **6/7** et tua consultatio] *Iun. Ma.*, ei tua cons. *NXR*, mihi tua cons. *Oe*, mihi et tua cons. *Rig. Vrs.*, ei et tua cons. *alii* **10** penes uos] *edd. plerique*, penes suos *NX R Gel.* **11** qui si forte] *Vrs. Oe. Ma.*, si forte *NXR* **12** obnoxii] R *in marg. Rig. Iun.*, obnixi *NX* **13** induimus] *XR*, indidimus *N Ma.* **15** ueniat] *N*, abueniat *X*, obueniat *Ma.* **17** praescribere] *Pam. Rig. Oe. Ma.* perscribere *NXR* **18** hac] ac *N* **18/19** retractatibus] *V(m. sec.) Rig. Vrs. Oe. Ma.*, retractauimus *NXR*, retractauerimus *B Gel. Pam.* ceteras retractantibus *Scaliger*, de ceteris retractauerimus *Lat.* **19** auocemur] reuocemur *Iun.* **23/24** deo dignam] *N Ma.*, dignam deo *XR edd.* **24** ad probationem] *NG edd.*, approbationem *XR* **26** effectus alius] effectus alias *X* **27** qua suos] quam suos *X* examinauit] *NXR*, examinabit *Oe. Ma.* hoc nomine] *Ma.*, *praeeunte Thörnell (Stud. Tert. I, 57), qui mauult* et hoc nomine ; hoc nomen *NXR*, hoc omne *Rig. Vrs.*, hoc

probatus iudicatur : porro iudicium soli Deo competit. Haec pala illa, quae et nunc dominicam aream purgat, ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans et discernens frumentum martyrum et paleas negatorum. Hae etiam scalae, quas somniat Iacob, aliis ascensum in superiora, aliis descensum ad inferiora demonstrantes.

5. Sic et agonem intellegi capit persecutionem. A quo certamen edicitur, nisi a quo corona et praemia proponuntur ? Legis edictum agonis istius in Apocalypsi, quibus praemiis ad uictoriam inuitet, uel maxime illos, qui proprie uicerint in persecutione, uincendo luctati re uera non aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus spiritalia nequitiae. Ita agnosces ad eundem agonithetam pertinere certaminis arbitrium, qui inuitat ad praemium. Totum, quod agitur in persecutione, gloria Dei est, probantis et reprobantis, imponentis et deponentis. Quod autem ad gloriam Dei pertinet, utique ex uoluntate illius eueniet. Sed quando Deus magis creditur, nisi cum magis timetur, nisi in tempore persecutionis ? **6.** Ecclesia in attonito est ; tunc et fides in expeditione sollicitior et disciplinatior in ieiuniis et stationibus, [et] ⟨in⟩ orationibus et humilitate, in alterutra diligentia et dilectione, in sanctitate et sobrietate : non enim uacatur nisi timori et spei. Adeo et ex hoc ipso ostenditur nobis non posse diabolo deputari eam, quae meliores efficit Dei seruos.

II. **1.** Si, quod iniquitas a Deo non est, sed a diabolo, persecutio autem ex iniquitate consistit — quid enim iniquius, quam ueri Dei antistites, omnes sectatores ueritatis nocentissimorum more tractari ? —, ideo uidetur persecutio a diabolo euenire, a quo iniquitas agitur, ex qua constat persecutio, scire debemus, quatenus nec persecutio potest sine iniquitate diaboli nec probatio fidei sine persecutione, propter probatio-

30 cfr Matth. 3, 12. **32** sq. cfr Gen. 28, 12. **37** sqq. Apoc. 2, 7. 10—11. 17. 26—28 ; 3, 5. 12. 21. **39** sq. cfr Eph. 6, 12.

domini *Pam. Oe.* **28/29** probatus aut reprobatus] probans aut reprobans *X* **30** purgat] pugnat *X* **21** euentilans] euentillans *N* **32** frumentum martyrum R *in marg. edd.*, frum. maturum *NXR* hae etiam] *NR Iun.*, haec etiam *X*, haec enim *Pam. Rig.*, et haec etiam *L Oe.* **35/36** certamen edicitur] *R*, certamine dicitur *NX* **41** agonithetam] *NX*, agonothetam R *edd.* **45/47** nisi cum ... persecutionis Ecclesia in attonito est ? *Lat.*, *quod uerisimile esse putat Iunius* **46/47** ecclesia in attonito est] *om. N* (*signo omissionis in marg. adhibito*) **48** in orationibus] *Ma.*, et orationibus *codd. edd.* **50** non enim] nihil enim *N*, nihilo enim *Ma.* spei. Adeo et] spei a deo. Et *X*.

II, **1** si quod] si quoniam *Lat.*, *prob. Iun.* sed a diabolo] sed diabolo *X* **3** omnes] omnis *X Pam. Rig.* **6** quatenus] quatinus *R Iun. Oe.* potest] *NXR*, est *G Gel. Pam. Rig. Oe. Ma.*, pot'est *Iun.* **7** nec probatio fidei] *NG edd.*, nec

nem fidei necessariam iniquitatem non patrocinium praestare persecutioni, sed ministerium ; praecedere enim Dei uoluntatem circa fidei probationem, quae est ratio persecutionis, sequi autem diaboli iniquitatem ad instrumentum persecutionis, quae ratio est probationis. Nam et alias in quantum iustitiae iniquitas aemula est, in tantum materia est ad testimonium eius, cuius est aemula, ut sic iustitia ⟨in⟩ iniquitate perficiatur, quomodo uirtus in infirmitate perficitur. Nam infirma mundi electa sunt a Deo, ut confundantur fortia, et stulta eius, ut confundantur sapientia. Ita et iniquitas adhibetur, ut iustitia probetur confundens iniquitatem. **2.** Igitur quod ministerium non est arbitrii, sed seruitii — arbitrium enim Domini persecutio propter fidei probationem, ministerium autem iniquitas diaboli propter persecutionis instructionem —, ita eam per diabolum, si forte, non a diabolo euenire credimus. Nihil satanae in seruos Dei uiui licebit, nisi permiserit Dominus, ut aut ipsum destruat per fidem electorum in temptatione uictricem, aut homines eius fuisse traducat, qui defecerint ad illum. **3.** Habes exemplum Iob, cui diabolus nullam potuit incutere temptationem, nisi a Deo accepisset potestatem, nec in substantiam quidem eius, nisi Dominus « Ecce », dixisset, « omnia, quae sunt ei, in manu tua do, in ipsum autem ne extenderis manum ». Denique nec extendit, nisi postea[quam] et hoc postulanti Dominus « Ecce », dixisset, « trado tibi illum, tantum animam eius custodi ». **4.** Sic et in apostolos facultatem temptationis postulauit, non habens eam scilicet nisi ex permissu, siquidem Dominus in Euangelio ad Petrum « Ecce », inquit, « postulauit satanas, uti cerneret uos uelut frumentum, ego autem rogaui pro te, ne deficeret fides tua », id est : ne tantum diabolo permitteretur, ut fides periclitaretur. Per quod ostenditur utrumque apud Deum esse, et concussionem fidei et protectionem, cum utrumque ab eo petitur, concussio a diabolo, protectio a filio.

II, **15** II Cor. 12, 9. **15** sq. I Cor. 1, 27. **27** sq. Iob 1, 12. **31** sq. Iob 2, 6. **34** sqq. Luc. 22, 31-32.

persecutio fidei *XR* **8/9** praestare persecutioni] *GR in marg.*, praestare persecutionem *NXR* **13** ad testimonium] *N Ma.*, ad testimonia *codd. edd.* **14** ut sic] ut si *X* iustitia in iniquitate] *Pam. Rig. Oe. Ma.*, iustitia iniquitate *NXR* **16/17** electa sunt a Deo, ut confundantur sapientia. Ita] *X* **17** confundantur sapientia] *Gel. Rig.*, confundatur sapientia *NRVLB Pam. Oe. Ma.* **24** in temptatione] *N Oe, Ma.*, in tentatione *G*, intentationem *X*, in tentationem *R*, in tentatione uictrice R *in marg.* **29** ne extenderis] non extenderis *X* **30** postea [quam] *scripsi*, posteaquam *rell. codd. edd.* **31** Dominus « ecce » dixisset] *NG edd.*, Dominus et ceteris *XR* **33** eam scilicet nisi] *N Ma.*, eam nisi *rell. codd. edd.* **34** Dominus] *om. X* **35** uti cerneret] *X Pam. Rig.*, ut cerneret R *Oe.*, uti discerneret *N Ma*, ut discerneret *GB Gel.* **36** ego autem rogaui pro te] *om. XR*, pro te *om. N*, uerum ego rogaui pro te *edd.* **37/38** per quod ostenditur]

5. Et utique cum filius Dei protectionem fidei habet in sua potestate, quam a patre postulat, a quo omnem accepit potestatem in caelis et in terris, quale est ut concussionem fidei diabolus in manu sua habeat ? Sed in legitima oratione, cum dicimus ad patrem : « ne nos inducas in temptationem » — quae autem maior temptatio, quam persecutio ; — ab eo illam profitemur accidere a quo ueniam eius deprecamur. Hoc est enim quod sequitur : « sed erue nos a maligno », id est : ne nos induxeris in temptationem permittendo nos maligno. Tunc enim eruimur diaboli manibus, cum illi non tradimur in temptationem.

6. Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de Deo impetrasset : tanto [potestatem] abest, ut in oues Dei habeat. Possum dicere porcorum quoque setas tunc numeratas apud Deum fuisse, nedum capillos sanctorum. Habere uidetur diabolus propriam [iam] potestatem, si forte, in eos, qui ad Deum non pertinent, semel in stillam situlae et in puluerem areae et in saliuam nationibus deputatis a Deo ac per hoc diabolo expositis in uacuam quodammodo possessionem. **7.** Ceterum in domesticos Dei nihil illi licet ex propria potestate, quia, quando liceat, id est : ex quibus causis, exempla in Scripturis signata demonstrant. Aut enim ex causa probationis conceditur ei ius temptationis prouocato uel prouocanti, ut in superioribus, aut ex causa reprobationis traditur ei peccator, quasi carnifici in poenam, ut Saul, — « et abscessit », inquit, « Spiritus Domini a Saule, et concutiebat eum spiritus nequam a Domino et suffocabat eum » —, aut ex causa cohibitionis, ut apostolus refert datum sibi sudem angelum satanae, ut colaphizaretur nec hanc speciem permitti diabolo in sanctos humiliandos per carnis uexationem,

---

42 sq. Matth. 28, 18. **45** Matth. 6, 13. **48** Matth. 6, 13. **52** sq. Matth. 8, 31-32. **55** cfr Matth. 10, 30. **57** sq. cfr Ies. 40, 15. **66** I Sam. 16, 14. **68** cfr II Cor. 12, 7.

N, quod ostenditur *X*, quod ostendit *Cast.*, quo ostenditur *edd.* **42** postulat a quo] postulata quo *X* accepit] *Cast.*, accipit *codd. edd.* **53** de Deo] a Deo *X* tanto abest] *Hoppe Ma.*, tantam potestatem habet R, tantum potestatem habet *NX*, tantum potestatem abest *Oe.*, tantum abest *edd.* **54** habeat] habeatur *N* possum.....setas] R, possum quoque dicere porcorum quoque setas *N*, possum dicere porcorum coques et has *X* **56** propriam potestatem] *B Gel. Ma.*, propriam iam potestatem *codd. edd.* **58** areae] aere *X* **59** quodammodo] quosdam modo *X* **61** id est ex quibus] *codd. edd.*, id et ex quibus *Cast. Ma.* **63** ei ius] et ius *X* **63/64** prouocato uel prouocanti] prouocato et prouocati *X* **64** ut in] *N edd.*, uti *XR* reprobationis] *NG edd.*, probationis *XR* **65** ei] et *X* **66** abscessit] abcessit *X* **68** cohibitionis] *NXG edd.*, cohabitationis R **69** colaphizaretur] *Oe. Ma.*, colaphizetur *R edd.*, colafizaretur *X*, collafizaretur *N* nec hanc] *XR*, ne hanc *N*, sic hanc *Ium.* **70** in sanctos] nisi ad sanctos *R*

⟨nisi⟩ [simul] ut et uirtus tolerantiae scilicet in infirmitate perfici possit. Nam et ipse apostolus Phygellum et Hermogenem tradidit satanae, uti emendentur, ne blasphement. Vides iam et a seruis Dei facilius diabolum accipere potestatem ; tanto abest, ut eam ex proprietate possideat.

III. **1.** Cum ergo et haec exempla magis in persecutionibus eueniant, siquidem magis tunc probamur uel reprobamur, et magis tunc humiliamur uel emendamur, ab eo permittatur uel imperetur necesse est catholice fieri haec a quo et ex parte, scilicet ab illo, qui dicit : « Ego sum, qui facio pacem et condo malum », id est : bellum ; hoc est enim contrarium paci. Nostrae autem paci quid est bellum quam persecutio ? Si persecutionis uel maxime exitus aut uitam afferunt aut mortem, aut plagam aut sanationem, habes auctorem eiusdem : « Ego percutiam et sanabo, ego uiuificabo et mortificabo ». « Vram », inquit, « illos sicut uritur aurum » et « Probabo », inquit, « illos sicut probatur argentum ». Cum enim exurimur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. **2.** Haec erunt ignea iacula diaboli, per quae fidei ustio et conflatio administratur, ex Dei tamen uoluntate. De isto quis dubitare possit ignoro, nisi plane friuola et frigida fides, deprehendens eos, qui timide conueniunt in ecclesiam. Dicitis enim : [inquit] « quoniam incondite conuenimus et simul conuenimus et complures concurrimus in ecclesiam, quaerimur a nationibus et timemus, ne turbentur nationes ». Annon scitis, quod Deus sit omnium Dominus ? Et si uelit Deus, tunc persecutionem patieris, si uero noluerit, silebunt nationes. Credas utique, si tamen in eum Deum credis, sine cuius uoluntate nec unius passer assis cadit in terram. Nos autem, puto, multis passeribus antistamus.

IV. **1.** Igitur si constat a quo persecutio eueniat, possumus

---

72 sq. cfr II Tim. 1, 15 ; I Tim. 1, 20.

III, **5** sq. Ies. 45, 7. **10** Deut. 32, 39. **11** Zach. 13, 9. **14** cfr Eph. 6, 16. **24** Matth. 10, 29. **25** Matth. 10, 31.

---

in marg. **71** nisi ut] *scripsi*, nisi simul ut *Rig. Oe. Ma.*, simul ut *codd. edd.* **72** Phygellum] *Rig. Oe. Ma.*, phigelum *NX*, Phygelum R, Philetum *G* **72/73** Hermogenem] Hermoginem *X* **73** uides] *R edd.*, uidens *X*, uidetis *N*.

III, **6** malum] *N*, mala *X edd.* **7** quid est bellum] *Rig. Lat.*, quod est bellum *codd. edd.* **8** afferunt] *Rig. Lat. Oe. Ma.*, auferunt *codd. edd.* **11/13** uram ... cum enim] uram, inquit, illos sicut probatur argentum. Cum enim *X*, uram, inquit, illos sicut uritur argentum et Probabo, inquit, illos sicut probatur aurum. Cum enim *Pam. Rig.* **18** dicitis enim quoniam] *edd.*, dicitis enim inquit quoniam *NR*, dicitis enim inquit quomodo *X* **21** annon] *post B edd.*, Ae ae non *R*, ae Non *X*, hae. Non *N* sit omnium] *N Ma*, omnium sit *codd. edd.* **24** unius passer] *N Ma.*, passer unius *codd. edd.* **25** puto] *om.* *N* passeribus] *om.* *X*.

iam consultationem tuam inducere et determinare ex hoc ipso praetractatu fugiendum in persecutione non esse. Si enim persecutio a Deo euenit, nullo modo fugiendum erit, quod a Deo euenit ; sicut duplex ratio defendit, quia neque debeat deuitari neque possit euadi quod a Deo euenit. Non debet deuitari, quia bonum : necesse est enim bonum esse omne quod Deo uisum est. Et numquid ideo in Genesi sic positum est : « et uidit Deus quia bonum est », non quod ignoraret bonum esse, nisi uidisset, sed ut hoc sono portenderet bonum esse quod Deo uisum est ? Multa quidem sunt, quae a Deo eueniant, et alicuius malo eueniant. Immo bonum est ideo, quia a Deo euenit, ut diuinum, rationale. Quid enim diuinum non rationale ? ⟨Quid rationale⟩ non bonum ? Quid bonum non diuinum ? Si autem sensui cuiusque uidetur, non sensus hominis praeiudicat statui rerum, sed status sensui. Status enim unusquisque certum quid est et dat sensui legem ita sentiendi statum sicut est. Si autem statu quidem bonum quod a Deo uenit — nihil enim a Deo non bonum, quia diuinum, quia rationale —, sensui uero malum uidetur, erit status in tuto, sensus in uitio. Statu optima res pudicitia et ueritas et iustitia, quae a multorum sensu displicent. **2.** Numquid ideo status sensui addicitur ? Ita et persecutio statu bona est, quia diuina et rationalis dispositio, sensui eorum uero, quorum malo uenit, displicet. Vides etiam illud malum rationale apud Deum haberi, cum quis in persecutione euertitur de salute, sicut et bonum illud ratione contingere, cum quis ex persecutione proficit in salute, nisi si irrationaliter quis aut perit apud Dominum aut saluus est. [is] Non poteris persecutionem malum dicere, quae etiam in mali parte bonum est, dum ratione administratur. **3.** Ita si bonum persecutio quoquo modo, quia de statu constat, merito definimus quod bonum est uitari non oportere, quia delictum sit quod bonum est recusare, eo amplius, quod Deo uisum est ; iam uero nec posse uitari, quia a Deo euenit, cuius uoluntas non poterit euadi. Igitur qui putant fugiendum aut malum exprobrant Deo, si persecutionem uti malum fugiunt — bonum enim nemo deuitat — aut fortiores se Deo existimant, qui putant se euadere posse, si Deus tale aliquid uoluerit euenire.

IV, **9** Gen. 1, 10.

IV, **2** tuam] *om. Ma.* **5** defendit] *Rig. Ciacconius Oe. Ma. prob. Iun.*, dependit *codd. edd.* **5/6** quia neque debeat deuitari neque possit] *G edd. plerique*, quia nec debeat *R*, quia neque debeat *X*, quia neque debeat deuitari, quia neque possit *N* **6** quod a Deo] quia a Deo *X* **7** omne] *om. N* **10** ut] in *X* **12** bonum est ideo] bonum est a Deo *R* **13** euenit] uenit *N* ut diuinum rationale] *NXRB Oe. Ma.*, ut diuinum et rationale *edd.* **14** quid rationale] *inserere uult Borl.* **15** cuiusque uidetur] cuiusque non uidetur *V (m. sec.) Ma.* **16** statui] statim *X* **17** et] *edd.*, sed *NXR* sentiendi] *Rig. Oe. Ma.*, sentienti *R in marg. B Gel. Pam*, sentientis *NR*, sensientis *X* **18** sicut est] *N*, sicuti est *Rig. Oe. Ma.*, si est *XR* **19** enim] *om. XR* **20** tuto] toto *XR* **22** sensu] sensus *X* **23** sensui] *G edd.*, sensus *N*, sensus sui *XR*, sensus ui *R in marg.* -**25** displicet] *NG edd.*, *om. XR*, quorum malo uenit mala *R in marg.* uides] *G edd.*, sed quid est *NXR* **25/26** rationale ... haberi] *NR in marg.*, rationale ... habere *XR Oe. Ma.*, rationem habere *rell. edd.* **27/28** contingere cum quis ... in salute] contingere cum quis et persecutione euertitur de salute sicut et bonum illud ratione contingere cum quis ex persecutione proficit in salute *X* proficit] contigit *N*, *corr.* proficit **28** salute, nisi si] *scripsi*, salute. nisi si *rell.* **29** non poteris] *scripsi*, is non poterit *codd. edd.* **30** in mali parte] *N Rig. Scaliger Oe. Ma.*, in malis par *RB Gel.*, in malis parte *X Pam.* **31** ita si] ita sibi *N* **32** definimus] diffinimus *X* **35** uoluntas] uolutas *X* non poterit evadi. Igitur] *R. in marg. edd.*, non uitari poterit. Eo adigitur *N*, non poterit eo adigitur *XR*, non potest euadi. Igitur *Ma* putant] putat *X*.

V. **1.** « Sed quod meum est », inquit, « fugio, ne peream, si negauero ; illius est, si uoluerit, etiam fugientem me reducere in medium ». Hoc mihi prius responde : certus es te negaturum, si non fugeris, an incertus ? Si enim certus, iam negasti, quia praesumendo te negaturum id despopondisti, de quo praesumpsisti et uane iam fugis, ne neges, qui, si negaturus es, iam negasti. Si uero incertus es, cur non ex aequalitate incerti metus inter utrumque euentum etiam confiteri te posse praesumis et saluum magis fieri, quominus fugias, sicut negaturum te praesumis, ut fugias ? **2.** Iam nunc aut in nobis est utrumque aut totum in Deo. Si in nobis aut confiteri aut negare, cur non id praesumimus, quod est melius, id est : confessuros nos ? Nisi si uis confiteri, pati[aris] non uis ; nolle autem confiteri negare est. Si uero in Deo totum est, cur non totum relinquimus arbitrio eius, agnoscentes uirtutem et potestatem, quod possit nos sicut fugientes reducere in medium, ita et non fugientes, immo et in medio populo conuersantes obumbrare ? **3.** Quale est, ut ad fugiendum Deo honorem reddas, qui possit te etiam fugientem producere in medium, ad constandum autem inhonores illum desperans potentiam protectionis ab illo ? Quanto magis ex hac parte constantiae et fiduciae in Deum, ⟨si⟩ dicis : « ego, quod meum est, facio ;

V, **1** peream] per eam *X* **3** te] *om. RB Gel.* **7** ex aequalitate] ex qualitati *X* **9/10** sicut ... fugias] *om. N* **9** sicut] *G edd.*, si cum *XR* **10** ut] *om. X* **11/14** si in nobis aut confiteri ... confiteri negare est] si in nobis est confiteri patiaris nulle autem confiteri negare est *X*, si in nobis aut *etc. N Ma.*, si in nobis est *etc. codd. edd.* **13** nisi si] *codd. edd.*, nisi *Hoppe, Beitr. 131, Ma.* pati] *edd.*, patiaris *codd. R Hoppe, Beitr. 36, Ma.* non uis] *om. NR* **14** Deo] Domino *X* **15** relinquimus] delinquimus *X* **16** reducere] *Rig. Lat. Oe. Ma. ex Vaticano aliquo*, educere *rell. codd. edd.* **19/20** ad constandum] R *in marg. cfr Teeuwen, Sprachlicher Bedeutungswandel bei Tert. 84, prob. Iun.*, aut constandum *XR*, ad contestandum *NG edd.* **20** inhonores] in honores *X* **21** quanto] *NXR*, quare non *Pam. Rig. Lat. Oe. Ma.* **21/22** si dicis] *scripsi*, quanto magis ex ... fiduciae ⟨si⟩ in deum dicis *fort. rescribendum putat Ma*, ... fiduciae in de⟨o, c⟩um dicis *Cast.*

non discedo ; Deus, si uoluerit, ipse me proteget » ! Hoc potius nostrum est, stare sub Dei arbitrio, quam fugere sub nostro. Rutilius, sanctissimus martyr, cum totiens fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum, ut putabat, nummis redemisset, post totam securitatem, quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus et praesidi oblatus tormentis dissipatus, credo pro fugae castigatione, dehinc ignibus datus, passionem, quam uitarat, misericordiae Dei retulit. Quid aliud uoluit Dominus nobis demonstrare hoc documento, quam fugiendum non esse, quia nihil fuga prosit, si Deus nolit ?

VI. **1.** « Immo », inquit, « [quia] praeceptum adimpleuit fugiens de ciuitate in ciuitatem. » Sic enim uoluit quidam, sed et ipse fugitiuus, argumentari, et qui proinde nolunt intellegere sensum Domini illius pronuntiationis, ut eam ad uelamentum timiditatis suae utantur, cum et personas suas habuerit et tempora et causas. « Cum coeperint », inquit, « persequi uos, fugite de ciuitate in ciuitatem ». Hoc in persona⟨s⟩ proprie apostolorum et in tempora et in causas eorum pertinere defendimus, sicut subsequentes sensus probabunt, qui non nisi in apostolos competunt : « in uiam nationum ne ieritis et in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues perditas domus Israëlis ». **2.** Nobis autem et uia nationum patet, in qua et inuenti sumus et usque in finem incedimus, et nulla ciuitas excepta est, quo per totum orbem praedicamus, sed nec cura nobis Israëlis iniuncta est extra ordinem, nisi qua et omnibus gentibus praedicare debemus. Etiam si apprehendamur, non in concilia eorum perducemur nec in synagogis eorum flagellabimur, sed Romanis utique potestatibus et tribunalibus obiciemur. **3.** Si⟨c⟩ igitur et fugae praeceptum apostolorum condicio desiderabat, quoniam primo praedicandum erat ad oues perditas domus Israëlis. Vt ergo perficeretur prae-

VI, **6** sq. Matth. 10, 23. **10** sq. Matth. 10, 5 sq. **17** sq. cfr Matth. 10,

23 proteget] protiget *X* **28** ex inopinato] ex inoptinato *X* **29** pro fugae castigatione] profugae castigationem *X* **30** misericordiae] *NG edd.*, misericordia *XR*.

VI, **1** quia] *del. Iun. Oe. Ma.* **2/3** sed et ipse] *edd.*, *om. N.*, fiet ipse *XR* **3** nolunt intellegere] uolunt intelligere *X* **4** ut eam] *NXR edd.*, ut ea *Rig. Vrs.* **6** coeperint] ceperint *X* **7** in ciuitatem] in ciuitate *X* in personas] *Iun. Vrs. Rig. Oe. Ma.*, in persona *codd. edd.* **8** in causas] in *om. X* **9** sicut subsequentes sensus probabunt] *NXR*, sicut praecedentes et subsequentes sensus probabunt *Pam. Rig.* **10** in uiam nationum] in uia nationum *XR* **14** quo] *XR*, quia *N Ma.*, quoniam *R in marg.*, qua *Rig. Lat.*, excepta est quo non (*uel* quominus *aut* quin) per totum orbem praedicemus *v. d. Vliet* **15** est extra] est nobis extra *X* **17** eorum] *N Ma*, illorum *rell. codd. edd.* **19** sic igitur] *Pam. Rig. Oe. Ma.*, si igitur *NXR* **21** perficeretur] *Rig. Lat. Vrs. Oe. Ma.*, perci-

dicatio apud quos priores eam perfici oportebat, uti panem ante filii quam canes sumerent, ideo illis fugere tunc ad tempus praecepit, non propter eludendum periculum proprio nomine persecutionis — atquin persecutiones eos passuros praedicabat et tolerandas docebat — sed propter profectum annuntiationis, ne statim oppressis Euangelii quoque disseminatio perimeretur. **4.** Neque enim quasi tacite in aliquam ciuitatem transfugiendum erat, sed quasi ubique annuntiaturis et ex hoc ubique persecutiones subituris, donec replerent doctrinam suam. Denique, « non consummabitis », inquit, « ciuitates Israëlis ». Adeo intra terminos Iudaeae praeceptum fugae continebatur. Nobis autem nulla Iudaeae praefinitio competit praedicationis in omnem iam carnem effuso Spiritu Sancto. **5.** Itaque Paulus et apostoli, ipsi memores praecepti dominici, contestantur illud apud Israël, quem iam doctrina sua impleuerant : « uobis oportuit inprimis sermonem Dei tradi, sed quoniam repulistis eum, nec dignos uos aeterna uita existimastis, ecce conuertimus nos ad nationes ». Atque exinde conuersi et ipsi, sicut antecessores instituerant, et in uiam nationum abierunt et in ciuitates Samaritanorum introierunt, ut in totam scilicet terram exiret sonus eorum et in terminos orbis uoces eorum. **6.** Si ergo cessauit exceptio uiae nationum et introitus in ciuitates Samaritanorum, cur non cessauerit et fugae praeceptum pariter emissum ? Denique ex quo, saturato Israële, apostoli in nationes transierunt, nec fugerunt de ciuitate in ciuitatem, nec pati dubitauerunt. Atquin Paulus, qui se per murum concesserat expediri de persecutione, qua adhoc tempus erat praecepti, idem iam in clausula officii et in consummatione praecepti, discipulis magnopere deprecantibus, ne se Hierosolyma committeret passurus illic quae Agabus prophetauerat, sollicitudini eorum non subscripsit, sed e contrario : « Quid », inquit, « facitis lacrimantes et conturbantes cor meum ? Ego enim non modo uincula pati optauerim, sed etiam mori Hierosolymis pro nomine Domini mei Iesu Christi. » Atque ita

17 sq. **22** sq. cfr Matth. 15, 26. **25** sq. cfr Matth. 10, 17 sq. **31** Matth. 10, 23. **34** cfr Act. 2, 17. **36** sq. Act. 13, 46. **41** sq. cfr Ps. 18, 5. **47** cfr Act. 9, 25. **50** sq. cfr Act. 21, 10-12. **52** sq. Act. 21, 13.

peretur *codd. edd.* **24** eludendum] elidendum *R* proprio nomine] pro nomine *Lat.* **26** tolerandas] tollerandas *N*, tollerandos *X* **27** statim] *R in marg. B Gel. Pam. Rig. Oe.*, statu *codd. R Iun. Ma. Teeuwen, 85* euangelii] aut euangelii *X* **28** tacite] tacitis *Lat.* **30** doctrinam suam] *NG edd.*, doctrina sua *XR Lat. Iun. Rig.* **36** doctrina sua] doctrinam suam *X* **38** existimastis] existimatis *X* **39** et ipsi sicut] ut ipsi *N* **40** abierunt] abierant *N* **40/41** in ciuitates Samaritanorum] in ciuitates Samaritarum *RB Gel. Pam.*, in ciuitate Samaritarum *X* **43** introitus] *om. XR* **46** nec fugerunt] *N Rig. Ciacconius Oe. Ma.*, et fugerunt *codd. edd.*, et fugirunt *X* **47** atquin] *NXR*, atquin et *Pam. Rig. Oe. Ma.*, quin et *rell. codd. edd.* **48** adhoc] *N Cast.*, ad hoc *codd. edd.*

omnes aierunt : « Fiat uoluntas Domini ». Quae erat uoluntas Domini ? Vtique non fugiendi iam persecutionem. Ceterum poterant et priorem Domini uoluntatem proposuisse, qua fugere mandauerat, qui illum persecutionem uitasse maluerant. **7.** Igitur cum etiam sub apostolis ipsis temporale fuerit fugae praeceptum, sicut et reliquorum praescriptorum, non potest apud nos perseuerare quod apud doctores nostros concessauit, etsi non proprie ad illos fuisset emissum, aut, si perseuerare illud Dominus uoluit, deliquerunt apostoli, qui non usque in finem fugere curauerunt.

VII. **1.** Videamus nunc, an et cetera Domini edicta congruant perpetuo fugae praecepto. Primo quidem, si a Deo persecutio est, quale est, ut idem fugiendam eam mandet, qui et infert ? Quam si euadi uellet, melius non immitteret, ne uoluntatem suam alia uoluntate praeuaricari uideretur. Aut pati enim nos uoluit persecutionem, aut fugere. Si fugere, quomodo pati ? Si pati, quomodo fugere ? Iam uero quanta inaequalitas sententiarum iubentis fugere et inuitantis ad passionem contrariam fugae ! « Qui confessus fuerit me et ego confitebor illum coram patre meo ». Quomodo confitebitur fugiens ? Quomodo fugiet confitens ? « Qui mei confusus fuerit, et ego confundar eius coram patre meo. » Si deuito passionem, confundo⟨r⟩ confessionem. « Felices qui persecutionem passi fuerint causa nominis mei. » Infelices ergo qui fugiendo ex praecepto non erunt passi. « Qui sustinuerit in finem, iste saluabitur. » **2.** Quid ergo me iubens fugere uis in finem sustinere ? Tanta diuersitas sententiarum si non congruit diuinae grauitati, apparet ex his quoque praeceptum fugae suam tunc habuisse rationem, quam ostendimus.

« Sed infirmitatem », inquit, « quorundam prospiciens Dominus pro sua humanitate nihilominus et portum fugae demonstrauit ». Non enim idoneus erat etiam sine [fuga] tam turpi et indigno et seruili praesidio saluos facere in persecutione quos sciret infirmos ! Atquin non fouet, sed recusat semper

56 Act. 21, 14.

VII, **9** sq. Matth. 10, 32. **11** sq. Matth. 10, 33 ; cfr Marc. 8, 38 et Luc. 9, 26. **13** cfr Matth. 5, 10 sq. **15** Matth. 10, 22.

60 fuerit] fuit *Rig.* **62** concessauit] concessauerit *X* **63** etsi] et si *XR*.

VII, **1** edicta] edita *X* **5** praeuaricari] *codd. edd.*, praeuaricare *N Ma* **7** si pati] *iterauit N* quomodo] quo *X* **9** fugae. Qui] *edd. plerique*, fugae ? Qui *Ma.*, fugae ? Quae ? Qui *NXR* **10** meo] *N Ma.*, *om. cett. codd. edd.* **10/11** quomodo fugiet confitens] *iterauit N* **11** confusus] confessus *N*, *corr.* confusus **12** deuito] debito *XR*, debito *pro* deuito R *in marg.* confundor] *Scaliger Oe. Ma.*, confundo *codd.* **13** felices] felicis *X* **16** ergo] ergo ? *Cast. Ma.* **21** pro sua humanitate] per suam humanitatem *N* **22** fuga] *deleuit v. d. Vliet*, sine fuga tam turpi et ⟨tam⟩ indigno *Cast.* **24** atquin] at quin *NX*, atqui R[2] *B Gel.*

infirmos, primum docens non fugiendos esse persecutores, sed potius non timendos. « Nolite timere eos, » inquit « qui occidunt corpus, animae autem nihil ualent facere, sed timete eum, qui et corpus et animam perdere potest in gehennam. » Atque exinde quae timidis praefinit ? « Qui pluris fecerit animam suam quam me, non est me dignus et qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest meus esse discipulus. » Postremo in Apocalypsi non fugam timidis offert, sed inter ceteros reprobos particulam in stagnum sulphuris et ignis, quod est mors secunda.

VIII. **1.** Refugit et ipse uim interdum, sed eadem ratione qua apostolis fugere praeceperat, donec scilicet doctrinam suam impleret, qua consummata non dico stetit, sed nec auxilium a patre angelorum exercituum desiderauit, increpito etiam Petri gladio. Professus quidem et ipse est animam anxiam usque ad mortem et carnem infirmam, ut tibi ostenderet primo in se utramque substantiam humanam fuisse ex proprietate anxietatis animae et imbecillitatis carnis, ne aliam, ut quidam nunc induxerunt, aut carnem aut animam Christi interpretareris, dehinc ut, demonstratis condicionibus earum, scires illas nihil ualere per semetipsas sine Spiritu. **2.** Et ideo praeponit : « Spiritus promptus », ut utramque condicionem substantiae utriusque respiciens, intellegas in te esse etiam fortitudinem Spiritus, quomodo et infirmitatem carnis, ac iam hinc scias quid unde facias et quid cui subicias, infirmum scilicet forti, ne, ut nunc facis, de carnis quidem infirmitate causeris, de Spiritus autem firmitate dissimules. **3.** Postulauit et ipse a patre, si fieri posset, ut transiret ab illo calix passionis. Postula et tu, sed stans ut ille, sed postulans tantum, sed subiungens et reliqua : « uerum non quod ego uolo, sed quod tu ». Fugiens autem quomodo hoc postulabis, ipse tibi calicis praestans translationem, nec quod pater uult faciens, sed quod tu ?

26 sq. Matth. 10, 28. **30** sq. cfr Matth. 10, 38 ; Luc. 14, 26 sq. **32** sq. cfr Apoc. 21, 8.

VIII, **4** sq. cfr Matth. 26, 52 sq. **5** sq. Matth. 26, 38. **12** Matth. 26, 41. **18** cfr Matth. 26, 39.

26 inquit] *N Ma.*, *om. rell. codd. edd.* **27** occidunt corpus] *N*, corpus occidere possunt *rell. codd. edd.* timete] timere R **31** meus esse discipulus] *N Ma.*, esse meus discipulus *rell. codd. edd.* **32** apocalypsi] apocalipsui *X* **33** in stagnum *NXR Oe. Ma.*, in stagno *rell. codd. edd.*

VIII, **4** a patre] a parte *X* angelorum] angelicorum R[2] *in marg.* **5** et ipse] est ipse *X* **5/6** anxiam] anxium *X* **7** utramque] utraque *X* **8** imbecillitatis] in becillitatis *X* **11** illas] illos *R* **13** in te esse] interesse *XR* **17** causeris de Spiritus autem firmitate] *om. N* **18** ut transiret] *N Ma.*, ut *om. XR edd.* **21/22** calicis praestans translationem] *N*, praestans calicis translationem *rell. codd. edd.*

IX. **1.** Omnia apostoli secundum Deum utique docuerunt, omnia Euangelii reuoluerunt. Vbi illos ostendis praeceptum fugiendi de ciuitate in ciuitatem restaurasse ? Quia nec potuissent tale quid constituere tam contrarium exemplis suis, ut fugam mandarent, qui cum maxime de uinculis uel insulis, quibus ob confessionem, non ob fugam nominis continebantur, ad ecclesias scribebant. Infirmos sustineri iubet Paulus, utique [enim] non fugientes. Quomodo enim sustinebuntur absentes ? An patientia ? Dicit sustinendos, [si] cum per infirmitatem fidei suae offenderint. Sic et pusillanimes consolari, non tamen in fugam mitti.

2. Sed cum admonet, ne locum malo demus, non fugae suggerit consilium, sed iracundiae docet temperamentum, et si redimendum tempus dicit, quia dies nequam sunt, non per fugam, sed per sapientiam conuersationis lucrari nos uult commeatum. Ceterum, qui fulgere nos iubet uelut filios lucis, non iubet fuga abscondi ut filios tenebrarum. Stare immobiles praecipit — utique nec fuga mobiles — et accinctos... in fugam an in occursum Euangelii ? Arma quoque demonstrat, quae fugituris non essent necessaria, inter quae et clipeum, quo possitis tela diaboli extinguere, resistentes sine dubio et excipientes omnem uim illius.

3. Proinde et Iohannes pro fratribus quoque animas ponendas docet, nedum pro Domino. Hoc a fugientibus non potest adimpleri. Denique memor Apocalypsis suae, in qua timidorum exitum audierat, de suo sensu admonet et ipse timorem reiciendum : « Timor », inquit, « non est in dilectione. Sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem, quia timor supplicamentum habet » (utique ignem stagni) ; « qui autem timet, non est perfectus in dilectione » (Dei scilicet). **4.** Porro quis

IX, **7** sq. Rom. 15, 1. **10** I Thess. 5, 14. **12** cfr Eph. 4, 27. **14** cfr Eph. 5, 16. **16** cfr Eph. 5, 8. **18** cfr Eph. 6, 14. **20** cfr Eph. 6, 16. **23** I Ioh. 3, 16. **25** Apoc. 21, 8. **27** sq. I Ioh. 4, 18.

IX, **2** euangelii reuoluerunt] *XR Iun. Oe.*, euangelizare uoluerunt *NG edd.*, euangelii recoluerunt *Ma.* **5** qui] *XR edd.*, *om. N Ma.* **7** sustineri] *NX*, sustinere *edd.* **8** utique [enim] non fugientes] enim *improbat Borl.* **8/9** sustinebuntur] *scripsi*, sustinebantur *codd. edd.*, sustineantur *Oe. Ma.* **9** dicit] *Ma. edd.* R² *in marg.*, dicti *XR*, dicis *N* [si] cum] *scripsi*, si cum *NXR*, sicubi *V* (*m. sec.*) *edd.* **10** sic et] *NXR*, sicut *Oe. Ma.* **10/11** consolari] consulari *X* **13** docet temperamentum] docet consilium temperamentum *N* **15** sed] *N Pam. Rig. Ma.*, *om. XR edd.* **16** fulgere] *NGB Ma.*, fugere *Gel.*, lugere *XR*, lucere *Pam. Rig. Oe.* R² uelut] uult ut *X* filios lucis] filios nos lucis *X* **18/19** fugam, an in occursum euangelii ? *N edd.*, fugam, an in occursum euangelii arma *etc. X*, fugam. An in occursum euangelii arma ..... necessaria ? *R*, fugam, non in occursum euangelii *interrogationis signo sublato Ma. praeeunte Oe.* **24** nedum] ne dum *X* **25** Apocalypsis] apocalipsi *X* **26** audierat] *NG edd. Ma.*, audieram *XR* **28/29** supplicamentum] suppliciamentum *Rig. Oe. Ma.*

fugiet persecutionem, nisi qui timebit ? Quis timebit, nisi qui non amabit ? Spiritum uero si consulas, quid magis sermone illo Spiritus probat ? Namque omnes paene ad martyrium exhorta[n]tur, non ad fugam, ut et illius commemoremur : « Publicaris » inquit, « bonum tibi est ; qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Domino. Ne confundaris ; iustitia te producit in medium. Quid confunderis laudem ferens ? Potestas fit, cum conspiceris ab hominibus ». Sic et alibi : « Nolite in lectulis nec in aborsibus et febribus mollibus optare exire, sed in martyriis, uti glorificetur qui est passus pro uobis ».

X. **1.** Sed omissis quidam diuinis exhortationibus illum magis Graecum uersiculum saecularis sententiae sibi adhibent : « Qui fugiebat, rursus [sibi] proeliabitur ». Vt et rursus forsitan fugiat ! Et quando uincet qui, cum fugerit, uictus est ? Bonum militem Christo imperatori suo praestat qui tam plene ab apostolo armatus tuba persecutionis audita diem deserit persecutionis ! Respondebo et ego de saeculo aliquid : « Vsque adeone mori miserum est ? » **2.** Moriatur quoquo modo aut uictus aut uictor. Nam etsi negando ceciderit, cum tormentis tamen proeliatus. Malo miserandum quam erubescendum. Pulchrior est miles in pugna [proelio] amissus quam in fuga saluus. Times hominem, Christiane, quem timeri oportet ab angelis, siquidem angelos iudicaturus es ; quem timeri oportet a demoniis, siquidem et in daemonas accepisti potestatem ; quem timeri oportet ab uniuerso mundo, siquidem et in te mundus iudicatur. Christum indutus es, siquidem in Christum tinctus es, qui fugis diabolum. Depretiasti Christum, qui in te est ; fugitiuum cum diabolo te reddidisti. **3.** Sed Dominum fugiens exprobras omnibus fugitiuis sui[s] uanitatem consilii.

X, **5** sq. cfr Eph. 6, 13 sq. **13** cfr I Cor. 6, 3. **14** cfr Matth. 10, 8 et Marc. 16, 17. **15** sq. cfr I Cor. 6, 2. **16** cfr Gal. 3, 27.

32 amabit] *V* (*m. sec.*), amauit *codd. edd.* **32/33** sermone illo] sermones illos *XR* **33** namque] *N edd.*, nam quod *XR* **34** exhortatur] exhortantur *NXR* commemoremur] commemorem *N* **35** inquit] in quid *X* **39** aborsibus] *R in marg. edd.*, auorsibus *NXR* **41** uobis] nobis *X*.

X, **3** fugiebat] fugebant *X* rursus] rursus sibi *NX* **4** fugiat !] fugiat ? *Ma.* **6** tuba] *edd.*, ut tuba *NXR Iun.* **6/7** persecutionis !] persecutionis ? *Cast. Ma.* **10** proeliatus] proeliatus est *N Ma.* **11** in pugna amissus] *scripsi*, in pugna proelio ammissus *N*, in pugna proelio amissus *XR edd.*, in proelio amissus *Rig. Lat.*, in pugna pilo transmissus *V Oe. Ma.* **12** Christiane] Christi *XR* quem] *N edd.*, neque *XR* (quem R *in marg.*) timeri] timere *X* **13** timeri oportet] time *X* **14** daemonas] demones *X* **16** Christum] Christo *X* **17/18** tinctus es, qui fugis diabolum. Depretiasti Christum, qui in te est, fugitiuum cum diabolo te reddidisti *Oe. Ma.*, (diabolum ? *Ma.*), tinctus es. Qui fugis diabolum, depretiasti Christum, qui in te est. Fugitiuum cum diabolo te reddidisti *interpunctio uulgata* **19** exprobras] exprobrat *Cast. Ma.* fugitiuis] fugitiuus *X*

Fugerat et quidam animosus prophetes Dominum, traiecerat ab Ioppe Tarsum, quasi et a Deo transfretaret, sed illum non dico in mari et in terra, uerum in utero etiam bestiae inuenit, in quo nec mori per triduum potuit, nec uel sic Deum euadere. Quanto melius qui siue inimicum Dei timens non fugit eum, sed potius contemnit, confidens scilicet de tutela Domini, siue Deum reformidat quanto magis sub oculis eius astitit, dicens : « Dominus est, potens est. Omnia illius sunt ; ubi fuero, in manu eius sum ; faciat quod uult, non discedo, et si perire me uolet, ipse me perdat, dum me ego illi seruo. Malo inuidiam ei facere per uoluntatem ipsius pereundo, quam bilem per meam euadendo. »

XI. **1.** Haec sentire et facere omnem seruum Dei oportet, etiam minoris loci, ut maioris fieri possit, si quem gradum in persecutionis tolerantia ascenderit. Sed cum ipsi actores, id est ipsi diaconi et presbyteri et episcopi, fugiunt, quomodo laicus intellegere poterit, qua ratione dictum sit : « Fugite de ciuitate in ciuitatem » ? Itaque cum duces fugiunt, quis de gregario numero sustinebit ad gradum in acie figendum suadere ? Certe quidem bonus pastor animam pro pecoribus ponit, ut Moyses non Domino adhuc Christo reuelato et iam in se figurato ait : « Si perdis hunc populum », inquit, « et me pariter cum eo disperde. » **2.** Ceterum Christo confirmante figuras suas malus pastor est qui uiso lupo fugit et pecora diripienda derelinquit. Proicietur de uilla pastor huiusmodi, detinebuntur illi mercedes missionis suae in compensationem, immo et de priore peculio eius exigetur detrimenti dominici restitutio.

21 cfr Ion. 1, 3. **22** sq. cfr Ion. 2, 1.

XI, **8** cfr Ioh. 10, 11. **9** sq. cfr Exod. 32, 32. **12** sq. cfr Ioh. 10, 12.

sui] *B Rig. Iun. Oe. Ma.*, suis *NXR rell. edd.* **21** Ioppe] ioppen *N*, iopen *XR* **22** dico] *om. N* utero] *N edd.*, uterum *XR Oe. Ma.* inuenit] *B Gel.*, inuenio *rell. codd. edd.* **23** nec ... euadere] ne ... euaderet *N* **24** melius qui] *V Pam. Oe. Ma.*, melius seruus qui *NXRB Gel. Iun.*, melius dei seruus qui *Rig. Vrs.* inimicum Dei] *Oe. Ma.*, iniquus Deum *NXRB Gel. Pam.*, inimicus Dei *Rig. Vrs.* timens] imminet *Rig. Vrs.* **25** contemnit] conuenit *R in marg.* **26** reformidat] formidat *N* quanto] tanto *Iun.* **28** eius] illius *N Ma.* quod] quid *X* **29** illi seruo] *N Ma.*, seruo illi *rell. codd. edd.* **30/31** bilem] uilem *N (signo corr. + supra scripto) edd.*, uelim *XR*.

XI, **1** haec] *N*, hoc *edd.* **2** etiam] et iam *X* ut] et *X* si quem gradum] si quem gradus *R*, siquidem gradus *X* in] *NXRB Gel. Oe. Ma.*, ex *rell. edd.* **3** sed cum ipsi actores] *scripsi*, sed cum ipsi auctores *NGB Gel. Pam. Rig. Oe. Ma.*, secum ipsi actor *XR*, sed cum ipse pastor *R in marg.* **5** sit] *N Ma.*, *om. rell. codd. edd.* **7** figendum] fugiendum *NXR* **7/8** suadere] suadentes *Rig. Vrs.* **8** quidem] quidam *X* **9** et iam] *N Oe. Ma.*, etiam *rell. codd. edd.* **10** inquit] *om. X* **12** diripienda] dirupienda *X* **14** illi mercedes missionis suae] *N Ma.*, illi missionis suae mercedes suae *R edd. plerique*, illi missiones suae mercedes suae *X*, illi missionis suae mercedes *Oe.* in com-

Etenim qui habet, dabitur ei ; ab eo autem, qui non habet, etiam quod uidetur habere auferetur. Sic Zacharias comminatur : « Exsurge romphaea in pastores et euellite oues, et superducam manum meam in pastores. » In quos et Ezechiel et Hieremias iisdem minis perorant, quod non tantum de pecoribus improbe uescantur pascentes potius semetipsos, uerum et dispersum gregem faciant et in praedam esse omnibus bestiis agri, dum non est pastor illis. Quod numquam magis fit, quam cum in persecutione destituitur ecclesia a clero. Si et Spiritum quis agnouerit, audiet fugitiuos denotantem. **3.** Porro si eos qui gregi praesunt fugere, cum lupi irruunt, nec decet, immo nec licet — qui enim talem pastorem malum pronuntiauit, utique damnauit ; omne autem quod damnatur, illicitum factum est sine dubio — ideo praepositos ecclesiae in persecutione fugere non oportebit. Ceterum si grex fugere deberet, non debere⟨t⟩ praepositus gregis stare, sine causa staturus ad tutelam gregis, quam grex non desideraret, ex licentia fugae scilicet.

XII. **1.** Quod pertineat, frater, ad tuum problema, habes sententiae nostrae responsionem et exhortationem. Porro si quis quaerit, an persecutio fugienda sit, sequentem ⟨quaestionem⟩ quoque iam prospiciat necesse est, an, si fugienda non est, redimenda certe sit. Vltro igitur et de hoc tibi suggeram, definiens persecutionem, quam constat non esse fugiendam, proinde nec redimendam. Pretium interest ; ceterum sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio nummaria fuga est. Certe et huius timiditatis consilium est. Quod times, redimis, ergo fugis. Pedibus stetisti, curristi nummis. Hoc ipsum, quod stetisti ex redemptione, fugisti. **2.** Vt autem redi-

16 sq. Luc. 8, 18. **17** sq. Zach. 13, 7. **19** cfr Ezech. 34, 2 sq. **20** cfr Ier. 23, 1 sq.

pensationem] incompensatione *X*, in compensatione *R* **18** exsurge] *Ma.*, exurge *NXR edd.* romphaea] rophea *N (signo corr. + supra scripto)* in] inter *X* **19** manum meam] *Pam. Rig. Oe. Ma.*, agnum meum *codd. RB Gel.* **22** et dispersum] et dispersam *X*, et disperdas *N*, quod dispersum *Rig. Lat. Iun.* **31** deberet] debere *NXR* praepositus] praepositos *NR* staturus] staturos *NR* **32/33** ex licentia fugae scilicet] scilicet ex licentia fugae *N*.

XII, **2/3** si quis quaerit] *N*, qui quaerit *edd.*, quis querit *X* **3/4** sequentem quaestionem *Rig. Vrs. Oe.*, sequentem *codd. edd.*, quaestionem *Ma.*, sequentia *Cast.* **4/5** fugienda non est, redimenda] *G edd.*, fugienda non est non est redimenda *XR*, fugienda necesse est redimenda *N* **5** certe sit. Vltro igitur] *NG edd.*, certe sit ultro. Igitur *R*, certe si ultro. Igitur *X*, sic ultro *R in marg.* et] *om. X* **8** redemptio nummaria] redemptionum maria *NX* **10** curristi nummis] *edd.*, curristi nummis curristi *XR*, nummis curristi *N*, cucurristi nummis *Vrs. Iun.* **11** ipsum] ipso *Oe. Ma.* ex redemptione] ex redemptione stetisti *N*

mas hominem tu nummis, quem sanguine suo redemit Christus, quam indignum Deo et dispositionis eius ! Qui filio suo non pepercit pro te, ut fieret pro nobis maledictum ; quia maledictus qui pepend[er]it in ligno, qui tamquam ouis ad uictimam ductus est, et tamquam agnus ante tondentem, sic non aperuit os, sed posuit dorsum suum in flagella et maxillas in palmas, et faciem non auertit a sputaminibus, et inter iniquos deputatus est, et traditus est in mortem, mortem autem crucis. Totum hoc, ut nos a peccatis lucraretur. Sol cessit diem emptionis nostrae. Apud inferos remancipatio nostra est et stipulatio nostra in caelis. Subleuatae sunt portae sempiternae, ut introiret rex gloriae, Dominus uirtutum, hominem de terris, immo ab inferis, mercatus in caelos. **3.** Quis est nunc, qui aduersus illum reluctatur, immo depretiat mercedem eius tam magno comparatam, pretiosissimo scilicet sanguine agni immaculati ? Iam ergo melius fugere, quam fieri uiliorem, si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit Domino. Et Dominus quidem illum redemit ab angelis munditenentibus, ⟨a⟩ potestatibus, a spiritalibus nequitiae, a tenebris huius aeui, a iudicio aeterno, a morte perpetua ; tu autem pro eo pacisceris cum delatore uel milite uel furunculo aliquo praeside sub tunica et sinu, quod aiunt, ut furtiuo, quem coram toto mundo Christus emit, immo et manumisit ! Hunc ergo liberum pretio aestimabis et pretio possidebis, nisi eodem, quanto, ut diximus, Domino constitit, sanguine suo scilicet ? Vt quid ergo de homine Christum redimis in homine, in quo

---

XII, **13** sq. Rom. 8, 32. **14** sq. Gal. 3, 13. **15** sq. cfr Ies. 53, 7. **17** sq. cfr Ies. 50, 6. **18/19** cfr Ies. 53, 12. **19** sq. Phil. 2, 8. **20** sq. cfr Matth. 27, 45. **22/23** cfr Ps. 23, 7. **26** sq. I Petr. 1, 19. **29** sq. cfr Eph. 6, 12.

---

12 tu nummis quem sanguine] *GV (m. sec.) B Gel. Oe. Ma.*, tu nummis quem ex sanguine *N*, tuum nummis ex sanguine *XR* **12/13** Christus] *om. XR* **13** dispositionis] *XRGB Gel. Pam. Ma.*, dispositioni *N*, dispositione *Rig. Lat. Iun.*, dispositionibus *Oe.* **14** pro nobis maledictum] *N Ma.*, maledictum pro nobis *rell. codd. edd.* **15** pependit] *Cast. Ma.*, pependerit *codd. edd.* **17** et maxillas] *N Ma.*, maxillas autem *rell. codd. edd.* **18/19** iniquos] iniquus *X* **20/21** sol cessit diem emptionis] solus in diem redemptionis *Iun.*, sol cessit diem emptioni *Cast.* **21** remancipatio] emancipatio *B Gel. Pam. Rig.* **22** nostra] *om. N* **22/23** sempiternae] aeternae *X* **23** introiret] introieret *X* **24** caelos] caelis *Ma.* **25** depretiat] *Iun. Oe. Ma.*, depretiet *N*, depretiat et *B Gel. Pam. Rig.*, de precio et *XR* mercedem] *codd. edd.*, mercem *Rig. Oe. Ma.* **26** pretiosissimo] pretiosissimi *X* **26/27** sanguine agni immaculati] *N Ma.*, sanguini commaculati *X*, sanguine commaculat *RB Gel. Pam. Rig.*, sanguine et commaculat *Oe.*, *Ma. putat fortasse rescribendum* : sanguine commaculatam ? Ergo **28** constitit] constetit *X* **29** munditenentibus] mundi tenentibus *NX* **30** a potestatibus] *scripsi (cfr Adu. Marcionem V, 18 :* ... potestates et munditenentes), potestatibus *codd. edd.*, et potestatibus *V (m. sec.) Ma.* spiritalibus] spiritualibus *Ma.* **31** aeui] cui *X* **33** sinu] sinum *XR* ut furtiuo quem coram] R *in marg. edd.*, ut *del. Ma.*, ut furtiuum, quem coram *N*, ut furtiuum quoque coram *XR*, ut furtiuo quo, quem *Iun.* **35** et pretio] *iterauit X* **37** redimis] redemis *X*

Christus est ? **4.** Non aliter et Simon facere temptauit, cum pecuniam apostolis obtulit pro Spiritu Christi. Audiet ergo et iste, qui se redimens Christi Spiritum redemit : « Pecunia tua tecum sit in interitum, quoniam gratiam Dei pretio consequendam putasti. » Quis ⟨non⟩ talem abnegatorem spernat ? Quid enim dicit illi concussor ? « Da mihi pecuniam. » Certe ne eum tradat, siquidem non aliud uenditat, quam quod praestaturus est praemio tuo. Cum das, utique ne tradaris uoluisti. Non traditus autem traduci nolebas. Ergo dum nolendo tradi non uis traduci, nolendo negasti te esse ⟨quod⟩ traduci noluisti. « Immo », inquis, « dum nolo traduci [quod], sum confessus id esse quod nolo traduci, id est : Christianum. » **5.** Potes itaque te martyrem uindicare constanter ostendisse ? Christum redimens, non ostendisti. Apud unum, si forte, confessus es, ergo et apud plures nolendo confiteri negasti. Ipsa salus indicabit hominem excidisse, dum euadit. Excidit ergo qui maluit euasisse : negatio est etiam martyrii recusatio. Christianus pecunia saluus est et in hoc nummos habet, ne patiatur, dum aduersus Deum erit diues : at enim Christus sanguine fuit diues pro illo. « Felices itaque pauperes, quia illorum, » inquit, « est regnum caelorum, qui animam solam in confiscato habent. » **6.** Si non possumus Deo seruire et mammonae, possumus et a Deo redimi et a mammona ? Quis enim magis seruiet mammonae, quam quem mammonas redemit ? Postremo quo exemplo uteris in redemptionem traditionis ? Apostoli † *tractantes* persecutionibus

---

38 sq. cfr Act. 8, 18. **40** sq. Act. 8, 20. **57** sq. Matth. 5, 3. **60** cfr Matth.

---

38 cum] *om. X* **41** in interitum quoniam gratiam] ininteritu quomodo gratiam *X* **42** quis non talem abnegatorem spernat] *Ma*, quis talem abnegatorem spernat *N Rig.*, quis tamen abnegatorem spernat *XRB Gel. Pam. Oe.*, quis tamen ut negatorem spernat ? *malit reponere Oe.*, quis tamen abnegaturum sperat *R in marg.*, quis tamen ab negatore rem spernat *Lat.*, quis tam cum abnegatorem spernat *Iun.* **43** illi] R^2 *Ma.*, ille *codd. edd.* **44** aliud] *om. X* quod] quid *X* **46** nolebas] *(signo interr. sublato) Ma. praeeunte Cast. qui etiam de* uolebas ? *cogitat*, habebas ? *codd. edd.*, nec traduci habebas *Lat.* **47** tradi non uis traduci, nolendo] *om. X*, tradi non ut traduci nolendo *NR* **47/48** negasti te esse quod traduci noluisti] *Ma.*, negasti te esse traduci noluisti *NR*, negasti te esse traduci uoluisti *X*, negasti, quod te esse traduci noluisti *rell. edd.* **48/49** dum nolo traduci, sum confessus] *Ma.*, dum nolo traduci quod sum confessus *NXR*, dum nolo traduci quod sum, sum confessus *Rig. Lat. Iun. Oe.* **50** potes itaque te] potest itaque te *R*, potest te itaque *X* **51** ostendisse ? Christum] *Ma.*, ostendisse. Christum *N*, ostendisse se Christus ? *Oe.*, ostendisse Christum *rell. edd.* non ostendisti] *Ma.*, non ostendisti ? *Rig. Vrs.*, non ostendens (*corr.* ostendit) *N*, non ostendit *Oe.*, non ostendi *XRB Gel. Pam.* **53** indicabit] *Iun.*, iudicabit *codd. edd.* **54/55** negatio ... recusatio *post* confiteri negasti *transp. uult Ma.* **54** est etiam] enim est *Cast. Ma.* **58** inquit est] *NX*, est inquit *rell. codd. edd.* **60** et a Deo] a Deo *N Rig.* **61** magis seruiet] *om. X* **63** tractantes] *codd. edd. post* pecunia *ponit Rig. ex emend. Pithoei*, traditi et *Kellner*, periclitantes ⟨et⟩

agitati quando se pecunia liberauerunt ? Quae illis utique non deerat ex praediorum pretiis ad pedes eorum depositis, certe multis locupletibus credentibus uiris ac feminis, qui his etiam refrigeria subministrabant. Quando Onesiphorus aut Aquila aut Stephanas hoc modo eis in persecutione[m] succurrerunt ? Paulus quidem, cum Felix praeses pecunias accepturum se pro eo a discipulis sperasset, de quo et ipse in secreto tractauit cum ipso, neque ipse pro se, neque discipuli pro eo numerauerunt, illi utique discipuli, qui flentes quod Hierosolymam tendere perseueraret et persecutiones praedicatas illic non praecaueret, postremo inquiunt : « Fiat uoluntas Dei ». Quae ista uoluntas ? Vtique ut pateretur pro nomine Domini, non ut redimeretur. **7.** Oportet enim, quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo et a nobis, nec tantum pro ipso, immo etiam pro fratribus propter ipsum. Quod Iohannes docens non et pro fratribus numerandum, sed moriendum potius pronuntiauit. Nihil interest, si quem Christianum redimere non debeas aut emere. **8.** Et adeo uoluntas Dei sic est : aspice regnorum et imperiorum utique a Deo dispositum statum, in cuius manu cor regis : tanta cotidie aerario augendo prospiciuntur remedia censuum, uectigalium, collationum, stipendiorum, nec umquam usque adhuc ex Christianis tale aliquid prospectum est sub aliqua redemptione capitis et sectae redigendis, cum tantae multitudinis nemini ignotae fructus ingens meti posset. Sanguine empti, sanguine numerati nullum nummum pro capite debemus, quia caput nostrum Christus est. Non decet Christum pecunia constare. Quomodo et martyria fieri possent in gloriam Domini, si tributo licentiam sectae compensaremus ? Itaque qui eam praemio paciscitur, dispositioni diuinae aduersatur. **9.** Cum igitur nihil

---

6, 24. **64** sq. cfr Act. 4, 34 sq. **67** sq. cfr II Tim. 1, 16, Rom. 16, 3 sq., I Cor. 16, 15 sq. **69** cfr Act. 24, 26. **72** sq. cfr Act. 21, 12 sq. **79** cfr I Ioh. 3, 16. **83** cfr Prou. 21, 1. **89** sq. cfr Eph. 5, 23.

Hoppe, Beitr. 109 **64** se pecunia] se pecunia se *X* **66** ac] a *X* **68** Stephanas] *scripsi*, Stephanus *codd. edd.*, Stephana *Pam.* persecutione] persecutionem *NX* **69** praeses] praesens *X* se] sed *X* **72** quod Hierosolymam] *NB Gel. Pam. Rig. Ma.*, quod neque Hierosolymam R, quod neque ierusolimam *X*, quod aeque Hierosolymam *Oe.* **74** praecaueret] praecauere *X* **81** aut emere] *NGB Gel. Pam. Rig. Oe. Ma.*, alium mente *XR*, alium nec te R *in marg.* **82** aspice] R *Rig. Ciacc. Iun. Oe. Ma.*, apisci *X*, ab apice *NGB Gel. Pam.* **82/83** dispositum statum] *XR Rig. Ciacc. Iun. Oe. Ma.*, disposito statu *NGB Gel. Pam.* **85** umquam] umquam tamen *N* adhuc] ad huc *X* **86** tale] talem *X* sub aliqua redemptione] *NXR Oe. Ma.*, sub aliquam redemptionem *rell. edd.* **87** nemini] memini *X* **88** meti posset] *B Gel. Pam. Rig. Oe. Ma.*, *om.* *N*, memetipsos sed *X*, metipsos sed *R*, in semet ipso sed R *in marg.* *prius* sanguine] *N praem.* sed numerati] munerati *Rig. Lat.* **89** nummum] numinum *X* **92** compensaremus] comcompensaremus *X* **92/93** paciscitur] pacissitur *X* **93** dis-

nobis Caesar indixerit in hunc modum stipendiariae sectae, sed nec indici umquam tale quid possit, antichristo iam instante et in sanguinem, non in pecunias hiante Christianorum, quomodo mihi proponere potes[t] scripturam esse : « Reddite quae sunt Caesaris Caesari » ? Miles me uel delator uel inimicus concutit, nil Caesari exigens, immo contra faciens, cum Christianum legibus humanis reum mercede dimittit. Alius est denarius, quem Caesari debeo, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius a tributariis scilicet, non a liberis debitus. **10.** Aut quomodo reddam quae sunt Dei Deo ? Vtique proinde imaginem et monetam ipsius inscriptam nomine eius, id est : hominem Christianum. Quid autem Deo debeo, sicut denarium Caesari, nisi sanguinem, quem pro me filius fudit ipsius ? Quodsi Deo quidem hominem et sanguinem meum debeo, nunc uero in eo sum tempore, ut quod Deo debeo expostuler, utique fraudem Deo facio id agens, ne quod debeo soluam. Bene obseruaui praeceptum Caesari reddens quae sunt Caesaris, Deo uero quae sunt Dei abnegans!

XIII. **1.** Sed et omni petenti me dabo in causa elemosinae, non in concussurae. « Petenti », inquit. Porro qui concutit, non petit. Qui comminatur, si non acceperit, non postulat, sed extorquet. Non elemosinam expectat qui non miserandus, sed timendus uenit. Dabo igitur misericordiae, non timiditatis meae nomine, ubi qui accepit Deum honorat et benedictionem mihi reddit, non ubi amplius et benefactum praestitisse se credit, et praedam suam aspiciens dicit : « De reatu ». « Irascar et ⟨in⟩ inimicum ? » Sed inimicitiae alios habent titulos :

---

95 cfr I Ioh. 2, 18. **97** sq. Matth. 22, 21. **103** cfr Matth. 22, 21.

XIII, **1** cfr Luc. 6, 30.

---

positioni] dispositione *X* **94** modum] *NR in marg. G Ma. rell. edd.*, mundum *XR* **95** indici umquam tale] R *in marg. edd.*, indictum umquam tale *N*, indictum quam talem *XR* antichristo] ante Christo *NX* **96** hiante Christianorum] hi ante Christianum *XR* **97** potes] *Iun.*, potest *codd. edd.* **99** nil] *N Ma.*, nihil *rell.* contra faciens] contra faciem faciens *XR*, faciem *superesse iudicat* R *in marg.*, contra fas faciens *N* **100** reum mercede] re non mercedem *X* **101** est] *om.* *N* qui] quia *rescribendum putat Oe.* **102** a tributariis] *om.* *X*, a *om.* *NR* **108** meum] *om.* *X* nunc] cum *XR prob. Iun.* nunc uero in eo sum tempore ut quod Deo debeo] *om.* *N* **110/111** bene obseruaui .... abnegans] *NXR edd.*, et bene obseruem *VL*, et bene obseruem .... abnegans ? *Kellner, Hoppe Beitr. 37*, En, bene obseruem .... abnegans ? *Cast.*

XIII, **2** in concussurae] inconcussurae *NR*, incussurae R *in marg.* concutit] *Rig. Ciacc. Iun. Oe. Ma.*, incutit *codd. edd.* **5** misericordiae] *GB Gel. Pam. Rig. Oe. Ma.*, misericordiam *NXR* **7** et] se R *in marg.* R^2 *B Gel. Pam. Rig.* **7/8** praestitisse se credit] *Oe. Ma.*, praestitisse credit R *in marg.* R^2 *B Gel. Pam. Rig.*, praestitisse et reddit *N*, praestitisset et reddit *XR* **8** de reatu] de reatu est *Rig. Vrs.* **8/9** irascar et in inimicum] *Oe. Ma.*, irascar et inimicum *NXRB Gel. Pam.*, pascam et inimicum *Rig. Vrs.*, ulciscar et inimicum *Lat.* **9** alios] *N Rig. Ma.*, et alios

non tamen dixit traditorem aut persecutorem aut concussorem. Nam huic quanto magis carbones aceruabo super caput, si non me redemero ! « Proinde inquit : 'qui tibi tunicam sustulerit, uel etiam pallium concede'. » Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quaesierit. Concedam et pallium non minanti traditionem ; si minatus fuerit, etiam tunicam reposcam. **2.** Omnium iam nunc dominicarum ⟨pronuntiationum⟩ suae sunt et causae et regulae ; termini non in infinitum nec ad omnia spectant. Atque adeo omni petenti dari iubet, ipse signum petentibus non dat. Alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi uideris non dico uinum febricitanti, sed etiam uenenum aut gladium mortem desideranti daturus. « Facite autem uobis amicos de mammona » : quomodo intellegendum sit, parabola praemissa te doceat. Ad populum Iudaicum dictum, qui, commissam sibi rationem Domini cum male administrasset, deberet de mammonae hominibus — quod nos eramus — amicos sibi potius prospicere quam inimicos, et releuare nos a debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, si nobis id dominica ratione confer⟨r⟩ent, ut, cum coepisset ab his deficere gratia, ad nostram fidem refugientes reciperentur in tabernacula aeterna. Quamuis nunc puta aliam interpretationem parabolae et sententiae istius, dum scias uerisimile non esse, ut concussores nostri in amicitiam redacti per mammonam recipiant tunc nos in aeterna tabernacula. **3.** Sed quid non timiditas persuadebit ! Quasi et fugere scriptum permittat et redimere praecipiat. Parum denique est, si unus aut alius ita eruitur ! Massaliter totae ecclesiae tributum sibi irrogauerunt. Nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum et curiosorum, inter tabernarios et ianeos et fures balnearum et aleones et lenones Christiani[s] quoque uectigales continen-

11 cfr Rom. 12, 20. **12** sq. Matth. 5, 40. **19** sq. cfr Matth. 16, 4. **22** Luc. 16, 9.

rell. codd. edd. **10** dixit] dixi R² **12** redemero] redimero *X* **15** non minanti] nilo minanti *N*, non minati *X* **16/17** dominicarum pronuntiationum suae] *Vrs.*, dominicarum suae *NXRB Gel. Pam.*, dominicarum pronuntiationum sui *Rig.*, dominicarum sententiarum *Lat.*, domini sententiarum suae *Oe. Ma.* **17/18** in infinitum] *N Rig. Vrs. Oe. Ma.*, infinitum *rell. codd. edd.*, infiniti *Lat.* **18** atque adeo] atque adeo qui *Rig. Vrs.*, at qui adeo *Lat.* adeo omni petenti] a deo omnipotenti *X* **21** uinum] *om. X* **22** desideranti] desiderantem *X* **23** intellegendum sit] intelligenda *X* **24** dictum] dicta *Rig. Vrs.* **26** hominibus] nominibus *Lat.* **27** releuare] reuelare *X* **28** detinebamur] tenebamur *N* id] in *Iun.*, de *Rig. Lat.* **29** conferrent] conferent *NX* coepisset] concepisset *X* **32** uerisimile] silem *X* concussores] confessores *N* **34** in aeterna tabernacula] *N Ma.*, in tabernacula aeterna *rell. codd. edd.* **35** scriptum] *NXRB Gel. Pam. Oe. Ma.*, scriptura R *in marg. Rig. Lat.* **39** curiosorum] curiosiorum *XR* ianeos] *G Iun. Oe. Thörnell (3, 36) Ma.*, laneos *N edd. plerique* (lanios), ianios *R*, lanios R *in marg.*, ialicos *X* **40** lenones] leones *X* Christiani] Christianis *NXR* **41** episcopatui] episcopatus *N Ma.* **42/43** procurandae salutis] *N Ma.*, procurandae *X*, procurando *R*, procurandi *B Gel. Pam. Rig. Oe.* **44** Saturnalicia] *NXR rell. edd.*, Saturnalia *VL Oe.* redimendam] redimenda *X*.

tur. Hanc episcopatui formam apostoli prouidentius condiderunt, ut regno suo securi frui possent, sub obtentu procurandae salutis ? Scilicet enim talem pacem Christus ad patrem regrediens mandauit a militibus per Saturnalicia redimendam !

XIV. **1.** « Sed quomodo colligemus », inquis, « quomodo dominica sollemnia celebrabimus ? » Vtique quomodo et apostoli, fide, non pecunia tuti, quae fides si montem transferre potest, multo magis militem. Esto sapientia, non praemio cautus. Neque enim statim et a populo eris tutus, si officia militaria redemeris. Vna ergo tibi et fides et sapientia ad tutelam opus est, quibus non adhibitis et redemptionem tuam potes perdere, adhibitis autem redemptionem desiderare.

Postremo si colligere interdiu non potes, habes noctem, luce Christi luminosa aduersus eam. Non potes discurrere per singulos, si tibi est in tribus ecclesia ? Melius est turbas tuas aliquando non uideas, quam addicas. **2.** Serua Christo uirginem sponsam ; nemo quaestum de ea faciat. Haec tibi, frater, dura forsitan et intolerabilia uidentur, sed reputa Deum dixisse : « Qui capit, capiat », id est : « Qui non capit, discedat. » Non potest qui pati timet eius esse, qui passus est. At qui pati non timet, iste erit perfectus in dilectione, utique Dei. Perfecta enim dilectio foras mittit timorem. Et ideo multi uocati, pauci electi. Non quaeritur qui latam uiam sequi paratus sit, sed qui angustam. **3.** Et ideo Paracletus necessarius, deductor omnium ueritatum, exhortator omnium tolerantiarum. Quem qui receperunt, neque fugere persecutionem neque redimere nouerunt, habentes ipsum, qui pro nobis erit, sicut locuturus in interrogatione, ita iuuaturus in passione.

43 sq. cfr Ioh. 14, 27 sq.

XIV, **3** cfr I Cor. 13, 2. **9** sq. cfr Eph. 5, 14. **11** cfr Matth. 18, 20. **12** sq. cfr Eph. 5, 27. **15** Matth. 19, 12. **17** sq. cfr I Ioh. 4, 18. **18** sq. Matth. 22, 14. **19** sq. cfr Matth. 7, 13 sq. **20** sq. cfr Ioh. 16, 13. **24** cfr Matth. 10, 19 sq.

XIV, **5** a populo] apostolo *X* **6** et fides] et *om. N* **7** potes] potest *X* **8** autem] *N*, aut *XR*, haud R *in marg. edd.* **9** interdiu] interdum *N* potes] potest *X* luce] lucem R *in marg.* **10** luminosa] *Scaliger Oe. Ma.*, luminosam *Rig. Vrs.*, luminosi *rell. codd. edd.* **11** si tibi est] *NXR*, sit tibi et *edd.* ecclesia] ecclesiam *X* melius est] est *om. N* **13** faciat] faciet *X* **14** reputa] *Iun.*, recita *NXR rell. edd.*, recogita *Ma.* **16** eius] ei *N* **17** erit perfectus] *N Ma.*, perfectus erit *rell.* **18** et ideo] *haec uerba suspecta habuit Iun.* **20** angustam] angustiam *X* **22** receperunt] reciperunt *X* **24** locuturus] *B Gel. Pam. Rig. Oe. Ma.*, locutus *NXR* in passione] in passionem *Ma.* **25** Tertulliani De Fuga explicit Incipit ad Scapulam *N*.

XXVI

Q. S. FL. TERTVLLIANI

ADVERSVS PRAXEAN

AD FIDEM EDITIONVM

AEM. KROYMANN ET ERN. EVANS

MONITVM

F	codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.
G	codex Gorziensis amissus, quem adhibuit Rhenanus in editione sua tertia.
M	codex Montepessulanus H 54, saec. XI. [1]
P	codex Scelestadtensis 439 (Paterniacensis), saec. XI.
codd.	consensus horum codicum.
Rh^1	editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521 [2] (cod. Hirsaugiensi amisso et cod. Paterniacensi superstructa).
Rh^3	editio tertia Beati Rhenani, Basileae, 1539.
Rh	consensus harum editionum.
Gel.	editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Oehler	editio Francisci Oehler, t. II, Lipsiae, 1854.
Kroymann	editio Aemilii Kroymann, C. S. E. L., t. XLVII, Vindobonae, 1906.
Kroymann^2	editio altera Aemilii Kroymann, Tubingae, 1907.
Bakhuizen	editio J. N. Bakhuizen van den Brink, Hagae Comitis, 1946.
Evans	editio Ernesti Evans, Londinii, 1948.
Engelbrecht	emendationes et coniecturae Augusti Engelbrecht, quas descripsit Aem. Kroymann in editione sua Vindobonensi.
Hoppe	H. Hoppe, *Beiträge zur Sprache und Kritik Tertullians*, Lundae, 1932.
Reitzenstein	emendationes et coniecturae R. Reitzenstein apud Rosenmeyer.
Rosenmeyer	L. Rosenmeyer, *Quaestiones Tertullianeae ad librum aduersus Praxean pertinentes* (Dissertationes Philologicae Argentoratenses selectae, XIV, 1), Argentorati, 1910.
Thörnell	G. Thörnell, *Studia Tertullianea*, t. I et II, Vpsaliae, 1918 et 1921.
Turner	C. H. Turner, *Tertullianea*, in 'The Journal of Theological Studies', t. XIV, 1913, p. 556-564.
Verhoeven	Th. L. Verhoeven, *Studiën over Tertullianus' Aduersus Praxean*, Amstelodami, 1948.
Waszink	J. H. Waszink, in '*Vigiliae Christianae*', t. VII, 1953, p. 246-153.

Dum uarias lectiones assumpsimus e prima editione Aemilii Kroymann, in textu describendo longe saepius Ernesti Evans in pedes ambulauimus, nonnullis tamen in locis codices pressius sequendum duximus, praeeuntibus Thörnell et Hoppe et Verhoeven.

1. Saepe in margine huius codicis adnotauit Rhenanus uarias lectiones quas in codice Hirsaugiensi inuenit et in editione sua typis mandauit.

2. Lectiones huius primae Rhenani editionis saepe mendose exscripsit Kroymann.

ADVERSVS PRAXEAN V 227

I. **1.** Varie diabolus aemulatus est ueritatem. Adfectauit illam aliquando defendendo concutere. Vnicum Dominum uindicat, omnipotentem mundi conditorem ut et de unico haeresin faciat. Ipsum dicit Patrem descendisse in uirginem, ipsum ex ea natum, ipsum passum, denique ipsum esse Iesum Christum. Excidit sibi coluber quia Iesum Christum post baptisma Iohannis temptans ut Filium Dei aggressus est, certus Filium Deum habere uel ex ipsis scripturis de quibus tunc temptationem struebat: **2.** *Si tu es Filius Dei, dic ut lapides isti panes fiant ;* item : *Si tu es Filius Dei, deice te hinc. Scriptum est enim, quod mandauit angelis suis super te* — utique Pater —, *ut te manibus suis tollant necubi ad lapidem pedem tuum offendas.* **3.** Aut nunquid mendacium euangeliis exprobrabit dicens : « Viderit Mattheus et Lucas, ceterum ego ad ipsum Deum accessi, ipsum omnipotentem cominus temptaui, ideo et accessi, ideo et temptaui. Ceterum si Filius Dei esset, nunquam illum fortasse dignarer. » Sed enim ipse potius a primordio mendax est, et si quem hominem de suo subornauerit, ut Praxean. **4.** Nam iste primus ex | Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanae humo, V 228
⟨homo⟩ et alias inquietus, insuper de iactatione martyrii inflatus ob solum et simplex et breue carceris taedium ; quando et si corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens cuius charismata expugnauit. **5.** Nam idem tunc episcopum Romanum, quoque expugnauit. Nam idem tunc episcopum Romanum, agnoscentem iam prophetias Montani, Priscae, Maximillae, et ex ea agnitione pacem ecclesiis Asiae et Phrygiae inferentem, falsa de ipsis prophetis et ecclesiis eorum adseuerando et praecessorum eius auctoritates defendendo coegit et litteras pacis reuocare iam emissas et a proposito recipiendorum charismatum concessare. Ita duo negotia diaboli Praxeas Romae procurauit: prophetiam expulit et haeresin

I, **10** sq. Matth. 4, 3. **11** sqq. Matth. 4, 6 ; Luc. 4, 10. **12** sq. Ps. 90, 11-12. **19** cfr I Ioh. 3, 8 ; Ioh. 8, 44. **24** sq. cfr I Cor. 13, 3.

I, **1** Adv. Praxeam *M*, liber aduersus praxean *F* **3** dominum] *codd.*, *tuet. Verhoeven*, deum *Kroymann* **5** uirgine *P Rh*^{1} **7** ⟨sed⟩ excidit *dub. Kroymann* **10** struebas *corr. ex* struebat *M* **13** suis] *om. F* **15** exprobrabit] *Rh*^{3}, exprobrauit *P M F Rh*^{1} **17** comminus *M Rh*^{1} **18** fortasse] *codd. Rh*, *tuet. Evans* (*"perhaps I should not have demeaned myself ⟨to tempt⟩ him"*), temptasse *coni. Vrsinus*, *prob. Kroymann* **20** subornauit *F Rh* **21/22** Romanae humo, ⟨homo⟩ *Engelbrecht*, *prob. Kroymann*, romanae humo *P M Rh*, romano homo *F*, Romae, homo *Vrsinus*, Romam homo *Oehler*, *prob. Evans* **28** frigge *codd.* **32** ces-

intulit, Paracletum fugauit et Patrem crucifixit. **6.** Fruticauerant auenae Praxeanae hic quoque superseminatae, dormientibus multis in simplicitate doctrinae; traductae dehinc per quem Deus uoluit, etiam euulsae uidebantur. Denique cauerat pristinum doctor de emendatione sua et manet chirographum apud psychicos, apud quos tunc gesta res est. **7.** Exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio disiunxit a psychicis. Auenae uero illae ubique tunc semen excusserant, ita aliquamdiu per hypocrisin subdola uiuacitate latitauit et nunc denuo erupit. Sed et denuo eradicabitur. Si uoluerit Dominus, in isto commeatu, si quo minus, die suo colligentur omnes adulterae fruges et cum ceteris scandalis igni inextinguibili cremabuntur.

II. **1.** Itaque post tempus Pater natus et Pater passus, ipse Deus Dominus omnipotens Iesus Christus praedicatur. Nos | uero et semper et nunc magis, ut instructiores per Para- V 229
cletum, deductorem scilicet omnis ueritatis, unicum quidem Deum credimus, sub hac tamen dispensatione quam oikonomiam dicimus, ut unici Dei sit et Filius, sermo ipsius qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil. Hunc missum a Patre in uirginem et ex ea natum, hominem et Deum, Filium hominis et Filium Dei et cognominatum Iesum Christum. Hunc passum, hunc mortuum et sepultum secundum scripturas et resuscitatum a Patre et in caelo resumptum sedere ad dexteram Patris, uenturum iudicare uiuos et mortuos. Qui exinde miserit secundum promissionem suam a Patre Spiritum sanctum, Paracletum, sanctificatorem fidei eorum qui credunt in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. **2.** Hanc regulam ab initio euangelii decucurrisse, etiam ante priores quosque haereticos, nedum ante Praxean hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum quam ipsa nouellitas Praxeae hesterni. Quo peraeque aduersus uniuersas haereses iam hinc praeiudicatum sit id esse uerum quodcumque primum, id esse adulterum quodcumque posterius. **3.** Sed salua

35 sq. cfr Matth. 13, 25. **45** sq. cfr Matth. 13, 30. **46** cfr Matth. 3, 12.

II, **4** cfr Ioh. 16, 13. **4** sqq. cfr *De praescr.* 13 et 36 ; *De uirg. uel.* 1. **6** cfr Ioh. 1, 3. **11** cfr I Cor. 15, 3 et 4. **12** Marc. 16, 19. **13** cfr Act. 10, 42. **14** cfr Ioh. 16, 7.

sare *F* **34/35** fruticauerant] *M*, fructificauerant *P Rb*, fructiferant *F* **38** pristinum] *sc. statum*, presbyter istorum *coni. Turner. Non laudo* **41** phisicis *codd.* * auenae *M*, hauenae *F* **42** ita] id *Kroymann* **45** adultae *F* **46** igne *F*.

II, **5/6** oikonomiam *codd.*, *οἰκονομίαν Rb Evans, et sic semper* **8** est] *om. P* **12** in caelos *Pam.* **18** praxeam *codd.*

ista praescriptione ubique tamen propter instructionem et munitionem quorundam dandus est etiam retractatibus locus, uel ne uideatur unaquaeque peruersitas non examinata sed praeiudicata damnari, maxime haec quae se existimat meram ueritatem possidere, dum unicum Deum non alias putat credendum quam si ipsum eundemque et Patrem et Filium et Spiritum dicat. **4.** Quasi non sic quoque unus sit omnia dum ex uno omnia per substantiae scilicet unitatem et nihilominus custodiatur oikonomiae sacramentum, quae unitatem in trinitatem disponit, tres dirigens | Patrem et V 230
Filium et Spiritum, tres autem non statu sed gradu, nec substantia sed forma, nec potestate sed specie, unius autem substantiae et unius status et unius potestatis quia unus Deus ex quo et gradus isti et formae et species in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti deputantur. ⟨Qui⟩ quomodo numerum sine diuisione patiuntur, procedentes tractatus demonstrabunt.

III. **1.** Simplices enim quique, ne dixerim imprudentes et idiotae, quae maior semper credentium pars est, quoniam et ipsa regula fidei a pluribus diis saeculi ad unicum et uerum Deum transfert, non intellegentes unicum quidem sed cum sua oikonomia esse credendum, expauescunt ad oikonomiam. Numerum et dispositionem trinitatis diuisionem praesumunt unitatis, quando unitas, ex semetipsa deriuans trinitatem, non destruatur ab illa sed administretur. Itaque duos et tres iam iactitant a nobis praedicari, se uero unius Dei cultores praesumunt, quasi non et unitas irrationaliter collecta haeresin faciat et trinitas rationaliter expensa ueritatem constituat. **2.** « Monarchiam, inquit, tenemus », et ita sonum ipsum uocaliter exprimunt etiam Latini et tam opifice ut putes illos tam bene intellegere monarchiam quam enuntiant. Sed monarchiam sonare student Latini, oikonomiam intellegere nolunt etiam Graeci. At ego, si quid utriusque linguae praecerpsi, monarchiam nihil aliud significare scio quam singulare et unicum imperium; non tamen praescribere mo-

III, **3** sq. cfr Ioh. 17, 3.

29 spiritum] *P M*, sanctum *add. F Rb Evans* **32** dirimens *coni. Rosenmeier* **33** spiritum] *P M*, sanctum *add. F Rb* **37** ⟨qui⟩ quomodo] *Kroymann*, quomodo *codd.*, quomodo ⟨autem⟩ *Vrsinus*.

III, **5** expauescunt ad] *codd.* (*cfr Ad mart.* 3, 2 ; *De orat.* 22, 10), expauescunt, quod *Engelbrecht Kroymann et punctum del. post* economiam ; ad *om. Rosenmeyer* **11** extensa *Turner* **12** inquit] *M P* (*sc. Praxeas*), inquiunt *F Rb edd.* sonum] *Rb*^{2}, solium *P M Rb*^{1}, solum *F* **13** istum *dub. Kroymann* et tam opifice] *codd. Rb*^{1}, etiam Opici *Rb*^{2}, etiam opifices *Rig. Turner, dub. Evans*, etiam modifice *Oehler* **15/16** sed monarchiam *usq.* Graeci] *secl. Kroymann* **16** ego] uero *F*

narchiam ideo, | quia unius sit, eum cuius sit aut Filium non habere aut ipsum se sibi filium fecisse aut monarchiam suam non per quos uelit administrare. Atquin nullam dico dominationem ita unius sui esse, ita singularem, ita monarchiam ut non etiam per alias proximas personas administretur quas ipsa prospexerit officiales sibi. **3.** Si uero et Filius fuerit ei cuius monarchia sit, non statim diuidi eam et monarchiam esse desinere, si particeps eius adsumatur et Filius, sed proinde illius esse principaliter a quo communicatur in Filium et dum illius est, proinde monarchiam esse quae a duobus tam unitis continetur. **4.** Igitur si et monarchia diuina per tot legiones et exercitus angelorum administratur sicut scriptum est : *Milies centies centena milia adsistebant ei, et milies centena milia apparebant ei,* nec ideo unius esse desiit ut desinat monarchia esse, quia per tanta milia uirtutum procuratur. **5.** Quale est ut Deus diuisionem et dispersionem pati uideatur in Filio et in Spiritu sancto, secundum et tertium sortitis locum, tam consortibus substantiae Patris quas non patitur in tot angelorum numero et quidem tam ⟨alienorum⟩ a substantia Patris ? Membra et pignora et instrumenta et ipsam uim ac totum censum monarchiae euersionem deputas eius ? non recte. **6.** Malo te ad sensum rei quam ad sonum uocabuli exerceas. Euersio enim monarchiae illa est tibi intellegenda cum alia dominatio suae condicionis et proprii status ac per hoc aemula superducitur, cum alius deus infertur aduersus creatorem cum Marcione, cum plures, secundum Valentinos et Prodicos: tunc in monarchiae euersionem, cum in creatoris destructionem.

V 231

IV. **1.** Ceterum qui Filium non aliunde deduco sed de substantia Patris, nihil facientem sine Patris uoluntate, omnem a Patre consecutum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam quam a Patre Filio traditam in Filio seruo ? Hoc mihi et in tertium gradum dictum sit, quia Spiritum non aliunde puto quam a Patre per Filium. **2.** Vide ergo

V 232

31 sq. Dan. 7, 10.

IV, **2** cfr Ioh. 5, 19. **2** sq. cfr Matth. 28, 18.

19 cum] *Rig.*, eius *codd. Rh* **21** uelit] *F Rh*, uenit *P M* **28** unitis] *Engelbrecht*, unicis *codd. Rh* **33** quia] *om. F* **37** et quidem tam ⟨alienorum⟩] *Gel. Kroymann, prob. Verhoeven*, et quidem tam *codd. Rh*, ecquid nata *Oehler*, et quid ? demta *Engelbrecht*, et quidem tam ⟨a maiestate alienorum quam⟩ *Rosenmeier* **38** patris membra *Oehler Engelbrecht* **42** alio *P* **43/46** cum alius *usq.* destructionem] *secludere mauult Kroymann* **44** cum Marcione] *Oehler*, tunc male *codd. Rh, prob. Verhoeven*, tunc mage *Engelbrecht, fort. recte*, tunc aemuli *Rosenmeier* **45** prodigos *codd. Rh*[1], proclos *Rh*[3] **45/46** cum *usq.* destructionem] *post* tunc male *ponit Kroymann*[2].

IV, **6** puto] *codd. edd.*, deputo *Kroymann*

ne tu potius monarchiam destruas, qui dispositionem et dispensationem eius euertis in tot nominibus constitutam in quot Deus uoluit. Adeo autem manet in suo statu, licet trinitas inferatur, ut etiam restitui habeat Patri a Filio siquidem apostolus scribit de ultimo fine, *cum tradiderit regnum Deo et Patri : Oportet enim eum regnare usque dum ponat inimicos eius Deus sub pedes ipsius* — scilicet secundum psalmum : *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* —, *cum autem subiecta erunt illi omnia absque eo qui ei subiecit omnia, tunc et ipse subicietur illi, qui ei subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* **3.** Videmus igitur non obesse monarchiae Filium, etsi hodie apud Filium est, quia et in suo statu est apud Filium et cum suo statu restituetur Patri a Filio. Ita eam nemo hoc nomine destruet ⟨si⟩ Filium admittat cui et traditam eam a Patre et a quo quandoque restituendam Patri constat. **4.** Hoc uno capitulo epistolae apostolicae potuimus iam et Patrem et Filium ostendisse duos esse, praeterquam ex nominibus Patris et Filii etiam ex eo quod qui tradidit regnum et cui tradidit, item qui subiecit et cui subiecit duo sint necesse est.

V. **1.** Sed quia duos unum uolunt esse ut idem Pater et Filius habeatur, oportet et totum de Filio examinari, an sit et | qui sit et quomodo sit et ita res ipsa formam suam scrip- V 233
turis et interpretationibus earum patrocinantibus uindicabit. Aiunt quidam et Genesin in Hebraico ita incipere : *In principio Deus fecit Filium.* Hoc ut firmum non sit, alia me argumenta deducunt ab ipsa Dei dispositione qua fuit ante mundi constitutionem ad usque Filii generationem. **2.** Ante omnia enim Deus erat solus, ipse sibi et mundus et locus et omnia. Solus autem quia nihil aliud extrinsecus praeter illum. Ceterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. Rationalis enim Deus et † ratio in ipsum prius et ita ab ipso omnia. Quae ratio sensus ipsius est. **3.** Hanc Graeci λόγον dicunt, quo

11 sqq. I Cor. 15, 24 sq. **14** sq. Ps. 109, 1. **15** sqq. I Cor. 15, 27 sq.

V, **4** sq. Gen. 1, 1. **5** cfr Hieronymus, *Quaest. Hebr. in Gen.* I, 1. **13** cfr Ioh. 1, 3.

9 in suo statu manet *F* **11** fine : ⟨tunc finis,⟩ cum *dub. Kroymann* **15** illi] *om. F* **18** filium] *secl. Kroymann* **21** si] *Rh*[1] *in marg.*, *om. codd.* **25** regnum *post alterum* tradidit *ponit P* **26** et cui subiecit] *Rh*[3], *om. codd. Rh*[1].

V, **1** esse uolunt *F* **2** in totum *mauult Kroymann* **3** ipsa res *P* **4** patrocinantibus] *codd. Rh, tuent. Rosenmeier et Verhoeven*, patrocinantem *Kroymann* **5** quidam] *cfr Evans, p. 209 sqq.* ; quidem *codd. Rh* **6/7** argumenta me *F* **7** ab] *codd. Rh*, de *Kroymann* **10** aliud] *om. P* **12** rationem, suam scilicet *Oehler Evans* **13** in ipsum] *P M tuet. Turner*, in ipso *F Rh Evans*, in ipsum ipso *dub. Kroymann* omnia] alia *dub. Kroymann*, in omnia *melius Turner* **14** est, hanc

uocabulo etiam sermonem appellamus ideoque iam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis sermonem dicere in primordio apud Deum fuisse, cum magis rationem competat antiquiorem haberi, quia non sermonalis a principio sed rationalis Deus etiam ante principium, et quia ipse quoque sermo ratione consistens priorem eam ut substantiam suam ostendat. **4.** Tamen et sic nihil interest. Nam etsi Deus nondum sermonem suum miserat, proinde eum cum ipsa et in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum quae per sermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim sua cogitans atque disponens sermonem, eam efficiebat quam sermone tractabat. **5.** Id quo facilius intellegas, ex te ipso ante recognosce ut ex imagine et similitu|dine Dei, quo habeas et tu in temetipso rationem qui es V 234
animal rationale, a rationali scilicet artifice non tantum factus sed etiam ex substantia ipsius animatus. Vide, cum tacitus tecum ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra te, occurrente ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum, ad omnem sensus tui pulsum. **6.** Quodcumque cogitaueris sermo est, quodcumque senseris, ratio est. Loquaris illud necesse est in animo, et dum loqueris conlocutorem pateris sermonem in quo inest haec ipsa ratio qua cum eo cogitans loquaris per quem loquens cogitas. Ita secundus quodammodo in te est sermo per quem loqueris cogitando et per quem cogitas loquendo, ipse sermo alius est. **7.** Quanto ergo plenius hoc agitur in Deo, cuius tu quoque imago et similitudo censeris, quod habeat in se etiam tacendo rationem et in ratione sermonem ? Possum itaque non temere praestruxisse et tunc Deum ante uniuersitatis constitutionem solum non fuisse, habentem in semetipso proinde rationem et in ratione sermonem quem secundum a se fecerat agitando intra se.

VI. **1.** Haec uis et haec diuini sensus dispositio apud scripturas etiam in sophiae nomine ostenditur. Quid enim sapientius ratione Dei siue sermone ? Itaque sophiam quoque exaudi

27 sq. cfr Gen. 1, 26. **30** cfr Gen. 2, 7.

Kroymann **18** antiquiorem haberi] *secl. Kroymann* non] *secl. Evans* **19** sed] *codd.* R*b*, sit *Kroymann* etiam ante principium] *secl. Kroymann* **25** disponens] sermone *add. Kroymann* **26** id quo] *Kroymann*, id quod *M F*, idque quo *P Rb Evans* **27** ante recognosce] *Vrsinus*, *prob. Hoppe*, a me recognosce *P Rb*, amore cognosce *M F*, amo, recognosce *Kroymann* **28** quo] *P Rb*, quod *M F Kroymann*, quam *Vrsinus* **31** agi] *Rb*[2], age *codd. Rb*[1] **34** ratio] oratio *coni. Kroymann* **35** in animo necesse est *F Rb* **36** inest haec] est lex *F* **38/39** per quem *usq.* alius est] *secl. Kroymann* **39** quanto] *Rb*[2], quando *codd. Rb*[1] **40** agitur] *secl. Kroymann* **41/42** quod habeat *usq.* sermonem] *secl. Kroymann* **45** fecerat] *Kroymann*, *tuet. Verhoeven*, faceret *codd. Rb* agitando] cogitando *dub. Engelbrecht.*

ut secundam personam conditam : *Primo Dominus creauit me initium uiarum in opera sua, priusquam terram faceret, priusquam montes collocarentur ; ante omnes autem colles generauit me*, in sensu suo scilicet condens et generans. **2.** Dehinc adsistentem eam ⟨in⟩ ipsa operatione cognosce : | *Cum* V 235
pararet, inquit, *caelum, aderam illi simul, et quomodo fortia faciebat super uentos quae sursum nubila, et quomodo tutos ponebat fontes eius, quae sub caelo, ego eram cum illo compingens, ego eram, ad quem gaudebat ; cottidie autem oblectabar in persona ipsius.* **3.** Nam, ut primum Deus uoluit ea quae cum sophia et ratione et sermone disposuerat intra se, in substantias et species suas edere, ipsum primum protulit sermonem, habentem in se indiuiduas suas, rationem et sophiam, ut per ipsum fierent uniuersa per quem erant cogitata atque disposita, immo et facta iam quantum in Dei sensu. Hoc enim eis deerat ut coram quoque in suis speciebus atque substantiis cognoscerentur et tenerentur.

VII. **1.** Tunc igitur etiam ipse sermo speciem et ornatum suum sumit, sonum et uocem cum dicit Deus : *Fiat lux.* Haec est natiuitas perfecta sermonis dum ex Deo procedit. Conditus ab eo primum ad cogitatum in nomine sophiae — *Dominus condidit me initium uiarum* —, dehinc generatus ad effectum — *cum pararet caelum, aderam illi* —, exinde eum Patrem sibi faciens de quo procedendo Filius, factus est primogenitus ut ante omnia genitus et unigenitus, ut solus ex Deo genitus, proprie de uulua cordis ipsius secundum quod et Pater ipse testatur : *Eructauit cor meum sermonem optimum.* **2.** Ad quem deinceps gaudens proinde gaudentem in persona illius : *Filius meus es tu, ego hodie generaui te*, et : *Ante luciferum genui te.* **3.** Sic et Filius ex | sua persona profitetur V 236
Patrem in nomine sophiae : *Dominus condidit me initium uiarum in opera sua ; ante omnes autem colles generauit me.*

VI, **4** sqq. Prou. 8, 22-30.

VII, **2** Gen. 1, 3. **5** Prou. 8, 22. **6** Prou. 8, 27. **8** sq. cfr Ioh. 1, 18 ; Col. 1, 15. **10** sq. Ps. 44, 2. **12** Ps. 2, 7. **12** sq. Ps. 109, 3. **14** sq. Prou.

VI, **4** secundum *P* **8** ⟨in⟩ ipsa operatione] *Kroymann* (*operatio* = *creatio*, *cfr VII, l.* **41**), ipsa separatione *codd. Rb Evans*, ipsius operationi *Turner* **9** quomodo] *P M*, cum *F*, quom *Rb*[1] **10** quomodo] *P M F*, quom *Rb*[1] **12** quem] *codd.* R*b*[1], quam *Rb*[3] **13** nam] *codd. Rb*, *tuet. Hoppe*, iam *Kroymann* **14** sophia et] *Evans*, sophiae *cet.* **15** edere] aedere *Rb*[1], sedere *codd.* **16** indiuiduas] socias *add. Kroymann* rationem et sophiam] *Vrsinus*, rationes sophiam *codd. Rb.*

VII, **7** parem *P Rb* *post* procedendo *lacunam signauit Kroymann*, generatur *suppl. putat*, fit *suppl. Kroymann*[2] **11** gaudentem in] *Pam.*, gaudenti in *codd.* R*b*[1], gaudentem *Rb*[3] **12** tu] inquit *add. Kroymann* generaui] *cfr Capelle, Psautier, p.* 15, genui *codd. edd.* **12/13** et *usq.* te *om. F* **15** in sua opera *M* (*corr. m. 1*) *P*

Nam si hic quidem sophia uidetur dicere conditam se a Domino in opera et uias eius, alibi autem per sermonem ostenditur omnia facta esse et sine illo nihil factum sicut et rursum : *Sermone eius caeli confirmati sunt et spiritu eius omnes uires eorum*, utique eo Spiritu qui sermoni inerat, apparet unam eandemque uim esse nunc in nomine sophiae nunc in appellatione sermonis, quae initium accepit uiarum in Dei opera et quae caelum confirmauit, per quam omnia facta sunt et sine qua nihil factum est. **4.** Nec diutius de isto, quasi non ipse sit sermo et in sophiae et in rationis et in omnis diuini animi et Spiritus nomine qui Filius factus est Dei, de quo prodeundo generatus est. **5.** « Ergo, inquis, das aliquam substantiam esse sermonem, spiritu et sophia et ratione constructam ? » Plane. Non uis enim eum substantiuum habere in re per substantiae proprietatem, ut res et persona quaedam uideri possit et ita capiat secundus a Deo constitutus duos efficere, Patrem et Filium, Deum et sermonem. **6.** « Quid est enim, dices, sermo, nisi uox et sonus oris et, sicut grammatici tradunt, aer offensus intellegibilis auditu, ceterum uacuum nescio quid et inane et incorporale ? » At ego nihil dico de Deo inane et uacuum prodire potuisse, ut non de inani et uacuo prolatum nec carere substantia quod de tanta substantia processit et tantas substantias fecit. **7.** Fecit enim et ipse quae facta sunt | per illum. Quale est, ut nihil sit ipse V 237
sine quo nihil factum est, ut inanis solida et uacuus plena et incorporalis corporalia sit operatus? Nam etsi potest aliquando quid fieri diuersum eius per quod fit, nihil tamen potest fieri per id, quod uacuum et inane est. **8.** Vacua et inanis res est sermo Dei, qui Filius dictus est ? Qui ipse Deus cognominatus est ? *Et sermo erat apud Deum, et Deus erat sermo.* Scriptum est : *Non sumes nomen Dei in uanum.* Hic certe est, qui *in effigie Dei constitutus non rapinam existimauit esse se aequalem Deo.* In qua effigie Dei ? Vtique in aliqua, non tamen in nulla. Quis enim negabit Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est ?

8, 24-25. **18** cfr Ioh. 1, 3. **19** sq. Ps. 32, 6. **22** sqq. cfr Prou. 8, 22 ; Ps. 32, 6 ; Ioh. 1, 3. **45** Ioh. 1, 1. **46** Exod. 20, 7. **46** sqq. Phil. 2, 6. **49** cfr Ioh. 4, 24. **49** sqq. cfr August. epist. 190, 14.

---

20 sermone *M corr.* **26** est] *M F Rb*^{1}, *om. P* **28** sophia et ratione] *Turner, prob. Evans*, sophiae traditione *cet.* **29** non uis enim] nouimus *P* **29/30** haberi in se *Turner, fort. rectius* **30** ⟨ne⟩ ut res *Kroymann* **31** capiat] *Rb*^{3}, capias *codd. Rb*^{1} **33** dices] *codd. Rb*, dicis *Kroymann* sermo] *Rb*^{1}, sermoni *codd.* **36** prodire] *Rb*^{1}, prodere *codd.* **37/38** quod de tanta substantia *om. P* **38** tanta substantia *P*, tanta substantias *M*, *corr. m. 3* **39** ⟨aut⟩ quale *Kroymann* **43** ⟨si⟩ uacua *Kroymann* (*cfr Hoppe, p. 34 adn. 4*) **44/45** dictus est, qui ... cognominatus est, et *edd.*, *interrogationis signa ponit Kroymann* **48** aliqua] *Kroymann*, alia *codd. Rb* **49** negabit] *Rb*^{3}, negauit *codd. Rb*^{1} deus *om. P*

Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. **9.** Sed et si inuisibilia illa quaecumque sunt, habent apud Deum et suum corpus et suam formam, per quae soli Deo uisibilia sunt, quanto magis quod ex ipsius substantia emissum est sine substantia non erit ? Quaecumque ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam et illi nomen Filii uindico et, dum Filium agnosco, secundum a Patre defendo.

VIII. **1.** Hic si qui putauerit me προβολήν aliquam introducere, id est prolationem rei alterius ex altera, quod facit Valentinus, alium atque alium Aeonem de Aeone producens, primo quidem dicam tibi : Non ideo non utitur et ueritas uocabulo isto et re ac censu eius quia et haeresis utatur. Immo haeresis potius ex ueritate accepit quod ad mendacium suum strueret. **2.** Prolatus est sermo Dei an non ? Hic mecum gradum fige. Si prolatus est, cognosce προβολήν ueritatis et uiderit haeresis | si quid de ueritate imitata est. Iam nunc V 238
quaeritur quis quomodo utatur aliqua re et uocabulo eius. Valentinus προβολάς suas discernit et separat ab auctore et ita longe ab eo ponit ut Aeon patrem nesciat. Denique desiderat nosse nec potest, immo et paene deuoratur et dissoluitur in reliquam substantiam. **3.** Apud nos autem solus Filius Patrem nouit et sinum Patris ipse exposuit et omnia apud Patrem audiuit et uidit et quae mandatus est a Patre ea et loquitur, nec suam sed Patris perfecit uoluntatem quam de proximo, immo de initio nouerat. **4.** Quis enim scit quae sint in Deo nisi Spiritus qui in ipso est ? Sermo autem Spiritu structus est et, ut ita dixerim, sermonis corpus est Spiritus. Sermo ergo et in Patre semper, sicut dicit : *Ego in Patre*, et apud Deum semper, sicut scriptum est: *Et sermo erat apud Deum*, et numquam separatus a Patre aut alius a Patre quia : *Ego et Pater unum sumus.* **5.** Haec erit προβολή ueritatis, custos unitatis, qua prolatum dicimus Filium a Patre sed non separatum. Protulit enim Deus sermonem, quemadmodum etiam Paracletus docet, sicut radix fruticem et fons fluuium et sol radium. Nam et istae species προβολαί sunt earum sub-

---

51 cfr Rom. 1, 20.

VIII, **14** sq. cfr Matth. 11, 27. **15** cfr Ioh. 1, 18. **15** sq. cfr Ioh. 8, 38. **16** sq. cfr Ioh. 14, 31. **17** cfr Ioh. 6, 38. **19** cfr I Cor. 2, 11. **21** Ioh. 14, 11. **22** sq. Ioh. 1, 1. **24** Ioh. 10, 30.

---

50 sed et si] *codd. Rb*^{1}, *tuet. Thörnell II*, 95, sed si et *Kroymann* **53** substantia emissum] *Rb*^{3}, substantiae missum *codd. Rb*^{1}.

VIII, **1** hic] *Latinius*, hoc *codd. Rb Evans* si putauerint *F*, *om.* me probolē *codd.* **4** utitur] *F Rb*^{1}, utatur *P M G Rb*^{3} **5** re ac censu] *Rb*^{3}, reaccessu *codd. Rb*^{1} utatur] *Kroymann*, utitur *codd. Rb* **18** de initio] *codd. Rb*, *tuet. Hoppe*, de intimo *Kroymann* **23** aliud *dub. Evans* **25/26** separatum] *F G Rb*^{3}, pa-

stantiarum ex quibus prodeunt. Nec dubitauerim Filium dicere et radicis fruticem et fontis fluuium et solis radium, quia omnis origo parens est et omne quod ex origine profertur progenies est, multo magis sermo Dei qui etiam proprie nomen Filii accepit. Nec frutex tamen a radice nec fluuius a fonte nec radius a sole discernitur, sicut nec a Deo sermo. **6.** Igitur secundum horum exemplorum formam profiteor me duos dicere : Deum | et sermonem eius, Patrem et Filium ipsius. V 239 Nam et radix et frutex duae res sunt, sed coniunctae ; et fons et flumen duae species sunt, sed indiuisae ; et sol et radius duae formae sunt, sed cohaerentes. **7.** Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit eius necesse est de quo prodit, non ideo tamen est separatum. Secundus autem ubi est, duo sunt et tertius ubi est, tres sunt. Tertius enim est Spiritus a Deo et Filio sicut tertius a radice fructus ex frutice et tertius a fonte riuus ex flumine et tertius a sole apex ex radio. Nihil tamen a matrice alienatur a qua proprietates suas ducit. Ita trinitas per consertos et connexos gradus a Patre decurrens et monarchiae nihil obstrepit et oikonomiae statum protegit.

IX. **1.** Hanc me regulam professum qua inseparatos ab alterutro Patrem et Filium et Spiritum testor, tene ubique et ita quid quomodo dicatur agnosces. Ecce enim dico alium esse Patrem et alium Filium et alium Spiritum, — male accipit idiotes quisque aut peruersus hoc dictum, quasi diuersitatem sonet et ex diuersitate separationem protendat Patris et Filii et Spiritus sancti. Necessitate autem hoc dico cum eundem Patrem et Filium et Spiritum contendunt, aduersus oikonomiam monarchiae adulantes — non tamen diuersitate alium Filium a Patre sed distributione, nec diuisione alium sed distinctione, quia non sit idem Pater et Filius, uel modulo alius ab alio. **2.** Pater enim tota substantia est, Filius uero deriuatio totius et portio sicut ipse profitetur : *Quia Pater maior me est.* A quo et minoratus canitur in psalmo : *Modi|co quid citra angelos.* V 240 Sic et Pater alius a Filio dum Filio maior, dum alius qui generat, alius qui generatur, dum alius qui mittit, alius qui mittitur, dum alius qui facit, alius per quem fit. **3.** Bene quod et Dominus usus hoc uerbo in persona Paracleti non diuisionem significauit sed dispositionem : *Rogabo* enim, inquit, *Patrem et alium aduocatum mittet*

IX, **13** sq. Ioh. 14, 28. **15** Ps. 8, 6. **20** sq. Ioh. 14, 16.

ratum *M corr. P* Rb[1] **30** radices *P* **31** et origine *P* **34** discernunt *P*.

IX, **4** accipit] *M*, accepit *P F Rb Evans* **6** portendat *Iunius* **7** sancti] *P M*, *om. F Rb Evans* **11** sint *Kroymann* **12** alio ⟨alii⟩ *Kroymann* **14** minoratus] *Rb*[3], minor natu *codd.* Rb[1] **15** modico] *Rb*[1], *tuent. Löfstedt et Waszink*, dico *codd.*, modicum *Rb*[2] *edd.*

uobis, Spiritum ueritatis. Sic alium a se Paracletum, quomodo et nos a Patre alium Filium ut tertium gradum ostenderet in Paracleto, sicut nos secundum in Filio propter oikonomiae obseruationem. **4.** Ipsum, quod Pater et Filius dicuntur, nonne aliud ab alio est ? Vtique enim omnia quod uocantur, hoc erunt, et quod erunt, hoc uocabuntur, et permiscere se diuersitas uocabulorum non potest omnino, quia nec rerum quarum erunt uocabula. *Est, est, non, non ; nam quod amplius est, hoc a malo est.*

X. **1.** Ita aut Pater aut Filius est, et neque dies eadem et nox, neque Pater idem et Filius, ut sint ambo unus et utrumque alter, quod uanissimi isti monarchiani uolunt. « Ipse se, inquiunt, Filium sibi fecit. » **2.** Atquin pater filium facit et patrem filius et qui ex alterutro fiunt a semetipsis sibi fieri nullo modo possunt, ut pater se sibi filium faciat et filius se sibi patrem praestet. **3.** Quae instituit Deus, etiam ipse custodit. Habeat necesse est pater filium ut pater sit, et filius patrem ut filius sit. Aliud est autem habere, aliud esse. Verbi gratia, ut maritus sim, habeam oportet uxorem, non ipse mihi ero uxor. Sic etiam, ut pater sim, filium habeo, non ipse mihi ero filius et ut filius sim, patrem habeo, non ipse mihi ero | pater. V 241 **4.** Quae enim me faciunt si habuero, tunc ero pater si filium habeam, filius uero si patrem. Porro si ipse ero quid eorum, iam non habeo quod ipse ero, nec patrem quia ipse ero pater, nec filium quia ipse ero filius. In quantum autem alterum ex his habere me oportet, alterum esse, in tantum, si utrumque fuero, alterum non ero, dum alterum non habeo. Si enim ipse ero filius qui et pater, iam non habeo filium sed ipse sum filius. Non habendo autem filium dum ipse sum filius, quomodo pater ero ? Habere enim filium debeo ut pater sim. Non sum ergo filius quia patrem non habeo qui facit filium. **5.** Aeque si ipse sum pater qui et filius, iam non habeo patrem sed ipse sum pater. Non habendo autem patrem dum ipse sum pater, quomodo filius ero ? Habere enim patrem debeo ut filius sim. Non ergo ero pater quia filium non habeo qui facit patrem. **6.** Hoc erit totum

28 sq. Matth. 5, 37.

21 *post* ueritatis *uirgulam ponit Kroymann, lacunam signans post* aliam a se, ⟨demonstrans⟩ *uel aliud huiusmodi add. Nihil intercidisse uidetur, cfr Hoppe, p. 46 sq. : "Zu der ungemein häufigen Ellipse der uerba dicendi etc."* **24** ipsud *P M* **25** aliud ab alio] *codd. Rb*, alius ab alio ⟨alius⟩ *Kroymann*, aliud ab alio ⟨aliud⟩ *Kroymann*[2]. *Nihil immutandum* **26** permiscere se] *P M Rb*, permisceri *F*.

X, **1** aut pater aut filius] *codd. Rb*, *tuent. Evans et Verhoeven*, ut p. et f. *Kroymann*, et p. et f. *Turner* neque] ⟨ut⟩ neque *Engelbrecht Kroymann* **6/7** filium *usq.* sibi *om. P* **11** *et* **12** habeo] *codd. Rb*, habebo *Kroymann* **14** tunc] enic *F*

ingenium diaboli, alterum ex altero excludere dum utrumque in unum sub monarchiae fauore concludens neutrum haberi facit ut et Pater non sit qui scilicet Filium non habet, et Filius non sit qui aeque Patrem non habet. Dum enim Pater est, Filius non erit. Sic monarchiam tenent qui nec Patrem nec Filium continent. **7.** Sed *nihil Deo difficile*, quis hoc nesciat? Et : *Impossibilia apud saeculum possibilia apud Deum*, quis ignoret ? Et : *Stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientia.* Legimus omnia. « Ergo, inquiunt, difficile non fuit Deo ipsum se et patrem et filium facere aduersus traditam formam rebus humanis. Nam et sterilem parere contra naturam difficile Deo non fuit, sicut nec uirginem ». **8.** Plane nihil Deo difficile, sed si tam abrupte in praesumptionibus nostris hac sententia utamur, quiduis de Deo confingere poterimus, | quasi fecerit V 242 quia facere potuerit. Non autem, quia omnia potest facere, ideoque credendum est illum fecisse etiam quod non fecerit sed an fecerit requirendum. Potuit, si uoluisset, Deus pennis hominem ad uolandum instruxisse quod et miluis praestitit, non tamen quia potuit statim et fecit. Potuit et Praxean et omnes pariter haereticos statim extinxisse, non tamen quia potuit extinxit. — Oportebat enim et miluos esse et haereticos, oportebat et Patrem crucifigi. — Hac ratione erit aliquid et difficile Deo, id scilicet, quodcumque non fecerit, non quia non potuerit sed quia noluerit. **9.** Dei enim posse uelle est et non posse nolle. Quod autem uoluit, et potuit et ostendit. Ergo — quia si uoluit semetipsum sibi filium facere, potuit et quia si potuit, fecit — tunc probabis illum et potuisse et uoluisse, si probaueris illum fecisse.

XI. **1.** Probare autem tam aperte debebis ex scripturis, quam nos probamus illum sibi Filium fecisse sermonem suum. Si enim Filium nominat, Filius autem non erit alius quam qui ex ipso prodiit. Sermo autem prodiit ex ipso, hic erit Filius, non ipse de quo prodiit. Non enim ipse prodiit ex semetipso. Porro qui eundem Patrem dicis et Filium, eundem et protulisse ex semetipso facis et prodisse. Quod Deus etsi potuit fecisse, non tamen fecit. **2.** Aut exhibe probationem, quam

X, **33** Iob 42, 2 ; cfr Gen. 18, 14. **34** Matth. 19, 26 ; Luc. 18, 27. **35** I Cor. 1, 27. **48** cfr I Cor. 11, 19.

uero] *Evans*, ero *codd. Rb*, *secl. Kroymann* **32** *post* erit *supplendum censit Kroymann* : et dum filius non est, pater non erit **36** omnia] omnes *dub. Kroymann* **40** sed si] *Rb*[2], sensi *codd. Rb*[1] **43** ideoque] *codd. Rb*, ideo ⟨quo⟩que *Oehler Kroymann* **44** si uoluisset] *M F Rb*[1] *in marg.*, ita salus sim *M in marg. a m. 1*), ita saluus sim *P* **48/49** oportebat *usq.* crucifigi] *secl. Kroymann*, *tuent. Rosenmeyer et Hoppe* **49** Patrem] Filium *Kellner*, *prob. Hoppe.*

XI, **3** erit alius] *M*, alius erit *F Rb*, *P om.* erit qui] *om. F* **7** prodisse quod *edd.* etsi] *Kroymann*, est *M* (si *add. m. 2*), est si *cet. codd. Rb* **8** non] *M*, *in*

expostulo meae similem, id est sic scripturas eundem Filium et Patrem ostendere quemadmodum apud nos distincte pater et filius demonstrantur, distincte, inquam, non diuise. Sicut ego pro|fero dictum a Deo : *Eructauit cor meum sermonem op-* V 243 *timum*, haec tu contra opponas alicubi dixisse Deum : « Eructauit me cor meum sermonem optimum », ut ipse sit qui et eructauit et quod eructauit et ipse qui protulerit et qui prolatus sit, si ipse est et sermo et deus. **3.** Ecce ego propono Patrem Filio dixisse : *Filius meus es tu, ego hodie generaui te.* Si uelis ut credam ipsum esse Patrem et Filium, ostende sic pronuntiatum alibi : « Dominus dixit ad se : filius meus sum ego, ego hodie generaui me. » Proinde et : « Ante luciferum generaui me » ; et : « Dominus condidi me initium uiarum in opera mea, ante omnes autem colles generaui me » et si qua alia in hunc modum sunt. Quem autem uerebatur Deus Dominus uniuersitatis ita pronuntiare si ita res erat ? An uerebatur ne non crederetur, si simpliciter se et Patrem et Filium pronuntiasset ? **4.** Vnum tamen ueritus est : mentiri ueritatis auctorem semetipsum et suam ueritatem. Et ideo ueracem Deum credens, scio illum non aliter quam disposuit pronuntiasse nec aliter disposuisse quam pronuntiauit. Tu porro eum mendacem efficias et fallacem et deceptorem fidei huius si, cum ipse esset sibi filius, alii dabat filii personam quando scripturae omnes et demonstrationem et distinctionem trinitatis ostendant a quibus et praescriptio nostra deducitur non posse unum atque eundem uideri qui loquitur et de quo loquitur et ad quem loquitur, quia neque peruersitas neque fallacia Deo congruat ut, cum ipse esset ad quem loquebatur, ad alium potius et non ad semetipsum loqueretur. **5.** Accipe igitur et alias uoces Patris de Filio per | Esaiam : V 244 *Ecce filius meus, quem elegi, dilectus meus, in quem bene sensi ; ponam spiritum meum super ipsum et iudicium nationibus annuntiabit.* Accipe et ad ipsum : *Magnum tibi est, ut uoceris filius meus ad statuendas tribus Iacob et ad conuertendam dispersionem Israhelis ; posui te in lucem nationum, ut sis salus in extremum terrae.* **6.** Accipe nunc et Filii uoces de

XI, **12** sq. Ps. 44, 2. **17** Ps. 2, 7. **20** sq. cfr Ps. 109, 3. **21** sq. cfr Prou. 8, 22. **27** cfr Rom. 3, 4. **30** cfr I Ioh. 1, 10. **39** sqq. Is. 42, 1. **41** sqq. Is. 49, 6.

P add. Rb s. u. quod, quod non *F Rb* **9** sic] *om. F* scriptura *M*, *corr. m. 3* **11** et] aut *M corr. m. 1* **12** eructauit *P* (*cfr c.* 7, 1 ; *Adu. Herm.* 18, 6 ; *Adu. Marc.* *II*, 4, 1 ; *IV*, 14, 1), eructuauit *M F Rb* **13** haec] *codd. Rb Kroymann*[2], aeque *Oehler Kroymann*[1] **13/14** eructuauit *codd. Rb. Kroymann* **15** eructauit] *M*, eructuauit *cet. codd. Rb* ipse qui et *dub. Kroymann* **17** generaui] *P M Rb*, genui *F* **23/24** dominus deus *F* **27** ueritatis auctorem] *Turner*, ueritus autem *codd. edd.* **35** et de quo loquitur] *om. P* **37** loqueretur] *Iunius*, loquebatur

Patre : *Spiritus Domini super me, quapropter unxit me ad euangelizandum hominibus.* Item ad Patrem in psalmo de eodem : *Ne derelinqueris me, donec annuntiem brachium tuum natiuitati uniuersae uenturae ;* item in alio : *Domine, quid multiplicati sunt qui comprimunt me?* **7.** Sed et omnes paene psalmi, ⟨qui⟩ Christi personam sustinent, Filium ad Patrem (id est Christum ad Deum) uerba facientem repraesentant. Animaduerte etiam Spiritum loquentem ex tertia persona de Patre et Filio : *Dixit Dominus Domino meo : sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* **8.** Item per Esaiam : *Haec dicit Dominus Domino meo Christo ;* item per eundem ad Patrem de Filio : *Domine, quis credidit auditui nostro et brachium Domini cui reuelatum est? Annuntiauimus de illo : sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti et non erat forma eius nec gloria.* **9.** Haec pauca de multis, nec enim affectamus uniuersas scripturas euoluere cum et in singulis capitulis plenam maiestatem et auctoritatem contestantes, maiorem congressum in | retractatibus V 245 habemus. His itaque paucis tamen manifeste distinctio trinitatis exponitur. **10.** Est enim ipse qui pronuntiat Spiritus et Pater ad quem pronuntiat et Filius de quo pronuntiat. Sic et cetera quae nunc a Patre de Filio uel ad Filium, nunc a Filio de Patre uel ad Patrem, nunc a Spiritu pronuntiantur, unamquamque personam in sua proprietate constituunt.

XII. **1.** Si te adhuc numerus scandalizat trinitatis quasi non connexae in unitate simplici, interrogo quomodo unicus et singularis pluraliter loquitur : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* cum debuerit dixisse : « Faciam hominem ad imaginem et similitudinem meam », utpute unicus et singularis. **2.** Sed et in sequentibus : *Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis,* fallit aut ludit ut, cum unus et solus et singularis esset, numerose loqueretur. Aut numquid angelis loquebatur, ut Iudaei interpretantur,

45 sq. Is. 61, 1 **47** sq. Ps. 70, 18. **48** sq. Ps. 3, 2. **53** sqq. Ps. 109, 1. **55** sq. Is. 45, 1. **56** sqq. Is. 53, 1-2 ; cfr Ioh. 12, 38 ; Rom. 10, 16.

XII, **3** sq. Gen. 1, 26. **6** sq. Gen. 3, 22.

codd. Rb^1, loquatur Rb^3, loqui uideatur *dub. Evans* **46** in psalmo ad patrem *P Rb* **46/47** de eodem] *codd. Rb*, dee domine *Kroymann* **47** derelinqueris] *codd.* Rb^1, dereliqueris *edd.* **50** ⟨qui⟩] *add. Oehler* **51** id est *usq.* deum] *om. P, secl. Kroymann* **54** dextram *P* **56** ad patrem de filio] *om. P M* **61** capitulis] sunt *add. Kroymann, grauius dist. post.* contestantes *l.* **62** **63** habemus *M F* Rb^1, *om. P*, habeamus Rb^3 *Evans* tam *P* **66** a patre] *Turner*, ad patrem *codd. edd.* **67** a filio] *Turner*, ad filium *F edd.*, *om. P M* nunc] *secl. Kroymann* a spiritu] *Kroymann Turner*, ad spiritum *codd.*

XII, **2** conexae *P Kroymann* **6** utpute] *codd.*, utpote *Rb edd.*

quia nec ipsi Filium agnoscunt ? An quia ipse erat Pater Filius Spiritus, ideo pluralem se praestans pluraliter sibi loquebatur ? **3.** Immo, quia iam adhaerebat illi Filius secunda persona, sermo ipsius et tertia, Spiritus in sermone, ideo pluraliter pronuntiauit « faciamus » et « nostram » et « nobis ». Cum quibus enim faciebat hominem et quibus faciebat similem, Filio quidem qui erat induiturus hominem, Spiritu uero qui erat sanctificaturus hominem, quasi cum ministris et arbitris ex unitate trinitatis loquebatur. **4.** Denique sequens scriptura distinguit inter personas : *⟨Et fecit⟩ Deus hominem, ad imaginem | Dei fecit illum.* Cur non « suam », si unus qui faciebat V 246 et non erat ad cuius faciebat ? Erat autem ad cuius imaginem faciebat, ad Filii scilicet, qui, homo futurus certior et uerior, imaginem suam fecerat dici hominem qui tunc de limo formari habebat, imago ueri et similitudo. **5.** Sed et in antecedentibus operibus mundi quomodo scriptum est ? Primo quidem nondum Filio apparente : *Et dixit Deus : fiat lux, et facta est,* ipse statim sermo, *uera lux quae illuminat hominem uenientem in hunc mundum* et per illum mundialis quoque lux. Exinde autem in sermone Christo adsistente et administrante, Deus uoluit fieri et Deus fecit : *Et dixit Deus : fiat firmamentum et fecit Deus firmamentum ; et dixit Deus : fiant luminaria et fecit Deus luminare maius et minus.* Sed et cetera utique idem fecit qui et priora, id est sermo Dei, *per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil.* **6.** Qui si ipse Deus est secundum Iohannem : *Deus erat sermo,* habes duos, alium dicentem ut fiat, alium facientem. Alium autem quomodo accipere debeas iam professus sum, personae, non substantiae nomine, ad distinctionem, non ad diuisionem. **7.** Ceterum, ubique teneo unam substantiam in tribus cohaerentibus, tamen alium dicam oportet ex necessitate sensus eum qui iubet et eum, qui facit. Nam nec iuberet, si ipse faceret dum iuberet fieri. Per eum tamen iubebat aut sibi iussurus si unus esset, aut sine iussu facturus, quia non expectasset ut sibi iuberet.

XIII. **1.** Ergo, inquis, si Deus dixit et Deus fecit, si alius

19 sq. Gen. 1, 27. **23** Gen. 2, 7. **24** Hebr. 9, 24. **26** Gen. 1, 3. **27** sq. Ioh. 1, 9. **30** sqq. Gen. 1, 6-7 ; 14-16. **33** sq. Ioh. 1, 3. **35** Ioh. 1, 1.

12 filius] *secl. Kroymann, restit. Verhoeven* **15/16** similem ? Filio *Oehler Evans*, similem, ⟨cum⟩ Filio *Rig.* **16** induturus *Rig. Evans* **17** cum ministris] *M F Rb*, cum magistris *P*, comministris *Iunius* **19** et fecit] *add. Pam.* **24** ueri] *Vrsinus*, uero *codd. Rb* **25** primo] *M F*, primum *P Rb* **27** statim] *codd. Rb, tuet. Evans*, scilicet *Kroymann* uera lux] *M F*, uera lux *P Rb* **34** si ⟨et⟩ ipse *Kroymann* **35** erit *F* **39** ubique] *codd. Rb, tuet. Verhoeven*, ⟨etsi⟩ ubique *Rig. Kroymann Evans* teneam *F* **42** iuberet. Fieri per eum] *dist. Waszink*, iuberet fieri. Per eum *Evans* tamen] *codd. Rb, tuet. Verhoeven*, cui tum *Kroymann*, tamen ⟨cui⟩ *Thörnell* aut] *M F*, haud *P Rb Evans.*

Deus dixit et alius fecit, duo dii praedicantur. Si tam durus es, | puta interim tu ; et ut adhuc amplius hoc putes, accipe V 247 et in psalmo duos deos dictos : *Thronus tuus, Deus, in aeuum ; ⟨uirga directionis⟩ uirga regni tui ; dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem ; propterea unxit te Deus, Deus tuus.* **2.** Si ad Deum loquitur, sed unctum Deum a Deo, affirmat et hic duos deos. [Pro uirga regni tui] Inde et Esaias ad personam Christi : *Et Seboin*, inquit, *uiri elati, ad te transibunt et post te sequentur uincti manibus et ad te adorabunt, quia in te Deus est ; tu enim es Deus noster et nesciebamus, Deus Israhelis.* Et hic enim dicendo « Deus in te » et « tu Deus » duos proponit : qui erat in Christo et Christum ipsum. **3.** Plus est, quod in euangelio totidem inuenies : *In principio erat sermo et sermo erat apud Deum et Deus erat sermo* : unus, qui erat et alius, penes quem erat. Sed et nomen Domini in duobus lego : *Dixit Dominus Domino meo : sede ad dexteram meam.* Et Esaias haec dicit : *Domine, quis credidit auditui nostro et brachium Domini cui reuelatum est ?* « Brachium » enim « tuum », non ⟨« Domini »⟩ dixisset si non Dominum Patrem et Dominum Filium intellegi uellet. **4.** Etiam adhuc antiquior Genesis : *Et pluit Dominus super* Sodomam et *Gomorram sulphur et ignem de caelo a Domino.* Haec aut nega scripta, aut quis es ut non putes accipienda quem|admodum scripta sunt, maxime quae non in V 248 allegoriis et parabolis sed in definitionibus certis et simplicibus habent sensum ? Quodsi ex illis es qui tunc Dominum non sustinebant Dei se Filium ostendentem ne eum Dominum crederent, recordare tu cum illis scriptum esse : *Ego dixi : uos dii estis et filii altissimi*, et : *Stetit Deus in ecclesia deorum*, ut, si homines per fidem filios Dei factos deos scriptura pronuntiare non timuit, scias illam multo magis uero et unico Dei Filio et Domini nomen iure contulisse. **5.** « Ergo, inquis, prouocabo te ut hodie quoque ex auctoritate istarum scripturarum constanter duos deos et duos dominos praedices ». Absit. Nos enim qui et tempora et causas scripturarum per Dei gratiam inspicimus, maxime Paracleti, non hominum discipuli, duos quidem definimus, Patrem et Filium et iam tres cum Spiritu sancto secundum rationem oikonomiae, quae facit numerum, ne, ut uestra peruersitas infert, Pater ipse credatur natus et passus, quod non licet credi quoniam non ita traditum est. **6.** Duos tamen deos et duos dominos nunquam ex ore nostro proferimus, non quasi non et Pater et Filius Deus et Spiritus Deus, et Deus unusquisque, sed quoniam retro et duo dii et duo domini praedicabantur ut, ubi uenisset Christus, et Deus agnosceretur et Dominus uocaretur quia Filius Dei et Domini. Si enim una persona et Dei et Domini in scripturis inueniretur, merito Christus non esset admissus ad nomen Dei et Domini — nemo enim alius | praeter unus Deus et Dominus praedicabatur — et futurum V 249 erat ut ipse Pater descendisse uideretur quia unus Deus et unus Dominus legebatur et tota oikonomia eius obumbraretur quae in materiam fidei prospecta atque dispensata est. **7.** At ubi uenit Christus et cognitus est a nobis quod ipse, qui numerum retro fecerat, factus secundus a Patre et cum Spiritu tertius, etiam Pater per ipsum plenius manifestatus, redactum est iam nomen Dei et Domini in unionem ut, quia nationes a multitudine idolorum transirent ad unicum Deum et differentia constitueretur inter cultores unius et plurimae diuinitatis. **8.** Nam et lucere in mundo Christianos oportebat ut filios lucis, lumen mundi unum et Deum et Dominum colentes et nominantes. Ceterum si ex conscientia qua scimus Dei nomen et Domini et Patri et Filio et Spiritui conuenire, deos et dominos nominaremus, extinxissemus faces nostras etiam ad martyria timidiores quibus euadendi quaque pateret occasio, iurantibus statim per deos et dominos, ut quidam haeretici, quorum dei plures. **9.** Itaque deos omnino non dicam nec dominos, sed apostolum sequar ut, si pariter no-

---

XIII, **4** sqq. Ps. 44, 7-8. **9** sqq. Is. 45, 14-15. **14** sq. Ioh. 1, 1. **16** sq. Ps. 109, 1. **18** sq. Is. 53, 1. **21** sqq. Gen. 19, 24. **27** sq. cfr Ioh. 10, 33-34. **28** sq. Ps. 81, 6. **29** Ps. 81, 1. **30** cfr Ioh. 1, 12 ; Gal. 3, 26.

59 sq. cfr Matth. 5, 16 ; Ioh. 12, 36 ; Eph. 5, 8 ; Thess. 5, 5. **60** Ioh. 8, 12. **70** cfr Rom. 1, 7. **71** sq. Rom. 9, 5.

XIII, **3** interim tu] *M F*, tu *om. P Rb Evans* **4** deus tuus *M F* **5** uirga directionis] *om. codd. Rb.* (*cfr l.* **8**) **6** te, deus *Kroymann* **7** affirmat et hic] *Kroymann*, affirmat sed hic *codd. Rb*, ⟨adfirmat⟩, adfirmasset hic *Oehler* **8** pro uirga regni tui] *codd. Rb*, *secl. Kroymann* (*cfr l.* **5**) **9** sequentur] *M* (e *ex* u *a m. 1*) *Rb*[2], sequuntur *P F Rb*[1] **10** ad] *om. P. Rb*[1] **12** erat] *Kroymann*, erant *codd. Rb* **13** in christo] *F*, in christum *P M Rb* christum] *Rosenmeyer Thörnell I, 65*, *Turner*, spiritum *codd. Rb*, *secl. Kroymann*, spiritum et ipsum *transponit Engelbrecht* ipsum] *M F Rb*, *om. P*, sanctum *Oehler* ⟨et⟩ in *Kroymann* **19** tuum] *Rb*[2], suum *codd. Rb*[1] non ⟨domini⟩] *Rig.*, non *codd. Rb*, omnino *Oehler* **23** aut nega] *F Rb*[2], autem nega *P M Rb*[1] **26** dominum] *om. P* **27** substinebant *P M* dominum] *codd. Rb*, *tuet. Verboeven*, deum *Kroymann* **32** et domini] *M F*, et *om. P Rb*[1], id dei *Kroymann*, et ⟨dei et⟩ domini *Kroymann*[2] *Rosenmeyer*, et dei *Engelbrecht*, ⟨dei⟩ et domini *Evans* **38** spiritum sanctum *P M* **40** quoniam] quo *P* **42** pater] *P M*, deus *add. F Rb*[1] (*ex Hirsaugiensi*) **43** spiritus] *P M Rb*[1], sanctus *add. F* dominus unusquisque *Engelbrecht Kroymann* **43/44** quoniam] *secl. Engelbrecht*, ideo *add. Kroymann* **48** et domini] *F*, et ad dom. *P M Rb Kroymann* **49** et unus dominus *P Rb* **52** *alias* profecta *Rb*[1] *marg.* **53** ipse ⟨sit⟩ *Vrsinus Evans* **55** etiam *M*, et iam *P F Rb* **56** ut] *Vrsinus*, et *codd. Rb* **58** *prius* et] *Vrsinus*, ut *codd. Rb* **59** mundo] *om. F* **63** faces] *Rb*[2], facies *codd. Rb*[1] **64** pateret] *Vrsinus*, pat& *M*, patet *P Rb*, pater *F* **66** quorum] *P Rb*, s *add. M*, quos *F*, quorum sunt *dub. Kroymann* **68** patrem deum]

minandi fuerint Pater et Filius, Patrem Deum appellem et Iesum Christum Dominum nominem. Solum autem Christum potero Deum dicere, sicut idem apostolus : *Ex quibus Christus, qui est*, inquit, *Deus super omnia, benedictus in aeuum omne.* **10.** Nam et radium solis seorsum solem uocabo, solem autem nominans cuius est radius, non statim et radium solem appellabo. Nam et soles duos faciam. Tamen et solem et radium eius tam | duas res et duas species unius et indiuisae substantiae numerabo, quam Deum et sermonem eius, quam Patrem et Filium. V 250

XIV. **1.** Adhuc et illa nobis regula adsistit duos uindicantibus Patrem et Filium, quae inuisibilem Deum determinauit. Cum enim Moyses in Aegypto desiderasset Domini conspectum dicens : *Si ergo inueni gratiam coram te, manifesta mihi te, ut cognoscenter uideam te. Non potes uidere*, inquit, *faciem meam ; non enim uidebit homo faciem meam et uiuet*, id est : morietur qui uiderit. **2.** Inuenimus enim et a multis Deum uisum et neminem tamen eorum qui eum uiderant mortuum, uisum quidem Deum secundum hominum capacitates, non secundum plenitudinem diuinitatis. Nam patriarchae Deum uidisse referuntur, ut Abraham et Iacob, et prophetae, ut Esaias, ut Ezechiel et tamen mortui non sunt. Igitur aut mori debuerant, si eum uiderant — Deum enim nemo uidebit et uiuet —, aut, si Deum uiderunt et mortui non sunt, scriptura mentitur Deum dixisse : *Faciem meam homo si uiderit, non uiuet.* Haud scriptura mentitur, neque cum inuisum neque cum uisum Deum profert. **3.** Iam ergo alius erit qui uidebatur, quia non potest idem inuisibilis definiri, qui uidebatur, et consequens erit ut inuisibilem Patrem intellegamus pro plenitudine maiestatis, uisibilem uero Filium agnoscamus pro modulo deriuationis, sicut nec solem nobis contemplari licet, quantum ad ipsam substantiae summam quae est in caelis, radium autem eius toleramus oculis pro temperatura portionis quae in terram inde porrigitur. **4.** Hic ex diuerso uolet | aliquis etiam Filium inuisibilem contendere, ut ser- V 251

XIV, **4** sq. Exod. 33, 13. **5** sq. Exod. 33, 20. **15** sq. Exod. 33, 20.

Kroymann, deum patrem *codd. Rb Evans* **69** nominans *dub. Kroymann* **70** potero] Rb^1, postero *codd.* **74** nam et] *M F*, *tuet. Thörnell II 49 sq.*, nam etsi *P* (si *s. u. m. 1*) Rb^1 *Evans*, nam nec *Kroymann* ⟨non⟩ faciam *Vrsinus* **74** *prius* quam] Rb^3, qua *codd.* Rb^1.

XIV, **2** quae] Rb^3, quem *codd.* Rb^1 degerminauit *P M* **6** non enim *usq.* meam] *om. P* **7** enim] autem *Kroymann* **9** deum] *secl. Kroymann* **10** nam ⟨et⟩ *Kroymann* **12** mortui] *om. F* **14** nemo] *om. F* **16** haud scriptura mentitur] *coni. Reitzenstein*, aut script. ment. *codd. Rb Evans*, *fort. recte*, *cfr Verhoeven*, aut ⟨si⟩ script. ⟨non⟩ ment. *Kroymann* **16/17** neque cum inuisum neque cum uisum] *M*, neque eum inu. neque eum uis. *F*, cum inuis. aut cum uis. *P Rb*, cum uisum *Evans*, *cet. secl.* **17** praefert *M F*

monem, ut spiritum, et dum unam condicionem Patris et Filii uindicat, unum potius atque eundem confirmare Patrem et Filium. **5.** Sed diximus scripturam differentiae patrocinari per uisibilis et inuisibilis distinctionem. Nam et illud adicient ad argumentationem quod, si Filius tunc ad Moysen loquebatur, ipse faciem suam nemini uisibilem pronuntiarit quia scilicet ipse inuisibilis Pater fuerit in Filii nomine. Ac per hoc sic eundem uolunt accipi et uisibilem et inuisibilem, quomodo eundem Patrem et Filium, quoniam et paulo supra, antequam faciem Moysi neget, scriptum sit Dominum ad Moysen locutum *coram uelut si quis loquatur ad amicum suum*, non minus quam et Iacob : *Ego uidi*, inquit, *Deum facie ad faciem.* **6.** « Ergo uisibilis et inuisibilis idem, et quia idem utrumque, ideo et ipse Pater inuisibilis, qua et Filius, uisibilis ». Quasi non expositio scripturae, quae fit a nobis, Filio competat, Patre seposito, in sua uisibilitate. Dicimus enim et Filium suo nomine eatenus inuisibilem, qua sermo et Spiritus Dei, ex substantiae condicione iam nunc, et quia Deus, ut sermo et spiritus Dei, uisibilem autem fuisse ante carnem eo modo quo dicit ad Aaron et Mariam : *Et si fuerit prophetes in uobis, in uisione cognoscar illis et in somnio loquar illi*, non quomodo Moysi : *Os ad os loquar illi, in specie*, id est in ueritate, *et non in aenigmate*, id est non in imagine, sicut et apostolus : *Nunc uidemus tan|quam per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* V 252 **7.** Igitur cum Moysi seruat conspectum suum et colloquium facie ad faciem in futurum, — nam hoc postea adimpletum est in montis secessu, sicut legimus in euangelio uisum cum illo Moysen colloquentem — apparet retro semper in speculo et aenigmate et uisione et somnio Deum, id est Filium Dei, uisum tam prophetis et patriarchis quam et ipsi adhuc Moysi. **8.** Et ipse quidem Dominus, si forte coram ad faciem loquebatur, non tamen ut est, homo faciem eius uideret, nisi forte in speculo, in aenig-

36 sq. Exod. 33, 11 ; cfr Num. 12, 7. **37** sq. Gen. 32, 30. **45** sqq. Num. 12, 6. **47** Num. 12, 8. **49** sq. I Cor. 13, 12. **53** cfr Matth. 17, 3 ; Marc. 9, 3 ; Luc. 9, 30. **58** cfr I Ioh. 3, 2.

29 nam] *codd. Rb*, iam *Kroymann* adiciunt *P Rb Evans* **31** pronuntiarit] *Kroymann*, pronuntiaret *codd. Rb. dub. Evans* **34** ⟨et⟩ patrem *Kroymann* **35** neget] neg a s s e t (et *s. l.*) *P*, negasset et *M F Rb*, negasset *Evans* **37** deum] *M*, dominum *P F Rb* **40** non] uero *Kroymann* **41** ,patre seposito, *Engelbrecht*, ⟨a⟩ patre seposito *Kroymann* uisibilitate] *codd. Rb*, inuisibilitate *Harrisius Pam. Rig. Oehler Rosenmeyer* **43/44** iam nunc et quia deus, u t sermo et spiritus dei] *Verhoeven*, i. n. e. q. d. e t s. e. s. d. *codd. Rb.*, *totum secl. Kroymann*, et sermo et sp. dei *tantum secl. Engelbrecht*, et quia *usq.* sp. dei *secl. Evans*, quam habet quia deus, et sermo et spiritus dei *coni. Rosenmeyer. Optime interpretatus est Verhoeven : " wegens de aard van zijn substantie, en meer nog omdat Hij eveneens God is als Woord en geest van God "* **46** sompnis *F* **47** *alt.* illi] *Gel.*, illis *codd. Rb* **48** in imagine] *M*, imagine *P F Rb* **52** secessum *M F* **55** sompno *M F* **58** ut est] *M P Rb*, est *F* (ut *add. ab alia m.*), ut et *Kroy-*

mate. Denique si sic Moysi locutus esset Dominus ut et Moyses faciem eius cominus sciret, quomodo statim atque ibidem desiderat faciem eius uidere quam, quia uiderat, non desideraret ? quomodo aeque et Dominus negat uideri faciem suam posse quam ostenderat, si tamen ostenderat ? aut quae est facies Dei cuius conspectus negatur ? Si erat quae uisa est — *uidi*, inquit Iacob, *Deum facie ad faciem, et salua facta est anima mea* —, alia debet esse facies quae, si uideatur, occidit. **9.** Aut numquid Filius quidem uidebatur — etsi facie, sed ipsum hoc in uisione et somnio et speculo et aenigmate, quia sermo et Spiritus nisi imaginaria forma uideri non potest —, faciem autem suam dicit inuisibilem Patrem ? Quis enim Pater ? Num facies erit Filii nomine auctoritatis quam genitus a Patre consequitur ? Non enim et de aliqua maiore persona congruit dicere : « Facies mea est ille homo » et : « Faciem mihi praestat » ? **10.** *Pater*, inquit, *maior me est.* Ergo facies erit Filii Pater. | Nam et scriptura quid dicit ? *Spiritus per-* V 253
sonae eius Christus Dominus. Ergo si Christus personae paternae spiritus est, merito Spiritus cuius persona erat, id est Patris, eius faciem, suam, ex unitate scilicet, pronuntiauit. Mira res plane, an facies Filii Pater accipi possit, qui est caput eius : *caput* enim *Christi Deus.*

XV. **1.** Si hunc articulum quaestionibus scripturae ueteris non expediam, de nouo testamento sumam confirmationem nostrae interpretationis, ne quodcumque in Filium reputo, in Patrem proinde defendas. Ecce enim et in euangeliis et in apostolis uisibilem et inuisibilem Deum deprehendo sub manifesta et personali distinctione condicionis utriusque. **2.** Exclamat quodammodo Iohannes : *Deum nemo uidit unquam*, utique nec retro. Ademit enim temporis quaestionem dicendo Deum nunquam uisum. Confirmat et apostolus de Deo *quem nemo uidit hominum, sed nec uidere potest*, scilicet quia morietur qui uidebit. Idem ipsi apostoli et

61 ibidem] cfr Exod. 33, 13. 18. **65** sq. Gen. 32, 30. **74** Ioh. 14, 28. **75** sq. Lament. 4, 20. **80** I Cor. 11, 3.

XV, **7** sq. Ioh. 1, 18. **10** I Tim. 6, 16. **11** cfr Exod. 33, 20. **11** sq. cfr

mann **58/59** in aenigmate] *M F*, et in aen. *P Rb Evans* **59** esset] *Kroymann*, est *codd. Rb Evans* **61** quia uiderat] *M F*, si uideret *P Rb* **63** si tamen ostenderat] *om. F* aut] at *dub. Kroymann* **64/65** negatur ? si] *Kroymann*, uisa est ? uidi *edd.* **67/68** facie sed] *Kroymann*, facies sed *P M Rb*, facies et *F* **68** somno *F* **71** num] *codd. Rb*, non *Vrsinus Kroymann* **74** est me *M* **75/78** *sic codd., tuent. Evans Verhoeven*, spiritus eius persona Christus dominus. Ergo si Christus persona paterni spiritus est, merito cuius spiritus persona erat, id est patris, eius faciem suam, et unitate scilicet, pronuntiauit *Kroymann* (*cfr Adu. Marc. III*, 6, 7) **78** mira res] *Vrsinus*, mirarer *codd. Rb* **79** eius Xpi *M* (*eras.* Xpi *m. 1*) *F*.

XV, **9** deum] *Pam.*, dominum *codd. Rb* uisum] *om. P* **10** uidere] *Pam.*

uidisse se Christum et contrectasse testantur. **3.** Porro si ipse est Christus et Pater et Filius, quomodo et uisus est et inuisus ? Ad hanc diuersitatem uisi et inuisi in unum conferendam qui ex diuerso nobis argumentabitur recte utrumque dictum, uisibilem quidem in carne, inuisibilem uero ante carnem, ut idem sit Pater inuisibilis ante carnem qui et Filius uisibilis in carne. | **4.** Atquin si idem ante carnem inuisibilis, V 254
quomodo uisus etiam retro inuenitur ante carnem ? Aeque si idem post carnem uisibilis, quomodo et nunc inuisibilis pronuntiatur ab apostolis, nisi quia alius, quem, et retro uisum in aenigmate, plenius uisibilem caro effecit, sermo scilicet qui et caro factus est, alius quem nunquam quisquam uidit, [nisi] pater scilicet cuius est sermo ? **5.** Denique inspiciamus quem apostoli uiderint. *Quod uidimus*, inquit Iohannes, *quod audiuimus, oculis nostris uidimus et manus nostrae contrectauerunt de sermone uitae.* Sermo enim uitae caro factus, et auditus et uisus et contrectatus quia caro, qui ante carnem sermo tantum, in primordio apud Deum Patrem, non Pater apud semetipsum. Nam etsi Deus sermo, sed apud Deum, quia ex Deo Deus, quia cum Patre apud Patrem. **6.** *Et uidimus gloriam eius, tanquam unigeniti a Patre*, utique Filii, scilicet uisibilis, glorificati a Patre inuisibili. Et ideo, quoniam sermonem Dei Deum dixerat, ne adiuuaret aduersariorum praesumptionem quasi Patrem ipsum uidisset, ad distinguendum inter inuisibilem Patrem et Filium uisibilem, superdicit ex abundanti : *Deum nemo uidit unquam.* Quem Deum ? Sermonem ? Atquin : *Vidimus et audiuimus et contrectauimus de sermone uitae* praedictum est. Sed quem Deum ? scilicet Patrem apud quem Deus erat sermo, *unigenitus Filius, qui sinum Patris ipse disseruit.* | **7.** Ipse et auditus et uisus et, V 255
ne phantasma crederetur, etiam contrectatus. Hunc et Paulus conspexit nec tamen Patrem uidit. *Nonne*, inquit,

I Cor. 1, 9 ; I Ioh. 1, 1. **25** sqq. I Ioh. 1, 1. **29** cfr Ioh. 1, 1. **31** sqq. Ioh. 1, 14. **37** I Ioh. 4, 12. **38** sq. I Ioh. 1, 1. **40** sq. Ioh. 1, 18. **43** sq. I

uideri *codd. Rb Evans* **12** ipse] *om. F* **13** christus et] *Pam.*, et christus *P M*, *prob. Engelbrecht*, et christus et *F*, christus *Rb* et uisus] *F*, et *om. P M Rb* **15/18** qui ex diuerso nobis (*'our opponent,'*) ... carne.] *Turner*, *prob. Evans*, quis ... non ... carne ? *codd. edd.* **17** quia *M* **21** quem ... uisum] *Vrsinus*, qui ... uisus *codd. Rb* **22** uisibilem plenius *F* **24** nisi] *secl. Kroymann* **27** factus, et] *codd. Rb*, factus est, *Kroymann* **29/30** non pater apud semetipsum] *Turner*, non pater apud sermonem *codd. Rb*, non ‹deus› pater. [apud sermonem] *Kroymann* **30/31** sed *usq.* deus] *codd.*, sed, quia ex deo deus, apud deum *Kroymann*, sed quia apud deum, ex deo deus *Rosenmeyer*. *Haud melius* **34** ne] Rb^2, ut *codd.* Rb^1 **36/37** superdicit] *codd. Rb* (*cfr De pud.* 15, 8), superadicit *Engelbrecht* **38** et contrectauimus] *om. F* **39** uitae] *om. F* **40** deum *Vrsinus* unigenitus ‹scilicet› *Vrsinus* **41** sinum] *M F* (*cfr* 8, 15), est in sinu *P Rb*, esse in sinu *Oehler*

uidi Iesum? Christum autem et ipse Deum cognominauit: *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in aeuum.* Ostendit et ipse uisibilem Deum Filium, id est sermonem Dei, quia qui caro factus est Christus dictus est. **8.** De Patre autem ad Timotheum: *Quem nemo uidit hominum, sed nec uidere potest,* exaggerans amplius: *Qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem,* de quo et supra dixerat: *Regi autem saeculorum, immortali, inuisibili, soli Deo,* ut et contraria ipsi Filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem, quem mortuum contestatur secundum scripturas et a se nouissime uisum per accessibilem utique lucem, quanquam et illam neque et ipse sine periculo luminis expertus est, neque Petrus et Iohannes et Iacobus sine rationis et amentia, qui, si non passuri Filii gloriam sed Patrem uidissent, credo, morituri ibidem. *Deum enim nemo uidebit et uiuet.* **9.** Si haec ita sunt, constat eum semper uisum ab initio qui uisus fuerit in fine et eum nec in fine uisum qui nec ab initio fuit uisus et ita duos esse, uisum et inui|sum. Filius ergo uisus est semper et Filius V 256
conuersatus est semper et Filius operatus est semper ex auctoritate Patris et uoluntate quia *Filius nihil a semetipso potest facere, nisi uiderit Patrem facientem,* in sensu scilicet facientem. Pater enim sensu agit, Filius uero quod in Patris sensu est uidens perficit. Sic omnia per Filium facta sunt et sine illo factum est nihil.

XVI. **1.** Nec putes sola opera mundi per Filium facta sed et quae a Deo exinde gesta sunt. Pater enim qui *diligit Filium et omnia tradidit in manu eius,* utique a primordio diligit et a primordio tradidit, ex quo a primordio *sermo erat apud Deum et Deus erat sermo. Cui data est omnis potestas* a Patre *in caelis et in terra. Non iudicat Pater quemquam, sed omne*

Cor. 1, 9. **45** sq. Rom. 9, 5. **49** sqq. I Tim. 6, 16. **51** sq. I Tim. 1, 17. **54** sq. cfr I Cor. 15, 3 et 8. **56** cfr Act. 9, 8. **57** cfr Matth. 17, 6. **59** Exod. 33, 20. **64** sq. Ioh. 5, 19.

XVI, **2** sq. Ioh. 3, 35. **4** sq. Ioh. 1, 1. **5** sq. Matth. 28, 18. **6** sq. Ioh.

ipse] *om. M F* **44/46** autem ⟨si⟩ ... aeuum, ostendit *Kroymann* **44** deum] *Gel.*, dominum *codd. Rb* **46** super] *F*, per *P M Rb* **47** deum] *M F*, domini *P Rb*, dei *Pam.*, ⟨et⟩ deum ⟨sed⟩ *Reitzenstein, prob. Rosenmeyer.* qui quia *F* **54** et a se] *M* Rb^{3}, ut a se *P F* Rb^{1} **56** et ipse] *P M F* Rb^{1}, et *om.* Rb^{3} *Kroymann Evans* **57** et iohannes] *P M Rb*, neque ioh. *F* sine rationis et amentia] Rb^{3}, *tuet. Thörnell I 2 sq.*, sine ratione et amentia *codd.* Rb^{1}, sine rationis (*sc.* periculo) *Kroymann, secl.* et amentia qui *et hic uerba* credo, morituri ibidem *l.* **58/59** *transfert* **58** uidissent ⟨essent⟩ *Engelbrecht, prob. Evans* **62** est] fuit *F* **65/66** in sensu sc. facientem] *om. P* **66** uero] *F Rb*, *om. P M Kroymann* quod] *Vrsinus Evans* (*cfr* 5, 19), qui *codd. Rb. Kroymann* **66/67** sensu patris *F*

XVI, **3** manu] *Pam.* (*cfr l.* **9** *et c.* 21, **7**), sinu *codd. Rb* a primordio] a *erasum*

iudicium tradidit Filio, a primordio tamen. **2.** Omnem enim dicens potestatem et omne iudicium et omnia per eum facta et omnia tradita in manu eius, nullam exceptionem temporis permittit quia omnia non erunt si non omnis temporis fuerint. Filius itaque est qui et ab initio iudicauit, turrem superbissimam elidens linguasque disperdens, orbem totum aquarum uiolentia puniens, pluens super Sodomam et Gomorram ignem et sulphurem, Deus a Deo. **3.** Ipse enim et ad humana semper colloquia descendit, ab Adam usque ad patriarchas et prophetas in uisione, in somnio, in speculo, in aenigmate ordinem suum praestruens ab initio semper, quem erat persecuturus in | finem. Ita semper ediscebat et Deus in terris cum V 257
hominibus conuersari, non alius quam sermo qui caro erat futurus. Ediscebat autem ut nobis fidem sterneret ut facilius crederemus Filium Dei descendisse in saeculum ⟨si⟩ et retro tale quid gestum cognosceremus. **4.** Propter nos enim sicut *scripta sunt* ita et gesta sunt, *in quos aeuorum fines decucurrerunt.* Sic etiam affectus humanos sciebat iam tunc, suscepturus etiam ipsas substantias hominis, carnem et animum, interrogans Adam quasi nesciens: *Vbi es, Adam?* paenitens, quod hominem fecisset quasi non praesciens; temptans Abraham, quasi ignorans, *quid sit in homine*; offensus, reconciliatus eisdem et si qua haeretici adprehendunt quasi Deo indigna ad destructionem creatoris, ignorantes haec in Filium competisse qui etiam passiones humanas et sitim et esuriem et lacrimas et ipsam natiuitatem ipsamque mortem erat subiturus, propter hoc minoratus a Patre modicum citra angelos. **5.** Sed haeretici quidem nec Filio Dei deputabunt conuenire, quae tu ipsi Patri inducis quasi ipse se deminorauerit propter nos cum scriptura alium dicat ab alio minoratum, non ipsum a semetipso. Quid si et alius qui coronabatur gloriam et honorem, alius qui coronabat, utique Filium Pater? **6.** Ceterum quale est ut Deus omnipotens ille inuisibilis, quem nemo uidit hominum nec uidere potest, ille qui inaccessibilem lucem habitat, ille qui non habitat in manu factis, a cuius conspectu terra contremescit, montes liquescunt ut cera,

5, 22. **11** sq. cfr Gen. 11, 7. **12** sq. cfr Gen. 6, 17. **13** sq. cfr Gen. 19, 24. **15** sq. cfr Bar. 3, 37. **23** sq. I Cor. 10, 11. **26** Gen. 3, 9. **26** sq. cfr Gen. 6, 6. **28** Ioh. 2, 25. **33** cfr Ps. 8, 6. **40** sq. cfr I Tim. 6, 16. **41** cfr Act. 17, 24. **41** sq. cfr Ioel 2, 10. **42** cfr Ps. 96, 4-5.

in M m. 1, totum secl. Kroymann **11** et] *om.* Rb^{3} *Evans* **12** dispertiens *Vrsinus* **14** dominus a domino *Pam. Evans* **16** sompno *F* **17** quem] *Vrsinus*, quae *codd. Rb* **18** finem. Ita] *Vrsinus*, infinita *codd. Rb* **21** si] Rb^{3}, cum *Engelbrecht Kroymann* **23/24** decurrerunt *F* **32** ipsam natiuitatem] *om. M* **33** modicum ⟨quid⟩ *Vrsinus* sed] quae *add. Kroymann* **34** quae] *om. Kroymann* **35** ipse *F* **37** quodsi *Semler Kroymann* coronabitur *P M* **38** coronabat ⟨, coronabat⟩ *Kroymann* pater. Ceterum *Rb Kroymann* **40** uideri *F* **42** con-

qui totum orbem manu adprehendit uelut nidum, | cui V 258 caelum thronus et terra scabellum, in quo omnis locus, non ipse in loco, qui uniuersitatis extrema linea est, ille altissimus in paradiso ad uesperam deambularit quaerens Adam et arcam post introitum Noe clauserit et apud Abraham sub quercu refrigerauerit et Moysen de rubo ardenti uocarit et in fornace Babylonii regis quartus apparuerit, quanquam filius hominis est dictus ? [et in imagine et speculo et aenigmate] Scilicet et haec nec de Filio Dei credenda fuissent si scripta non essent, fortasse non credenda de Patre, licet scripta, quem isti in uuluam Mariae deducunt et in Pilati tribunal imponunt et in monumentis Ioseph reconcludunt. **7.** Hinc igitur apparet error illorum. Ignorantes enim a primordio omnem ordinem diuinae dispositionis per Filium decucurrisse, ipsum credunt Patrem et uisum et congressum et operatum et sitim et esuriem passum — aduersus prophetam dicentem : *Deus aeternus non sitiet nec esuriet omnino* : quanto magis nec morietur nec sepelietur ? — et ita unum Deum, id est Patrem, semper egisse quae per Filium gesta sunt.

XVII. **1.** Facilius existimauerunt Patrem in Filii nomine uenisse quam Filium in Patris, dicente ipso Domino : *Ego ueni in Patris mei nomine*, item ad ipsum Patrem : *Nomen tuum manifestaui hominibus*, condicente etiam scriptura : *Benedictus qui uenit in nomine Domini*, utique Filius in Patris nomine. **2.** « Sed nomen Patris : Deus omnipotens, ⟨Altissimus,⟩ Dominus uirtutum, Rex Israhelis, Qui est ». Quatenus | ita scripturae docent, haec dicimus et in Filium competisse V 259 et in his Filium uenisse et in his semper egisse et sic ea in se hominibus manifestasse. **3.** *Omnia*, inquit, *Patris mea sunt.* Cur non et nomina ? Cum ergo legis Deum omnipotentem et Altissimum et Deum uirtutum et Regem Israhelis et Qui est, uide, ne per haec Filius etiam demonstretur, suo iure Deus ⟨omnipotens⟩ qua sermo Dei omnipotentis quaque omnium

---

42 cfr Is. 10, 14. **44** cfr Is. 66, 1. **46** cfr Gen. 3, 8. **47** cfr Gen. 7, 16. **47** sq. cfr Gen. 18, 4. **48** cfr Exod. 3, 4. **49** cfr Dan. 3, 92. **58** sq. Is. 40, 28.

XVII, **2** sq. Ioh. 4, 43. **3** sq. Ioh. 17, 6. **5** Ps. 117, 26. **10** Ioh. 16, 15.

---

tremescit] *codd.* Rb[1], contremiscit *edd. Evans* **46** deambularit] *Engelbrecht*, deambulauit *codd.* Rb[1], deambulauerit *edd. Evans* **48** uocarit] *P M Rb*, uocauerit *F* **49** apparuerint ? Quanquam *Kroymann* **50** et in *usq.* aenigmate *secl. Evans* **51** fuissent] *Vrsinus*, fuisse *codd.* Rb **54** recondunt *Kroymann* **56** decurisse *F* **60/61** id est patrem *post* semper egisse *transtulit Kroymann, lacunam signans inter duas sententias* **61** sq. gesta sunt, facilius *dist.* Rb[1] *Kroymann*.

XVII, **2** uenisse] *Kroymann*, egisse *codd. edd. Evans* **5** utique] *F Rb*, utriusque *M* (*corr. in* utrique *m. I*), utrique *P* **6** sed] *Kroymann*, et *codd. Rb. Evans*, sed et *Vrsinus* nomina *Vrsinus* **6/7** altissimus] Rb[3], *om. codd.* Rb[1] **14** omni-

accepit potestatem, Altissimus, qua dextera Dei exaltatus sicut Petrus in Actis contionatur, Dominus uirtutum quia omnia subiecta sunt illi a Patre, Rex Israhelis quia illi proprie excidit sors gentis istius, item Qui est, quoniam multi filii dicuntur et non sunt. **4.** Si autem uolunt, et Christi nomen Patris esse audient suo loco. Interim hic mihi promptum sit responsum aduersus id quod et de Apocalypsi Iohannis proferunt : *Ego Dominus, qui est et qui fuit et ⟨qui⟩ uenit, omnipotens*, et sicubi alibi Dei omnipotentis appellationem non putant etiam Filio conuenire : quasi qui uenturus sit omni⟨potentis Filius, non sit omni⟩potens cum et Filius omnipotentis tam omnipotens sit Dei Filius, quam Deus Dei Filius.

XVIII. **1.** Sed hanc societatem nominum paternorum in Filio ne facile perspiciant, perturbat illos scriptura si quando unicum Deum statuit, quasi non eadem et deos et dominos duos proposuerit ut supra ostendimus. « Ergo quia duos et unum, inquiunt, inuenimus, ideo ambo unus atque idem et Filius et Pater ». **2.** Porro non periclitatur scriptura ut illi de tua argumentatione succurras ne sibi contraria uideatur. Habet | rationem et cum unicum Deum statuit et cum duos V 260 Patrem et Filium ostendit et sufficit sibi. Filium nominari ab ea constat : saluo enim Filio recte unicum Deum potest determinasse cuius est Filius. Non enim desinit esse qui habet Filium ipse unicus, suo scilicet nomine, quotiens sine filio nominatur ; sine filio autem nominatur cum principaliter determinatur ut prima persona quae ante Filii nomen erat proponenda, quia Pater ante cognoscitur et post Patrem Filius nominatur. **3.** Igitur unus Deus pater et alius absque eo non est. Quod ipse inferens non Filium negat sed alium deum. Ceterum alius a Patre Filius non est. Denique inspice sequentia huiusmodi pronuntiationum, et inuenies fere ad idolorum factitatores atque cultores definitionem earum

---

15 cfr Matth. 28, 18. **16** cfr Act. 2, 33. **17** cfr I Cor. 15, 27. **18** cfr Deut. 32, 9. **18** sq. cfr Apoc. 2, 9. **22** sq. Apoc. 1, 8.

XVIII, **16** cfr I Cor. 8, 6. **16** sq. cfr Is. 45, 5.

---

potens] Rb[3], *om. codd.* Rb[1] **18** filii] *cfr Apoc.* 2, 9, *secl. Kroymann*, dii *coni. Ciacconius*, filii ⟨dei⟩ *Engelbrecht* **19/20** patris nomen christi *Kroymann* **20** audient] Rb[3], audiunt *P M* Rb[1], audiuit *F* promptum] *Oehler*, promotum *codd. Rb* **21** et] *P M Rb*, *om. F* **22** qui est et qui fuit et ⟨qui⟩ uenit] *Kroymann*, ⟨qui⟩ *om. M* Rb[3] *Evans*, qui est et qui uenit *F*, qui est et qui erat et qui fuit et qui uenit *P* Rb[1] **24/25** sit omni⟨potentis filius, non sit omni⟩tens] *dub. Kroymann*, sit omnipotens *codd. Rb.*, *tuet. Verhoeven*, sit ⟨non⟩ omnipotens *Oehler Kroymann*[2], sit ⟨non sit⟩ omnipotens *Engelbrecht*, *prob. Rosenmeyer Evans* **26** sit dei filius, quam] *codd. Rb*, dei filius *del. Vrsinus Kroymann Evans*.

XVIII, **5** unus] *P M Rb*, unum *F* **16/17** alius absque eo] *P M*, absque eo alius *F Rb Evans* **20** definitionem] *F Rb*, *corr. in* defitionum *P*, definitionum *M*

pertinere ut multitudinem falsorum deorum unio diuinitatis expellat, habens tamen Filium quanto indiuiduum et inseparatum a Patre, tanto in Patre reputandum etsi non nominatum. **4.** Atquin si nominasset illum, separasset ita dicens : Alius praeter me non est nisi Filius meus. Alium enim etiam Filium fecisset quem de aliis excepisset. Puta solem dicere : Ego sol et alius praeter me non est nisi radius meus, nonne denotasses uanitatem quasi non et radius in sole deputetur ? Itaque praeter semetipsum non esse alium Deum, hoc propter idololatriam, tam nationum quam Israhelis. Etiam propter haereticos qui, sicut nationes manibus ita et ipsi uerbis idola fabricantur, id est alium deum et alium Christum. **5.** Igitur et cum se unum pronuntiabat, Filio Pater procurabat ne ab alio deo Christus uenisse credatur sed ab illo qui praedixerat: *Ego Deus et alius absque me non est*, qui se unicum sed cum Filio ostendit cum quo caelum solus extendit.

XIX. **1.** Quin et hoc dictum eius in argumentum singularitatis V 261 arripient : *Extendi*, inquit, *caelum solus*, quantum ad ceteras uirtutes solus, praestruens aduersus coniecturas haereticorum qui mundum ab angelis et potestatibus diuersis uolunt structum, qui et ipsum creatorem aut angelum faciunt aut † ad alia quae extrinsecus ad opera mundi, ignorantem quoque subornatum. **2.** Aut si sic solus caelum extendit, quomodo isti praesumunt in peruersum haeretici quasi singularis, non admittatur sophia illa dicens : *Cum pararet caelum, ego aderam illi*. Et Esaias dixit : *Quis cognouit sensum Domini et quis illi consilio fuit ?* Vtique praeter sophiam, ait, quae illi aderat, in ipso tamen et cum illo uniuersa compingebat, non ignorante quid faceret. Praeter sophiam autem praeter Filium dicit qui est Christus, sophia et uirtus Dei secundum apostolum, solus sciens sensum Patris. *Quis enim scit quae sunt in Deo, nisi Spiritus qui in ipso est ?* non qui extra ipsum. Erat ergo qui non solum Deum faceret nisi

35 Is. 45, 5 ; cfr 44, 6. **36** cfr Is. 44, 24.

XIX, **2** Is. 44, 24. **9** sq. Prou. 8, 27. **10** sq. Is. 40, 13 ; cfr Rom. 11, 34. **12** cfr Prou. 8, 30. **14** sq. I Cor. 1, 24. **15** sq. I Cor. 2, 11.

28 denotasses] *M* (s *ex* t *a m. 1*), denotasset *P F Rb* **29** praeter] *Rb*[2], per *codd.* Rb[1] **30** *post* idololatriam *lacunam signauit Kroymann, nulla ratione, cfr Hoppe, p.* 46 *sq.*

XIX, **1** quin] *Rb*[2], qui *codd.* Rb[1], *tuet. Engelbrecht* (=*quomodo*), ⟨si⟩ qui *Kroymann* **6** ad alia *usq.* mundi] *codd. Rb*, ab aliqua extrinsecus ⟨uirtute uolunt⟩ ad opera mundi *dub. Kroymann*, ad alia quae extrinsecus sunt opera mundi *Engelbrecht, alii aliter* (*"or one suborned for other external acts, like the making of the world, and ignorant of that", uertit Evans*) **10** et esaias dixit] *Engelbrecht*, et si dixit *codd.* Rb. *Evans*, et si dixit ⟨apostolus⟩ *Vrsinus* **12** ait] *Vrsinus*, fuit *P M Rb*[1], non fuit *F Rb*[1] *in marg., secl. Engelbrecht Kroymann* **14** christus] *secl. Kroymann*

a ceteris solum. **3.** Sed et euangelium recusetur quod dicat omnia per sermonem a Deo facta esse et sine eo nihil factum. Nisi fallor et alibi scriptum est : *Sermone eius caeli firmati sunt, et spiritu eius omnes uirtutes eorum*. Et sermo autem, uirtus et sophia Dei, ipse erit Filius. **4.** Ita si per Filium omnia, caelum quoque per Filium | extendens, non solus extendit nisi V 262 illa ratione qua a ceteris solus. Atque adeo statim de Filio loquitur : *Quis alius deiecit signa uentriloquorum et diuinationes a corde, auertens sapientes retrorsum et consilium eorum infatuans, sistens uerba filii sui ?* dicendo scilicet : *Hic est Filius meus dilectus, hunc audite*. **5.** Ita Filium subiungens ipse interpretator est quomodo caelum solus extenderit, scilicet cum Filio solus sicut cum Filio unum. Proinde et Filii erit uox : *Extendi caelum solus*, quia sermone caeli confirmati sunt, quia sophia in sermone adsistente paratum est caelum et omnia per sermonem sunt facta, competit et Filium solum extendisse caelum quia solus operationi Patris ministrauit. **6.** Idem erit dicens : *Ego primus et in superuentura ego sum*. Primum scilicet omnium sermo : *In principio erat sermo*, in quo principio prolatus a Patre est. Ceterum Pater non habens initium, ut a nullo prolatus, ut innatus, non potest uideri. Qui solus fuit semper, ordinem habere non potuit. **7.** Igitur si propterea eundem et Patrem et Filium credendum putauerunt ut unum Deum uindicent, salua est unio eius qui, cum sit unus, habet et Filium, aeque et ipsum eisdem scripturis comprehensum. Si Filium nolunt secundum a Patre reputari ne secundus duos faciat Deos dici, ostendimus etiam duos Deos in scriptura relatos et duos Dominos. **8.** Et tamen ne de isto scandalizentur, rationem reddimus qua Dii non duo dicantur nec Domini sed qua Pater et Filius duo, et hoc non ex separatione substantiae sed ex dispositione, cum indiuiduum et inseparatum Filium a Patre pronuntiamus, nec statu sed gradu alium, qui etsi Deus dicatur, | quando nominatur V 263 singularis, non ideo duos Deos faciat sed unum, hoc ipso quod et Deus ex unitate Patris uocari habeat.

19 cfr Ioh. 1, 3. **20** sq. Ps. 32, 6. **23** cfr Is. 44, 24. **25** sqq. Is. 44, 25-26. **27** sq. Matth. 3, 17 ; Luc. 9, 35. **31** Is. 44, 24. **32** cfr Ps. 32, 6. **35** Is. 41, 4. **36** Ioh. 1, 1.

18 et] *om. F Rb*[1] **20** nisi] *P M*, enim *add. F Rb Evans* **21** spiritu] ⟨oris⟩ *Vrsinus, attamen cfr c.* 7, 3 ; *Adu. Hermog.* 45, 2 omnes uirtutes] *F Rb*[2] (*cfr loc. cit.*), omnis uirtus *P M Rb*[1] *Kroymann* (*cfr Vulg.*) **22** dei, ipse erit] *Kroymann*, ipse erit dei *codd. edd.* **24** qua a] *Rb*[2], a *om. P M Rb*[1], qua de *F* **32** sunt. quia *edd.* **33/34** competit *usq.* caelum] *secl. Kroymann*[2] **34** qui *Kroymann* **38** innatus, ⟨primus⟩ *Kroymann Evans* **41** salua] *Rb*[2], saluus *codd. Rb*[1] **42** habet] *Vrsinus*, habeat *codd. Rb Kroymann* **44** etiam] et iam *dub. Kroymann* **46** scandalizentur] *P M Rb*, scandalizarentur *F Kroymann* reddidimus *Kroymann* dii non] *codd. Rb, tuet. Löfstedt, Zur Sprache Tert.* 48, non dii *Kroymann.*

XX. **1.** Sed argumentationibus eorum adhuc retundendis opera praebenda est si quid de scripturis ad sententiam suam excerpent, cetera nolentes intueri quae et ipsa regulam seruant et quidem salua unione diuinitatis et monarchiae statu. Nam sicut in ueteribus nihil aliud tenent quam *Ego Deus et alius praeter me non* est, ita in euangelio responsionem Domini ad Philippum tuentur : *Ego et Pater unum sumus*, et : *Qui me uiderit, uidit et Patrem*, et : *Ego in Patre et Pater in me*. **2.** His tribus capitulis totum instrumentum utriusque testamenti uolunt cedere cum oporteat secundum plura intellegi pauciora. **3.** Sed proprium hoc est omnium haereticorum. Nam quia pauca sunt quae in silua inueniri possunt, pauca aduersus plura defendunt et posteriora aduersus priora suscipiunt. Regula autem omni rei ab initio constituta in prioribus et in posteriora praescribit, utique et in pauciora.

XXI. **1.** Aspice itaque quanta praescribant tibi etiam in euangelio ante Philippi consultationem et ante omnem argumentationem tuam. Et in primis ipsa statim praefatio Iohannis euangelizatoris demonstrat, quid retro fuerit qui caro fieri habebat : *In principio erat sermo et sermo erat apud Deum et Deus erat sermo ; hic erat in principio apud Deum ; omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil*. **2.** Nam si haec non aliter accipi licet quam quomodo scripta sunt, indubitanter alius ostenditur qui fuerit a prin|cipio, alius V 264
apud quem fuit ; alium sermonem Dei, alium Deum, — licet et Deus sermo sed qua Dei Filius, non qua Pater — alium per quem omnia, alium a quo omnia. **3.** Alium autem quomodo dicamus, saepe iam edidimus : quo alium dicamus necesse est non eundem, ⟨non eundem⟩ autem non quasi separatum, dispositione alium, non diuisione. Hic ergo caro factus est, non ipse cuius erat sermo. Huius gloria uisa est tanquam unici a Patre, non tanquam Patris, praecedit enim : *Deum*

XX, **6** sq. Is. 45, 5. **7** Ioh. 10, 30. **7** sq. Ioh. 14, 9-11.
XXI, **5** sqq. Ioh. 1, 1-3. **16** sq. cfr Ioh. 1, 14. **17** sq. Ioh. 1, 18.

XX, **1** eorum] *om. F* **2** de ⟨nouis⟩ scripturis *dub. Evans* **3** quae] *om. F* **4** salua] *P F Rb*, saluo *M Kroymann* statu] *Kroymann*, sonitu *P M Rb*, sonatu *F* **8** uidit] *P M (m. 1) Rb*, uidet *F M (m. 2)* **10** cedere] *Rb*[3], credere *codd. Rb*[1] **11** est hoc *F* **12** inueniri] *codd. Rb*, inuenire *Iunius Kroymann* **14** ab initio] *P M Rb*, semper *praem. F, prob. Evans* **14/15** et in ⟨pluribus, et in⟩ posteriora *Kroymann* **15** utique *sqq. secl. Engelbrecht* pauciora] *Vrsinus*, paucioribus *codd. Rb. Evans*.

XXI, **5** erat sermo] erat uerbum *P* **10** alius sermo dei, alius dei *Kroymann* deum] *Iunius*, dominum *codd. Rb* **11** sermo deus *Kroymann* alius *Kroymann* **12** *pr.* alium] alius *Kroymann* **13** *pr.* dicamus] *Rig.*, praedicamus *P M F Rb*, praedicemus *M m. 2* **14** non eundem] *add. Oehler* **15** caro factus

nemo uidit unquam. Hic unicus sinum Patris disseruit, non sinum suum Pater. **4.** Idem et [si] agnus Dei ab Iohanne designatur, non ipse cuius est ; dilectus certe Filius Dei semper, sed non ipse cuius est Filius. Hoc eum Nathanahel statim sensit, sicut et alibi Petrus : *Tu es filius Dei*. Hoc et ipse recte sensisse illos confirmat, Nathanaheli quidem respondens : *quia dixi ; uidi te sub ficu, ideo credis*, Petrum uero beatum adfirmans cui non caro neque sanguis reuelasset quod et Patrem senserat, sed Pater qui in caelis est. **5.** Quo dicto utriusque personae constituit distinctionem : et Filii in terris quem Petrus agnouerat Dei Filium, et Patris qui in caelis, qui Petro reuelauerat quod Petrus agnouerat Dei Filium Christum. **6.** Cum in templo introiit, aedem Patris appellat ut Filius. Cum ad Nicodemum dicit : *Ita*, inquit, *dilexit Deus mundum*, | *ut Filium suum unicum dederit, in quem* V 265
omnis qui crediderit non pereat, sed habeat uitam sempiternam. Et rursus : *Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluus sit mundus per eum ; qui crediderit in illum, non iudicatur ; qui non crediderit in illum, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unici Filii Dei*. **7.** Iohannes autem, cum interrogaretur quid de Iesu, cum tingeret : *Pater*, inquit, *diligit Filium et omnia tradidit in manu eius ; qui credidit in Filium, habet uitam aeternam ; qui non credidit in Filio Dei, non uidebit Deum, sed ira Dei manebit super eum*. **8.** Quem uero Samaritidi ostendit se ? Si Messiam qui dicitur Christus, Filium utique se, non Patrem demonstrauit, qui et alibi Christus, Dei filius, non Pater dictus est. **9.** Exinde discipulis : *Meum est*, inquit, *ut faciam uoluntatem eius, qui me misit, ut consummem opus eius*. Et ad Iudaeos de paralytici sanitate : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*. « Pater » et « ego » Filius dicit. Denique *propter hoc magis Iudaei illum interficere uolebant, non tantum quod*

19 sq. cfr Ioh. 1, 29. **22** Ioh. 1, 49 ; Matth. 16, 16. **24** Ioh. 1, 50. **24** sq. Matth. 16, 17. **30** cfr Ioh. 2, 16. **31** sqq. Ioh. 3, 16. **34** sqq. Ioh. 3, 17-18. **39** sqq. Ioh. 3, 35-36. **42** sq. cfr Ioh. 4, 25. **45** sq. Ioh. 4, 34. **47** sq. Ioh. 5, 17. **48** sqq. Ioh. 5, 18.

est] *P M*, factus est caro *F Rb* **18** unicus] *Engelbrecht*, unius *codd. Rb* **19** sinum] *om. F* inde et si *uel* inde etsi *codd. Rb. Evans*, idem et] *Vrsinus* **20** est ; dilectus] *Verboeven*, est dilectus. *codd. Rb Evans*, est dictus *Kroymann*, *alii aliter* **21** eum] *P M F Rb*[1], enim *G Rb*[3] **23** nathanahel *codd. Rb* **24** dixi] *Rb*[3], dixit *codd. Rb*[1] **26** et patrem] *secl. Kroymann* **29** petrus] *secl. Kroymann* **29/30** dei filium christum] *secl. Kroymann* **30** templum *Rb*[3] *edd.* **33** credidit *P M* **38/39** cum interrogaretur quid de Iesu, cum tingeret] *Engelbrecht, prob. Evans*, cum interrogaretur quid de Iesu contingeret *codd. Rb*, cum interrogaret qui de Iesu, cur tingeret *Kroymann (cfr Ioh. 3, 26)* **39** diligit] *Pam. (cfr c. 16, 1)*, dilexit *codd. Rb Evans* **40** *et* **41** credit *Pam. Kroymann* **42** uero] *om. F* **49** tan-

solueret sabbatum, sed quod Patrem suum Deum diceret, aequans se Deo. **10.** Tunc ergo dicebat ad eos : *Nihil Filius facere potest a semetipso, nisi uideat Patrem facientem ; quae enim ille facit, eadem et Filius facit. Pater enim diligit Filium et omnia demonstrauit illi, quae ille fecit et maiora istis opera | demonstrabit illi, ut uos miremini. Quomodo enim ⟨Pater⟩* V 266 *suscitat mortuos et uiuificat, ita et Filius quos uult uiuificat. Neque enim Pater iudicat, sed omne iudicium dedit Filio, uti omnes honorent Filium sicut honorant Patrem. Qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui Filium misit.* **11.** *Amen, amen dico uobis, quod qui audit sermones ⟨meos⟩ et credit ei, qui me misit, habet uitam aeternam et in iudicium non ueniet, sed transit de morte in uitam.* **12.** *Amen dico uobis, quod ueniet hora, qua mortui audient uocem Filii Dei et cum audierint, uiuent. Sicut enim Pater habet uitam aeternam a semetipso, ita et Filio dedit uitam aeternam habere in semetipso et iudicium dedit illi facere in potestate, quia Filius hominis est*, per carnem scilicet, sicut et Filius Dei per Spiritum eius. **13.** Adhuc adicit : *Ego autem habeo maius quam Iohannis testimonium ; opera enim, quae Pater mihi dedit consummare, illa ipsa de me testimonium perhibent, quod me Pater miserit ; et qui me misit Pater, ipse testimonium dixit de me.* **14.** Subiungens autem : *Neque uocem eius audistis unquam neque formam eius uidistis*, confirmat retro non Patrem sed Filium fuisse qui uidebatur et audiebatur. **15.** Denique dicit : *Ego ueni in Patris mei nomine et non me recepistis.* Adeo semper Filius erat in Dei et regis et Domini omnipotentis et altissimi nomine. **16.** Interrogantibus autem quid facere debeant respondit : *Vt credatis in eum, quem Deus misit.* **17.** Panem quoque se adfirmat, quem Pater praestaret | de caelo. V 267 Ergo omne quod ei daret Pater, ad se uenire nec reiecturum se, quia de caelo decendisset non ut suam sed ut Patris faceret uoluntatem ; uoluntatem autem Patris esse uti qui uiderit Filium et crediderit in eum, uitam et resurrectionem consequatur ; neminem porro ad se uenire posse nisi quem Pater adducat ; omnem, qui a Patre audisset et didicisset, uenire ad se : *non quasi Patrem*

51 sqq. Ioh. 5, 19-27. **68** sqq. Ioh. 5, 36-37. **72** Ioh. 5, 37. **74** sq. Ioh. 5, 43. **77** sq. Ioh. 6, 29. **78** sqq. cfr Ioh. 6, 32-44. **85** sq. cfr Ioh. 6, 46.

tum] *Rb*[3], tamen *codd. Rb*[1] quod] *om. F* **52** uiderit *Pam.* **54** demonstrat *Kroymann* **54/55** quae *usq.* illi] *om. P M* **54** fecit] *F Rb*[1], facit *Kroymann* istis] *Pam.*, ista *F Rb*[1] **55** demonstrabit] *Kroymann*, demonstrauit *F Rb*[1] pater] *add. Kroymann* **56** *pr.* uiuificat] *P M Rb*, uiuificabit *F* **60** sermones meos] *Rb*[3], sermones *P M Rb*[1], sermonem *F*, sermonem meum *Engelbrecht Kroymann* **61** uenit *Vrsinus* **62** de uita uel morte *F* **65** habere] *om. F* in a semetipso *F* **69** illa et ipsa *F* **74** dicebat *F* **76** ⟨et⟩omnipotentis *Vrsinus* **84** omnem] autem *add. Kroymann*

aliquis uiderit adiciens et hic, ut ostenderet Patris esse sermonem per quem docti fiant. **18.** At cum discedunt ab eo multi et apostolis suis offert si uelint discedere et ipsi, quid respondit Simon Petrus ? *Quo discedimus ? uerba uitae habes et nos credimus, quod tu sis Christus.* Patrem illum esse an Patris Christum ?

XXII. **1.** Cuius autem doctrinam dicit ad quam mirabantur ? Suam an Patris ? Aeque ambigentibus inter se ne ipse esset Christus, utique non Pater sed Filius : *Meque scitis*, inquit, *unde sim ; et non ueni a me ipso, sed est uerus qui me misit, quem uos non nostis ; ego noui illum, quia apud illum sum.* **2.** Non dixit « quia ipse sum » et « ipse me misi », sed « ille me misit ». Item cum misissent ad inuadendum eum pharisaei : *Modicum adhuc temporis*, ait, *uobiscum sum et uado ad eum, qui me misit.* At ubi se negat esse solum — *sed ego*, inquit, *et qui me misit Pater* — nonne duos demonstrat, tam duos quam inseparatos ? Immo totum erat hoc quod docebat inseparatos duos esse. **3.** Siquidem et legem proponens duorum hominum testimonium confirmantem, | subiungit : V 268 *Ego testimonium dico de me et testimonium dicit de me qui me misit Pater.* Quodsi unus esset dum idem est et Filius et Pater, non uteretur legis patrocinio fidem imponentis non unius testimonio sed duorum. **4.** Item interrogatus ubi esset Pater neque se neque Patrem notum esse illis respondens duos dixit ignotos, quod, si ipsum nossent, Patrem nossent, non quidem quasi ipse esset Pater et Filius, sed quia per indiuiduitatem neque agnosci neque ignorari alter sine altero potest. **5.** *Qui me*, ait, *misit, uerax est, et ego quae ab eo audiui, ea et loquor in mundum*, interpretante extrinsecus scriptura non cognouisse illos quod de Patre dixisset, cum scilicet cognoscere debuissent sermones Patris in Filio esse legendo apud Hieremiam : *Et dixit mihi Dominus : ecce dedi sermones meos in os tuum* ; et apud Esaiam : *Dominus dat mihi linguam disciplinae ad cognoscendum, quando oporteat dicere sermonem* ; sicut ipse

89 sq. Ioh. 6, 68-69.

XXII, **1** sq. cfr Ioh. 5, 20 ; 7, 15-16. **3** sqq. Ioh. 7, 28. **8** sq. Ioh. 7, 33. **9** sq. Ioh. 8, 16. **13** sqq. Ioh. 8, 18. **16** sq. cfr Ioh. 8, 19 ; cfr Deut. 17, 6. **22** sq. Ioh. 8, 26. **24** cfr Ioh. 8, 27. **26** sq. Ier. 1, 9. **27** sq. Is. 50, 4.

86/87 esse ⟨se⟩ sermonem *dub. Evans* **88** et quid *F* **91** christum] *secl. Kroymann.*

XXII, **3** meque scitis] *Kroymann*, neque me scitis *codd.* (*ex* n e que sc. [me], *ut uidetur*), atque me scitis *Iunius*, neque nescitis *Oehler* **9** negatur *F* **17** pater] *om. F* **19** esse ignotos *F* **20/21** indiuinitate *P M corr.* **22/23** qui me *usq.* mundum *transfert Kroymann in l.* **24** *post* dixisset **25** patris] *om. F* **27** mihi

rursus : *Tunc,* inquit, *cognoscetis, quod ego sim, et a memetipso nihil loquar, sed sicut me docuit, ita et loquor, quia et qui me misit mecum est,* et hoc ad testimonium indiuiduorum duorum. **6.** Item in altercatione Iudaeorum exprobrans quod occidere eum uellent : *Ego,* inquit, *quae uidi penes Patrem meum loquor et uos quod uidistis penes patrem uestrum, id facitis ;* et : *Nunc uultis occidere hominem ueritatem uobis locutum, quam audiuit a Deo ;* et : *Si Deus esset pater uester, dilexissetis me ; ego enim ex Deo exiui et ueni,* | (et tamen non separamus, V 269 licet exisse dixerit, ut quidam arripiunt huius dicti occasionem ; exiuit autem a Patre ut radius ex sole, ut riuus ex fonte, ut frutex ex semine) ; ⟨et : ⟩ *Ego daemonium non habeo, sed honoro Patrem meum ;* et : *Si ego me ipse glorificem, nihil est gloria mea ; est qui me glorificet Pater, quem uos dicitis Deum esse uestrum nec nostis illum ; at ego noui eum et si dicam : non noui, ero similis uestri mendax ; sed noui illum et sermonem eius seruo.* **7.** At cum subiungit : *Abraham diem meum uidit et laetatus est,* nempe demonstrat Filium Abrahae retro uisum, non Patrem. Item super caecum illum Patris opera dicit se facere oportere, cui post restitutionem luminum : *tu,* inquit, *credis in Filium Dei ?* Et interroganti quis esset iste, ipse se demonstrans utique Filium demonstrauit quem credendum esse dixerat. **8.** Dehinc cognosci se profitetur a Patre et Patrem a se et ideo se diligi a Patre, quod animam suam ponat, quia hoc praeceptum accepisset a Patre. **9.** Et interrogatus a Iudaeis, si ipse esset Christus — utique Dei, nam usque in hodiernum Iudaei Christum Dei, non ipsum Patrem sperant quia nunquam Christus Pater scriptus est uenturus — : *loquor,* inquit, *uobis et non creditis ; opera, quae ego facio in nomine Patris, ipsa de me testimonium dicunt.* Quod testimonium ? Ipsum scilicet esse de quo interrogabant, id est Christum Dei. **10.** De ouibus etiam suis, quod nemo illas de manu eius eriperet, *Pater* enim, ⟨inquit,⟩ *quod mihi dedit, maius* | *est omnibus ;* et : *ego et Pater unum sumus.* Hic ergo V 270 iam gradum uolunt figere stulti, immo caeci, qui non uideant primo « ego et Pater » duorum esse significationem, dehinc in

29 sqq. Ioh. 8, 28. **33** sqq. Ioh. 8, 38. 40. 42. **40** sqq. Ioh. 8, 49. 54-55. 56 **48** sqq. Ioh. 9, 35-37. **51** sqq. cfr Ioh. 10, 15. 17. 24. **57** sq. Ioh. 10, 25. **60** sq. cfr Ioh. 10, 27-28. **61** sq. Ioh. 10, 29. 30.

dat *F* **29** me ipso *F* **30** docuit ⟨pater⟩ *Kroymann* **33** eum uellent] *om. F* **33/34** meum *usq.* patrem] *om. F* **35** ueritatem] *om. P* **37** separamus] *P M* (s *corr. in* r *a m. 1*) *Rb*[1], separaui *F*, separantur *Rb*[3] *Evans* **39** autem] enim *Kroymann* **40** et] *add. Kroymann* **45** at] *codd. Rb*, ac *Pam.*, et *Kroymann* **46** laetatus] locutus *F* **47** caelum *P* **51** esse] *om. F* **54** dei] *Rb*[3], deus *codd. Rb*[1] **60** suis ⟨subiungens⟩ *coni. Kroymann* **61** inquit] *add. Kroymann, fort. delendum* **61/62** quod *usq.* omnibus] *P M Rb*, qui maior est omnibus mihi

nouissimo « sumus » non ex unius esse persona quod pluraliter dictum est, tunc quod « unum sumus », non « unus sumus » ⟨dicit⟩. **11.** Si enim dixisset : « unus sumus », potuisset adiuuare sententiam illorum, unus enim singularis numeri significatio uidetur. Adhuc cum duo masculini generis unum dicit neutrali uerbo (quod non pertinet ad singularitatem sed ad unitatem, ad similitudinem, ad coniunctionem, ad dilectionem Patris qui Filium diligit et ad obsequium Filii qui uoluntati Patris obsequitur) : *Vnum sumus,* dicens, *ego et Pater,* ostendit duos esse quos aequat et iungit. **12.** Adeo addit etiam multa se opera a Patre ostendisse quorum nihil lapidari mereretur ; et ne putarent ideo se illum lapidare debere, quasi se Deum ipsum, id est Patrem, uoluisset intellegi quia dixerat : *Ego et Pater unum sumus,* qua Filium Dei Deum ostendens, non qua ipsum Deum, *si in lege,* inquit, *scriptum est : Ego dixi, uos dii estis, et non potest solui scriptura, quem Pater sanctificauit et misit in mundum uos eum blasphemare dicitis, quia dixerat : Filius Dei sum ? si non facio opera Patris mei, nolite credere ; si uero facio et mihi credere non uultis, uel propter opera credite et scitote, quod ego in Patre sim et Pater in me.* **13.** Per opera ergo erit Pater in Filio et Filius in Patre. Et ita per opera intellegimus | unum esse Patrem V 271 ⟨et Filium⟩. Adeo totum hoc perseuerabat inducere ut duo tamen crederentur in una uirtute quia aliter Filius credi non posset nisi duo crederentur.

XXIII. **1.** Post haec autem Martha Filium Dei eum confessa non magis errauit quam Petrus et Nathanahel, quanquam et si errasset, statim didicisset. Ecce enim ad suscitandum fratrem eius a mortuis ad cælum et ad Patrem Dominus suspiciens : *Pater,* inquit (utique Filius), *gratias ago tibi, quod me semper exaudias ; propter istas turbas circumstantes dixi, ut credant, quod tu me miseris.* **2.** Sed et in conturbatione animae : *Et quid dicam ? Pater,* inquit, *saluum me fac de ista hora. Atquin propter hoc ueni in istam horam. Verum, Pater,*

73 sq. Ioh. 10, 30. **74** cfr Ioh. 10, 32-33. **78** Ioh. 10, 30. **79** sqq. Ioh. 10, 34-38.

XXIII, **1** cfr Ioh. 11, 27. **5** sqq. Ioh. 11, 41-42. **8** sqq. Ioh. 12, 27-28.

dedit *F*, *prob. Oehler* **66** tunc] *M F Rb*[1], tum *P edd.* **67** dicit] *add. Kroymann, fort. delendum* unus] *Rig.*, quod unus *codd. Rb* **74** adeo] ad ea *dub. Kroymann* **75** se] *om. P* **79** deum ⟨patrem⟩ *dub. Kroymann* **80** *post* estis *lacunam signauit Kroymann cetera euangelii uerba desiderans* : 'et illos deos nominauit *eqs.*' **82** dixerit *Iunius Kroymann* **85** erat *Vrsinus* **87** et filium] *add. Vrsinus.*

XXIII, **1** Martha] *Pam.*, Maria *codd. Rb* **7** quod] *P M Rb*, quia *F*

glorifica nomen tuum, in quo erat Filius: *Ego*, inquit, *ueni in Patris nomine*. **3.** Inde — scilicet suffecerat Filii ad Patrem uox — ecce ex abundanti respondet de caelo Pater, Filio contestatus: *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene sensi, audite illum ;* ita et isto : *Glorificaui et glorificabo rursus*. **4.** Quot personae tibi uidentur, peruersissime Praxea, nisi quot et uoces ? Habes Filium in terris, habes Patrem in caelis. Non est separatio ista, sed dispositio diuina. Ceterum scimus Deum etiam intra abyssos esse et ubique consistere, sed ui et potestate, Filiumque ut indiuiduum cum ipso ubique. Tamen in ipsa oikonomia Pater uoluit Filium in terris haberi, se uero in caelis, quo et ipse Filius suspiciens et orabat et postulabat a Patre quo et nos | erectos docebat orare : *Pater* V 272 *noster, qui es in caelis*, cum sit et ubique. Hanc sedem suam uoluit Pater [*mihi thronus*]. **5.** Minorauit Filium modico citra angelos ad terram dimittendo, gloria tamen et honore coronaturus illum in caelos resumendo. Haec iam praestabat illi dicens : *Et glorificaui et glorificabo*. **6.** Postulat Filius de terris, Pater promittit a caelis. Quid mendacem facis et Patrem et Filium ? si aut Pater de caelis loquebatur ad Filium cum ipse esset Filius apud terras, aut Filius ad Patrem precabatur cum ipse esset Pater apud caelos, quale est ut Filius item postularet a semetipso postulando a Patre si Filius erat Pater, aut iterum Pater sibi ipse promitteret promittendo Filio si Pater erat ? **7.** Vt sic duos diuisos diceremus, quomodo iactitatis, tolerabilius erat duos diuisos quam unum Deum uersipellem praedicare. Itaque ad istos tunc Dominus pronuntiauit : *Non propter me ista uox uenit, sed propter uos*, ut credant et hi et Patrem et Filium in suis quemque nominibus et personis et locis. **8.** Sed adhuc exclamat Iesus et dicit : *Qui credit in me, non in me credit, sed in eum credit, qui me*

10 sq. Ioh. 5, 43. **13** sq. Matth. 17, 5. **14** Ioh. 12, 28. **18** cfr Ps. 138, 8. **21** cfr Ioh. 11, 41. **22** sq. Matth. 6, 9. **23** sq. cfr Ps. 102, 19. **24** Is. 66, 1. **25** sq. cfr Ps. 8, 5. **27** Ioh. 12, 28. **37** Ioh. 12, 30. **40** sqq. Ioh. 12, 44-45.

11 patris] *P M*, mei *add. F Rb Evans* **12** abundanti] *Latinius (cfr c. 15, l.* **37**), abundantia *codd. edd.* respondit *M F* **13** contestatus] *Evans*, contestatur *codd. Rb*, contestaturus *Oehler*, *usq. ad* isto *l.* **14** *secl. Kroymann* **14** et in isto *F* **15** praxea] *Rb*, praxeam *codd.* **21** quo] *Rb*^{3}, quod *codd. Rb*^{1} **22** quo] *P M Rb*, quod *F* **23** caelis, cum ... ubique. Hanc] *edd. praeter Kroymann* suam] *om. F* **24** mihi thronus *F*, *om. P M Rb*, *secl. Verhoeven*, ⟨in caelo (caelum *Evans*), inquit⟩ mihi thronus. ⟨Hinc et⟩ minorauit *Kroymann Evans* **25** demittendo *Vrsinus Kroymann* **29** aut] *F Rb*^{3}, autem *P M Rb*^{1} ad filium] *Rb*^{3}, si autem pater *add. codd. Rb*^{1} **30/31** terras *usq.* apud] *om. P* **31** pater] *Kroymann*, filius *codd. Rb* **32** postularet] *Vrsinus*, postulet *codd. Rb* si] *Rb*^{3}, *om. codd. Rb*^{1} **32/33** si filius erat pater *et* **34** si pater erat] *secl. Engelbrecht* **34** erat ⟨filius⟩ *Kroymann* **34/35** diceremus *usq.* diuisos] *om. P* **35** erat] *M Rb*, erit *F* **36** tunc] *Vrsinus*, nunc *codd. Rb Evans* **37** uox ista *F* **38** et filium] *F Rb*,

misit (quia per Filium in Patrem creditur et auctoritas credendi Filio Pater est), *et qui me conspicit, conspicit eum qui me misit*. **9.** Quomodo ? *Quoniam* scilicet *a memetipso non sum locutus, sed qui me misit Pater ipse mihi man|datum dedit,* V 273 *quid dicam et quid loquar ;* — *Dominus* enim *dat mihi linguam disciplinae ad cognoscendum, quando oporteat dicere* — *sermonem quem ego loquor, sicut mihi Pater dixit, ita et loquor*. **10.** Haec quomodo dicta sint, euangelizator et utique tam carus discipulus Iohannes magis quam Praxeas nouerat, ideoque ipse de suo sensu : *Ante autem sollemnitatem paschae*, inquit, *sciens Iesus omnia sibi tradita a Patre esse et se ex Deo esse et ad Deum uadere*. **11.** Sed Praxeas ipsum uult Patrem de semetipso exisse et ad semetipsum abisse ut diabolus in cor Iudae non Filii traditionem sed Patris ipsius inmiserit. Nec diabolo bene nec haeretico, quia nec in Filio bono suo diabolus operatus est traditionem. Filius enim traditus est Dei, qui erat in Filio hominis, sicut scriptura subiungit : *Nunc glorificatus est Filius hominis et Deus glorificatus est in illo*. **12.** Quis Deus ? Vtique non Pater sed sermo Patris qui erat in Filio hominis, id est in carne, in qua et glorificatus iam, uirtute uero et sermone ; et ante Iesus *et Deus*, inquit, *glorificabit illum in semetipso*, id est Pater Filium quem in semetipso habens, etsi porrectum ad terram, mox ⟨glorificaturus erat⟩ per resurrectionem morte deuicta.

XXIV. **1.** Erant plane qui et tunc non intellegerent, quoniam et Thomas aliquamdiu incredulus. *Domine*, enim inquit, *non scimus, quo eas et quomodo uiam nouimus ?* Et Iesus : *Ego sum uia, ueritas et uita ; nemo uenit ad Patrem nisi per* | *me ; si cognouissetis me, cognouissetis et Patrem*. Sed et : *Abhinc* V 274 *nostis illum et uidistis illum*. **2.** Et peruenimus iam ad Philippum qui spe excitatus uidendi Patris nec intellegens quomodo uisum Patrem audisset : *Ostende*, inquit, *nobis Patrem et sufficit nobis*. Et Dominus : *Philippe, tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me ?* quem dicit cognosci ab illis de-

43 sqq. Ioh. 12, 49. **45** sq. Is. 50, 4. **46** sq. Ioh. 12, 50. **50** sqq. Ioh. 13, 1-3. **57** sq. Ioh. 13, 31. **61** sq. Ioh. 13, 32.

XXIV, **2** sqq. Ioh. 14, 5-9.

et *om. P M* **42** me conspicit] *M F*, conspicit *P Rb*^{3}, conspicit me *Rb*^{3} *Evans* **47** quem] quae *Kroymann* **49** nouerat] *Rb*^{3}, nominat *P M (in marg. m. 2 :* ut meminit) *F Rb*^{1} **51** *alt.* esse] exisse *Vrsinus Kroymann* **58** in illo] in caelo *F* **60** et] etsi *Kroymann* **61** iesus] *Iunius*, iesum *codd. Rb* et deus] et *om. F* glorificabit] *Iunius*, glorificauit *codd. Rb* **62** quem] *om. Rb*^{3} **63** glorificaturus erat] *add. Kroymann*, glorificauit *Vrsinus Evans*.

XXIV, **1** erant tibi plane quippe qui *F* **1/2** quomodo *F* **2/3** domine enim inquit] *Gel.*, domino en. inq. *codd. Rb*, domine, inquit *Oehler Evans* **5** sed

buisse ⟨se⟩ ? Hoc enim solum discuti oportet. Quasi patrem an quasi filium ? Si quasi patrem, doceat Praxeas tanto tempore Christum cum eis conuersatum Patrem aliquando non dico intellegi, uerum uel aestimari potuisse. **3.** Nobis omnes scripturae et ueteres Christum Dei et nouae Filium Dei praefiniunt. Hoc et retro praedicabatur, hoc et ab ipso Christo pronuntiabatur, immo iam et ab ipso Patre coram de caelis Filium profitente et Filium glorificante : *Hic est Filius meus ;* et : *Glorificaui et glorificabo,* hoc et a discipulis credebatur, hoc et a Iudaeis non credebatur. Hoc se uolens credi ab illis omni hora Patrem nominabat et Patrem praeferebat et Patrem honorabat. **4.** Si ita est, ergo non Patrem tanto tempore secum conuersatum ignorauerant sed Filium. Et Dominus eum se ignorari exprobrans quem ignorauerant, eum utique agnosci uolebat quem tanto tempore non agnosci exprobrauerat, id est Filium. Et apparere iam potest quo modo dictum sit : *Qui me uidet, uidet et Patrem,* scilicet quo et supra : *Ego et Pater unum sumus.* **4.** Quare ? Quia *ego ex Deo exiui et ueni ;* et : *Ego sum uia, nemo ad Patrem uenit nisi per me ;* et : *Nemo ad me uenit nisi Pater eum adduxerit ;* et : *Omnia mihi Pater tradidit ;* et : *Sicut Pater uiuificat, ita et Filius ;* et : *Si me cognouistis, et Patrem* | *cognouistis.* **5.** Secun- V 275 dum haec enim uicarium se Patris ostenderat, per quem Pater et uideretur in factis et audiretur in uerbis et cognosceretur in Filio facta et uerba Patris administrante, quia inuisibilis pater quod et Philippus didicerat in lege et meminisse debuerat : *Deum nemo uidebit et uiuet.* Et ideo suggillatur Patrem uidere desiderans quasi uisibilem et instruitur uisibilem eum in Filio fieri ex uirtutibus, non ex personae repraesentatione. **6.** Denique si Patrem eundem Filium uellet intellegi dicendo : *Qui me uidet, Patrem uidet,* quomodo subicit : *Non credis, quia ego in Patre et Pater in me ?* Debuerat enim subiunxisse : « Non credis, quia ego sum Pater » ? aut quo exaggerauit si non illud manifestauit quod uoluerat intellegi, se scilicet Filium esse ? Porro dicendo : *non credis, quia ego in Patre et Pater in me,* propterea potius exaggerauit, ne, quia dixerat : *Qui me uidit et Patrem uidit,* Pater existima-

18 Matth. 17, 5. **19** Ioh. 12, 28. **27** Ioh. 14, 9. **28** Ioh. 10, 30. **28** sq. Ioh. 16, 28. **29** sq. Ioh. 14, 6. **30** Ioh. 6, 44. **31** Matth. 11, 27. **31** sq. Ioh. 5, 21. **32** Ioh. 14, 7. **37** Exod. 33, 20. **41** Ioh. 14, 9. **42** Ioh. 14, 10. **45** sq. Ioh. 14, 10. **47** Ioh. 14, 9.

et] *codd. Rb, tuet. Thörnell II* 94, et *om. Gel. Kroymann Evans* **11** se] *add. Engelbrecht* **15** et nouae christum dei *Kroymann* **19** a] *om. F* **25** tempore non agnosci] *M F*, non agnosci tempore *P Rb Evans* **28** *alt.* ego] *om. F* **31** pater mihi *F* **34** in uerbis] *om. F* **39** uirtutis *dub. Kroymann* **42** creditis *Pam.* me ⟨est⟩ *Pam.* **43** creditis *Pam.* **45** se] *Rb*[2], sic *codd. Rb*[1]

retur, quod nunquam se existimari uoluit qui semper se Filium et a Patre uenisse profitebatur. **7.** Igitur et manifestam fecit duarum personarum coniunctionem ne Pater seorsum quasi uisibilis in conspectu desideraretur et ut Filius repraesentator Patris haberetur. Et nihilominus hoc quoque interpretatus est quomodo Pater esset in Filio et Filius in Patre : *Verba,* inquit, *quae ego loquor uobis, non sunt mea* — utique quia Patris — ; *Pater autem manens in me facit opera.* **8.** Per opera ergo uirtutum et uerba doctrinae manens in Filio Pater per ea uidetur per quae manet et per eum in quo manet, ex hoc ipso apparente proprietate utriusque personae, dum dicit : *Ego sum in Patre et Pater in me.* Atque adeo : *Credite,* ait. Quid ? me Patrem esse ? non puto scriptum esse, sed : *Quia ego in Patre et Pater* | *in me, si quo minus, uel propter* V 276 *opera credite,* ea utique opera per quae Pater in Filio non uisu, sed sensu uidebatur.

XXV. **1.** Post Philippum et totam substantiam quaestionis istius, quae in finem euangelii perseuerant, in eodem genere sermonis, quo Pater et Filius in sua proprietate distinguuntur, Paracletum quoque a Patre se postulaturum cum ascendisset ad Patrem et missurum repromittit, et quidem alium. Sed iam praemisimus quomodo alium. Ceterum : *De meo sumet,* inquit, sicut ipse de Patris. Ita connexus Patris in Filio et Filii in Paracleto tres efficit cohaerentes, alterum ex altero. Qui tres unum sunt, non unus, quomodo dictum est : *Ego et Pater unum sumus,* ad substantiae unitatem, non ad numeri singularitatem. **2.** Percurre adhuc et inuenies quem Patrem credis uitem Patris dictum et Patrem agricolam, uti quem in terra tu putas fuisse, hunc rursus in caelis a Filio agnosci cum illuc respiciens discipulos suos Patri tradit. Sed etsi in isto euangelio non est reuelatum : *Deus meus, ad quid me dereliquisti ?* et : *Pater, in tuis manibus depono spiritum meum,* tamen post resurrectionem et deuictae gloriam mortis, exposita necessitate omnis humilitatis, cum iam Patrem se posset ostendere tam fideli feminae, ex dilectione, non ex

54 sq. Ioh. 14, 10. **59** Ioh. 14, 10. **61** sq. Ioh. 14, 11.

XXV, **5** cfr Ioh. 14, 16. **6** Ioh. 16, 14. **9** sq. Ioh. 10, 30. **12** cfr Ioh. 15, 1. **14** cfr Ioh. 17, 1. 11. **15** sq. Matth. 27, 46 ; Marc. 15, 34. **16** sq.

48 se existimari] *M F*, exist. se *P Rb Evans* **51** ut] *om. F* **54** ego] *F Rb*[3], *om. P M.*

XXV, **2** fine *Engelbrecht* perseuerat *Latinius Kroymann* **3** pater] *secl. Kroymann* distinguuntur] *Vrsinus*, distinguitur *codd. Rb Kroymann* **12** uitem] *Kroymann*, uice *codd. Rb* uti quem] *Leopoldus*, utique *codd. Rb*, et quem *Iunius* **15** non esset *Vrsinus* **17** deuictae] *P M Rb*[1], deuicta *F Rb*[1] *in marg. : 'forte deuicta'* gloriam] *Rb*[3], gloria *codd. Rb*[1] **18** necessitatem *Rb*[1], *in marg. :*

curiositate nec ex incredulitate Thomae tangere eum adgressae : *Ne*, inquit, *contigeris me, nondum ascendi ad Patrem meum, uade autem ad fratres meos* — qui se et in hoc Filium ostendit ; filios enim appellasset illos, si Pater fuisset — *et dices eis : ascendo ad Patrem meum et Patrem uestrum* | *et* V 277 *Deum meum et Deum uestrum*. **3.** Pater ad Patrem et Deus ad Deum ? an Filius ad Patrem et sermo ad Deum ? **4.** Ipsa quoque clausula euangelii propter quid consignat haec scripta, nisi *ut credatis* (inquit) *Iesum Christum Filium Dei ?* Igitur quaecumque ex his putaueris ad demonstrationem eiusdem Patris et Filii proficere tibi posse, aduersus definitiuam euangelii sententiam niteris. Non ideo enim scripta sunt ut Patrem credas Iesum Christum sed ut Filium.

XXVI. **1.** Propter unum Philippi sermonem et Domini responsionem ad eum uidemur Iohannis euangelium decucurrisse, ne tot manifeste pronuntiata et ante et postea unus sermo subuertat, secundum omnia potius quam aduersus omnia, etiam aduersus suos sensus interpretandus. **2.** Ceterum ut alia euangelia non interponam quae natiuitate dominica fidem confirmant, sufficit eum qui nasci habebat ex uirgine, ab ipso annuntiari angelo Filium Dei determinatum : *Spiritus Dei superueniet in te et uirtus Altissimi obumbrabit te ; propterea quod nascetur ex te sanctum uocabitur Filius Dei.* **3.** Volent quidem et hic argumentari, sed ueritas praeualebit. « Nempe, inquiunt, Spiritus Dei Deus est et uirtus Altissimi Altissimus est ». Nec pudet illos inicere quod, si esset, scriptum fuisset. Quem enim uerebatur ut non aperte pronuntiaret : « Deus superueniet » et « Altissimus obumbrabit te » ? Dicens autem « Spiritus Dei », etsi Spiritus Deus, tamen non directo Deum nominans, portionem totius intellegi uoluit quae cessura erat in Filii nomen. **4.** Hic Spiritus Dei idem erit sermo. Sicut | enim Iohanne dicente : *sermo caro factus est*, Spiritum V 278 quoque intellegimus in mentione sermonis, ita et hic sermonem

Luc. 23, 46. **21** sqq. Ioh. 20, 17. **28** Ioh. 20, 31.
XXVI, **8** sqq. Luc. 1, 35. **19** Ioh. 1, 14.

necessitate **22** qui se] *Engelbrecht*, quia *codd. Rb*, quin *Vrsinus* (se *add. post* hoc) *Evans*, quibus *Kroymann* (se *add. post* hoc) **25** et deum] et *om. F Rb* **32** iesum] *Rb*[3] (*cfr l.* **28**), in iesum *codd. Rb*[1].

XXVI, **2/3** decurisse *F* **6** non] *codd. edd.*, *tuent. Rosenmeyer Hoppe Verhoeven*, nunc *Kroymann* ⟨de⟩ natiuitate *Pam. Kroymann* **7** eum] *Rb*[3], enim *codd. Rb*[1] **8** adnuntiali *Kroymann* **9** in te] *om. F* **10** uocabitur sanctum *F* **12** spiritus dei deus est] *Engelbrecht*, *prob. Rosenmeyer et Verhoeven*, filius dei deus est *codd. edd.*, ut et spiritus dei deus est *add. mauult Kroymann* **13** illo *F*, illis *Kroymann* uincere *F* **13/14** quod *usq.* uerebatur] *om. F* **16** etsi spiritus deus] *Evans*, etsi spiritus dei *codd. Rb*, deus *add. Vrsinus*, deus capit dici *add. Kroymann*, etsi spiritum dei *Engelbrecht* **18** erit (i *ex* a *m. 1*) *M* **19** sic *P Rb* factum *F*

quoque agnoscimus in nomine Spiritus. Nam et Spiritus substantia est sermonis et sermo operatio Spiritus et duo unum sunt. **5.** Ceterum alium Iohannes profitebitur carnem factum, alium angelus carnem futurum, si non et Spiritus sermo est et sermo Spiritus. Sicut ergo sermo Dei non est ipse cuius est, ita nec Spiritus ; et si Dei dictus est, non tamen ipse est cuius est dictus. Nulla res alicuius ipse est cuius est. Plane cum quid ex ipso est et sic eius est dum ex ipso sit, potest tale quid esse quale et ipse ex quo est et cuius est. **6.** Et ideo Spiritus Deus et sermo Deus, quia ex Deo, non tamen ipse ex quo est. Quodsi Spiritus Dei, tanquam substantiua res, non erit ipse Deus, sed hactenus Deus, qua ex ipsius Dei substantia, qua et substantiua res est et ut portio aliqua totius, multo magis uirtus Altissimi non erit ipse Altissimus, quia nec substantiua res est quod est Spiritus, sicut nec sapientia nec prouidentia. Et haec enim substantiae non sunt, sed accidentia uniuscuiusque substantiae. **7.** Virtus Spiritui accidit nec ipsa erit Spiritus. His itaque rebus, quodcumque sunt, Spiritu Dei et sermone et uirtute collatis in uirginem, quod de ea nascitur filius Dei est. **8.** Hoc se et in istis euangeliis ipse testatur statim a puero : *Non scitis*, inquit, *quod in Patris mei me esse oportet ?* hoc et satanas eum in temptationibus nouit : *Si Filius Dei es* ; hoc et exinde daemonia confitentur : *Scimus* | *qui sis, Filius Dei*. Patrem et ipse adorat. V 279 Christum se Dei a Petro agnitum non negat. Exultans in Spiritu ad Patrem : *Confiteor*, inquit, *tibi, Pater, quod absconderis haec a sapientibus*. **9.** Hic quoque Patrem nemini notum nisi Filio adfirmat. Est Patris Filius confessurus confessores et negaturus negatores suos apud Patrem, inducens parabolam filii, non patris, in uineam missi post aliquot seruos et occisi a malis rusticis et a patre defensi, ignorans et ipse diem et horam ultimam soli Patri notam, disponens regnum

41 sq. Luc. 2, 49. **43** Matth. 5, 3. 6. **44** Marc. 1, 24 ; cfr Luc. 4, 34. adorat] cfr Marc. 1, 35. **45** Luc. 9, 20-21 ; cfr Matth. 16, 16-17. **46** sq. Luc. 10, 21 ; cfr Matth. 11, 25. **47** sq. cfr Luc. 10, 22 ; cfr Matth. 11, 27. **48** sq. cfr Matth. 10, 32-33 ; Luc. 12, 8-9. **50** sq. cfr Matth. 21, 33-41. **52** cfr Marc. 13, 31. **52** sq. cfr Luc. 22, 29.

26 dei] *Kroymann*, *dub. Evans*, deus *codd. edd.* tamen] *P Rb*, enim *M F* ipse] *Kroymann*, ipsa *codd. Rb* **27** est dictus] est *om. F* **30** non] *om. F* **31** quodsi spiritus dei] *Evans*, quod deus dei *codd. Rb*, quodsi deus dei *Vrsinus Kroymann* **32** qua] *Latinius*, quia *codd. Rb* **33** qua] *Vrsinus*, quae *codd. Rb*, *usq. ad* res est *secl. Kroymann* substantia *F* **34** quia] *Rb*[3], qui *codd. Rb*[1] **36** ⟨ut⟩ et *Kroymann* **37** et uirtus *F* **40** hoc] *Rb*[3], si hoc *codd. Rb*[1] **45** christum *usq.* negat *l.* **48** *post u.* patris filium *transferendum putat Kroymann. Improbat Verhoeven* cognitum *F* exsultans] *F*, insultans *P M Rb Evans* **48/49** est patris filius confessurus ... negaturus] *Bakhuizen*, et patris (patri *F*, *prob. Verhoeven*) filium confessurum (-rus *M F*) ... negaturum (-rus *M F*) *codd. Rb Evans* (*Kroymann cfr supra l.* **45**) **52** soli] sibi *F*.

discipulis, quomodo et sibi dispositum dicit a Patre, habens potestatem legiones angelorum postulandi ad auxilium a Patre si uellet, exclamans quod se Deus reliquisset, in Patris manibus spiritum ponens et post resurrectionem spondens missurum se discipulis promissionem Patris et nouissime mandans ut tinguerent in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, non in unum. Nam nec semel sed ter ad singula nomina in personas singulas tinguimur.

XXVII. **1.** Et quid ego in tam manifestis morabor cum ea congredi debeam de quibus manifesta obumbrare quaerunt ? Vndique enim obducti distinctione Patris et Filii quam manente coniunctione disponimus ut solis et radii et fontis et fluuii, per indiuiduum tamen numerum duorum et trium, aliter eam ad suam nihilominus sententiam interpretari, conantur ut aeque in una persona utrumque distinguant, Patrem et Filium, dicentes | Filium carnem esse, id est ho- V 280
minem, id est Iesum, Patrem autem Spiritum, id est Deum, id est Christum. **2.** Et qui unum eundemque contendunt Patrem et Filium, iam incipiunt diuidere illos potius quam unare. Si enim alius est Iesus, alius Christus, alius erit Filius, alius Pater, quia Filius Iesus et Pater Christus. Talem monarchiam apud Valentinum fortasse didicerunt, duos facere Iesum et Christum. **3.** Sed et haec iniectio eorum, ex praetractatis iam retusa est, quod sermo Dei uel Spiritus Dei et uirtus Altissimi dictus sit quem Patrem faciunt : non enim ipse sunt, cuius dicuntur, sed ex ipso et ipsius. **4.** Et aliter tamen in isto capitulo reuincentur. « Ecce, inquiunt, ab angelo praedicatum est : *Propterea quod nascetur sanctum uocabitur Filius Dei.* Caro itaque nata est, caro itaque erit Filius Dei. » Immo de spiritu Dei dictum est. **5.** Certe enim de Spiritu sancto uirgo concepit et quod concepit, id peperit. Id ergo nasci habebat, quod erat conceptum et pariundum, id est spiritus, cuius et *uocabitur nomen Emmanuel, quod est interpretatum : nobiscum Deus.* Caro autem Deus non est ut de illa dictum sit : *Vocabitur sanctum Filius Dei*, sed ille qui in ea natus est Deus, de quo et psalmus : *Quoniam Deus homo natus est in illa et aedificauit eam uoluntate Patris.* **6.** Quis Deus in

54 cfr Matth. 26, 53. **55** cfr Matth. 27, 26 ; Marc. 15, 34 ; Luc. 23, 46. **57** cfr Luc. 24, 29. **58** sq. cfr Matth. 28, 19.

XXVII, **20** sq. Luc. 1, 35. **25** sq. Matth. 1, 23. **27** Luc. 1, 35. **28** sq.

XXVII, **1** manifestatis *F* **2** congredi] *P M*, aggredi *F Rb Evans* **8** discentes *P Rb* **13** alius] *Rb*[3], *om. codd. Rb*[1] **14/15** duos — christum] *post u.* eorum *l.* **15** *transfert Kroymann* **15/16** praetractatis] *M F Rb*[1] *marg.*, retractatis *P Rb*[1] **18** ipse] *Kroymann*, ipsae *codd. Rb* **21** itaque] *secl. Kroymann, improbant Thörnell I 20 sq. et Verhoeven* **24** et pariundum] *secl. Kroymann, defend.*

ea natus ? sermo et Spiritus qui cum sermone de Patris uoluntate natus est. Igitur sermo in carne ; tum et de hoc quaerendum quomodo sermo caro sit factus, utrumne quasi transfiguratus in carne an indutus carnem. Immo indutus ceterum Deum inmutabilem et informabilem credi necesse est ut aeternum. **7.** Transfiguratio autem interemptio est pristini : | omne enim, quodcumque transfiguratur in aliud, V 281
desinit esse quod fuerat et incipit esse quod non erat. Deus autem neque desinit esse neque aliud potest esse. Sermo autem Deus et *sermo Domini manet in aeuum*, perseuerando scilicet in sua forma. Quem si non capit transfigurari, consequens est ut sic caro factus intellegatur dum fit in carne et manifestatur et uidetur et contrectatur per carnem, quia et cetera sic accipi exigunt. **8.** Si enim sermo ex transfiguratione et demutatione substantiae caro factus est, una iam erit substantia Iesus ex duabus, ex carne et spiritu, mixtura quaedam ut electrum ex auro et argento, et incipit nec aurum esse, id est spiritus, neque argentum, id est caro, dum alterum altero mutatur et tertium quid efficitur. **9.** Neque ergo Deus erit Iesus ; sermo enim desiit esse qui caro factus est, neque homo caro ; caro enim non proprie est, quia sermo fuit. Ita ex utroque neutrum est, aliud longe tertium est quam utrumque. **10.** Sed enim inuenimus illum directo et Deum et hominem expositum, ipso hoc psalmo suggerente : *Quoniam Deus homo natus est in illa et aedificauit eam uoluntate Patris*, certe usquequaque Filium Dei et Filium hominis, cum Deum et hominem sine dubio secundum utramque substantiam in sua proprietate distantem, quia neque sermo aliud quam Deus neque caro aliud quam homo. **11.** Sic et apostolus de utraque eius substantia docet : *Qui factus est*, inquit, *ex semine Dauid* (hic erit homo et filius hominis), *qui definitus est Filius Dei secundum Spiritum* (hic erit Deus et sermo Dei [filius]). Videmus duplicem statum, non confusum sed coniunctum in una persona, Deum et hominem Iesum | — de Christo autem V 282
differo — et adeo salua est utriusque proprietas substantiae, ut et Spiritus res suas egerit in illo, id est uirtutes et opera

Ps. 86, 5. **39** Is. 40, 8. **42** cfr I Ioh. 1, 1-2. **53** sq. Ps. 86, 5. **59** sqq.

Verhoeven **31** sermo in carne, tum] *Engelbrecht*, sermo in carne, dum *codd. Rb. Evans*, dum sermo in carne *Kroymann* **33** carne] carnem *Kroymann* an indutus carnem] *om. P M* **35** in aeternum *F* **37** non] *om. F* **39** aeternum *P* **40** configurari *Vrsinus Evans* **41** fit] sit *F Rb*[3] **44** erit] *Vrsinus*, erat *codd. Rb* **45** ex mixtura *F* **47** id est spiritus] *om. F* **50** *pr.* caro] *secl. Kroymann* non] *om. F* quia] qui *Vrsinus Kroymann* **51** neutrum] dum *add. Engelbrecht* **54** et] *om. F Rb*[3] *Evans* **55/56** cum deum et hominem] *secl. Kroymann* **61** sermo dei filius *codd. Rb Evans*, sermo *secl. Kroymann*, sermo ⟨dei,⟩ dei filius *Engelbrecht* **63** autem] enim *Kroymann*

et signa, et caro passiones suas functa sit, esuriens sub diabolo, sitiens sub Samaritide, flens Lazarum, anxia usque ad mortem, denique et mortua [est]. **12.** Quodsi tertium quid esset, ex utroque confusum ut electrum, non tam distincta documenta parerent utriusque substantiae, sed et Spiritus carnalia et caro spiritalia egisset ex translatione, aut neque carnalia neque spiritalia, sed tertiae alicuius formae ex confusione. **13.** Immo aut sermo mortuus esset aut caro mortua non esset, si sermo conuersus esset in carnem ; aut caro enim immortalis fuisset aut sermo mortalis. Sed quia substantiae ambae in statu suo quaeque distincte agebant, ideo illis et operae et exitus sui occurrerunt. **14.** Disce igitur cum Nicodemo quia *quod in carne natum est caro est et quod de Spiritu spiritus est.* Neque caro Spiritus fit neque Spiritus caro. In uno plane esse possunt. Ex his Iesus constitit, ex carne homo, ex Spiritu Deus. Quem tunc angelus ex ea parte qua Spiritus erat, Dei Filium pronuntiauit, seruans carni Filium hominis dici. **15.** Sic et apostolus etiam Dei et hominum appellans sequestrem utriusque substantiae confirmauit. Nouissime, qui Filium Dei carnem interpretaris, exhibe, qui sit filius hominis ? aut numquid Spiritus erit ? Sed Spiritum Patrem ipsum uis haberi, quia Deus Spiritus, quasi non et Dei Spiritus, sicut et sermo Deus et Deo sermo.

XXVIII. **1.** Itaque Christum facis Patrem, stultissime, qui nec | ipsam uim inspicias nominis huius, si tamen nomen V 283 est Christus et non appellatio potius : unctus enim significatur. « Vnctus » autem non magis nomen est quam « uestitus », quam « calceatus », accidens nomini res. An tu, si ex aliquo argumento uestitus quoque uocaretur Iesus, quomodo Christus ab unctionis sacramento, aeque Iesum Filium Dei diceres, uestitum uero Patrem crederes ? **2.** Nunc de Christo. Si Pater Christus est, Pater unctus est, et utique ab alio ; aut si a semetipso, proba. Sed non ita docent Acta Apostolorum in illa exclamatione ecclesiae ad Deum : *Conuenerunt enim uniuersi in ista ciuitate aduersus sanctum Filium tuum, quem unxisti, Herodes et Pilatus cum nationibus.* **3.** Ita et

Rom. 1, 3-4. **66** cfr Matth. 4, 2. **67** cfr Ioh. 4, 7 ; 11, 35. **67** sq. Matth. 26, 38. **78** sq. Ioh. 3, 6. **81** sq. cfr Luc. 1, 35. **83** sq. cfr I Tim. 2, 5.

XXVIII, **11** sqq. Act. 4, 27.

67 sitiens iesus *M F* **68** est] *secl. Kroymann* **69** electri *F*, electrum ⟨ex auro et argento⟩ *dub. Kroymann* **71** aut] *Vrsinus*, ut *codd. Rb* **76** distinctae *P M* **83** etiam] eum *Kroymann*, *improb. Thörnell II* 83 **87** quasi *usq.* spiritus] *om. F.*

XXVIII, **1** nunc de christo. facis patrem, *Kroymann* **3** est] *om. F* potius ; unctus enim] *Rb*^{3}, potius enim unctus *codd. Rb*^{1} **5** calciatus *codd.* an] *Vrsinus*, at *codd. Rb* **11** ecclesiae] *M F Rb*^{1} *in marg.*, *om. P Rb*^{1} **12** tuum] iesum

Filium Dei Iesum contestati sunt et Filium a Patre unctum. Ergo Iesus idem erit Christus qui a Patre unctus est, non Pater qui Filium unxit. **4.** Sic et Petrus : *Firmissime itaque cognoscat omnis domus Israhel, quod et Dominum et Christum,* id est unctum, *fecerit eum Deus, hunc Iesum, quem uos crucifixistis.* **5.** Iohannes autem etiam mendacem notat eum qui negauerit Iesum esse Christum, contra de Deo natum omnem qui crediderit Iesum esse Christum. Propter quod et hortatur, *ut credamus nomini Filii eius Iesu Christi,* ut scilicet *communio sit nobis cum Patre et Filio eius Iesu Christo.* **6.** Sic et Paulus ubique Deum Patrem ponit et Dominum nostrum Iesum Christum. Cum ad Romanos scribit, gratias agit Deo per Dominum nostrum Iesum Christum. Cum ad Galatas, non ab hominibus se apostolum praefert nec per hominem sed per Iesum Christum et Deum Patrem. **7.** Et habes | totum V 284 instrumentum eius, quae in hunc modum pronuntiant et duos proponunt : Deum Patrem et Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Patris, et Iesum ipsum esse Christum, in altero quoque nomine Dei Filium. **8.** Nam exinde, eo iure quo utrumque nomen unius est, id est Dei Filius, etiam alterum sine altero eiusdem est ; et siue Iesus tantummodo positum est, intellegitur et Christus quia Iesus unctus est ; siue solummodo Christus, idem est et Iesus quia unctus est Iesus. Quorum nominum alterum est proprium quod ab angelo impositum est, alterum accidens quod ab unctione conuenit, dum tamen Christus Filius sit, non Pater. **9.** Postremo quam caecus est qui nec in Christi nomine intellegit alium Deum portendi si Christi nomen Patri adscribat. Si enim Christus Pater Deus est qui dicit : *Ascendo ad Patrem meum et Patrem uestrum et Deum meum et Deum uestrum,* utique alium Patrem super se et Deum ostendit. Si item Pater Christus est, alius est *qui solidat tonitruum et condit Spiritum et annuntiat in homines Christum suum.* **10.** Et *si adstiterunt reges terrae et archontes congregati sunt in unum aduersus ⟨Dominum et aduersus⟩ Christum ipsius,* alius erit Dominus contra cuius

16 sqq. Act. 2, 36. **19** sq. cfr I Ioh. 2, 22. **20** sq. cfr I Ioh. 5, 1 ; cfr 4, 2. **22** I Ioh. 3, 23. **22** sq. I Ioh. 1, 3. **25** sq. cfr Rom. 1, 8. **26** sq. cfr Gal. 1, 1. **42** sq. Ioh. 20, 17. **45** sq. Amos 4, 13. **46** sqq. Ps. 2, 2.

add. Pam. Kroymann **15** iesus] *M F Rb*^{1} *in marg.*, dominus *P Rb*^{1} **17** dominum et] *M Rb*, deum et *P*, deum *F* **26** per *usq.* christum] *add. in marg. F m. 1* **28/29** totum instrumentum] *codd. Rb*^{1} *tuet. Hoppe*, tota instrumenta *Rb*^{3}, ⟨per⟩ totum instr. *Kroymann Evans* **30** deum et patrem *Rb*^{1} **32** alterum *M P* eo iure] *secl. Kroymann, fort. recte* **33** quoque *F* filii *Vrsinus, Kroymann Evans* **35** iesus] christus *add. codd. Rb*^{1} **36** christus idem est et] *Rb*^{3}, deest et *codd. Rb*^{1} **39** christus] *om. F* **42/43** ad patrem uestrum et ad deum *F* **44** deum] *om. F* **47/48** dominum et aduersus] *add. Kroymann*

Christum congregati sunt reges et archontes. **11.** Et si *haec dicit Dominus Domino meo Christo*, alius erit Dominus, qui loquitur ad Patrem Christum. **12.** Et cum apostolus scribit : *Vti Deus Domini nostri Iesu Christi* | *det uobis spiritum sapientiae et agnitionis*, V 285 alius erit Deus Christi Iesu, charismatum spiritalium largitor. **13.** Certe, ne per omnia euagemur, *qui suscitauit Christum, suscitaturus* [est] *et mortalia corpora nostra* tanquam alius erit suscitator quam Pater mortuus et Pater suscitatus, si Christus qui est mortuus Pater est.

XXIX. **1.** Obmutescat, obmutescat ista blasphemia. Sufficiat Christum, Filium Dei, mortuum dici et hoc quia ita scriptum est. Nam et apostolus, non sine onere pronuntians Christum mortuum, adicit *secundum scripturas*, ut duritiam pronuntiationis scripturarum auctoritate molliret et scandalum auditori euerteret. **2.** Quanquam cum duae substantiae censeantur in Christo Iesu, diuina et humana, constet autem immortalem esse diuinam, cum mortalem quae humana sit, apparet quatenus eum mortuum dicat, id est qua carnem et hominem et filium hominis, non qua Spiritum et sermonem et Dei Filium. Dicendo denique : *Christus mortuus est*, id est unctus, id quod unctum est mortuum ostendit, id est carnem. **3.** « Ergo, inquis, et nos eadem ratione ⟨Patrem mortuum⟩ dicentes qua uos Filium, non blasphemamus in Dominum Deum, non enim ex diuina sed ex humana substantia mortuum dicimus ». At tamen blasphematis, non tantum quia mortuum dicitis Patrem, sed et quia crucifixum. Maledictione enim crucifixi, quae ex lege in Filium competit — quia *Christus pro nobis maledictio factus est*, non Pater —, Christum in Patrem conuertentes, in Patrem blasphematis. **4.** Nos autem dicentes Christum crucifixum, | non maledicimus illum, V 286 sed maledictum legis referimus, quia nec apostolus hoc dicens blasphemauit. Sicut autem de quo quid capit dici sine blasphemia dicitur, ita quod non capit, blasphemia est si dicatur. **5.** Ergo nec compassus est Pater Filio. Scilicet directam

---

49 sq. Is. 45, 1 ; cfr Ps. 109, 1. **52** sq. Eph. 1, 17. **54** sqq. Rom. 8, 11.

XXIX, **4** cfr I Cor. 15, 3. **4** sq. cfr Ioh. 6, 60. **11** I Cor. 15, 3. **19** Gal. 3, 13 ; cfr Deut. 21, 23.

---

51 christi *codd. Rb* **55** est] *secl. Kroymann* **56** tanquam] iamque *coni. Rig.* **57** *pr.* pater] *secl. Kroymann* *alt.* est] *om. F.*

XXIX, **3** non] *om. F* **4** adiecit *Rb* **7** iesu christo *F* **8** cum] *codd. Rb*, sicut *Vrsinus*, ut *Oehler Evans* **9/10** qua ... qua] *P Rb*, quae ... quasi *M F* **11** denique dicendo *F* **13** patrem mortuum] *add. Vrsinus Kroymann* **14** uos filium] *P*, nos filium *M Rb*, nos filii *F* **16** dicimus] *om. F* at tamen] *Kroymann*, at cum *codd.* Rb^1, atquin Rb^3 *Evans* **17** maledictione] Rb^3, maledictio *codd.* Rb^1, maledictionem *Kroymann, l.* **19** Christum *secludens* **19/20** in christum patrem *Engelbrecht* **24** quod] de quo *Kroymann* **25** scilicet] *Oehler*, sicut

blasphemiam in Patrem ueriti, diminui eam hoc modo sperant, concedentes iam Patrem et Filium duos esse, si Filius quidem patitur, Pater uero compatitur, stulti et in hoc. Quid est enim compati quam cum alio pati ? Porro si impassibilis Pater, utique et incompassibilis ; aut si compassibilis, utique passibilis. Nihil ei uel hoc timore tuo praestas. **6.** Times dicere passibilem quem dicis compassibilem. Tam autem incompassibilis Pater est quam impassibilis etiam Filius ex ea condicione qua Deus est. Sed quomodo Filius passus est, si non compassus est et Pater ? Separatur a Filio, non a Deo. Nam et fluuius si aliqua turbulentia contaminatur, quanquam una substantia de fonte decurrat nec secernatur a fonte, tamen fluuii iniuria non pertinebit ad fontem ; et licet aqua fontis sit quae patiatur in fluuio, dum non in fonte patitur sed in fluuio, non fons patitur, sed fluuius qui ex fonte est. **7.** Ita et Spiritus Dei ut pati possit in Filio, quia non in Patre pateretur sed in Filio, Pater passus non uideretur ? Sed sufficit nihil Spiritum Dei passum suo nomine, quia, si quid passus est | in V 287 Filio, ⟨possibile⟩ quidem erat ut Pater cum Filio pateretur in carne. Quin hoc retractatum, nec quisquam negabit, quando nec nos pati pro Deo possumus nisi Spiritus Dei sit in nobis qui et loquitur de nobis quae sunt confessionis, non ipse tamen patiens sed pati posse praestans.

XXX. **1.** Alioquin si ultra perges, potero tibi durius respondere et te cum ipsius Domini pronuntiatione committere uti dicam : « Quid de isto quaeris ? habes ipsum exclamantem in passione : *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti ?* » Ergo aut Filius patiebatur a Patre derelictus et Pater passus non est qui Filium dereliquit ; aut si Pater erat qui patiebatur, ad quem deum exclamabat ? **2.** Sed haec uox carnis et animae, id est hominis, non Sermonis nec Spiritus, id est non Dei, propterea emissa est ut impassibilem Deum ostenderet, qui sic Filium reliquit dum hominem eius tradidit in mortem.

XXX, **4** Matth. 27, 46.

---

codd. Rb, sic enim *Vrsinus* **28** quidem] *Vrsinus*, siquidem *codd. Rb*, sic quidem *Oehler Evans* **31** uel hoc timore tuo] *Vrsinus*, ueluti morituro *M F* Rb^1 *in marg.*, ueluti mortuo *P* Rb^1, uel timore tuo *Kroymann* **32/33** incompassibilis] Rb^3, compassibilis *codd.* Rb^1 **34** si *ante* filius *ponit Kroymann* **39** sit quae] *Rig.*, sitiue *codd. Rb* **41** ut pati] *Kroymann*, qui pati *codd.* Rb^1 *Evans*, et qui pati *G* Rb^3, quod pati *Oehler* posset *Vrsinus* quia ⟨tamen⟩ non *Vrsinus* **44** possibile] *add. Evans* quidem] quid est ? *dub. Kroymann* **45** quin] *Evans*, quia *cet.* retractatum *G Evans*, retractatus *M* (*corr. m. 1*) *P F* Rb^1 (*in marg. dub.* retractauimus), qui hoc retractatur ? *dub. Kroymann* **46** nec] *F*, et *P M Rb* possumus] non *r. n. add. M m. 1* nisi] *M F*, si *P Rb.*

XXX, **1** perges] *Kroymann*, pergens *codd.* Rb^1, pergas Rb^3 **3** habes] Rb^3, habet *codd.* Rb^1 **4** derelinquisti *M* **10** reliquit] *P M*, dereliquit *F Rb*

3. Hoc et apostolus sensit scribens : *Si Pater Filio non pepercit* ; hoc et Esaias prior pronuntiauit : *Et Dominus eum tradidit pro delictis nostris.* Sic reliquit dum non parcit, sic reliquit dum tradit. **4.** Ceterum non reliquit Pater Filium in cuius manibus Filius spiritum suum posuit. Denique posuit et statim obiit, spiritu enim manente in carne caro omnino mori non potest. Ita relinqui a Patre mori fuit | Filio. Filius igitur V 288
et moritur et resuscitatur a Patre secundum scripturas, Filius ascendit in superiora caelorum qui et descendit in interiora terrae. **5.** Hic sedet ad dexteram Patris, non Pater ad suam. Hunc uidit Stephanus cum lapidaretur, adhuc stantem ad dexteram Dei, ut exinde sessurum donec ponat illi Pater omnes inimicos sub pedibus suis. Hic et uenturus est rursus super nubes caeli talis, qualis et ascendit. Hic interim acceptum a Patre munus effudit, Spiritum sanctum, tertium nomen diuinitatis et tertium gradum maiestatis, unius praedicatorem monarchiae sed et oikonomiae interpretatorem, si quis sermones nouae prophetiae eius admiserit et deductorem omnis ueritatis quae est in Patre et Filio et Spiritu sancto secundum Christianum sacramentum.

XXXI. **1.** Ceterum Iudaicae fidei ista res, sic unum Deum credere, ut Filium adnumerare ei nolis et post Filium Spiritum. Quid enim erit inter nos et illos nisi differentia ista ? Quod opus euangelii, quae est substantia noui testamenti statuens legem et prophetas usque ad Iohannem, si non exinde Pater et Filius et Spiritus sanctus, tres crediti, unum Deum sistunt ? **2.** Sic Deus uoluit nouare sacramentum, ut noue unus crederetur per Filium et Spiritum, ut coram iam Deus in suis propriis nominibus et personis cognosceretur qui et retro per Filium et Spiritum praedicatus non intellegebatur. **3.** Viderint igitur antichristi qui negant Patrem et Filium. Negant enim Patrem dum eundem Filium dicunt et negant Filium dum eundem Patrem credunt, dando illis quae non sunt, auferendo quae | sunt. *Qui uero confessus* V 289

11 sq. Rom. 8, 32. **12** sq. Is. 53, 6. **15** cfr Luc. 23, 46. **18** cfr I Cor. 15, 3. **19** cfr Eph. 4, 9 ; Ioh. 3, 13. **20** cfr Marc. 16, 19. **21** cfr Act. 7, 55. **22** sq. cfr Ps. 109, 1. **24** cfr Luc. 21, 27 ; Act. 1, 11. **28** sq. Ioh. 16, 13.

XXXI, **5** cfr Matth. 11, 13. **11** sq. I Ioh. 2, 22. **14** sqq. I Ioh. 4, 15.

13 parcit] *Rb*[3], parcet *codd.* *Rb*[1] **14** tradit] *Rb*[3], tradet *codd.* *Rb*[1] **20** inferiora *dub. Kroymann* **21** uidit] *Kroymann*, uidet *codd. Rb. Evans* lapidatur *Vrsinus Evans* **28/29** deductorem] *Gel.*, deductoris *codd. Rb.*

XXXI, **2** ei adnumerari *F* **4** quod] quid *dub. Kroymann* **6** sanctus] *F*,

fuerit Christum Filium Dei, non Patrem, *Deus in illo manet et ipse in Deo.* Nos credimus testimonio Dei quo testatus est de Filio suo : *Qui Filium non habet, nec uitam habet*, non habet autem Filium qui eum alium quam Filium credit.

16 sq. cfr I Ioh. 5, 10. **17** I Ioh. 5, 12.

spiritus *M corr. m. 1, om. P Rb*[1] **16** nos] *F Rb*, non *P M* testimonio] *M F*, testimonium *P Rb*[1] **18** ADVERSVS PRAXEAN EXPLICIT *P M*, Explicit aduersus Praxean *F*, LIBRI ADVERSVS PRAXEAN, FINIS *Rb*.

XXVII

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE VIRGINIBVS VELANDIS

CVRA ET STVDIO

E. DEKKERS

MONITVM

G	codex amissus Gorziensis, quem adhibuit Rhenanus in editione sua tertia.
N	codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9, saec. XV.
X	codex Luxemburgensis 75, saec. XV.
V	codex Vindobonensis 4194, nunc Neapolitanus, Mus. naz. 55, saec. XV.
L	codex Leidensis 2, saec. XV.
Laur.	codex Florentinus Laurentianus XXVI, 12, saec. XV.
Vatic.	codices Vaticani, quos adhibuit Pamelius.
Diuion.	codex Diuionensis amissus, quem adhibuit Rigaltius.

Rh[1]	editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521.
Rh[2]	editio altera Beati Rhenani, Basileae, 1528.
Rh	consensus harum editionum.
Gel.	editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Oehler	editio maior Francisci Oehler, Lipsiae, t. I, 1853.

Inprimis codices *N* et *X* secuti sumus ac primam editionem Beati Rhenani, qui deperditos codices Cluniacenses et Hirsaugiensem cum tantulo curae exprimunt.

Varias paucas lectiones ceterorum codicum quas ex apparatu Oehleriano selegimus, potius ad relationem codicum illustrandam attulimus, quam ad textum restituendum.

DE VIRGINIBVS VELANDIS.

I. **1.** Proprium iam negotium passus meae opinionis, Latine quoque ostendam uirgines nostras uelari oportere ex quo transitum aetatis suae fecerint : hoc exigere ueritatem, cui nemo praescribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia uel simplicitate sortita in usum per successionem corroboratur et ita aduersus ueritatem uindicatur. Sed Dominus noster Christus ueritatem se, non consuetudinem, cognominauit. **2.** Si semper Christus, et prior omnibus, aeque ueritas sempiterna et antiqua res. Viderint ergo quibus nouum est quod sibi uetus est. Haereseis non tam nouitas quam ueritas reuincit. Quodcunque aduersus ueritatem sapit, hoc erit haeresis, etiam uetus consuetudo. Ceterum suo uitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur fuit tam requirendum quam recipiendum quod agnoscitur. **3.** Regula quidem fidei una omnino est, sola immobilis et irreformabilis, credendi scilicet in unicum Deum omnipotentem, mundi conditorem, et filium eius Iesum Christum, natum ex uirgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in caelis, sedentem nunc ad dexteram Patris, uenturum iudicare uiuos et mortuos per carnis etiam resurrectionem. **4.** Hac lege fidei manente cetera iam disciplinae et conuersationis admittunt nouitatem correctionis, operante scilicet et proficiente usque in finem gratia Dei. Quale est enim, ut diabolo semper operante et adiciente cottidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessauerit aut proficere destiterit ? Cum propterea Paracletum miserit Dominus, ut, quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur et ordinaretur et ad perfectum perduceretur disciplina ab illo uicario Domini Spiritu sancto. **5.** *Adhuc,* inquit, *multa habeo loqui uobis, sed nondum potestis ea baiulare ; cum uenerit ille Spiritus ueritatis, deducet uos in omnem ueritatem et superuenientia renuntiabit uobis.* Sed et supra de hoc eius opere pronuntiauit. Quae est ergo Paracleti admini-

I, **9** sq. cfr Ioh. 14, 6. **31** sqq. Ioh. 16, 12.

I, **5/6** patrocinia] *N Rh*, patrocini *X*, patrocinii *V L Laur.*, patrocinium *V man. alt.* **12** haereseis] *Rh edd.*, haeresis *N X L Laur.*, haeresibus *V*, haereses *Oehler* **16** quam recipiendum] *om. X* **25** perficiente *X* **27** *pr.* aut] autem *X* perficere *N* (?) *V L* **28** paraclitum *codd. fere semper* misit *N* **30** dinguiretur *X* perfectionem *V L* **30/31** produceretur *X* **32** inquit, multa habeo loqui uobis] *X Rh* (*cfr De praescr.* 2, 8), multa habeo loqui ad uos *N* (*cfr*

stratio, nisi haec, quod disciplina dirigitur, quod scripturae reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine aetate est, omnia tempus expectant. Denique Ecclesiastes: *Tempus*, inquit, *omni rei*. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. **6.** Granum est primo, et de grano frutex oritur, et de frutice arbuscula enititur; deinde rami et frondes inualescunt et totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor et flos de germine soluitur, et de flore fructus aperitur. Is quoque, rudis aliquamdiu et informis, paulatim aetatem suam dirigens eruditur in mansuetudinem saporis. **7.** Sic et iustitia (nam idem Deus iustitiae et creaturae) primo fuit in rudimentis, natura Deum metuens; dehinc per legem et prophetas promouit in infantiam, dehinc per euangelium efferbuit in iuuentutem, nunc per Paracletum componitur in maturitatem. Hic erit solus a Christo magister et dicendus et uerendus. Non enim ab se loquitur, sed quae mandantur a Christo. Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperunt, ueritatem consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt usque, nunc prophetantem, uirgines contegunt.

II. **1.** Sed nolo interim hunc morem ueritati deputare. Consuetudo sit tantisper, ut consuetudini etiam consuetudinem opponam. Per Graeciam et quasdam barbarias eius plures ecclesiae uirgines suas abscondunt. Est et sub hoc caelo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Graecanicae aut barbaricae consuetudinem illam adscribat. Sed eas ego ecclesias proposui quas et ipsi apostoli uel apostolici uiri condiderunt, et puto ante quosdam. Habent igitur et illae eandem consuetudinis auctoritatem, tempora et antecessores opponunt magis quam posterae istae. **2.** Quid obseruabimus? quid deligemus? Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus ius pacis et nomen fraternitatis. Vna nobis et illis fides, unus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lauacri sacramenta, semel dixerim, una ecclesia sumus. Ita nostrum est quodcunque nostrorum est. Ceterum diuidis corpus. **3.** Tamen hic, sicut in omnibus uarie

39 Eccl. 3, 17.

De mon. 2, 2), ad uos multa habeo loqui *V L Laur.* **36** nisi] non *X* **41** fructus *V L* **44** fructus. aperituris quoque *codd.* **44/45** aliquando diu *X* **48** error montani *N in marg.* **49** efferuit *X Laur.* **51** ferendus *X* a se *N* loquitur] loq̄t' *N*, loquetur *cet. codd. Rb* **53** consuetudinem ueritati *N* **54** usque nunc] *Rig.*, usque non olim *codd. Rb Oehler*, usque nunc, non olim *Vrsinus*.

II, **1** ueritatis *codd. Rb* **2** consuetudinem] -dine *X* **4** ascondunt *N*, abscondiunt *X* **6** ascribit *X* **10** deligemus] *Rb*[2] (*cfr l.* **20**), eligimus *N*, deligimus *X Rb*[1], diligemus *V L* **13** communicamus scilicet *N* **14** et illis] *om. N* deus] *om. N* **15** dixerim] *N Rb*, dilexerim *X V L Laur.* **17** ta-

institutis et dubiis et incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, quae magis ex duabus tam diuersis consuetudinibus disciplinae Dei conueniret. Et utique ea deligenda quae uirgines includit, soli Deo notas, quibus, praeter quod a Deo non ab hominibus captanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescendum est. Virginem magis laudando quam uituperando confundas; quia delicti durior frons est, ab ipso et in ipso delicto impudentiam docta. Nam illam consuetudinem, quae uirgines negat dum ostendit, nemo probasset, nisi aliqui talis quales uirgines ipsae. **4.** Tales enim oculi uolent uirginem uisam, quales habet uirgo quae uideri uolet. Inuicem se eadem oculorum genera desiderant. Eiusdem libidinis est uideri et uidere. Tam sancti uiri est subfundi, si uirginem uiderit, quam sanctae uirginis, si a uiro uisa sit.

III. **1.** Sed nec inter consuetudines dispicere uoluerunt illi sanctissimi antecessores. Tamen tolerabilius apud nos ad usque proxime utrique consuetudini communicabatur. Arbitrio commissa res erat, ut quaeque uoluisset aut tegi aut prostitui, sicut et nubere, quod et ipsum neque cogitur neque prohibetur. Contenta erat ueritas pacisci cum consuetudine, ut tacite sub consuetudinis nomine frueretur se uel ex parte. **2.** Sed quoniam coeperat agnitio proficere, ut per licentiam utriusque moris indicium melioris partis emergeret, statim ille aduersarius bonorum multoque institutorum opus suum fecit. Ambiunt uirgines hominum aduersus uirgines Dei nuda plane fronte, temeraria audacia excitatae, et uirgines uidentur quae aliquid a uiris petere possunt, nedum tale factum, ut scilicet aemulae earum, tanto magis liberae quanto Christi solius ancillae, dedantur illis. **3.** Scandalizamur, inquiunt, quia aliter aliae incedunt, et malunt scandalizari quam prouocari. Scandalum, nisi fallor, non bonae rei, sed malae exemplum est, aedificans ad delictum. Bonae res neminem scandalizant, nisi malam mentem. Si bonum est modestia, uerecundia, fastidium gloriae, soli Deo captans placere, agnoscant malum suum quae de tali bono scandalizantur. **4.** Quid enim, si et continentes dicant se a continentibus scandalizari, continentia reuocanda est? Et ne multinubi scandalizentur, monogamia recusanda

men] *Rig.*, tā *codd.*, tam *Rb* **20** diligenda *N X* **21** praeter quod] *edd.*, praeterea *codd. Rb* **24** et frons *N* in] iam in *X* **26** uirginis *N* aliqui] *Rb*[1] *in marg.*, aliq̄ *codd.*, aliquae *Rb*[2] **27** talis] *N*, tales *cet. codd. edd.* uolunt *N* **28** eadem] *edd.*, eiusdem *codd. Rb*.

III, **3/4** commissa] *N*, permissa *cet. codd. edd.* **5** nec cogitur *N* **6** erit *X* pacisci] *edd.*, pacis si *N X V*[1], paucis si *V*[2] *Rb*, paucis et *L*[1], paucis sicut *L*[2] (*om.* cum) **8** perficere *X* **9** illi *X* **12** temeraria audacia] temerarie audacia *codd. Rb*, in temerariam audaciam *Vrsinus*, temerariam in audaciam *Oehler* **15** dantur *N* **18** delictum] est *add. N* scandalizat *N* **20** captus *X* agnoscunt *X* **21** continentes] *N X*, incontinentes *Rb edd.* **22** et continentia *N*, continentiae *X L* **23** multinubi] *Rig.*, multi nobis *codd. Rb*

est ? Cur non magis hae quaerantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiam ostentaticiae uirginitatis ? Propter eiusmodi igitur capita nundinaticia trahantur uirgines sanctae in ecclesiam, erubescentes quod cognoscantur in medio, pauentes quod detegantur, accersitae quasi ad stuprum. Non minus enim et hoc pati nolunt. Omnis publicatio uirginis bonae stupri passio est, et tamen uim carnis pati minus est, quia de officio naturae uenit. **5.** Sed cum spiritus ipse uiolatur in uirgine sublato uelamine, didicit amittere quod tuebatur. O sacrilegae manus, quae dicatum Deo habitum detrahere potuerunt! Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc a uirgine electum cognouisset ? Denudasti puellam a capite, et tota iam sibi uirgo non est, alia est facta. Exsurge igitur ueritas, exsurge et quasi de patientia erumpe ! Nullam uolo consuetudinem defendas ; nam iam et illa consuetudine, sub qua te fruebaris, expugnatur. Te esse demonstra quae uirgines tegis. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non nouit. Si enim nosset, nunquam esset.

IV. **1.** Quatenus autem et de scripturis aduersus ueritatem argumentari consuetudo est, statim opponitur nobis nullam mentionem uirginum ab apostolo factam ubi de uelamine praefinit, sed tantum mulieres nominatas, cum, si uoluisset et uirgines tegi, de uirginibus quoque cum mulieribus nominatis pronuntiasset ; quo modo illic, inquit, ubi de nuptiis tractat, quid obseruandum sit etiam de uirginibus declarat. Itaque non contineri eas lege uelandi capitis, ut non nominatas in hac lege, immo ex hoc reuelari, qua non iubentur quae nec nominantur. **2.** Sed et nos eandem argumentationem retorquemus. Qui enim sciebat alias utriusque generis facere mentionem, uirginis dico et mulieris, id est non uirginis, ex causa distinctionis, in his, in quibus non nominat uirginem, non faciens distinctionem ostendit condicionis communionem. Ceterum potuit hic quoque constituere differentiam inter uirginem et mulierem, sicut alibi dicit : *Diuisa est mulier et uirgo.* Igitur quas non diuisit tacendo, in altera uniit. Nec tamen quia illic diuisa est et mulier et uirgo, hic quoque patrocinabitur illa diuisio, ut quidam uolunt. Quanta enim alibi dicta non ualent, ubi

IV, **3** sqq. cfr I Cor. 11, 5 sqq. **12** cfr I Cor. 7, 33-34.

25 impudentiam] *om.* *N* **26** huiusmodi *N* mundanitia *X* sanctae] *om.* *X* **29** et] ad *X* uolunt *X* *Vatic.* **33** sacrilegi *X* **34** peius] *G N*, prius *X V L Rb* **35** agnouisset *N* nota *N* **36** sibi uirgo] *N*, uirgo sibi *cet. codd. edd.* **37** exsurge] *om.* *Rb* **38** consuetudine] *N X L Rb*, *om.* *Oehler (errore ?)* **39** tegis] *N Rig.*, tegit *codd. edd.* **40** ipsas *N*.

IV, **1** aduersus] ad *N* **9** reuelari] *X Vrsinus*, uelari *codd. Rb* quia *N* V^2 **10** et] *om.* *N*, quia *X* **11** alias] *Vatic.*, in alias *N X* V^1 *Rb*, in aliis V^2, malitias *L* **17** tacenda *X* **17** in altera uniit] *Thörnell, Stud. Tert. I*, 18 *sq.*, in altera

dicta scilicet non sunt, nisi si eadem sit causa quae alibi, ut sufficiat semel dictum ? Illa autem causa uirginis et mulieris longe diuisa est ab hac specie. **3.** *Diuisa est*, inquit, *mulier et uirgo.* Quare ? Quoniam innupta, id est uirgo, cogitat ea quae sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu, nupta autem, id est non uirgo, cogitat quomodo placeat uiro. Haec erit interpretatio diuisionis illius, nullum habens locum in isto capitulo, in quo neque de nuptiis neque de animo et cogitatu mulieris et uirginis pronuntiatum, sed de capite uelando. Cuius nullam uolens esse disceptationem Spiritus sanctus uno nomine mulieris etiam uirginem intellegi uoluit, quam proprie non nominando a muliere non separauit, et non separando coniunxit ei a qua non separauit. **4.** Nouum est nunc ergo principali uocabuli uti et cetera nihilominus in eo uocabulo intellegi, ubi nulla est necessitas singillatim distinguendae uniuersitatis ? Naturaliter compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo laciniosus et onerosus et uanus est. Sic et generalibus uocabulis contenti sumus, comprehendentibus in se specialium intellectum. Ergo iam de uocabulo ipso. Naturale uocabulum est femina. Naturalis uocabuli generale mulier. Generalis etiam speciale uirgo uel nupta uel uidua uel quot etiam aetatis nomina accedunt. **5.** Subiectum est igitur generali speciale, quia generale prius est, et subcessiuum antecessiuo et portionale uniuersali ; in ipso intellegitur cui subicitur, et in ipso significatur, quia in ipso continetur. Sic nec manus nec pes nec ullum membrorum desiderat significari corpore nominato. Et si mundum dixeris, illic erit et caelum et quae in eo, sol et luna et sidera et astra et terra et freta et omnis census elementorum. Omnia dixeris, cum id dixeris quod ex omnibus constat. Sic et mulierem nominando, quicquid est mulieris nominauit.

V. **1.** Sed quoniam ita mulieris nomen usurpant, ut non putent competere illud nisi ei soli quae uirum passa sit, probari a nobis oportet proprietatem eius uocabuli ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam uirgines censeantur. Cum hoc genus secundi hominis a Deo factum est in adiutorium hominis, femina illa, statim mulier

V, **6** sq. cfr Gen. 2, 18.

iniit *codd. Rb*, inalterauit Rb^2, in altera alteram indidit *Oehler* **24** *pr.* et] *om.* *N* **25** uiro placeat *N* **27** mulieris] *V L Vatic.*, muliebri *N X Rb*, *fort. recte* **31/32** et non *usq.* separauit] *om.* *N* **32/33** uocabulo *N* **34** distinguendi *X* **41** est igitur] *N*, igitur est *cet.* **42** subcessiuum] *Vrsinus*, subiectiuum *codd. Rb* **43** intelligetur *Rb* **44** quia] quod *X* **46** nondum *X* **47** et terra] *om.* *X*.

V, **1** usurpauit *N*

est cognominata, adhuc felix, adhuc digna paradiso, adhuc uirgo. *Vocabitur*, inquit, *mulier*. Habes itaque nomen, non dico iam uirgini commune, sed proprium, quod in principio uirgo sortita est. **2.** Sed ingeniose quidam de futuro uolunt dictum : *Vocabitur mulier*, quasi quae hoc futura esset, cum uirginitatem resignasset, quoniam et adiecit : *Propterea relinquet homo patrem et matrem, et conglutinabitur mulieri suae, et erunt duo in una carne*. Ostendant igitur primo, ubi sit subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod interea uocabulum acceperit. Non potest enim sine uocabulo praesentis qualitatis suae fuisse. Ceterum quale est, ut quae in futurum uocaretur nomine designato, in praesenti nihil cognominaretur ? Omnibus animalibus Adam nomina imposuit et nemini ex futura condicione, sed ex praesenti institutione, cui condicio quaecunque seruiret, hoc appellata quod ex primordio uoluit. Quid ergo tunc uocabatur ? Atquin quotienscunque in scriptura nominatur, mulier appellatur, antequam nupta, et nunquam uirgo, cum uirgo. Hoc nomen tum unum illi fuit, et quando nihil prophetico modo dictum est. Nam cum scriptura refert fuisse nudos duos, Adam et mulierem eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mulierem dixerit eius in praesagio uxoris, sed quoniam et innupta illius mulier, ut de substantia ipsius. *Hoc*, inquit, *os ex ossibus meis et caro ex carne mea uocabitur mulier*. **3.** Hinc ergo tacita conscientia naturae ipsa diuinitas animae in usum sermonis eduxit nescientibus hominibus, sicut et alia multa, quae ex scriptura fieri et dici solere alibi poterimus ostendere, uti mulieres nostras dicamus uxores, quamquam et improprie quaedam loquamur. Nam et Graeci, qui magis uocabulo mulieris in uxore utuntur, alia habent propria uocabula uxoris. Sed malo hunc usum ad scripturae testimonium deputare. Vbi enim duo in unam carnem efficiuntur per matrimonii nexum, caro ex carne et os ex ossibus uocatur secundum originem mulier eius ex cuius substantia incipit censeri facta uxor. Ita mulier non natura nomen est uxoris, sed uxor condicione nomen est mulieris. Denique mulier et non uxor dici potest, non mulier autem uxor dici non potest, quia nec esse. **4.** Constituto igitur nomine nouae feminae, quod est mulier, et explicito quod prius fuit, id est nomine assignato, conuertit iam ad propheticam rationem, uti diceret : *Propter hanc relinquet homo patrem et*

8 Gen. 2, 23. **11** Gen. 2, 23. **12** sqq. Gen. 2, 24. **19** sqq. cfr Isid. *Etym*, XII, 1, 1. **29** sq. Gen. 2, 23. **46** sq. Gen. 2, 24.

7 cognominata est *N* **8** habens *X* **9** in] *N*, a *cet. codd. edd.* **12** adicit *X*, adiicit *Vatic.* **19** cognominarit *X* **22** ex] *N*, a *cet. codd. edd.* **26** duos] *om. N* **34/35** loquimur *N* **43** autem] ante *X*

matrem. Adeo separatum est nomen a prophetia, quantum et ab ipsa persona, ut non utique de ipsa Eua dixerit, sed in illas feminas futuras, quas in matrice generis feminini nominarit. Alioquin non Adam relicturus erat patrem et matrem, quos non habebat, propter Euam. Ergo non ad Euam pertinet, quia nec ad Adam, quod prophetice dictum est. De maritorum enim condicione praedictum, qui ob mulierem parentes suos erant relicturi, quod in Euam cadere non potuit, quia nec in Adam. Si ita res est, apparet non propter futurum mulierem cognominatam, ad quam futurum non pertinebat. **5.** Eo accedit, quod ipse rationem eius nominis edidit. Cum enim dixisset: *Vocabitur mulier*, ⟨addidit⟩ : *quoniam ex uiro suo sumpta est*, et ipso adhuc uirgine. Sed dicemus et de uiri nomine suo loco. Nemo itaque nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex alia significatione deductum est, praesertim cum appareat, ubi de futuro nomen acceperit, illic scilicet, ubi Eua cognominatur, personali iam uocabulo, quia naturale praecesserat. Si enim Eua mater uiuentium est, ecce ex futuro cognominatur, ecce uxor et non uirgo praenuntiatur. Hoc erit uocabulum nupturae ; ex nupta enim mater. Ita hic quoque ostenditur non de futuro mulierem tunc nominatam, quae postmodum acceptura erat futurae condicionis suae nomen. Responsum satis est ad hanc partem.

VI. **1.** Videamus nunc, si et apostolus formam uocabuli istius secundum Genesim obseruat, sexui deputans illud, sic mulierem uocans uirginem Mariam quemadmodum et Genesis Euam. Scribens enim ad Galatas : *Misit*, inquit, *Deus filium suum factum ex muliere*, quam utique uirginem constat fuisse, licet Hebion resistat. Agnosco et angelum Gabrielem ad uirginem missum. Sed cum benedicit illam, inter mulieres, non inter uirgines deputat : *Benedicta tu inter mulieres*. Sciebat et angelus mulierem etiam uirginem dici. **2.** Sed et ad haec duo ingeniose quidam respondisse sibi uisus est, quoniam quidem desponsata est Maria, idcirco et ab angelo et ab apostolo mulierem pronuntiatam. Desponsata enim quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo et uerum satis interest, duntaxat hoc in loco. Nam alibi ita sane habendum est. Nunc uero, non quasi iam nuptam mulierem Mariam pronuntiauerunt, sed quasi nihilominus feminam, etiamsi non sponsam, quasi hoc a

58 Gen. 2, 23.
VI, **4** sq. Gal. 4, 4. **6** sq. cfr Luc. 1, 26. **8** Luc. 1, 26.

53 praedictum] est *add. X V L* **54** nec] *om. N* **58** addidit] *Vrsinus*, *om. codd. Rh* est ⟨,ait⟩ *Iunius Oehler* **69** hunc patrem *X*.
VI, **2** illuc *X* **9** et] *om. N* **13** interest quodammodo. et uerum satis inter-

primordio dictam. Illud enim praeiudicet necesse est a quo forma descendit. **3.** Ceterum quod pertineat ad hoc capitulum, si hic desponsatae adaequatur, ut ideo mulier dicta sit Maria, non qua femina, sed qua maritata, iam ergo Christus non ex uirgine natus est, quia ex desponsata, quae uirgo esse desierit hoc nomine. Quod si ex uirgine natus est, licet et desponsata, tamen integra, agnosce mulierem etiam uirginem, etiam integram dici. Hic certe nihil prophetice dictum uideri potest, ut futuram mulierem, id est nuptam, apostolus nominarit, dicendo factum ex muliere. Non enim poterat posteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est uirum passam, sed illa, quae erat praesens, quae erat uirgo et mulier uocabatur post uocabuli huius proprietatem, secundum primordii formam uirginis et ita uniuerso mulierum generi defensam.

VII. **1.** Conuertamur ad ipsas iam rationes recensendas per quas apostolus docet uelari feminam oportere, an eadem etiam uirginibus competant, ut ex hoc quoque uocabuli communio inter uirgines et non uirgines constet, dum eaedem uelaminis causae in utraque parte deprehenduntur. Si caput mulieris uir est, utique et uirginis, de qua fit mulier illa quae nupsit, nisi si uirgo tertium genus est monstruosum aliquid sui capitis. Si mulieri turpe est radi siue tonderi, utique et uirgini. Proinde uiderit saeculum aemulum Dei, si ita uirgini caesum capillum decori mentitur, quemadmodum et puero permissum. **2.** Ergo cui aeque non conuenit radi siue tonderi, aeque conuenit operiri. Si gloria uiri est mulier, quanto magis uirgo, quae et sibi gloria est ? Si mulier ex uiro et propter uirum, costa illa Adae uirgo primum fuit. Si mulier potestatem habere super caput debet, uel eo iustius uirgo, ad quam pertinet quod in causa est. Si enim propter angelos, scilicet quos legimus a Deo et caelo excidisse ob concupiscentiam feminarum, quis praesumere potest tales angelos maculata iam corpora et humanae libidinis reliquias desiderasse, ut non ad uirgines potius exarserint, quarum flos etiam humanam libidinem

VII, **5** sq. I Cor. 11, 3. **8** cfr I Cor. 11, 6. **12** sqq. cfr I Cor. 11, 7 sqq. **16** cfr I Cor. 11, 10. **17** cfr Gen. 6, 1 sqq.

est *N* **17** dicta *X* **18** pertinet *X Iunius* **20** *pr.* qua] que *X V L* **22** ex desponsata *N X* **23** uirgine integra *X* **28** illam *N* **30** uirginis] *X V*[1] *L Rb*, uirginem (*uel* uirginum ?) *N*, uirgini *V*[2] *edd.*

VII, **1** conuertamur] *N V Rb*, -mus *X L Vatic.* **2** eadem] *codd. Rb* (*neutrum plur., cfr e. g. Thörnell, Stud. Tert. II, p. 9 et 17 ; III, p. 29*), eaedem *edd.* **3** competat *codd. Rb, fort. recte* **3/4** uocabuli communio] *edd.*, uocabulo communionis *codd. Rb* **4** eaedem] *N Rb*, eadem *X V L* **6** fuit *N* **13** quae] et *praem. N* sibi gloria] *N*, gloria sibi *X V L edd.* **14** custa *X* **15** quem *X* **16** angelus *X* (*et sic saepe* u *pro* o) **17** cauendum *N in marg.* **18** tales] *Pam.*,

excusat ? Nam et scriptura sic suggerit : *Et factum est*, inquit, *cum coepissent homines plures fieri super terram, et filiae natae sunt eis ; conspicati autem filii Dei filias hominum, quod pulchrae essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt.* **3.** Hic enim nomen mulierum Graecum uxores sapit, quia de nuptiis mentio est. Cum ergo filias hominum dicit, manifeste uirgines portendit, quae adhuc apud parentes deputarentur (nam nuptae maritorum nuncupantur), cum potuerit dixisse uxores hominum, aeque non adulteros nominans angelos, sed maritos, dum innuptas sumunt filias hominum, quas natas supra dixit, sic quoque uirgines significauit, supra natas, at hic angelis nuptas. Aliud eas nescio quam natas et dehinc nuptas. Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quae usque ad caelum scandala iaculata est, ut coram Deo adsistens, cui rea est angelorum exterminatorum, ceteris quoque angelis erubescat, et malam illam aliquando libertatem capitis sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. **4.** Sed etsi contaminatas iam feminas angeli illi appetissent, tanto magis propter angelos uirgines uelari debuissent, quanto magis propter uirgines angeli deliquisse potuissent. Si autem et naturae praeiudicium adicit apostolus, quod honor sit mulieris redundantia capillorum, quia coma pro operimento est, utique hoc maxime uirgini insigne est, quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulata in uerticem ipsam capitis arcem ambitu crinium contegat.

VIII. **1.** Horum certe omnium contraria efficiunt, ne uir caput uelet, scilicet quia non sit naturaliter consecutus ambitionem capillorum, quia radi siue tonderi non sit turpe illi, quia non propter illum angeli exorbitarint, *quia gloria et imago Dei sit*, quia caput eius Christus. Itaque cum de uiro et muliere apostolus tractet cur illam oporteat uelari, illum uero non, apparet cur et uirginis silentium fecerit, eadem ratione scilicet uirginem in mulierem intellegendam sinens, qua et puerum ut in uiro deputandum non nominauit, totum ordinem utriusque sexus propriis uocabulis complexus, mulieris et uiri. **2.** Sic etiam Adam adhuc integer uir in Genesi est cognominatus : *Vocabitur*, inquit, *mulier, quia ex uiro suo sumpta est*. Sic uir Adam ante nuptiarum congressum, quemadmodum

21 sqq. Gen. 6, 1-2. **41** sqq. cfr Isid. *Etym.* XIX, 23, 8.

VIII, **4** sq. I Cor. 11, 7. **5** cfr I Cor. 11, 3. **12** Gen. 2, 23.

quales *codd.* **24** uxores] *om. N* **24/25** elegerint *N* uxoris *N X V* **27** protendit *X* **31** significauit,] *N X Rb Iunius*, significans. *cet.* **34** coram] *Rig.*, cum *codd. Rb* **37** etsi] et *N* **43** quarum] *G N X Isid.*, quare *V L Rb* **44** concumulata] *X V L Rb Isid.*, cumulata *N Rig.*

VIII, **7** uirgini *N* **8** mulierem] *N X Rb*[1], muliere *Rb*[2] *edd.* **12** ex] *N*

et Eua mulier. De utraque parte satis ad uniuersam speciem cuiusque sexus apostolus pronuntiauit, et breuiter et plene tam instructa definitione : *Omnis*, inquit, *mulier*. Quid est omnis, nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis condicionis, omnis dignitatis, omnis aetatis ? siquidem omne totum est et integrum et nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris et uirgo est. Aeque et de uiro non uelando : *omnis*, inquit. **3.** Ecce duo diuersa nomina, uir et mulier. Omnis uterque. Duae leges obnoxiae inuicem, hinc uelandi, inde nudandi. Igitur si eo, quod dictum sit *omnis uir*, commune est nomen uiri etiam nondum uiri, masculi inuestis, commune autem cum sit nomen secundum naturam, communis est et lex non uelandi eius qui inter uiros uirgo est, secundum disciplinam, cur non praeiudicatum sit proinde et mulierem uirginem omnem muliere nominata contineri consortio nominis, ut contineatur et communione legis ? Si uirgo mulier non est, nec uir inuestis est. Si non operitur uirgo, quia mulier non sit, operiatur inuestis, quia uir non sit. Eiusdem uirginitatis aequa sit uenia. Sicut uirgines non coguntur uelari, ita pueri non iubeantur reuelari. **4.** Cur ex parte definitionem apostoli agnoscimus absolutam circa omnem uirum, nec detractamus quare non et puerum nominarit, ex parte autem praeuaricamur, aeque absoluta ea circa omnem mulierem ? *Si quis*, inquit, *contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei*. Ostendit contentionem aliquam de ista specie fuisse ad quam extinguendam toto compendio usus est, neque uirginem nominans, ut ostenderet dubitandum de uelanda non esse, et omnem nominans mulierem, cum ⟨non⟩ nominasset uirginem. Sic et ipsi Corinthii intellexerunt. Hodie denique uirgines suas Corinthii uelant. Quid docuerint apostoli qui didicerunt approbant.

IX. **1.** Videamus nunc, an sicut naturae et causae argumenta uirgini quoque competere monstrauimus, ita etiam disciplinae ecclesiasticae praescripta de muliere in uirginem spectant. *Non permittitur mulieri in ecclesia loqui*, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec ullius uirilis muneris, nedum sacer-

16 I Cor. 11, 5. **20** I Cor. 11, 4. **36** sq. I Cor. 11, 16.

IX, **4** I Cor. 14, 34 ; I Tim. 2, 12.

(*cfr c.* V, **58**), de *cet.* **21** utraque *X* **23/25** uiri *usq.* naturam] *om. N* **25** communis. et lex *N* **32** ita *usq.* reuelari] *om. N*, *add. in marg. m. 1* **34** detractamus] *codd. Rb*, retractamus Rb^1 *in marg. Rig. Oehler* **41** non] *add. Thörnell, Stud. Tert. II, p.* 98 **43/44** quid docuerint *usq.* approbant] quid dixerunt approbantes *N* approbantes *Rig.*

IX, **3** scolastice *X* spectent] *N X Vatic.*, spectant *V L Rb* **5** tingere *N*

dotalis officii sortem sibi uindicare. Quaeramus, an aliquid horum uirgini liceat. Si uirgini non licet, sed in omnibus eadem condicione subicitur, et necessitas humilitatis cum muliere censetur, unde illi unum hoc licebit quod omni feminae non licet ? Quid praerogatiuae meretur aduersus condicionem suam, si qua uirgo est, et carnem suam sanctificare proposuit ? Idcirco uelaminis uenia fit illi, ut in ecclesiam notabilis et insignis introeat, ut honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat ? Potuit dignius honorari aliqua praerogatiua uirilis aut gradus aut officii ? **2.** Plane scio alicubi uirginem in uiduatu ab annis nondum uiginti collocatam. Cui si quid refrigerii debuerat episcopus, aliter utique saluo respectu disciplinae praestare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in ecclesia denotaretur, uirgo uidua, hoc quidem portentuosior, quod nec qua uidua caput texit, utrumque se negans, et uirginem, quae uidua deputetur, et uiduam, quae uirgo dicatur. **3.** Sed ea auctoritate illic sedet intecta qua et uirgo, ad quam sedem praeter annos sexaginta non tantum uniuirae, id est nuptae, aliquando eliguntur, sed et matres, et quidem educatrices filiorum, scilicet ut experimentis omnium affectuum structae et facile norint ceteras et consilio et solatio iuuare, et ut nihilominus ea decucurrerint per quae femina probari potest. Adeo nihil uirgini ad honorem de loco permissum est.

X. **1.** Sic nec de aliquibus insignibus. Ceterum satis inhumanum, si feminae quidem per omnia uiris subditae honorigeram notam uirginitatis suae praeferant, qua suspiciantur et circumspiciantur et magnificentur a fratribus, uiri autem tot uirgines, tot spadones uoluntarii, caeco bono suo incedant, nihil gestantes quod et ipsos faceret illustres. **2.** Debebunt etiam et ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut stropulos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Brittonum : aut ex diuerso fiat, capite uelati in ecclesia lateant. Certi sumus Spiritum sanctum magis masculis tale aliquid subscribere

23 cfr I Tim. 5, 9.

X, **9** cfr Isid. *Etym.* XIX, 23, 7.

nedum] nec duo *N*, ne duo *X Rb* **6** uindicarent *codd. Rb* **7** non] V^2, *om. cet. codd. Rb* **12** ueniat *X* **13** signis *X* **15** *post* officii *interrogationis signum ponit N*, *om. cet.* **15/16** uiduatu] *X Rb*, in uiduam *N*, inuidum *V*, inuiduum *L* **16** quod *N* **20** qua] quasi *N* **22** intecta] *G N*, contecta *X Rb* **24/25** equidem *X* **26** instructae *dub. Oehler.*

X, **2** si] Rb^1, *om. codd.*, ut V^2 uiris] *N Rb*, uiri *X V L* **3/4** circumspicantur *X* **7** etiam] *codd. Rb*, *cfr et Isid.*, enim *Oehler* insigna *X* **8** stropulos] *Rig.*, scrobulos *N Rb*, ferobulos *X*, *al. aliter* **10** uelari *X* **11** magis spir.

potuisse, si feminis subscripsisset, cum praeter sexus auctoritatem etiam ipsius continentiae nomine masculos potius honorari oportuisset. **3.** Quorum quanto sexus auidior et calidior in feminas, tanto continentia maioris ardoris laboratior ideoque dignior omni ostentatione, si ostentatio uirginitatis est dignitas. Non enim et continentia uirginitati antistat, siue uiduorum, siue qui ex consensu contumeliam communem iam recusauerunt ? Nam uirginitas gratia constat, continentia uero uirtute. **4.** Non concupiscendi cui concupiscendo inoleueris grande certamen est. Cuius autem concupiscendi ignoraueris fructum, facile non concupisces, aduersarium non habens, concupiscentiam fructus. Quomodo ergo non magis uiris aliquid tale Deus in honorem subscripsisset, uel quia familiariori scilicet imagini suae, uel quia plus laboranti ? Si autem nihil masculo, multo magis feminae.

XI. **1.** Sed quod supra intermisimus ex parte subsecutae disputationis, ne cohaerentiam eius dispergeremus, nunc responso expungemus. Vbi enim gradum fiximus de apostoli absoluta definitione, omnem mulierem etiam omnis aetatis intellegendam, responderi ex diuerso habebat ergo a natiuitate et a primo nomine aetatis uirginem operiri oportere. Non ita est autem, sed ex quo se intellegere coeperit et sensum naturae suae intrare et de uirginis exire et pati nouum illud quod alterius aetatis est. **2.** Nam et principes generis Adam et Eua, quamdiu intellectu carebant, nudi agebant. At ubi de arbore agnitionis gustauerunt, nihil primum senserunt quam erubescendum. Ita sui quique sexus intellectum tegmine notauerunt. Sed etsi propter angelos uelanda est, sine dubio ab ea aetate lex uelaminis operabitur a qua potuerunt filiae hominum concupiscentiam sui adducere et nuptias pati. Ex illo enim uirgo desinit ex quo potest non esse. Et ideo penes Israel illicitum est ad uirum tradere nisi post contestatam sanguine maturitatem ; ita ante hunc indicem acerba res est. Igitur si tam diu uirgo quamdiu acerba est, desinit uirginem cum matura cognoscitur, et ut non uirgo iam legi applicatur, sicut et nuptiis. **3.** Et desponsatae quidem habent exemplum Rebeccae, quae cum ad sponsum ignotum adhuc ignota perduceretur, simul ipsum cognouit esse quem de longinquo prospexerat, non sustinuit dexterae colluctationem nec osculi

XI, **3** sq. cfr I Cor. 11, 5. **21** sqq. cfr Gen. 24, 64 sqq.

sanctum *X* **13** masculos *X* **15** tanta *X* **18** uiduorum] *G N*, uiduarum *X V L Rb* **19** constatat *N* **22** concupiscis *usq.* habens] *om. N* **23** ergo] *om. X* **24** familiore *X* **25** imagine *X*.

XI, **2** dispergeremur *N* **7** intelligere se *N* **9** principis *N*, princeps *X* **17** licitum *N* **18** si] sit *N* **21** desponsata equidem *N* **24** prospexerat]

congressionem nec salutationis communicationem, sed confessa quod senserat, id est spiritu nuptam, negauit uirginem uelata ibidem. O mulierem iam de Christi disciplina ! Ostendit enim etiam nuptias de aspectu et animo fieri, quemadmodum stuprum ; nisi quod etiam Rebeccam quidam adhuc uelant. **4.** De ceteris uero, id est quae desponsatae non sunt, uiderit parentum procrastinatio ex angustiis uel scrupulositate descendens, uiderit et ipsum continentiae uotum. Nihil pertinet ad aetatem sua spatia currentem suaque debita maturitati luentem. Alia in occulto mater, natura, et alius in latenti pater, tempus, filiam suam legibus suis maritarunt. Aspice nuptam iam in illam tuam uirginem et animam expectatione et carnem transfiguratione, cui tu secundum paras maritum. Iam et uox obsolefacta est, et membra completa sunt, et pudor ubique uestitur, et menses tributa dependunt, ac tu mulierem negas quam muliebria pati dicis ? Si congressio uiri mulierem facit, non tegantur nisi post ipsam nuptiarum passionem. Atquin etiam apud ethnicos uelatae ad uirum ducuntur. **5.** Si autem ad desponsationem uelantur, quia et corpore et spiritu masculo mixtae sunt per osculum et dexteras, per quae primum resignarunt pudorem spiritu, per commune conscientiae pignus quo totam condixerunt confusionem, quanto magis tempus illas uelabit, sine quo sponsari non possunt et quo urgente sine sponsalibus uirgines desinunt esse ? **6.** Tempus etiam ethnici obseruant, ut ex lege naturae iura sua aetatibus reddant. Nam feminas quidem a duodecim annis, masculum uero a duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non sponsalibus aut nuptiis decernentes. Mater familiae uocatur, licet uirgo, et pater familiae, licet inuestis. A nobis nec naturalia obseruantur, quasi alius sit Deus naturae quam noster.

XII. **1.** Agnosce et mulierem, agnosce et nuptam de testimoniis et corporis et spiritus, quae patitur et in conscientia et in carne. Hae sunt tabellae priores naturalium sponsalium et nuptiarum. Impone uelamen extrinsecus habenti tegumen intrinsecus. Tegantur etiam superiora cuius inferiora nuda

31 cfr Matth. 5, 28.

Rig., perspexerat *codd. Rb* **26** uela *X* **30/31** uiderit] aut *add. N*, *fort. recte, et interpungendum l.* **32** descendens ? **32** uiderint autem *X*, uiderint aut *V L Rb* **34** luentem] *om. X* **36** in] *codd. Rb*, *om. edd.* expectationem *codd. Rb* **37** transfigurationem *codd. Rb* et cui *N* **39** dependunt] *Rig.*, defendunt *codd. Rb* at *N* **45** spiritu] *codd. Rb*, *tuet. Hoppe, Beiträge, p.* 20, spiritus *Vrsinus Rig.*, spiritui *Oehler* **49** suo *X* **50** quidam *X* ad XII annis *N* **51** admittunt *N*.

XII, **1** agnosce et] agnoscet *codd. Rb* (*bis*) **2** et in] et *om. N* **4** uolamen *X*

non sunt. Vis scire quae sit aetatis auctoritas ? Propone utramque, immature compressam in habitu mulieris, et quae maturitate progressa in uirginitate duret cum suo habitu : facilius illa mulier negabitur, quam ista uirgo credetur. Tanta est adeo fides aetatis, ut nec habitu obstrui possit. **2.** Quid ? quod etiam hae nostrae etiam habitu mutationem aetatis confitentur, simulque se mulieres intellexerunt, de uirginibus educantur, a capite quidem ipso deponentes quod fuerunt : uertunt capillum et acu lasciuiore comam sibi inserunt, crinibus a fronte diuisis apertam professae mulieritatem. Iam et consilium formae a speculo petunt, et faciem morosiorem lauacro macerant, forsitan et aliquo eam medicamine interpolant, pallium extrinsecus iactant, calceum stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt. Quid singula persequar ? Solae autem manifestae paraturae totam circumferunt mulieritatem, sed uirginari uolunt sola capitis nuditate, uno habitu negantes quod toto suggestu profitentur.

XIII. **1.** Si propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, et ut apud ethnicos caput uelant, certe in ecclesia uirginitatem suam abscondant, quam extra ecclesiam celant. Timeant extraneos, reuereantur et fratres ; aut constanter audeant et in uicis uirgines uideri, sicut audent in ecclesiis. Laudabo uigorem, si aliquid et apud ethnicos uirginitatis nundinarint. Eadem natura foris quae et intus, eadem institutio apud homines et apud Dominum eadem libertate constat. **2.** Quod ergo foris quidem bonum suum abstrudunt, in ecclesia uero prouulgant. Exposco rationem. Vtrumne ut fratribus suis placeant, an ut ipsi Deo ? Si ut ipsi Deo, tam idoneus est ad conspicienda quaequae in occulto fiunt quam iustus ad remuneranda quae soli sibi fiunt. Denique praecipit, nihil debucinemus eorum quae apud illum mercedem merebuntur, nec ea ab hominibus compensemus. Quod si unius uictoriati uel quamcunque eleemosynae operationem sinistra conscia facere prohibemur, quantum tenebrarum circumfundere debemus cum tantam oblationem Deo offerimus ipsius corporis et ipsius spiritus nostri, cum illi ipsam naturam con-

XIII, **13** sq. cfr Matth. 6, 2 sqq.

7 immutare *Oehler errore* **11** *pr.* etiam] et iam *Iunius* **14** lasciuiorem *Iunius* inserunt] *Rig.*, inferunt *codd. Rb* **15** a] *om. X* **16** specula *X* **17/18** interpollent *N X* **18** extrinsecum *X* **20** solae autem] solemnem *Gel.* **21** uirginari] *V*² (= *παρθενεύεσθαι*), uirginali *codd. Rb* **22** negantes] nudantes *X*.

XIII, **2** et ut] *Rig.*, ut et *codd. Rb* uelant] *Rig.*, uelent *codd. Rb* **4** timeant] *N*, timent *cet.* **5** uices *N* **7** naturo *X* **12** quaequae] *Oehler*, quaeque *codd. Rb*, quae *Rig.* **14** mercedem] *om. N* **16** elimosina *N* **17** conscia] *coni. Rb*¹ *in marg.*, consciencia *codd. Rb* **19** illi ipsam] *X V L Rb*, ipsi ipsam *N*,

secramus ? Ergo quod non potest uideri propter Deum fieri, quia sic fieri Deus non uult, sequitur ut hominum gratia fiat, utique primo illicitum, ut gloriae libidinosum. Gloria enim illicitum est eis quorum probatio in omni humiliatione constat. **3.** Et si a Deo confertur continentiae uirtus, *quid gloriaris quasi non acceperis ?* Si uero non accepisti, quid habes quod datum tibi non est ? Hoc ipso autem constat a Deo datum tibi non esse, quod illum non soli Deo praestas. Videamus ergo quod humanum est, an firmum sit et uerum.

XIV. **1.** Referunt aliquando dictum a quodam, cum primum quaestio ista temptata est : " Et quomodo ceteras sollicitabimus ad huiusmodi opus ? " Scilicet felices nos facient, si plures erunt, et non Dei gratia uel merita cuiusque. Virgines ecclesiam, an ecclesia uirgines ornat Deo siue commendat ? Confessus est igitur gloriam esse in causa. Porro ubi gloria, illic sollicitatio, ubi sollicitatio, illic coactio, ubi coactio, illic necessitas, ubi necessitas, illic infirmitas. **2.** Merito itaque, dum caput non tegunt, ut sollicitentur gloriae causa, uentres tegere coguntur infirmitatis ruina. Aemulatio enim illas, non religio producit. Aliquando et ipse uenter deus earum, quia facile uirgines fraternitas suscipit. Nec tantum autem ruunt, sed et funem longum delictorum sibi attrahunt. Prolatae enim in medium et publicato bono suo elatae et fratribus omni honore et caritate et operatione cumulatae, dum non latent ubi quid admissum est, tantum dedecoris cogitant quantum honoris habuerunt. **3.** Si intectum caput uirginitati adscribitur, si qua uirgo exciderit de gratia uirginitatis, ne prodatur, intecto permanet capite, et tunc iam alieno ambulat habitu, id est, quem sibi uindicat uirginitas ; permanet nihilominus in habitu uel tunc saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur. Consciae mulieritatis iam indubitatae audent nudo capite ad Deum adire. Sed aemulator Deus et Dominus, qui dixit :

XIV, **11** cfr Phil. 3, 19.

illi ipsi *Diuion.* **21** fiat gracia *X* **23** humiliatione] *codd. Rb*, alias humilitate *Rb*¹ *in marg.* **26** *alt.* datum] *codd. Rb*¹ (*cfr c. VII*, **2**), datam *Rb*² *edd.* **27** illum] *N X V Rb*¹, illi *L*, illam *Rb*² *edd.*

XIV, **3** ab *N* **10** regere *N* illas] *V*² *edd.*, illarum *codd. Rb*, *fort. recte* **11** ipsi *X* uenter deus] *N V L*, deus uenter *X Rb Oehler* **13** finem *X* **14** a fratribus *V*² *Rig.* **15** caritate et operatione] *codd. Rb* (operatio, *cfr u. g. De idol.* 22, 2), caritatis operatione *edd.* latent] *codd. Rb*, *tuet. Hoppe, Beiträge, p.* 32 *sq.*, lateat *Latinius Iunius*, labent *Oehler* **16** cogitantis *N*, cogitantes *cet. codd. Rb* **19** capite] esse *add. codd. Rb* **20/21** id est *usq.* prodatur] *del. La Cerda Rig. Oehler* **20** uindicat] *N*, uendicat *cet. codd. Rb* **22** consciae] *X*, et conscentiae *N*, et conscientia *V L*, conscientiae *Rb*¹, conscientia *coni. Rb*¹ *in marg.* mulieritatis] *N* (*cfr c. XII, l.* **21**), muliebritatis *cet. codd. Rb* indubi-

Nihil occultum quod non reuelabitur, plerasque etiam in conspectum deducit. Non enim confitebuntur nisi ipsorum infantium suorum uagitibus proditae. **4.** Quantum autem plures, non etiam de pluribus sceleribus suspectas habebis ? Dicam, licet nolim, difficile mulier semel fit quae timet fieri, quaeque iam facta potest uirginem mentiri sub Deo. Quanta item circa uterum suum audebit, ne etiam mater detegatur ? Scit Deus quot iam infantes et perfici et perduci ad partum integros duxerit, debellatos aliquamdiu a matribus. Facillime semper concipiunt et felicissime pariunt huiusmodi uirgines, et quidem simillimos patribus. **5.** Haec admittit flagitia coacta et inuita uirginitas. Ipsa concupiscentia non latendi non est pudica. Patitur aliquid quod uirginis non sit, studium placendi utique et uiris. Quantum uelis bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis et multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus et oscula assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desiderare.

XV. **1.** Sed enim uera et tota et pura uirginitas nihil magis timet quam semetipsam. Etiam feminarum oculos pati non uult. Alios ipsa oculos habet. Confugit ad uelamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus ictus temptationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones et susurros et aemulationem, ipsum quoque liuorem. Nam est aliquid etiam apud ethnicos metuendum, quod fascinum uocant, infeliciorem laudis et gloriae enormioris euentum. **2.** Hoc nos interdum diabolo interpretamur, ipsius est enim boni odium; interdum Deo deputamus, illius est enim superbiae iudicium, *extollentis humiles et deprimentis elatos*. Timebit itaque uirgo sanctior, uel in nomine fascini, hinc aduersarium, inde Deum, illius liuidum ingenium, huius censorium lumen, et gaudebit sibi soli et Deo nota. **3.** Sed et si cui innotuerit, sapit si temptationibus gradum obstruxerit. Quis enim audebit oculis suis premere faciem clausam, faciem non sentientem, faciem, ut dixerim, tristem ? Quicunque malus cogitatus ipsa seueritate frangetur. Iam se etiam mulierem negat quae uirginem celat.

---

24 Matth. 10, 26.

XV, **11** sq. Ps. 147, 6 ; Luc. 1, 52.

---

tate *codd. Rb* **24** reueletur] *N* (*cfr De paen.* 6, 10) **28** quae et *X* **32** duxerit] iuuerit *Oehler* **35** inuitata *codd. Rb*[1] **38** necesse *usq.* periclitetur] *om. X* **39** digitis] dignis *N*.

XV, **1** et tota] *om. N* **10** enim est *N* deo deputamus] *N Rb*, de deo disputamus *X V L* **11/12** humiles et deprimentes] *om. N* **13** liuidum] libidini *X* **16** obstruxerit] *Latinius Rig.*, obtraxerit *codd. Rb*.

XVI. **1.** In his consistit defensio nostrae opinionis secundum scripturam, secundum naturam, secundum disciplinam. Scriptura legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis prodest, uel qui diuersae sententiae color ? Dei est scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina. Quicquid contrarium est istis, Dei non est. **2.** Si scriptura incerta est, natura manifesta est, et de eius testimonio scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina quid magis Deo ratum sit ostendit. Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius modestia, nihil operosius gloria et studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi et scriptura et natura et disciplina quod ratum Deo inueneris, sicut iuberis *omnia examinare et meliora quaeque sectari*. **3.** Superest etiam ut ad ipsas conuertamur, quo libentius ista suscipiant. Oro te, siue mater, siue soror, siue filia uirgo, secundum annorum nomina dixerim, uela caput : si mater, propter filios, si soror, propter fratres, si filia, propter patres. Omnes in te aetates periclitantur. **4.** Indue armaturam pudoris, circumduc uallum uerecundiae, murum sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Adimple habitum mulieris, ut statum uirginis serues. Mentire aliquid ex his quae intus sunt, ut soli Deo exhibeas ueritatem. Quamquam non mentiris nuptam. Nupsisti enim Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui uoluntatem. Christus est qui et alienas sponsas et maritatas uelari iubet, utique multo magis suas.

XVII. **1.** Sed et uos admonemus, alterius pudicitiae mulieres, quae in nuptias incidistis, ne sic a disciplina uelaminis exolescatis, ne quidem in momento horae, ut, quia reicere illam non potestis, alio modo destruatis, neque tectae neque nudae incedentes. Mitris enim et lanis quaedam non uelant caput, sed conligant, a fronte quidem protectae, qua proprie autem caput est, renudae. Aliae modice linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures usque demissis, cerebro tenus operiuntur. **2.** Misereor, si tam infirmo auditu sunt, ut per tegmen audire non possint. Sciant quia totum caput mulier est. Limites et

---

XVI, **13** I Thess. 5, 21.

XVI, **1** oppinionis *N et sic semper* **5** color] *N*, est *add. cet.* **9** deo] *om. N* **10** operosius] *G N X Rb*[1] (*cfr Hoppe, Beiträge, p.* 77 *sq.*), perosius *coni. Rb*[2], *prob. Gel. Pam. Rig.* **15** suspiciant *N* **18** inducam maturam *X* **21** mulieris habitum *X* **23** nupsisti enim christo] *N X Rb* (*cfr De orat.* 22, 9), nupsisti in christo *V L*.

XVII, **2** in] *om. N, fort. recte, cfr Hoppe, Syntax, p.* 14 *sq.* **7** renudae] *N Rig.*, enudae *X*, he nudae *V L*, nudae *Rb* **9** miser eo *codd.* aditu *X* **10** pos-

fines eius eo usque porriguntur unde incipit uestis. Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est uelaminis regio, ut ceruices quoque ambiantur. Ipsae enim sunt quas subiectas esse oportet, propter quas potestas supra caput haberi debet. Velamen iugum illarum est. Iudicabunt uos Arabiae feminae ethnicae, quae non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato contentae sint dimidiam frui lucem quam totam faciem prostituere. **3.** Mauult femina uidere quam uideri. Quas propterea infelicissimas ait Romana quaedam regina quod adamare magis quam adamari possint; cum sint uel ex alterius infelicitatis et quidem frequentioris immunitate felices, quia facilius adamari quam adamare feminae possint. Et ethnicae quidem disciplinae meracior et, ut ita dixerim, barbarior modestia. Nobis Dominus etiam reuelationibus uelaminis spatia metatus est. Nam cuidam sorori nostrae angelus in somnis ceruices, quasi applauderet, uerberans: "Elegantes, inquit, ceruices et merito nudae! bonum est usque ad lumbos a capite reueleris, ne et tibi ista ceruicum libertas non prosit." Et utique quod uni dixeris, omnibus dixeris. **4.** Quantam autem castigationem merebuntur etiam illae quae inter psalmos uel in quacunque Dei mentione retectae perseuerant, moraturae etiam in oratione ipsa facillime fimbriam aut uillum aut quodlibet filum cerebro superponunt et tectas se opinantur? Tanti caput suum mentiuntur. Aliae, quibus plane maior est palma omni fimbria et filo, non minus capite suo abutuntur, ut bestia quaedam magis quam auis, licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cetera altegradia. Hanc aiunt, cum delitescendum habet, caput solum plane totum in condensum abstrudere, reliquam se in aperto relinquere. Ita dum in capite secura est, nuda qua maior est capitur tota cum capite. Tales enim erunt et istae minus quam utile est tectae. **5.** Oportet ergo omni tempore et omni loco memores legis incedere, paratas et instructas ad omnem Dei mentionem, qui si fuerit in pectore, cognoscetur et in capite feminarum. Haec cum bona pace legentibus, ueritatem consuetudini praeponentibus, pax et gratia a Domino nostro Iesu redundet, et cum Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.

XVII, **13** sq. cfr I Cor. 11, 10.

---

sunt *X* **10/11** mulier est, limites ... eius. Eo usque *dist. Iunius* **15** nos *codd. Rb*[1] **17** contenti *X* **20** ad mare *X* **28** reueleris] *Iunius*, ueleris *codd. Rb Rig.* **31** moraturae etiam] *Oehler*, meritone etiam *codd. Rb*, meriturae etiam, quae *Rig.* **37** alte grandia *codd. Rb* **41** enim] *N*, *om. cet.* **42** tempore omni *N* **45** ueritatem] *V*[2] *Latinius Rig.*, utilitatem *cet.* **46** *alt.* et] *N V L*, *om. X Rb* septenno *X L.*

XXVIII

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE MONOGAMIA

CVRA ET STVDIO

E. DEKKERS

MONITVM

C	lectiones codicis Iohannis Clementis Angli, quas adnotauit Pamelius in editione sua.
F	codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.
L	codex Leidensis 2, saec. XV.
N	codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9, saec. XV.
V	codex Vindobonensis 4194, nunc Neapolitanus, Mus. Naz. 55, saec. XV.
Vatic.	lectiones cuiusdam codicis Bibl. Apost. Vaticanae quas adnotauit Pamelius in editione sua.
X	codex Luxemburgensis 75, saec. XV.

Rh.	editio princeps Beati Rhenani.
B	editio Mesnartii, Parisiis, 1545.
Gel.	editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
Oehler	editio Francisci Oehler, Lipsiae, 1853.

Le Saint	*Tertullian Treatises on Marriage and Remarriage, translated by* William P. Le Saint, Westmonasterii, 1951 (*Ancient Christian Writers*, 13).
Plumpe	Joseph C. Plumpe, Some Recommendations Regarding the Text of Tertullian's *De monogamia*, in ,Theological Studies', XII, 1951, p. 557 sq.

Praeter codices *N* et *X*, qui inter praestantiores reputantur ,,collectionis Cluniacensis", haud paruipendendae sunt uariae lectiones Gelenii, quas hausisse se dixit e ,,codice incorruptissimo" in Masburensi coenobio reperto. At sane exemplar est deperditae ,,collectionis Corbeiensis", qua et usus est supradictus Iohannes Clemens Anglus (uide sis quae exposuimus in ,Sacris Erudiri', IV, 1952, p. 382 sq.). Maximae utilitatis sunt ad textum restituendum, cum solus Gelenius uocabula et sententias tradit, quas (haud semel propter homoeoteleuton) omnes praetermittunt codices collectionis Cluniacensis.

Ceterorum codicum paucas tantum lectiones adnotauimus secundum editionem Oehlerianam. Inter quas eminent quaedam lectiones codicis Vaticani a Pamelio adhibiti.

DE MONOGAMIA

I. **1.** Haeretici nuptias auferunt, psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt. Quid agis, lex creatoris? Inter alienos spadones et aurigas tuos tantumdem quereris de domestico obsequio quantum de fastidio extraneo. Proinde et te laedunt qui abutuntur quemadmodum qui non utuntur. Verum neque continentia eiusmodi laudanda, quia haeretica est, neque licentia defendenda, quia psychica est. Illa blasphemat, ista luxuriat ; illa destruit nuptiarum Deum, ista confundit. **2.** Penes nos autem, quos spiritales merito dici facit agnitio spiritalium charismatum, continentia tam religiosa est quam licentia uerecunda, quandoquidem ambae cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat ; illa non cogitur, ista regitur ; illa arbitrium habet, haec modum. Vnum matrimonium nouimus, sicut unum Deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, ubi habet et pudorem. **3.** Sed psychicis, non recipientibus spiritum, ea quae sunt spiritus non placent. Ita quibus quae sunt spiritus non placent, ea quae sunt carnis placebunt, ut contraria spiritus. *Caro,* inquit, *aduersus spiritum concupiscit, et spiritus aduersus carnem.* Quid autem concupiscet caro quam quae magis carnis sunt ? Propter quod et in primordio extranea spiritus facta est. *Non,* inquit, *permanebit spiritus meus in istis hominibus in aeuum, eo quod caro sint.*

II. **1.** Itaque monogamiae disciplinam in haeresim exprobrant, nec ulla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quam dum existimant nouae disciplinae institutorem, et quidem durissimae illis, ut iam de hoc primum consistendum

I. **20**sq. Gal. 5, 17. **23**sq. Gen. 6, 3.

I. **1** INCIPIT DE MONOGAMIA *N*, Incipit liber de monogamia *X* lege (?) caute hunc librum quia damnat secundas et manifeste tenet errorem montani et priscille ... 6° folio paraclitum abstulisse quod paulus indulserat *add. N in marg.* **2** physici *NXV m. sec. Rh.*, psythici *VL* **4** tantumdem] eorundem *N* **5** fastideo *X* **6** et te] *C Pam. Rig.*, et *om. cet.* obuntuntur *X* **8** phisica *NX* (*et ita semper*), physica *VL Rh.* (*item*) **11** agnitio] *Gel.*, *om. cet.* faciunt spiritualia charismata *B* **11/12** continentia tam religiosa est quam licentia uerecunda] *C*, cont. relig. est cum lic. uerec. *codd. Rh.*, *fort. recte* **12** quandoquidem ambae] *B Gel.*, quam (*om. XVL Rh.*) uerecunda continentia ambae *codd. Rh.* **17** phisicis *N*, phichicis *X*, physicis *Rh.* (*pro more*) **18/19** ita *usq.* placent] *om. N* **18** quibus] *B*, dum *Gel.*, *om. cet.* **19** ut] *C*, *om. rel.* **20** spiritus *1° loco*] *NX Rh.*, spiritui *C*, spiritu *VL* **21** quid] *N Rh.*, quod *cet. codd.* concupiscit *N* caue *add. in marg. N* **23** in quid *N*.

II. **1** discipline *N* **1/2** exprobrant] *N Gel.*, exprobant *cet.* **2** ex] *om. N* paraclitum *codd. fere semper* **4** durissimae] *VL edd.*, dirissimae *NX Rh.*

sit in generali retractatu, an capiat Paracletum aliquid tale docuisse quod aut nouum deputari possit aduersus catholicam traditionem aut onerosum aduersus leuem sarcinam Domini. **2.** De utroque autem ipse Dominus pronuntiauit. Dicens enim : *Adhuc multa habeo quae loquar ad uos, sed nondum potestis portare ea, cum uenerit Spiritus sanctus, ille uos ducet in omnem ueritatem,* satis utique praetendit et docturum illum quae et noua existimari possint, ut nunquam retro edita, et aliquando onerosa, ut idcirco non edita. **3.** Ergo, inquis, hac argumentatione quiduis nouum et onerosum Paracleto adscribi poterit, etsi ab aduersario spiritu fuerit. Non utique. Aduersarius enim spiritus ex diuersitate praedicationis appareret, primo regulam adulterans fidei, et ita ordinem adulterans disciplinae, quia cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est fidei, quae prior est disciplina. Ante quis de Deo haereticus sit necesse est, et tunc de instituto. **4.** Paracletus autem multa habens edocere quae in illum distulit Dominus, secundum praefinitionem, ipsum primo Christum contestabitur qualem credimus, cum toto ordine Dei creatoris, et ipsum glorificabit, et de ipso commemorabit, et sic de principali regula agnitus illa multa quae sunt disciplinarum reuelabit, fidem dicente pro eis integritate praedicationis, licet nouis, quia nunc reuelantur, licet onerosis, quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi quam qui habere se dixit et alia multa quae a Paracleto edocerentur, non minus istis onerosa quam illis a quibus nondum tunc sustinebantur.

III. **1.** Sed an onerosa monogamia, uiderit adhuc impudens infirmitas carnis, an autem noua, de hoc interim constet. Illud enim amplius dicimus, etiamsi totam et solidam uirginitatem siue continentiam Paracletus hodie determinasset, ut ne unis quidem nuptiis feruorem carnis despumare permitteret, sic quoque nihil noui inducere uideretur, ipso Domino

II. **7** *cf.* Matth. 11, 30. **9**sqq. Ioan. 16, 12. **24**sq. *cf.* Ioan. 16, 13sq.
III. **2** *cf.* Rom. 6, 19. **6**sq. *cf.* Matth. 19, 12.

5 in] ut *N* **7** aut] autem *X* domini] *C*, *om. rel.* **11** omnem terram ueritatem *X* et docturum] *C*, ea acturum *codd. edd.* **13** aliquanto *N* non edita] non id ita *N* **14** hec *X* quiduis] quid ius *X* **15** ab] *VL*, *om. NX Rh.* **17** apparet] *N Rh.*, appareret *cet.* **17/18** fidei et ita ordinem adulterans] *om. N* **20** est et] *Pam.*, stet *codd. Rh.*, est *B Gel.* **24/25** commemorauit *NX* **25** agnitus] *Gel.*, *om. cet.* illa] *om. N* **26** dicente] eliciente *Latinius* (*cf. Adu. Marc. II, 2*), ducente *Iunius* **26/27** integritatem *N* **27** licet *1º loco*] *Gel.*, *om. cet.*

III. **1** an] *N Gel.*, *om. rel.* onerosa monogamia] *V Gel.*, onerosam monogamiam *rel.* **5** despumare] *B*, de spiritu manare *N Rh.*, de spũm mare *X*

spadonibus aperiente regna caelorum, ut et ipso spadone, ad quem spectans et apostolus propterea et ipse castratus continentiam mauult. **2.** Sed saluo, inquis, iure nubendi. Plane saluo, et uidebimus quousque, nihilominus iam ex ea parte destructo qua continentiam praefert. *Bonum*, inquit, *homini mulierem non contingere.* Ergo malum est contingere. Nihil enim bono contrarium nisi malum. Ideoque superesse, ut et qui habeant uxores sic sint quasi non habentes, quo magis qui non habent habere non debeant. **3.** Reddit etiam causas, cur ita suadeat, quod innupti de Deo cogitent, nupti uero, quomodo in matrimonio quis suo placeat. Et possum contendere, non mere bonum esse quod permittitur. Quod enim mere bonum est, non permittitur, sed ultro licet. Permissio habet causam aliquando et necessitatis. Denique in hac specie non est uoluntas permittentis nubere. Aliud enim uult : *Volo uos*, inquit, *omnes sic esse quomodo et ego.* Et cum ostendit melius esse, quid utique se uelle confirmat quam quod melius esse praemisit ? Et ita si aliud quam quod uoluit permittit, non uoluntate, sed necessitate permittens, non mere bonum ostendit quod inuitus indulsit. **4.** Denique cum dicit : *Melius est nubere quam uri*, quale id bonum intellegendum, quod melius est poena ? Quod non potest uideri melius nisi pessimo comparatum ? Bonum illud est quod per se hoc nomen tenet, sine comparatione, non dico mali, sed etiam boni alterius, ut et si alio bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine. **5.** Ceterum si per mali collationem cogitur bonum dici, non tam bonum est quam genus mali inferioris quod ab altiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique condicionem, ut non dicas : *Melius est nubere quam uri*, et quaero an dicere audeas : Melius nubere, non adiciens quo melius sit ? **5.** Fit ergo iam non melius, et dum non melius, nec bonum, sublata condicione, quae dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius est unum oculum amittere quam duos. Si tamen discedas a comparatione ⟨mali⟩ utriusque, non erit melius unum oculum

11sq. I Cor. 7, 1. **12**sq. *cf.* Hieron., Adu. Iouin. I, 7sq. **14** *cf.* I Cor. 7, 29 **17** *cf.* I Cor. 7, 32. **21**sq. I Cor. 7, 7. **26**sq. I Cor. 7, 9. **26**sqq. *cf.* de exhort. cast. 3, 4sq.

7/8 ad quem spectans et apostolus] *Pam.*, que spectasset apostolus *N*, quem spect. apost. *rel.* **10** iam] *Gel.*, *om. N*, tamen *rel.* **12** ergo malum est contingere] *Gel.* (*suppl. ex Hieronymo, l. c. 7*), *om. cet.* **14** habentes] *codd. Rh.*, *prob. Hoppe, Beiträge, p. 126*, habeant *Gel edd.* **17** in] *om. Gel.* **18** mere] *Rh.*, mereri *NVL*, merere *X* **19** mero *NX* **20** necessitatis] *L*, necessitas *NXV Rh.* **23** quid] quod *codd. Rh.* **27** quale] quare *codd. Rh.* **28** est] et *N*, est et *X* **32** bono *N* per mali collationem] *B* (*cf. de exhort. cast., l. c.*), p. m. comparationem *C*, permissio mali *N*, p. m. cogitationem *XVL Rh.* **34** altiori *X* **35** ob...... conditionem *N* non] *B* (*cf. de exhort. cast., l. c.*), *om. cet.* **37** sit ? Fit ergo] *C*, fit ? Ergo *N*, sit ? Ergo *cet.* **38** condicionem *N* **39** habere *X* **41** ⟨mali⟩

habere, quia nec bonum. Quid nunc, si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est de humano sensu accommodat, ex necessitate qua diximus, quia melius sit nubere quam uri? **6.** Denique conuersus ad alteram speciem dicendo: *Nuptis autem denuntio, non ego, sed Dominus*, ostendit illa quae supra dixerat non dominicae auctoritatis fuisse, sed humanae aestimationis. At ubi ad continentiam reflectit animos: *Volo autem uos sic esse omnes. Puto autem*, inquit, *et ego spiritum Dei habeo*, ut si quid indulserat ex necessitate, id Spiritus sancti auctoritate reuocaret. **7.** Sed et Ioannes monens sic nos incedere debere quemadmodum et Dominus, utique etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere. Adeo manifestius: *Et omnis*, inquit, *qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut et ipse castus est.* Nam et alibi: *Estote sancti, sicut et ille sanctus fuit*, scilicet carne. De spiritu enim non dixisset, quia Spiritus ultro sanctus agnoscitur nec exspectat sanctitatis admonitionem, quae propria natura est eius. **8.** Caro autem docetur sanctitatem, quae et in Christo fuit sancta. Igitur si omnia ista obliterant licentiam nubendi, et condicione licentiae inspecta et praelatione continentiae imposita, cur non potuerit post apostolos idem spiritus superueniens ad deducendam disciplinam in omnem ueritatem per gradus temporum (secundum quod Ecclesiastes: *Tempus omni rei*, inquit) supremam iam carni fibulam imponere, iam non oblique a nuptiis auocans, sed exerte, cum magis nunc tempus in collecto factum sit, annis circiter CLX exinde productis? **9.** Nonne ipse apud te retractares: „Vetus haec disciplina est, praemonstrata iam tunc in carne Domini et uoluntate, dehinc in apostolorum eius tam consiliis quam exemplis?" Olim sanctitati huic destinabamur. Nihil noui Paracletus inducit. Quod praemonuit, definit; quod sustinuit, exposcit. **10.** Et nunc recogitans ista facile tibi persuadebis multo magis unicas nuptias competisse Paracleto praedicare, qui potuit et nullas, magisque credendum temperasse illum quod et abstulisse decuisset, si quae uelit Christus intellegas. In hoc quoque Paracletum agnoscere debes

---

45sq. I Cor. 7, 10. **48**sqq. I Cor. 7, 7 et 40. **54**sq. I Ioan. 3, 3 **56** I Ioan. 2, 3. **63** Ioan. 16, 13. **65** Eccl. 3, 17.

---

add. Latinius et Iunius, om. cet. **42** quid] *NX Rb.*, quod *VL* **44** sit] est *X* **47** actoritati *X* **51** sed et] *Gel., om. N*, sed *rel.* **52** bebere *X* **54** manifeste *Gel.* ut *VL* quae *VL* **55** illo] ullo *VL* **58** exspectat] *Gel.*, spectat *cet.* **59** docetur] *N*, docet *rel.* **60** licentia *NX Rb.* **61** caue *add. in marg. N* **65** supremam] *Gel.*, super terra *N*, super terram *cet.* **68/69** retractares. Vetus] *B*, retractare suetus *rel.* **69** est] *Gel.*, sit *rel.* **70** in uoluntate *codd.* **70/71** consilij *X* **71** quam] *om. N* **72** definiuit *N* **74** nuptias] *C, om. cet.* **76** decuisset] *N*, docuisset *XVL Rb.*

aduocatum, quod a tota continentia infirmitatem tuam excusat.

IV. **1.** Secedat nunc mentio Paracleti, ut nostri alicuius auctoris. Euoluamus communia instrumenta scripturarum pristinarum. Hoc ipsum demonstratur a nobis, neque nouam neque extraneam esse monogamiae disciplinam, immo et antiquam et propriam Christianorum, ut Paracletum restitutorem potius sentias eius quam institutorem. **2.** Quod pertineat ad antiquitatem, quae potest antiquior forma proferri quam ipse census generis humani? Vnam feminam masculo Deus finxit, una costa eius decerpta, et utique ex pluribus. Sed et in praefatione ipsius operis: *Non est*, inquit, *bonum homini solum eum esse, faciamus adiutorium illi.* Adiutores enim dixisset, si pluribus eum uxoribus destinasset. Adiecit et legem de futuro, siquidem prophetice dictum est: *Et erunt duo in unam carnem*; non tres, neque plures: ceterum iam non duo, si plures. Stetit lex. **3.** Denique perseuerauit unio coniugii in auctoribus generis ad finem usque, non quia non erant feminae aliae, sed quia ideo non erant, ne primitiae generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin si Deus uoluisset, et esse potuissent; certe de filiarum suarum numerositate sumpsisset, non minus ex ossibus et ex carne sua habens Euam, si hoc pie fieret. At ubi primum scelus, homicidium, in fratricidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit quam duae nuptiae. Neque enim refert, duas quis uxores singulas habuerit, an pariter singulae duas fecerint. Idem numerus coniunctorum et separatorum. **4.** Semel tamen uim passa institutio Dei per Lamech, constitit postea in finem usque gentis illius. Secundus Lamech nullus exstitit, quomodo duabus maritatus. Negat scriptura quod non notat. Aliae diluuium iniquitates prouocauerunt, semel defensae, quales fuerunt, non tamen septuagies septies, quod duo matrimonia meruerunt. Sed et reformatio secundi generis humani monogamia matre censetur. **5.** Iterum duo in unam carnem crescere et redundare suscipiunt, Noë et uxor filiique eorum in unicis nuptiis. Etiam in ipsis animalibus monogamia recognoscitur, ne uel bestiae de moechia nascerentur. *Ex omnibus*, inquit, *bestiis ex omni carne duo induces in*

IV. **10**sq. Gen. 2, 18. **13**sq. Gen. 2, 24. **30** *cf.* Gen. 4, 24. **36**sqq. Gen. 6, 19-21.

IV. **9** costis *X* **10/11** homini bonum eum solum esse *N* **13** prophetice] *GN*, profacie *XVL*, prophetiae *Rb.* **14** carne una *N* **14/15** non iam *X* **19** potuisset *V Rb.* **21** habens Euam, si hoc] *Rb. in marg.*, aue senam si hoc *N*, hanc seuam sibi hoc *XVL*, hanc seuam, sibi hoc *Rb.*, quam Euam si hoc *B* **24** duos *Rb.* **25** coniunctorum] *N Rb.*, est iunctorum *XVL* **28** maritatus] *C*, maritus *rel.* **29** alia diluuium et iniquitates *VL* **30** quales] qualescumque

arcam, ut uiuant tecum masculus et femina ; erunt de animalibus uolatilibus secundum genus, et de omnibus serpentibus terrae secundum genus ipsorum ; duo ex omnibus introibunt ad te, masculus et femina. Eadem forma et septena ex binis adlegi mandat ex masculo et femina, uno et una. Quid amplius dicam ? Immundis quoque alitibus cum binis feminis introire non licuit.

V. **1.** Haec quantum ad primordiorum testimonium et originis nostrae patrocinium et diuinae institutionis praeiudicium. Quae utique lex est, non monimentum ; quoniam si ita factum est a primordio, inuenimus nos ad initium dirigi a Christo ; sicut in quaestione repudii dicens illud propter duritiam ipsorum a Moyse esse permissum, ab initio autem non ita fuisse, sine dubio ad initium reuocat matrimonii indiuiduitatem. **2.** Ideoque quos Deus ab initio coniunxit in unam carnem duos, hodie homo non separabit. Dicit et apostolus scribens ad Ephesios Deum proposuisse in semetipso ad dispensationem adimpletionis temporum ad caput, id est ad initium reciprocare uniuersa in Christo, quae sunt super caelos et super terras in ipso. Sic et duas Graeciae litteras, summam et ultimam, sibi induit Dominus, initii et finis concurrentium in se figuras, uti, quemadmodum *A* ad *Ω* usque uoluitur et rursus *Ω* ad *A* replicatur, ita ostenderet in se esse et initii decursum ad finem et finis recursum ad initium, ut omnis dispositio in eo desinens per quem coepta est, per sermonem scilicet Dei qui caro factus est, proinde desinat quemadmodum et coepit. **3.** Et adeo in Christo omnia reuocantur ad initium, ut et fides reuersa sit a circumcisione ad integritatem carnis illius, sicut ab initio fuit, et libertas ciborum et sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit, et matrimonii indiuiduitas, sicut ab initio fuit, et repudii cohibitio, quod ab initio non fuit, et postremo totus homo in paradisum reuocatur, ubi ab initio fuit. **4.** Cur ergo uel monogamum illo ⟨non⟩ debeat Adam referre, qui non potest tam

V. **5**sqq. *cf.* Matth. 5, 31 ; 19, 8 et 6. **10**sq. *cf.* Eph. 1, 9. **15**sq. *cf.* Apoc. 1, 8 ; 22, 13. **23** *cf.* Act. 15, 19 ; Gen. 9, 3sq.

Vrsinus Rig. **37** aram *X* **38** genus ipsorum *N* **40** et septena] ex septena *X*.

V. **3** non monimentum] *B*, non nomine tunc *codd. Rh.*, suo nomine tunc *Kellner-Esser* **6/8** autem *usq.* ab initio] *Gel.*, *om. cet.* **8** quos] quod *Gel.* **13/14** litteras, summam et ultimam] *VL*, summas litteras et ultimas *N*, summa littera et ultima *X Rh.* **15** ad] *Gel.*, et *cet.* **15/16** usque *usq.* ad *A*] *Gel.*, *om. cet.* **16** ista *N* **18** in eo desinens] *VL* (*cf. Hoppe, Syntax, p. 40sq.*), in ω des. *C Rh.*, in o des. *N*, in condesenens *X*, in cum des. *rel.* **19** qui] quia *codd.* **20** a Deo *Rh. B* **20/21** reuocantur *Gel.*, reuocarentur *cet.* **22** carnis] *Gel.*, *om. cet.* **22/23** et libertas ciborum *usq.* ab initio fuit] *om. N* libertas ciborum et] *Gel.*, *om. cet.* **25** quod] *X B Gel.*, quae *cet.* **26** reuocaretur *B* **27** illum *Rh. B*

integrum praestare quam inde dimissus est ? Quantum pertinet itaque ad initii restitutionem, id a te exigit et dispositionis et spei tuae ratio, quod ab initio fuit secundum initium, quod tibi et in Adam censetur et in Noë recensetur. Elige in quo eorum initium tuum deputes. In ambobus te sibi monogamiae censura defendit. **5.** Sed et si initium transmittit ad finem, ut *A* ad *Ω*, quomodo finis remittit ad initium, ut *Ω* ad *A*, atque ita census noster transfertur in Christum, animalis in spiritalem, quia non primo quod spiritale est, sed quod animale, dehinc quod spiritale ; proinde uideamus, an id ipsum debeas huic quoque censui secundo, an in eadem te forma conueniat nouissimus quoque Adam in qua et primus, quando nouissimus Adam, id est Christus, innuptus in totum, quod etiam primus Adam ante exilium. **6.** Sed donato infirmitati tuae carnis suae exemplo perfectior Adam, id est Christus, eo quoque nomine perfectior qua integrior, uolenti quidem tibi spado occurrit in carne. **7.** Si uero non sufficis, monogamus occurrit in spiritu, unam habens ecclesiam sponsam, secundum Adam et Euae figuram, quam apostolus in illud magnum sacramentum interpretatur, in Christum et ecclesiam, competentes carnali monogamiae per spiritalem. Vides igitur quemadmodum etiam in Christo nouans censum non possis eum sine monogamiae professione deferre, nisi carne sis quod spiritu ille est, licet et quod fuit in carne aeque esse debueris.

VI. **1.** Sed adhuc nobis quaeramus aliquos originis principes. Non placent enim quibusdam monogami parentes Adam et Noë, fortasse nec Christus. Ad Abraham denique prouocant, prohibiti patrem alium praeter Deum agnoscere. Sit nunc pater noster Abraham, sit et Paulus. *In euangelio,*

36sq. *cf.* I Cor. 15, 46. **46**sq. Eph. 5, 32.

VI. **5**sq. I Cor. 4, 15.

non debeat] *Vrsinus*, non *om. codd.* **28** praestare] *Gel.*, *om. cet.* demissus *Rh. B* **31** tibi et] et *om. X* et in Noë recensetur] *Vatic. Pam.*, *om. cet.* **34** ut *A* ad *Ω*] *Gel.*, ut *A* et *Ω N*, ut Alpha et *Ω X Rh.* ut *Ω* ad *A*] *Gel.*, *om. cet.* **36** primo] immo *X* **38** in eadem te forma] *N VL Rh. B*, in eandem te forma *X*, in eandem te formam *Gel.*, in eadem te forma esse *Vrsinus Rig.* **39** conueniat] *N Gel. Rig.*, conueniet *rel.* in qua] *Vrsinus Rig.*, in quam *NX*, quam *VL Rh. Gel.*, qua *B* **39/40** primus *usq.* id est] *Gel.*, *om. cet.* **40** innuptus *N Rh. coni. in marg.*, in nuptijs *X Rh.* **43** qua *X*, quo qua *N*, quia *V*, quaque *L.* **44** occurrit] *Rh. Pam* (*e codd. Vatic.*), incurrit *NX* **46** Adam et Euae] *Gel.*, *om. cet.*, *secl. Plumpe* in] *Gel.*, *om. cet.* **48** competentes] *codd. Rh.*, *tuent. Plumpe et Le Saint* competisse *edd.* per spiritalem] perspicitatem *VL* **49** nouas *codd. Rh.* (nouaris *in marg.*) **50** eum] *om. N* siue *X* deferre] *N*, deferret *XVL Rh.* (deferre *in marg.*) **50/51** carne sis] *Rh. in marg.*, carnis is *codd. Rh.* **51** quod] *Rh. in marg.*, quodquod *NX Rh.* spiritus *N Rh.* (spiritu *in marg.*) in] *L Rh.*, *om. cet. codd.* **52** debuerit *codd. Rh.*

VI. **1** adhuc] huc *N* **5** sit] *NL Rh.*, sicut *X*, sic *V* *post.* sit] *NX*, sic

inquit, *ego uos generaui*. Etiam Abrahae te filium exhibe. Non enim passiuus tibi census est in illo. Certum tempus est, quo tuus pater est. Si enim ex fide filii deputamur Abrahae, ut apostolus docet, dicens ad Galatas : *Cognoscitis nempe, quia qui ex fide, isti sunt filii Abrahae*, quando *credidit Abraham Deo, et deputatum est ei in iustitiam* ? Opinor, adhuc in monogamia, quia in circumcisione nondum. **2.** Quodsi postea in utrumque mutatus est, et in digamiam per ancillae concubinatum, et in circumcisionem per testamenti signaculum, non potes illum patrem agnoscere nisi tunc cum Deo credidit, siquidem secundum fidem filius eius es, non secundum carnem. Aut si posteriorem Abraham patrem sequeris, id est digamum, recipe et circumcisum. Si reicis circumcisum, ergo recusabis et digamum. Duas dispositiones eius binis inter se modis diuersas miscere non poteris. Digamus cum circumcisione esse orsus est, monogamus cum praeputiatione. Recipis digamiam, admitte et circumcisionem. Tueris praeputiationem, teneris et monogamiae. Adeo autem monogami Abrahae filius es, sicut et praeputiati, ut si circumcidaris, iam non sis filius, quia non eris ex fide, sed ex signaculo fidei in praeputiatione iustificatae. Habes apostolum, disce cum Galatis. **3.** Proinde etsi digamiam tibi intuleris, non es illius [Abrahae filius] cuius fides in monogamia praecessit. Nam etsi postea pater multarum nationum nuncupatur, sed earum quae ex fide digamiam praecedente filii habebant deputari Abrahae. Exinde res uiderint. Aliud sunt figurae, aliud formae. Aliud imagines, aliud definitiones. Imagines transeunt adimpletae, definitiones permanent adimplendae. Imagines prophetant, definitiones gubernant. Quid digamia illa Abrahae portendat idem apostolus edocet interpretator utriusque testamenti, sicut idem semen nostrum in Isaac uocatum determinat. **4.** Si ex libera es, ad Isaac pertinens, hic certe unum matrimonium pertulit. Isti itaque sunt, ut opinor, in quibus censeor. Ceteros nescio. Quorum si exempla circum-

---

9sq. Gal. 3, 7. **10**sq. Gal. 3, 6 ; Gen. 15, 6. **35**sq. *cf.* Gal. 4, 24sq.

VL Rb. **6** genui *N* te] *om. Gel.* **7** passus *VL* **8** deputamur] *Gel.*, deputemur *cet.* **11** est] *N Gel.*, *om. cet.* **17** autem *X* sequeris, id est] *Gel.*, sequeri sat est *NX*, sequere sat est *VL*, se quaeri sat est *Rb.* (sequi *in marg.*), sequaris ut et *B* **20/21** digamus cum circumcisione esse orsus est] *C*, digami a circumcisione scorsus est *codd.*, digamia circumcisione scorsus est *Rb.*, digamus a circumcisione esse orsus est *B Gel.* **21** monogamus] *B Gel.*, et monogamia *NX Rb.*, monogamia *VL* **23** teneris] centris *X* monogami] *Rb.*, monogami(a)e *codd.* **26** habens *X* **27** tibi] *Rig.*, iam tibi *cet.* **28** Abrahae filius] *Gel.*, *om. cet.*, *delendum uidetur* **30** digamiam] *B Gel.*, digamia *codd. Rb.* **34** quid] quod *X* **35** edocet] *NX Rb.*, docet *VL* **36/37** in Isaac *usq.* libera est] *om. N* **37** pertinens] *Vatic. Pam.*, pertines *NX Rb. B Gel.*, pertines et *VL* **38** unum] *om. N* **39/40** circumspicis *Vrsinus*

spicio, alicuius Dauid etiam per sanguinem nuptias sibi ingerentis, alicuius Salomonis etiam uxoribus diuitis, meliora sectari iussus, habes et Ioseph uniiugum, et hoc nomine audeo dicere patre meliorem, habes Moysen Dei de proximo arbitrum, habes Aaronem principalem sacerdotem. Secundus quoque Moyses populi secundi, qui imaginem nostram in promissionem Dei induxit, in quo primo nomen Domini dedicatum est, non fuit digamus.

VII. **1.** Post uetera exempla originalium personarum aeque ad uetera transeamus instrumenta legalium scripturarum, ut per ordinem de omni nostra paratura retractemus. Et quoniam quidam interdum nihil sibi dicunt esse cum lege, quam Christus non dissoluit, sed adimpleuit, interdum quae uolunt legis arripiunt, plane et nos sic dicimus decessisse legem, ut onera quidem eius, secundum sententiam apostolorum, quae nec patres sustinere ualuerunt, concessarint, quae uero ad iustitiam spectant, non tantum reseruata permaneant, uerum et ampliata, ut scilicet redundare possit iustitia nostra super scribarum et pharisaeorum iustitiam. **2.** Si iustitia, utique et pudicitia. Si ergo, quoniam in lege praecipitur, ut quis fratris sui uxorem sine liberis defuncti in matrimonium adsumat ad suscitandum fratri suo semen, idque saepius euenire in unam personam potest secundum callidam illam quaestionem Sadducaeorum, ideo et alias putant permissam frequentiam nuptiarum, intellegere debebunt primo rationem ipsius praecepti, et ita scient illam rationem iam cessantem ex eis esse quae euacuata sunt legis. **3.** Necessario succedendum erat in matrimonium fratris sine liberis defuncti. Primum quia adhuc uetus illa benedictio decurrere habebat : *Crescite et redundate*, dehinc quoniam patrum delicta etiam de filiis exigebantur, tertio quoniam spadones et steriles ignominiosi habebantur. Itaque ne proinde maledicti iudicarentur qui non naturae reatu, at mortis praeuentu orbi decessissent, ideo

---

VII. **7**sq. cf. Act. 15, 10. **10**sq. Matth. 5, 20. **14** *cf.* Deut. 25, 5. **15**sq. *cf.* Matth. 22, 23sq. **21**sq. Gen. 1, 28.

---

40 dabit *codd. Rb.* nuptias] *Gel.*, nescias *rel.* **42** uniiugum] *Gel.*, monogamum *rel.* ex hoc *X* **43** patrem *N* **43/44** arbitrium *NX* **44/45** secundus Moyses] *id est Iesus Naue* „in quo primo nomen Domini dedicatum est" **45/47** in promissionem dei induxit, in quo primo nomen domini dedicatum] *Gel.*, in promissionem domini dedicatum *N*, in promissionem in imaginem dei dedicatum *X*, in prom. in imaginem domini dedicatus *rel.*

VII. **2** uetera] *Rb. in marg.*, uera *codd. Rb.* legalium] *B*, regalium *codd. Rb.* **3** de omni] *B*, per omnia *codd. Rb.* **4** quidem *N* **5** adimplebit *NX* uoluit *X Rb. corr.* **6** sic nos *X* **8** concessarint] *NX Rb.*, *prob. Hoppe, Beitr.* 95, concesserint *cet. codd. edd. Oehler* **9** permaneat *X* **11** pharisaeorum *X* iustitiam] *B*, iustitia *codd. Rb.* si iustitia] *B*, iusti *codd. Rb.* **12** quoniam] quod *X* **16** putat *X* **18** cessante *codd.* **19** sunt legis] *C*, sint *NX Rb.*, sit *VL.* **25** reatus et mortis *N*, reatu et mortis *Rb.*

illis ex suo genere uicaria et quasi posthuma suboles supparabatur. **4.** At ubi et *Crescite et redundate* euacuauit extremitas temporum, inducente apostolo : *Superest ut et qui habent uxores sic sint ac si non habeant*, quia tempus in collectum est, et desiit uua acerba a patribus manducata filiorum dentes obstupefacere, unusquisque enim in suo delicto morietur, et spadones non tantum ignominia caruerunt, uerum et gratiam meruerunt inuitati in regna caelorum, sepulta lege succedendi in matrimonium fratris, contrarium eius obtinuit, non succedendi in matrimonium fratris. **5.** Et ita, ut praediximus, quod cessauit ualere, cessante ratione, non potest alii argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto uiro uxor, fratri utique nuptura, si nupserit. Omnes enim nos fratres sumus. Et illa nuptura in Domino habet nubere, id est non ethnico, sed fratri, quia et uetus lex adimit coniugium allophylorum. **6.** Cum autem et in Leuitico cautum sit : *Quicunque sumpserit fratris uxorem, immunditia est*, turpitudo, sine liberis morietur, sine dubio, dum ille prohibetur denuo nubere, et illa prohibetur, non habens nubere nisi fratri. Quomodo ergo apostolo conueniet et legi, quam non in totum impugnat, cum ad epistolam ipsius uenerimus, ostendetur. Interim quod pertineat ad legem, magis nobis competunt argumentationes eius. **7.** Denique prohibet eadem sacerdotes denuo nubere. Filiam quoque sacerdotis iubet uiduam uel eiectam, si semen non fuerit illi, in domum patris sui regredi et de pane eius ali. Ideo si semen non fuerit illi, non ut si fuerit, denuo nubat (quanto magis enim non nubet, si filios habeat ?), sed ut si habuerit, a filio potius alatur quam a patre, quo et filius praeceptum Dei exsequatur : *Honora patrem et matrem*. **8.** Nos autem Iesus summus sacerdos et magnus Patris de suo uestiens (quia *qui in Christo tinguuntur, Christum induerunt*), sacerdotes Deo Patri suo fecit, secundum Ioannem. Nam et illum adulescentem festinantem ad exsequias patris ideo reuocat, ut ostendat sacerdotes nos uocari ab eo, quos lex uetabat parentum sepulturae adesse : *Super omnem*, inquit, *animam defunctam sacerdos non introibit et*

---

27 *ibid.* **28**sq. I Cor. 7, 29. **30**sq. *cf.* Ier. 31, 29sq. **41**sq. Leu. 20, 21. **48**sqq. Leu. 21, 14 ; 22, 13. **54**sq. Exod. 20, 12. **56**sq. Gal. 3, 27. **57** *cf.* Apoc. 1, 6. **60**sqq. Leu. 21, 11.

---

26 sciboles *X* **29** sic *om. N* collectum] *codd.*, collecto *Rb. edd.* **30** desiit] *C Rb.*, desinit *NVL*, desiuit *X*, desierunt uuae acerbae ... manducatae *G Rb*². *B Gel.* uua] una *X* **32** in tantum *X* **33/34** succendendum *N* **40** adimit] *N Rb.*, admittit *XVL* **43/44** denuo *usq.* prohibetur] *om. N* **46** uenerimus] *Gel.*, ueneris *codd. Rb.* **48** argumentatione *N* **49** quoque] *om. N* **51/52** non ut si fuerit] *om. NX* **53** habet *X* ut] et *codd. Rb.* **55** nos autem Iesus] non autem is *codd. Rb.* (*qui coni. in marg.* nos) **56** duo *X* uestiens] *om. X*

super patrem suum et super matrem suam non contaminabitur. **9.** Ergo et nos hoc interdictum obseruare debemus ? Non utique. Viuit enim unicus pater noster Deus et mater ecclesia, et neque mortui sumus, qui Deo uiuimus, neque mortuos sepelimus, quia et illi uiuunt in Christo. Certe sacerdotes sumus a Christo uocati, monogamiae debitores, ex pristina Dei lege, quae nos tunc in suis sacerdotibus prophetauit.

VIII. **1.** Nunc ad legem proprie nostram, id est euangelium, conuersi, qualibus excipimur exemplis, dum ad sententias peruenimus ? Ecce statim quasi in limine duo nobis antistites Christianae sanctitatis occurrunt, monogamia et continentia, alia pudica, in Zacharia sacerdote, alia integra, in Ioanne antecursore, alia placans Deum, alia praedicans Christum, alia totum praedicans sacerdotem, alia plus praeferens quam propheten, scilicet eum qui non tantum praedicauerit aut demonstrauerit coram, uerum etiam baptizauerit Christum. **2.** Quis enim corpus Domini dignius initiaret quam eiusmodi caro qualis et concepit illud et peperit ? Et Christum quidem uirgo enixa est, semel nuptura post partum, ut uterque titulus sanctitatis in Christi censu dispungeretur, per matrem et uirginem et uniuiram. **3.** At ubi infans templo exhibetur, quis illum in manus suscipit ? Quis in spiritu primus agnoscit ? *Vir iustus et cautus*, et utique non digamus, uel ne dignius mox Christus a femina praedicaretur uetere uidua et uniuira, quae et templo dedita satis in semetipsa portendebat, quales spiritali templo, id est ecclesiae, debeant adhaerere. **4.** Tales arbitros infans Dominus expertus non alios habuit et adultus. Petrum solum inuenio maritum, per socrum ; monogamum praesumo per ecclesiam, qua super illum omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocaturus. Ceteros cum maritos non inuenio, aut spadones intellegam necesse est aut continentes. **5.** Nec enim, si penes Graecos communi uocabulo censentur mulieres et uxores pro consuetudinis facilitate (ceterum est proprium uocabulum uxorum), ideo Paulum sic interpretabi-

---

VIII. **7**sq. *cf.* Matth. 11, 9 ; Luc. 7, 26. **16** Luc. 2, 25.

---

68 dei] *om. N*, de *X*.

VIII. **1** euangelium] *NXVL Rb.*, ad euang. *C Vatic. Rig. Oehler* **2** qualibus] quolibet *X* **3** lumine *XVL* duo] *NX Rb. B, tuet. Plumpe*, duae *VL Gel. Rig. Oehler* **4** christiani *X* **6** cursore *X* placans] praecans *V* **8** propheten] *Gel.*, prophetans *cet.* **11** huiusmodi *X* **12** post partum] ob partum *B Gel.* partum] paratum *X* **13** sanctitatis titulus *N* **16** castus *Gel.* **17** dignus *N*, indignius *V Vatic. Pam.* mox a fem. Chr. *N* **18** uniuire *X* *post.* et] *om. N* **22** meritum *X* **23** qua] *NX Rb. B* (*cf. Hoppe, Syntax, 59*), quam *V corr. in* quoniam, quae *L Gel. Rig. Oehler* illum] aedificata *add. Gel. Rig. Oehler* **24** collocaturus] *codd. Rb.*, collaturus *B*, collatura *Gel. Rig. Oehler* maritus *X* **27** uxoris *X* pro] per *N* **28** uxorum]

mur, quasi demonstret uxores apostolos habuisse. Si enim de matrimoniis disputaret, quod in sequentibus facit, ubi magis apostolus aliquod exemplum nominare potuisset, recte uideretur dicere: *Non enim habemus potestatem uxores circumducendi, sicut ceteri apostoli et Cephas?* **6.** At ubi ea subiungit quae de uictuaria exhibitione abstinentiam eius ostendunt, dicentis: *Non enim potestatem habemus manducandi et bibendi?*, non uxores demonstrat ab apostolis deductas, quas et qui non habent, potestatem tamen manducandi et bibendi habent, sed simpliciter mulieres quae illis eodem instituto, quo et Dominum comitantes, ministrabant. **7.** Iam uero si Christus reprobat scribas et pharisaeos, sedentes in cathedra Moysi nec facientes quae docerent, quale est, ut et ipse super cathedram suam collocaret qui sanctitatem carnis praecipere magis non etiam obire meminissent, quam illis omnibus modis insinuarat et docendam et agendam? In primis de suo exemplo, tunc de ceteris argumentis, cum puerorum dicit esse regnum caelorum, cum consortes illis facit alios post nuptias pueros, cum ad simplicitatem columbae prouocat, auis non tantum innocuae, uerum et pudicae, quam unam unus masculus nouit, cum Samaritanae maritum negat, ut adulterum ostendat numerosum maritum, cum in reuelatione gloriae suae de tot sanctis et prophetis Moysen et Heliam secum mauult, alterum monogamum, alterum spadonem. Non enim aliud fuit Helias quam Ioannes qui in uirtute et spiritu uenit Heliae, cum ille uorator et potator homo, prandiorum et coenarum cum publicanis et peccatoribus frequentator, semel apud unas nuptias coenat multis utique nubentibus. Totiens enim uoluit celebrare eas quotiens et esse.

IX. **1.** Sed hae argumentationes potius existimentur de coniecturis coactae, si non et sententiae adstiterint, quas Dominus emisit in repudii retractatu, quod permissum aliquando iam prohibet, inprimis quia ab initio non fuit sic, sicut matrimonii numerus, tum quia quos *Deus coniunxit,*

32sq. I Cor. 9, 4sq. **51**sq. *cf.* Matth. 17, 3sq. **54** Luc. 1, 17. **54**sq. cf. Matth. 11, 13sq.; Luc. 15, 2. **56** *cf.* Ioan. 2, 2sq.

IX. **4** *cf.* Matth. 19, 8. **5**sq. Matth. 19, 6.

ipsorum *N* **28/29** interpretabimur] *N Rb.*, interpretabimus *XVL.* **29** demonstret] *N Gel.*, demonstrasset *cet.* **30** disputaret] *N Gel.*, disputasset *cet.*, *prob. Löfstedt, Krit. Bemerk., p. 98* **35** habemus potestatem *N* **36/37** deductas] *codd. Rb.*, circumductas *Gel. Rig. Oehler* **41** cathedram *N* **45** de suo] *N Gel.*, de *om. cet.* **46** regno celorum consortes *N* **48** tamen *X* **54** in uirtute] in ueritate et uirtute *N* **55/56** cum peccatoribus et publicanis *N.*

IX. **4** sic] *C (cf. Adu. Marc. 4, 34 Kroym., p. 533, 15), om. cet.* **5** tum] *Gel.*, tunc *cet.*

homo non separabit, scilicet ne contra Dominum faciat. Solus enim ille separabit qui et coniunxit. Separabit autem non per duritiam repudii, quam et exprobrat et compescit, sed per debitum mortis. Siquidem unus ex passeribus duobus non cadit in terram sine Patris uoluntate. **2.** Igitur si quos *Deus coniunxit, homo non separabit* repudio, aeque consentaneum est, ut quos Deus separauit morte, homo non coniungat matrimonio, proinde contra Dei uoluntatem iuncturus separationem atque si separasset coniunctionem. Hoc quantum ad Dei uoluntatem non destruendam et initii formam restruendam. **3.** Ceterum et alia ratio conspirat, immo non alia, sed quae initii formam imposuit et uoluntatem Dei mouit ad prohibitionem repudii, quoniam *qui dimiserit uxorem suam praeter ex causa adulterii, facit eam adulterari*, et qui dimissam a uiro duxerit, adulteratur utique. Nam et nubere legitime non potest repudiata, et si quid tale commiserit sine matrimonii nomine, non capit elogium adulterii, qua adulterium in matrimonio crimen est? **4.** Deus taliter censuit citra quam homines, ut in totum, siue per nuptias siue uulgo, alterius uiri admissio adulterium pronuntietur, immo a Deo. Videamus enim quid sit matrimonium apud Deum, et ita cognoscemus quid sit aeque adulterium. Matrimonium est, cum Deus iungit duos in unam carnem, aut iunctos deprehendens in eadem carne coniunctionem signauit. Adulterium est, cum quoquo modo disiunctis duobus alia caro, immo aliena miscetur, de qua dici non possit: *Haec est caro ex carne mea, et hoc os ex ossibus meis.* **5.** Semel enim hoc factum et pronuntiatum sicut ab initio, ita et nunc in aliam carnem non potest conuenire. Itaque sine causa dices Deum uiuo marito nolle repudiatam alii uiro iungi, quasi mortuo uelit, quando si mortuo non tenetur, proinde nec uiuo. Tam repudio matrimonium dirimente quam morte non tenebitur ei cui per quod tenebatur abreptum est. Cui ergo tenebitur? Nihil

9sq. *cf.* Matth. 10, 29. **10**sq. Matth. 19, 6. **19** Matth. 5, 32. **31**sq. Gen. 2, 23. **40**sqq. *cf.* I Cor. 6, 18.

6/7 scilicet *usq.* separabit *2° loco*] *Gel., om. cet. per homoiotel.* **7** autem non] *Gel.*, non autem *rel.* **8** et exprobrat compescit *NXL Rb.*, exprobrat et compescit *VB Oehler* **11** aeque] et quid *codd. Rb.* **12** separabit *NX Rb.* **14** si] *om. X* separasset] separationem *codd. Rb.* coniunctione et hoc *VL* quantum] *om. N* **15** initii] uniuiratus *V m. 2°* **18** nouit *X* ad] et *codd. Rb.* quoniam] quomodo *X* **19** praeter] *codd. (cf. Adu. Marc. 5, 34 - Kroym., p. 535, 3)*, praeterquam *Rb. edd.* **20/21** nam et nubere legitime non potest] *codd. Rb.*, non et nubere ligitime potest *Rig. Oehler* **21** talem *N* **23** crimen est] criminis *X* taliter] *Oehler*, aliter *codd. edd.* **25** immo a Deo] immo ideo *codd. Rb.*, a deo *Rig.*, ab eo *Oehler* **27** cognoscamus *N* sit] *om. N* **28** duos iungit *N* **29** eadem] *NX Rb. Oehler*, eandem *VL*, *tuet. Hoppe, Beitr., p. 28* **31** misceatur *N* **32** et factum *N* **35** uiri *N* **36** tam] tam in *codd. Rb.* **37** per] *Gel.*, *om. codd. Rb.* **38** abreptum] *XVL Rb.*, abrectum *N*, abruptum *edd.* cui

Deo interest, uiuo an mortuo uiro nubat. Neque enim in illum delinquit, sed in semetipsam. **6.** Omne delictum quod admiserit homo, extra corpus est ; qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit. Adulteratur autem, sicut praestruximus, qui aliam carnem sibi immiscet super illam pristinam quam Deus aut coniunxit in duos aut coniunctam deprehendit. **7.** Ideoque abstulit repudium, quod ab initio non fuit, ut quod ab initio fuit muniat, duorum in unam carnem perseuerantiam, ne necessitas uel occasio tertiae concarnationis irrumpat, et soli causae permittens repudium, si forte praeuenerit cui praecauetur. **8.** Adeo autem repudium a primordio non fuit, ut apud Romanos post annum sexcentesimum Vrbis conditae id genus duritiae commissum denotetur. Sed illi etiam non repudiantes adulteria committiscent ; nobis, etsi repudiemus, ne nubere quidem licebit.

X. **1.** Video iam hinc nos ad apostolum prouocari. Ad cuius sensum facilius perspiciendum tanto instantius praeculcandum est mulierem magis defuncto marito teneri, quo minus alium uirum admittat. Recogitemus enim repudium aut discordia fieri aut discordiam facere, mortem uero ex lege Dei non ex hominis offensa euenire, idque omnium esse debitum, etiam non maritorum. **2.** Igitur si repudiata quae per discordiam et iram et odium et causas eorum, iniuriam uel contumeliam uel quamlibet querelam, et anima et corpore separata est tenetur inimico, ne dicam marito, quanto magis illa quae neque suo neque mariti uitio, sed dominicae legis euentu, a matrimonio non separata, sed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam debet ? **3.** A quo repudium non audiit, non diuertit ; cui repudium non scripsit, cum ipso est ; quem amisisse noluit, retinet. Habet secum animi licentiam, qui omnia homini quae non habet imaginario fructu repraesentat. Ipsam denique interrogo feminam : Dic mihi, soror, in pace praemisisti uirum tuum ? Quid respondebit ? An in discordia ? Ergo hoc magis ei uincta est

ergo tenebitur] *C*, *om. cet.* **38/39** nihil deo] *C*, de eo *codd. Rb.* **39/40** in illum] *B*, illo *codd. Rb.* **40** delinquit] *Gel.*, delinquat *cet.* **41** amiserit *X* **43** praestruximus] *NXV*, supra praestruximus *L edd.* qui aliam] *Gel.*, quia uiuam *cet.* super illam] *Gel.*, super (*bis ponit X*) uiuam *cet.* **44** deus] *om. N* **46** ut] *Rb. in marg. B*, *om. codd.* ut *usq.* fuit] *om. N* **46/47** carnem unam *N* **47** ne] *B*, *om. cet.* **48** et] *codd. Rb.*, *om. edd.* **49** prouenerit *B* **50** non] tunc *VL* **52/53** commiscet *N* **53** etsi] et ni *uel* et in *codd. Rb.*

X. **1** nos ad apostolum prouocari] *Gel.*, nos apostolum prouocantem *GN Rb*[3], nos ad apostolum prouocantem *XVL Rb. B* **2** tanto] *om. N* **5** discordiam fieri aut discordiam *X*, discordia(m) fieri aut *om. VL* **6** dei] *Vatic.*, *om. cet. Rb* **12** a matrimonio] *Gel.*, a *om. cet.* **18** uirum] maritum *N* **19** in] *om. N* ei uincta] *C Vatic.*, euincta *codd. Rb.* (coniuncta *in marg.*), ei iuncta *B Gel.*

cum quo habet apud Deum causam. Non discessit quae tenetur. Sed in pace ? Ergo perseueret in ea cum illo necesse est quem iam repudiare non poterit, ne sic quidem nuptura, si repudiare potuisset. **4.** Enimuero et pro anima eius orat, et refrigerium interim adpostulat ei, et in prima resurrectione consortium, et offert annuis diebus dormitionis eius. Nam haec nisi fecerit, uere repudiauit, quantum in ipsa est, et quidem hoc iniquius, quanto quomodo potuit, quia non potuit, et hoc indignius, quanto iam indignius, si quia non meruit. **5.** Aut numquid nihil erimus post mortem, secundum aliquem Epicurum, et non secundum Christum ? Quod si credidimus mortuorum resurrectionem, utique tenebimur cum quibus resurrecturi sumus rationem de alterutro reddituri. Si autem in illo aeuo *neque nubent neque nubentur, sed erunt aequales angelis*, non ideo non tenebimur coniugibus defunctis, quia non erit restitutio coniugii ? **6.** Atquin eo magis tenebimur, quia in meliorem statum destinamur, resurrecturi in spiritale consortium, agnituri tam nosmetipsos quam et nostros. Ceterum quomodo gratias Deo in aeternum canemus, si non manebit in nobis sensus et memoria debiti huius, si substantia, non conscientia reformabimur ? Ergo qui cum Deo erimus, simul erimus, dum omnes apud Deum unum (licet merces uaria, licet multae mansiones penes Patrem eundem), uno denario eiusdem mercedis operati, id est uitae aeternae, in qua magis non separabit quos coniunxit Deus, quam in ista minore uita separari uetat. **7.** Cum haec ita sint, quomodo alii uiro uacabit quae suo etiam in futurum occupata est ? Vtrique autem sexui loquimur, etsi ad alterum sermo est, quia una omnibus disciplina praeest. Alium habebit in spiritu, alium in carne. Hoc erit adulterium, unius feminae in duos uiros conscientia. **8.** Si alter a carne disiunctus est, sed in corde remanet, illic, ubi etiam congregatus sine carnis congressu, et adulterium ante perficitur ex concupiscentia et matrimonium ex uoluntate. Vsque adhuc maritus

X. **33**sq. Matth. 22, 30. **42**sq. *cf.* Matth. 20, 10 ; Ioan. 14, 2.

20 quo] qua *NX Rb.* **20/21** tenent *X* **22** quem] que *N* ne] nec *codd. Rb.* si *N* **23** enimuero et pro] *C Vatic.*, et pro *om. codd. Rb.* (*add. in marg.* pro), enimuero *om. B Gel.* oret *B Gel.* **24** interim adpostulet ei *B Gel.*, interimat postulat enim *NXVL Rb.* **25** offerat *B Gel* **28** quanto iam indignius] *om. N* **31** credidimus] *codd. Rb.*, credimus *Rb. in marg. edd.* **31/32** tenebimur] *N Rb. in marg.*, tenebitur *XVL* **35** coniugijs *X* **36** destinemur *X* **37** tam] quam *N* **39** in nobis] *om. N* **40** si] *C*, *om. codd. Rb.* **42** uarias *X* **43** operato *X* **44** separauit *NX* **45** quam] *Pam.*, qui *rel.* **46** haec] *om. N* **47** futurum] *NX Rb.*, futuro *VL* **48** ad alterum] adulterium *X*, ad alterutrum *Vatic.* omnibus] *N*, *om. cet.* alium] *Gel.*, aliud *rel.* **49** alium] *Gel.*, aliud *N*, aliud et *rel.* **51** in corde remanet] *NX Rb.*, carne remaneret *VL* congregatus] *codd. Rb.*, cogitatus *edd.* **52** perficitur] *codd. Rb.*, perficit *edd.*

est, ipsum illud possidens per quod et factus est, id est animum, in quo si et alius habitabit, hoc erit crimen. Ceterum non est exclusus, si a uiliore commercio carnis discessit. Honoratior maritus est, quanto mundior factus est.

XI. **1.** Vt igitur *in Domino nubas* secundum legem et apostolum (si tamen uel hoc curas), qualis es id matrimonium postulans quod eis a quibus postulas non licet habere, ab episcopo monogamo, a presbyteris et diaconis eiusdem sacramenti, a uiduis, quarum sectam in te recusasti? **2.** Et illi plane sic dabunt uiros et uxores, quomodo buccellas. Hoc enim est apud illos: *Omni petenti te dabis.* Et coniungent uos in ecclesia uirgine, unius Christi unica sponsa. Et orabis pro maritis tuis, nouo et uetere. Elige cui te adulteram praestes. Puto, ambobus. Quodsi sapias, taceas defuncto. Repudium sit illi silentium tuum, alienis iam dotalibus scriptum. Hoc modo nouum promereberis maritum, si ueteris obliuiscaris. Debes magis illi placere propter quem Deo placere non maluisti. **3.** Haec psychici uolunt apostolum probasse aut in totum non recogitasse, cum scriberet: *Mulier uincta est, in quantum temporis uiuit uir eius; si autem mortuus fuerit, libera est: cui uult, nubat, tantum in Domino.* Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam secundi matrimonii, immo et plurimi, si secundi; quod enim semel esse desiit, omni obnoxium est numero. **4.** Quo autem sensu apostolus scripserit, ita relucebit, si prius constet non hoc illum sensu scripsisse quo psychici utuntur. Constabit autem, si quis ea recordetur quae huic capitulo diuersa sunt et apud doctrinam et apud uoluntatem et apud propriam ipsius Pauli disciplinam. Si enim secundas nuptias permittit, quae ab initio non fuerunt, quomodo affirmat omnia ad initium recolligi in Christo? Si uult nos iterare coniugia, quomodo semen nostrum in Isaac semel marito auctore defendit? Quomodo totum ordinem ecclesiae de monogamis disponit, si non haec disciplina praecedit in laicis, ex quibus ecclesiae ordo proficit? Quomodo in matrimonio adhuc positos a fructu matrimonii auocat, dicens in collectum esse tempus, si per mortem

XI. 1 I Cor. 7, 39. **7** Matth. 5, 42; Luc. 6, 30. **17**sqq. I Cor. 7, 39. **26**sq. *cf.* Eph. 1, 9sq. **27**sq. *cf.* Rom. 9, 7; Gal. 4, 28. **32** *cf.* I Cor. 7, 29.

ex] et *X* **55** habitabit] *N Rh. in marg.*, habitauit *XVL Rh.* **56** decessit *Gel.*

XI. **1** domino] *CN*, deo *X Rh.* legem] *C*, *om. cet.* **2** es] *NX Rh.*, est *VL* **3** postulans quod eis a quibus] *om. N* **6** dabunt sic *N* **7** dabis] *cf. de fuga 11 et 13*; tribue *N* (*cf. Luc. 6, 30* [*Vulg.*]) **11** dotalium *N* **13/14** placere] *GN*, *om. cet. codd.*, *secl. Löfstedt, Krit. Bem., p. 101* **16** uincta] *CX* (*cf. l. 69*; *Cypr. Test. III, 3, 62*), iuncta *rel.* **19** desiuit *N* **20** omni] *N Vrs. Rig.*, omne *rel.* **25** permittit] *C*, remittit *rel.*, *Rh. in marg.*: *alias* admittit **26** collige *N* **29** ordinem totum *N* **29/30** de monogamis *usq.* ordo] *om. N* **32** collectum] *VL*

matrimonio elapsos iterum in matrimonium reuocat? **5.** Haec si diuersa sunt ei capitulo de quo agitur, constabit, ut diximus, non hoc illum sensu scripsisse, quo psychici utuntur; quia facilius est, ut aliquam rationem habeat unum illud capitulum quae cum ceteris habeat, quam ut apostolus diuersa inter se docuisse uideatur. Eam rationem in ipsa materia poterimus recognoscere. Quae ista materia apostolo fuit scribendi talia? **6.** Tirocinium nouae et cum maxime orientis ecclesiae, quam lacte scilicet educabat, nondum solido cibo ualidioris doctrinae, adeo ut prae illa infantia fidei ignorarent adhuc quid sibi agendum esset circa carnis et sexus necessitatem. Cuius etiam ipsas species ex rescriptis intellegimus, cum dicit: *De his autem quae scribitis: „Bonum est homini mulierem non attingere"; propter fornicationes autem unusquisque uxorem suam habeat.* **7.** Ostendit fuisse qui in matrimonio a fide deprehensi uerebantur, ne non liceret eis matrimonio suo exinde uti, quia in carnem sanctam Christi credidissent. Et tamen secundum ueniam concedit, *non secundum imperium*, id est indulgens, non praecipiens ita fieri. Ceterum malebat omnes id esse quod et ipse. **8.** Proinde et de repudio rescribens demonstrat quosdam de isto quoque cogitasse, uel maxime quia et in ethnicis matrimoniis non putabant post fidem sibi perseuerandum. **9.** Quaerebant et de uirginibus consilium (praeceptum enim Domini non erat), bonum esse homini si sic permaneat, utique quomodo a fide fuerit inuentus. *Vinctus es uxori, ne quaesieris solutionem. Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem.* Si autem acceperis uxorem, non deliquisti, quia ante fidem soluto ab uxore non numerabitur post fidem secunda uxor, quae post fidem prima est. A fide enim etiam ipsa uita nostra censetur. **10.** Sed hic parcere se dicit illis; alioquin pressuram carnis subsecuturam prae angustiis temporum impedimenta matrimonii recusantibus; quin potius de Domino sollicitudinem habendam promerendo quam de marito. Et ita reuocat quod permisit. Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definit unumquemque in qua uocatione uocabitur, in ea permanere debere, adiciens: *Mulier uincta est quamdiu uiuit uir eius, si autem dormierit,*

41sq. *cf.* I Cor. 3, 2. **45**sqq. I Cor. 7, 1sqq. **58**sq. I Cor. 7, 27. **69**sq. I

(*cf. c. 7, l. 29*), collectu *NX*, collecto *edd.* **33** in] *om. N* reuocati *N* **37** habeat] *codd. omnes Rh.*, sapiat *coni. B*, *prob. edd.* **37/38** quam ut apostolus diuersa inter se *ante* unum illud (*l. 36*) *ponit X* **39** quae] *Gel.*, qua *cet.* **40** scribendi talia] *Gel.*, scribenda italia *codd. Rh.*, scribenda ut alia *B* cum] *Gel.*, quam *cet.*, *fort. recte* **43** quod *X* **44/45** intelligimus *N* **48** eis] illis *N* **53** demonstras *N* **55** sibi] *C*, *om. cet.* **58** es] *Gel.*, es enim *cet.* **61** numerabiter *X* **63** se] *om. X* **65** habendam] *X in marg.* **66** merito *X* **68** per-

libera est, cui uolet nubat, tantum in Domino. Hinc quoque eam demonstrat intellegendam quae et ipsa sic fuerit inuenta soluta a uiro, quomodo et uir solutus ab uxore, per mortem utique, non per repudium facta solutione, quia repudiatis non permitteret nubere aduersus pristinum praeceptum. Itaque mulier, si nupserit, non delinquet, quia nec hic secundus maritus deputabitur qui est a fide primus, et adeo sic est, ut propterea adiecerit : *tantum in Domino,* quia de ea agebatur quae ethnicum habuerat et amisso eo crediderat, ne scilicet etiam post fidem ethnico se nubere posse praesumeret ; licet nec hoc psychici curent. **11.** Sciamus plane non sic esse in Graeco authentico, quomodo in usum exiit per duarum syllabarum aut callidam aut simplicem euersionem : *Si autem dormierit uir eius.* Quasi de futuro sonet, ac per hoc uideatur ad eam pertinere quae iam in fide uirum amiserit. Hoc quidem si ita esset, in infinitum emissa licentia totiens uirum dedisset, quotiens amissus esset, sine ullo pudore nubendi etiam ethnicis congruente. Sed etsi ita esset, quasi de futuro, *si cuius maritus mortuus fuerit,* tantumdem et futurum ad eam pertineret cuius ante fidem morietur maritus. Quaeuis accipe, dum cetera non euertas. **12.** Nam cum et illa sententiae cedant : *Seruus uocatus es, ne curaueris. Impraeputiatus uocatus es, ne circumcidaris. Circumcisus uocatus es, ne adduxeris* — quibus concurrit : *Vinctus es uxori, ne quaesieris solutionem ; solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem* —, satis manifestum est ad eos haec pertinere qui in noua et recenti uocatione constituti de his consulebant in quibus a fide fuerant deprehensi. **13.** Haec erit interpretatio capituli istius de hoc examinanda, an et tempori et causae, et tam exemplis et argumentis praecedentibus quam et sententiis et sensibus subsequentibus, et in primis an ipsius apostoli et consilio proprio congruat et instituto ; nihil enim custodiendum est quam ne diuersus sibi deprehendatur.

Cor. 7, 39. **77** *ibid.* **83** *ibid.* **91**sq. I Cor. 7, 21. 18. 19. **93**sq. I Cor. 7, 27.

seuerare *N* **70** hinc] *Vrsinus*, hanc *cet.* **71** eam] *om. N* **76** ideo *N* **77** tamen *X* **79** ne] *B*, *om. cet.* **81** attentico *X* exiit] *N*, exigit *XVL Rb.* **85** esset] *B*, est *N*, est et *cet.* **87** etiam] et tam *N* congruentes *codd. Rb.* etsi] *Pam.*, si *rel.* **90** quaeuis accipe dum cetera] *Gel.*, *om. codd. Rb.*, quam uis *C*, quauis *eqs. Oehler* **92** uocatus *1° loco*] *Gel.*, *om. cet.* circumdaris *X* **93** uxore *X* **96** hiis *X* **102** quam ne] *Gel.*, quia *N*, qua ne *V m. 2ª*, qua *cet.* deprehendatur] *sc. Apostolus*, deprehendat *N*, quis deprehendatur *Gel. edd.*

XII. **1.** Audi et aliam subtilissimam e contrario argumentationem. „Adeo, inquiunt, permisit apostolus iterare connubium, ut solos qui sunt in clero monogamiae iugo astrinxerit. Quod enim quibusdam praescribit, id non omnibus praescribit." Numquid ergo et quod omnibus praecipit, solis episcopis non praescribit, si quod episcopis praescribit, non et omnibus praecipit ? An ideo omnibus, quia et episcopis ? et ideo episcopis, quia et omnibus ? Vnde enim episcopi et clerus ? Nonne de omnibus ? Si non omnes monogamiae tenentur, unde monogami in clerum ? An ordo aliqui seorsum debebit institui monogamorum, de quo allectio fiat in clerum ? **2.** Sed cum extollimur et inflamur aduersus clerum, tunc unum omnes sumus, tunc omnes sacerdotes, quia sacerdotes nos Deo et Patri fecit. Cum ad peraequationem disciplinae sacerdotalis prouocamur, deponimus infulas, et pares sumus. De ecclesiasticis ordinibus agebatur, quales ordinari oporteret. Oportebat igitur omnem communis disciplinae formam sua fronte proponi, edictum quodammodo futurum uniuersis in praesessione, quo magis sciret plebs eum ordinem sibi obseruandum qui faceret praepositos, et ne uel ipse honor aliquid sibi ad licentiam quasi de priuilegio loci blandiatur. **3.** Prospiciebat Spiritus sanctus dicturos quosdam : Omnia licent episcopis, sicut ille uester Vtinensis nec Scantiniam timuit. Quot enim et digami praesident apud uos, insultantes utique apostolo, certe non erubescentes, cum haec sub illis leguntur ? **4.** Age iam, qui putas exceptionem monogamiae de episcopis factam, recede et a reliquis tuis titulis disciplinae, qui cum monogamia episcopis ascribuntur. Noli esse irreprehensibilis, sobrius, bene moratus, ornatus, hospitalis, docibilis, quin uero et uino deditus et manu promptus ad caedendum et pugnax et pecuniae amans et domum non regens nec filiorum curans disciplinam, sed nec ab extraneis bonam famam sectans. **5.** Si enim suam habent episcopi legem circa monogamiam, etiam cetera quae monogamiae accedere oportebit episcopis erunt scripta. Laicis uero, queis monogamia non

XII. **13**sq. *cf.* Apoc. 1, 6 ; 5, 10. **29**sqq. *cf.* I Tim. 3, 2-7.

XII. **1** aliam] *N*, *om. cet.* e] *om. X* **3** sunt] *V Rb.*, sint *NXL* **10** aliqui] *C*, aliquis *cet.* **12** inflammamur *C* **14** par equacionem *X* **15** pares] *codd. Rb.* (*Le Saint uertit „marriage partner"*), partes *Gel*, *prob. Kellner - Esser*, *et fort. recte*, impares *Rig.*, impartes *Vrsinus* **16** ordinibus] *om. N et cod. Diuion.* **18** proponi] *om. X* **19** in praesessione] *coni. Rig.*, in praecessione *N cod. Diuion.*, impressione *cet. codd.* (*ex* i pcessione ?) *Rb.*, impressioni *Oehler* scieret *X* **21** blandiretur *Vrsinus Rig.* **21/22** proficiebat *X* **22** dicturus *X* **24** et digami] *Gel.*, ex digami *N*, ex digamia *XVL*, et ex digamia *Rb.* **26** exceptionem] *edd.*, acceptionem *codd. Rb.* **27** et] *Pam.*, *om. cet.* **29/30** quin uero] *VL*, qui in uero *N*, qui in mero *X* **31** pugnax] *B*, pugnus *N*, pugnas *cet. codd. Rb.* pecunias *X* **32** curi *X* **35** locis *X* queis] *L*, quos *rel.* mono-

conuenit, cetera quoque aliena sunt. Euasisti, psychice, si uelis, uincula disciplinae totius. Praescribe constanter non omnibus praecipi quae quibusdam sint praecepta, aut si cetera quidem communia sunt, monogamia uero solis episcopis imposita est, numquid illi soli Christiani pronuntiandi in quos tota disciplina collata est ?

XIII. **1.** Sed et Timotheo scribens uult *iuuenculas nubere, filios suscipere, matres familiae agere.* Ad eas dirigit quales supra denotat, iuuenculas uiduas, quae in uiduitate deprehensae et aliquamdiu adsectatae, postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere uolunt, habentes iudicium quod primam fidem resciderunt, illam uidelicet a qua in uiduitate inuentae et professae eam non perseuerant. Propter quod uult eas nubere, ne primam fidem susceptae uiduitatis postea rescindant, non ut totiens nubant, quotiens in uiduitate temptata, immo et in deliciis habita, noluerint perseuerare. **2.** Legimus eum et ad Romanos scribentem : *Quae enim sub uiro est mulier, uiuenti uiro uincta est ; si autem obierit, euacuata est a lege uiri. Nempe ergo uiuente uiro adulterare putabitur, si uincta fuerit alteri uiro. Si uero obierit uir, liberata est a lege, quod non sit adultera facta alii uiro.* Sed et sequentia recognosce, quo sensus iste, qui tibi blanditur, euadat. *Itaque,* inquit, *fratres mei, mortificamini et uos legi per corpus Christi, ut efficiamini alteri, ei scilicet qui a mortuis resurrexit, uti fructum feramus Deo. Cum enim eramus in carne, passiones delictorum, quae per legem efficiebantur, in membris nostris ad fructum ferendum morti ; nunc autem euacuati sumus a lege, mortui in quo tenebamur, ad seruiendum Deo in nouitate spiritus, et non in uetustate litterae.* **3.** Igitur si mortificari nos iubet legi per *corpus Christi, quod est ecclesia,* quae spiritu nouitatis constat, non per litteram uetustatis, id est legis, auferens te a lege, quae non tenet uxorem marito defuncto, quominus alii uiro fiat, ad contrariam te redigit condicionem, ne amisso uiro nubas, quantumque non deputareris adultera facta alteri uiro post mortem mariti, si adhuc

XIII. **1**sq. I Tim. 5, 14. **4**sqq. *cf.* I Tim. 5, 11sq. **11**sqq. Rom. 7, 2sqq. **24** Col. 1, 24.

gamie *XVL* **37** praescribere *X* **38/39** aut si cetera quidam sint precepta aut si cetera quidem communica sunt *X*.

XIII. **4** adsectatae] *Pam.* affectatae *codd.* **6** a fidem X[1] sciderunt *N* scilicet *N* **10** temptata] *Gel.*, temptanda *codd.* **11** et adscribentem Romanos eum *N* enim] *N*, autem *codd. edd.* **12** mulier] *N*, mulierum *XVL* **13** a uiri lege *N* **14** uincta] *NV*, iuncta *cet.* alteri] alii *N* **15** quo non sit adulterata *N* **16** sensus] *Rb. in marg.*, sensu *codd. Rb.* **17** mei *om. Rb.* **18** alteri] aliter *codd.* **19** deo] eo *X* **22** legi *X* a lege, mortui in quo] *codd.*, a lege mortis in quo *C Rb. in marg. Pam.* (*sec. Vulg.*) **23** deo] *om. N* **26** non] *B*, *om. codd. Rb.* **29** alteri uiro facta *N* maritis *N*

in lege agere deberes, tanto ex diuersitate condicionis adulterii te praeiudicat post mortem mariti alii nubentem ; quia iam mortificata es legi, non potest tibi licere, cum recessisti ab ea apud quam tibi licebat.

XIV. **1.** Nunc si et absolute apostolus permisisset in fide amisso matrimonio nubere, proinde fecisset quemadmodum et cetera quae aduersus formam regulae suae pro condicione temporum gessit, circumcidens Timotheum propter superinducticios falsos fratres, et rasos quosdam inducens in templum propter obseruationem Iudaeorum, ille qui Galatas in lege uolentes agere castigat. **2.** Sed ita res exigebant, ut *omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret, parturiens illos, donec formaretur Christus in ipsis,* et calefaciens tanquam nutrix paruulos fidei, docendo quaedam per ueniam, *non per imperium* (aliud est enim indulgere, aliud iubere), proinde temporalem licentiam permittens denuo nubendi propter infirmitatem carnis, quemadmodum Moyses repudiandi propter duritiam cordis. Et hic itaque reddemus supplementum sensus istius. **3.** Si enim Christus abstulit quod Moyses praecepit, quia ab initio non fuit sic, nec sic ideo ab alia uenisse uirtute reputabitur Christus, cur non et Paracletus abstulerit quod Paulus indulsit, quia et secundum matrimonium ab initio non fuit, nec ideo suspectus habendus sit, quasi spiritus alienus, tantum ut Deo et Christo dignum sit quod superducitur ? **4.** Si Deo et Christo dignum fuit duritiam cordis tempore expleto compescere, cur non dignius sit et Deo et Christo infirmitatem carnis tempore iam collectiore discutere ? Si iustum est matrimonium non separari, utique et non iterari honestum est. Denique apud saeculum utrumque in bona disciplina deputatur, aliud concordiae nomine, aliud pudicitiae. Regnauit duritia cordis usque ad Christum, regnauerit et infirmitas carnis usque ad Paracletum. Noua lex abstulit repudium (habuit quod auferret), noua prophetia secundum matrimonium, non minus repudium prioris. **5.** Sed facilius duritia cordis Christo cessit quam infirmitas carnis. Plus haec sibi Paulum defendit quam illa Moysen ; si tamen defendit cum indulgentem eum captat,

XIV. **4**sq. *cf.* Act. 16, 3 ; Gal. 2, 6. **8**sq. I Cor. 9, 22 ; Gal. 4, 19.

32 mortificata es] *B*, mortificare *N*, mortificat(a)e *rel.* tibi] *om. N.*

XIV. **1** si] *B*, *om. cet.* **5** superinductitios] *Gel.*, superductitios *cet.* **7** exigebat *C* **11** nubere *X* **14** cordis] *G*, carnis *rel.* **16/17** uirtute uenisse *N* **18** inclusit *N* **20/21** tantum *usq.* superducitur si] *om. NX* **21** superducitur] *Rb.*, superdicitur *VL Vatic.* si] *Vatic. Pam.*, sed *VL Rb.* **24** si] iam *add. N* **26** aliud] alie *N* **29/31** habuit *usq.* repudium] *add. X in marg. inferiore al. m.* **29** habuit] et *add. N* **30** noua] et noua *N*, nouo *X* **31** sed] scilicet *X* **32/33** illa Moysen ; si] illa non sensit *N*, illa non sensi *XVL Rb.* **33** cum]

praescribentem recusat, quae potiores sententias et perpetuas uoluntates eius eludit, quae non sinit nos hoc apostolo praestare quod mauult. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseuerabit? **6.** Tempus eius, donec Paracletus operaretur, fuit, in quem dilata sunt a Domino quae tunc sustineri non poterant, quae iam nemini competit portare non posse, quia per quem datur portare posse non deest. Quamdiu causabimur carnem, quia dixit Dominus: *Caro infirma*? Sed praemisit: *et spiritus promptus*, ut uincat spiritus carnem, ut cedat quod infirmum est fortiori. Nam et: *Qui potest capere capiat*, inquit, id est qui non potest, discedat. **7.** Discessit et ille diues, qui non ceperat substantiae diuidendae egenis praeceptum, et dimissus est sententiae suae a Domino. Nec ideo duritia imputabitur Christo de arbitrii cuiuscunque liberi seruitio. *Ecce*, inquit, *posui ante te bonum et malum*. Elige quod bonum est; si non potes, quia non uis (posse enim te, si uelis, ostendit, quia tuo arbitrio utrumque proposuit), discedas oportet ab eo cuius non facis uoluntatem.

XV. **1.** Quae igitur hic duritia nostra, si non facientibus uoluntatem Dei renuntiamus? Quae haeresis, si secundas nuptias, ut illicitas, iuxta adulterium iudicamus? Quid est enim adulterium quam matrimonium illicitum? Notat apostolus eos qui in totum nubere prohibebant, qui et de cibis interdicebant quos Deus condidit. Nos uero non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quam cibos reprobamus, si saepius ieiunamus. **2.** Aliud est auferre, aliud temperare; aliud est legem non nubendi ponere, aliud est modum nubendi statuere. Plane qui exprobrant nobis duritiam uel haeresim in hac causa aestimant, si in tantum fouent carnis infirmitatem, ut in nubendo frequenter sustinendam putent, cur illam in alia causa neque sustinent neque uenia fouent, cum tormentis expugnata est in negationem? **3.** Vtique enim

40sq. *cf.* Ioan. 16, 12sq. **42**sq. *cf.* Matth. 26, 41. **44** Matth. 19, 12. **48**sq. Deut. 30, 15; Eccli. 15, 18.

XV. **6** *cf.* I Tim. 4, 3.

quam *NX* eam *X* **35** eludit] uelut id *codd. Rh.* **37** perseuerauit *NX* **38** operatur *X Rh.* dilatata *NX Rh.* **39** sustinere *VL Vatic. Pam.* **40/41** quia per quem datur portare posse] *Gel.*, *om. cet* **40/41** portare posse. Quamdiu *B* **41** deesse *N* cambimur *N* **48** seruitio] *VL Rh.*, *tuent. Kellner-Esser et Plumpe*, uitio *NX edd.*, *tuet. Le Saint.*

XV. **7** auferamus *X* **8** esse *X* auferre] *Rh. coni. in marg.*, refere *codd. Rh.* **9/10** ponere, aliud est modum nubendi] *om. X* aliud modum non nubendi *N* **11** aestimant] *C*, *om. cet.* **11/12** carnis infirmitatem] *Rh.*, c. mee firmitatem *NX*, c. meae infirmitatem *VL* **12** ut] aut *X* sustinendum *Gel.* putant *NX* **14** utique] unde *N*

illam magis excusari capit quae in proelio cecidit quam quae in cubiculo, quae in equuleo succubuit quam quae in lectulo, quae crudelitati cessit quam quae libidini, quae gemens deuicta est quam quae subans. Sed illam quidem a communicatione depellunt, quia non sustinuit in finem; hanc uero suscipiunt, quasi et haec sustinuerit in finem. **4.** Propone, quid utraque non sustinuerit in finem, et inuenies eius causam honestiorem quae saeuitiam quam quae pudicitiam sustinere non potuit. Et tamen nec cruentam defectionem infirmitas carnis excusat, nedum impudicam.

XVI. **1.** Rideo autem, cum infirmitas carnis opponitur, quae summa fortitudo dicenda est. Iterum nubere est res uirium; resurgere in opera carnis de continentiae otio substantia est laterum. Talis infirmitas et tertio et quarto et usque septimo forsitan matrimonio sufficit, ut quae totiens fortior quotiens fuerit infirmior, habitura iam non apostolum auctorem, sed Hermogenem aliquem, plures solitum mulieres ducere quam pingere. **2.** Materia enim in illo abundat, unde et animam esse praesumens multo magis spiritum a Deo non habet, iam nec psychicus, quia non de afflatu Dei psychicus. Quid, si inopiam quis causetur, ut carnem suam aperte prostitutam profiteatur, exhibitionis causa nubentem, oblitus de uictu et uestitu non esse cogitandum? Habet Deum etiam coruorum educatorem, etiam florum excultorem. **3.** Quid, si solitudinem domus obtendat? Quasi una mulier frequentiam praestet homini ad fugam proximo. Habet uiduam utique, quam assumat licebit. Non unam generis huius uxorem, sed etiam plures habere concessum est. **4.** Quid, si de posteritate quis cogitet iisdem animis quibus oculis uxor Loth, ut ideo quis repetat matrimonium, quia de priore liberos non habuit? Haeredes scilicet Christianus quaeret saeculi totius exhaeres. Habet fratres, habet ecclesiam matrem. Aliud est, si et apud Christum legibus Iuliis agi credunt, et existimant caelibes et orbos ex testamento Dei solidum non posse capere. Nu-

19 *cf.* Matth. 24, 13.

16 succumbit *X* **21** sustinerit *X* finem] *N*, fine *cet. Rh.*

XVI. **2/3** uirium res est *N* **4** lacertum *X* **5** forsitan] et *add. X* **7** hermogenem aliquem] *N Rh.*, hermo generaliquem *X*, hermo generalis quem *VL* **8** habundat *X* **10** quia non de afflatu dei psychicus] *Gel.*, *om. cet.* **14** coruorum] *C*, corporum *cet.* educatorem corporum *N* **15** obtendat] *C*, ostendat *cet.* **17** huius generis *N* **18** etiam] *C*, iam *rel.* **19** cogitetis (cogitatis *N*) de minimis *codd. Rh.*, *corr. in marg.* ut ideo] *Gel.*, uti deo *N*, utique deo *cet. Rh.* **20** reputat *X* **21** christianos *NX* exhaeredes *N* **22** aliud] illud *X* est] *om. N* **23** iuliis] *N Rh.*, uilus (*uel* nilus) *XVL* existimant] *NX*, extimant *VL*, aestimant *Rh.* **24** solidum] *om. N* capere non posse *N*

bant igitur huiusmodi in finem usque, ut in ista confusione carnis, sicut Sodoma et Gomorrha et diluuii dies, ab illo ultimo exitu saeculi deprehendantur. **5.** Adiciant tertium dictum : *Manducemus et bibamus et nubamus, cras enim moriemur*, non recogitantes uae illud praegnantibus et lactantibus multo grauius et amarius euenturum in concussione totius mundi, quam euenit in uastatione unius particulae Iudaeae. Satis opportunos nouissimis temporibus fructus iteratis matrimoniis colligant, ubera fluitantia et uteros nauseantes et infantes pipiantes. Parent antichristo, in quae libidinosius saeuiat. Adducet illis carnifices obstetrices.

XVII. **1.** Habebunt plane Christo quod allegent speciosum priuilegium, carnis usquequaque imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt iam non Isaac monogamus pater noster, nec Ioannes aliqui Christi spado, nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla sanctorum. **2.** Solent ethnici iudices destinari. Exsurget regina Carthaginis et decernet in Christianas, quae profuga et in alieno solo et tantae ciuitatis cum maxime formatrix, cum regis nuptias ultro optasse debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit e contrario uri quam nubere. Assidebit et illi matrona Romana, quae etsi per uim nocturnam nihilominus experta alium uirum maculam carnis suo sanguine abluit, ut monogamiam in semetipsam uindicaret. Fuerunt et quae pro uiris mori mallent quam post uiros nubere. **3.** Idolis certe et monogamia et uiduitas apparent. Fortunae Muliebri coronam non imponit nisi uniuira, sicut nec Matri Matutae. Pontifex Maximus et Flaminica nubunt semel. Cereris sacerdotes uiuentibus etiam uiris et consentientibus amica separatione uiduantur. **4.** Sunt et quae de tota continentia iudicent nos, uirgines Vestae et Iunonis Achaicae et Dianae Scythicae et Apollinis Pythii. Etiam bouis illius Aegyptii antistites de continentia infirmitatem Christianorum iudicabunt. **5.** Erubesce, caro, quae

XVI. **28**sq. Is. 22, 14 ; I Cor. 15, 32. **29** *cf.* Matth. 24, 19.

25 usque ut] et *N* **29** uae illud] uelut *X* **31** euenit] conuenit *X* **32** Iudaeae] inde (*uel* iude) *NX* **33/34** nausiantes *X* **34** pipiantes] *Gel.*, pipantes *cet.* quae] *Gel.*, quo *cet.*

XVII. **1** allegent] *Rb. coni. in marg.*, *Gel.*, legent *cet.* **3** iam] tam *codd. Rb.* **4** spado] *B*, spadone *NX Rb.* (*coni. in marg.* nec aliqui spadones), spadonis *VL* nec iudhit filia merari *N*, ne uidui nec filia merari *X*, nec uidui nec filia mereri *VL*, nec Iudith nec filia Merari *Rb.* **6** in] *om. N* **7** et in] est in *X* **9** exprimeretur *X* **11** alium uirum experta *N* **12** sanguine suo *N* **13** pro uiris mori mallent quam] *Gel.*, *om. cet.* **14** nuberent idolis. (His *add. B*) Certe et in monogamia et uiduitas apparet *Rb. B* in monogamia *XVL Rb.* **15/16** uniuiris *N*, uniuiras *X* **16** nec] *Gel.*, *om. cet.* **17** semel nubunt *N* Cereris sacerdotes] *Rb.*, ceteris sacerdos *codd.* **19** quae] qui *codd. Rb*

Christum induisti ! Sufficiat tibi semel nubere, in quod a primordio facta es, in quod a fine reuocaris. Redi in Adam uel priorem, si in nouissimum non potes. Semel gustauit ille de arbore, semel concupiit, semel pudenda protexit, semel Deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de paradiso sanctitatis exulauit, semel exinde nupsit. Si in illo fuisti, habes tuam formam ; si in Christum transisti, melior esse debebis. Exhibe tertium Adam et hunc digamum, et tunc poteris esse, quod inter duos non potes.

XVII, **23** *cf.* Rom. 13, 14 ; Gal. 3, 27. **30**sq. *cf.* Hieron., Adu. Iouin. I, 16.

24 es] et *N* in quod a fine reuocaris] *Gel.*, in quo definiri uocabis *N*, in quo definiri uocaris *XVL Rb.* (*in marg. coni.* : in quod et finiri uoc.), in quod e fine reuocaris *B* **30** tertium] *Gel.*, te tertium *cet.* hoc *X* **31** duo *X* DE MONOGAMIA TERTVLLIANI EXPLICIT *N*.

XXIX

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE IEIVNIO ADVERSVS PSYCHICOS

CVRA ET STVDIO

A. REIFFERSCHEID ET G. WISSOWA

MONITVM

C codex deperditus Ioannis Clementis Angli, cuius uarias lectiones exscripsit Pamelius.

B editio princeps Martini Mesnartii, Parisiis, 1545.
Bmg lectiones marginales editionis Parisiensis.
Gel. editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550.
Pam. editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Rig. editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.

Hartel (in apparatu superiore :) coniecturae Hartelii apparatui editionis Augusti Reifferscheid insertae ;
(in apparatu inferiore :) Gulielmus von Hartel, *Patristische Studien*, IV, Vindobonae, 1890 (*Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philos.-hist. Classe*, Bd. CXXI, Heft 14).
Kroym. Aemilius Kroymann, *Quaestiones Tertullianae criticae*, Oeniponte, 1894.
Hoppe H. Hoppe, *Beiträge zur Sprache und Kritik Tertullians*, Lundae, 1932.

Huius tractatus nullus datur codex nullumue fragmentum manuscriptum. Tota traditio textus pendet ab editione Mesnartii et a deperdito codice Ioannis Clementis Angli, cuius uarias lectiones adnotauit Pamelius.

Item Gelenius quendam codicem inspexit, et quidem eiusdem stirpis ac membranae Mesnartii et Ioannis Clementis. Quod tamen probare non liquet. Paucas enim et has plurimum uel minoris momenti uel peioris notae lectiones adfert. Potius coniecturis textum Mesnartii emendare conatus est. Attamen quosdam locos felici manu sanauit. Tantum ad cap. IX, 9 maiores uariantes praebet ; etsi emendatiores dici nequeunt (cfr H. Hoppe, *Beiträge*, p. 74 sq.), non ex coniecturis ortae uidentur. Item ne dubites quin quodam in codice inuenerit uocabulum 'saccum' (pag. 282, 26), quod et legis apud *Sept.* et in antiquis uersionibus, dum *Vulg.* 'cilicium' habet. Ceterum animaduertendum est Gelenium numquam easdem praebere lectiones ac cod. *C*, qui tamen ad eandem collectionem, Corbeiensem nempe, pertinet ac „codex Masburensis" quem adhibuisse se dicit.

DE IEIVNIO
ADVERSVS PSYCHICOS

I. **1.** Mirarer psychicos istos, si sola luxuria tenerentur, qua V 274 saepius nubunt, si non etiam ingluuie lacerarentur, qua ieiunia oderunt. Monstrum scilicet haberetur libido sine gula, cum duo haec tam unita atque concreta sint, ut si disiungi omnino potuissent, ipsi prius uentri pudenda non adhaererent. Specta corpus, et una regio est. **2.** Denique pro dispositione membrorum ordo uitiorum. Prior uenter, et statim cetera saginae substructa lasciuia est ; per edacitatem salacitas transit. Agnosco igitur animalem fidem studio carnis, qua tota constat, tam multiuorantiae quam multinubentiae pronam, ut merito spiritalem disciplinam pro substantia aemulam in hac quoque specie continentiae accuset perinde gulae frenos imbuentem per nullas interdum uel seras uel aridas escas, quemadmodum et libidini per unicas nuptias. **3.** Piget iam cum talibus congredi, pudet etiam de eis altercari quorum nec defensio uerecunda est. Quomodo enim protegam castitatem et sobrietatem sine taxatione aduersariorum ? Quinam isti sint, semel nominabo : exteriores et interiores botuli psychicorum. Hi paracleto controuersiam faciunt ; propter hoc nouae prophetiae recusantur ; non quod alium deum praedicent Montanus et Priscilla et Maximilla, nec quod Iesum Christum soluant, nec quod aliquam fidei aut spei regulam euertant, sed quod plane doceant saepius ieiunare quam nubere. **4.** De modo quidem nubendi iam edidimus monogamiae defensionem. Nunc de castigatione uictus secunda V 275 uel magis prima continentiae pugna est. Arguunt nos, quod ieiunia propria custodiamus, quod stationes plerumque in uesperam producamus, quod etiam xerophagias obseruemus siccantes cibum ab omni carne et omni iurulentia et uuidioribus quibusque pomis nec quid uinositatis uel edamus uel potemus ; lauacri quoque abstinentiam, congruentem arido uictui. **5.** Nouitatem igitur obiectant, de cuius inlicito praescribant aut haeresin iudicandam, si humana praesumptio est, aut pseudoprophetiam

---

2 de Ieiunio aduersus Psychicos *B*, de ieiuniis aduersus psychicos *Pam*, de ieiuniis *Rig* **3** psychicos istos *C*, psychicos *B* tenderentur *Rig* **4** si *add. Gel* lacerarentur *B*, ducerentur *Gel*, laxarentur *Vrs* **11** in studio *fort.* qua tota *Gel :* quam totam *B* **14** perinde *scripsi :* proinde *B* induentem *Harrisius* **17** et iam *C*, iam *B* V 274
1 secunda *Vrs :* secundae *B* **2** prima *Vrs :* primae *B* **6** ne *Lat* **8** haeresim *B* V 275

---

1 de ieiuniis aduersum phisicos *codd. Colon. et Corbeiens. deperditi, cfr Sacris Erudiri, 1952, p. 372 sqq.* **9** et statim cetera (*sc.* pudenda *l.* 7) ; saginae *dist. Kroym.*

pronuntiandam, si spiritalis indictio est, dum quaque ex parte anathema audiamus, qui aliter adnuntiamus.

II. **1.** Nam quod ad ieiunia pertineat, certos dies a deo constitutos opponunt, ut cum in Leuitico praecipit dominus Moysi decimam mensis septimi diem placationis, sancta, inquiens, erit uobis dies, et uexabitis animas uestras, et omnis anima, quae uexata non fuerit in illa die, exterminabitur de populo suo. **2.** Certe in euangelio illos dies ieiuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus, et hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum abolitis legalibus et propheticis uetustatibus. Vbi uolunt enim, adgnoscunt quid sapiat lex et prophetae usque ad Iohannem. **3.** Itaque de cetero indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio nouae disciplinae, pro temporibus et causis uniuscuiusque; sic et apostolos obseruasse, nullum aliud imponentes iugum certorum et in commune omnibus obeundorum ieiuniorum, proinde nec stationum, quae et ipsae suos quidem dies habeant quartae feriae et sextae, passiue tamen currant, neque sub lege praecepti neque ultra supremam diei, quando et orationes fere hora nona concludat de Petri exemplo, quod Actis refertur. **4.** Xerophagias uero nouum adfectati officii nomen et proximum ethnicae superstitioni, quales castimoniae Apim, Isidem et Magnam Matrem certorum eduliorum exceptione purificant, cum fides V 276
libera in Christo ne Iudaicae quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat, semel in totum macellum ab apostolo admissa, detestatore eorum qui sicut nubere prohibeant, ita iubeant cibis abstinere a deo conditis. **5.** Et ideo non esse iam tunc praenotatos in nouissimis temporibus abscedentes a fide, intendentes spiritibus mundi seductoribus, doctrinis mendaciloquorum inustam habentes conscientiam. Quibus, oro te, ignibus? Credo, quibus nuptias saepe deducimus et cenas quotidie coquimus? **6.** Sic et cum Galatis nos quoque percuti aiunt obseruatores dierum et mensium et annorum. Iaculantur interea et Esaiam pronuntiasse: non tale ieiunium dominus elegit, id est non abstinentiam cibi, sed opera iustitiae, quae subtexit; et ipsum dominum in euangelio ad omnem circa uictum scrupulositatem compendio respon-

14 Leu. 16, 29 sqq. 23, 27. **21** Luc. 16, 16. Matth. 11, 13. **29** cf. Act. 3, 1. V 275
3 cf. 1 Cor. 10, 25. **6** cf. 1 Tim. 4, 1 sq. **10** cf. Gal. 4, 10. **12** Es. 59, 4 sq. V 276
15 cf. Marc. 7, 15.

10 quaqua *C* **13** Mosi *Gel* **22** differenter *Rig* **27** passiue *Gel* : passim *B* currant *Gel* : currunt *B* **28** supremam diei *Gel* : suprema iudici *B* **30** affectati *Gel* : adfecti *B* V 275
4 detestatore *Gel* : de testatore *B* **9** credo *Gel* : trado *B* **15** uictum *Urs* : V 276

15 uictus *maluit Kroym.* V 276

disse, non his communicari hominem quae in os inferantur, sed quae ex ore proferantur, cum et ipse manducaret et biberet usque in notationem: ecce homo uorator et potator! **7.** Sic et apostolum docere, quod esca nos deo non commendet, neque abundantes, si edamus, neque deficientes, si non edamus. His et huiusmodi sensibus eo iam subtiliter tendunt, ut unusquisque pronior uentri possit superuacua nec adeo necessaria existimare sublati uel deminuti uel demorati cibi officia, praeponente scilicet deo iustitiae et innocentiae opera. **8.** Et scimus, quales sint carnalium commodorum suasoriae, quam facile dicatur: opus est de totis praecordiis credam, diligam deum et proximum tamquam me. In his enim duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae, non in pulmonum et intestinorum meorum inanitate.

III. **1.** Itaque nos hoc prius affirmare debemus quod occulte subV 277
rui periclitatur, quantum ualeat apud deum inanitas ista, et ante omnia, unde ratio ipsa processerit hoc modo promerendi deum. Tunc enim agnoscetur obseruationis necessitas, cum eluxerit rationis auctoritas a primordio recensendae. **2.** Acceperat Adam a deo legem non gustandi de arbore agnitionis boni et mali, moriturus si gustasset. Verum et ipse tunc in psychicum reuersus post ecstasin spiritalem, in qua magnum illud sacramentum in Christum et ecclesiam prophetauerat, nec iam capiens quae erant spiritus, facilius uentri quam deo cessit, pabulo potius quam praecepto annuit, salutem gula uendidit. Manducauit denique et periit, saluus alioquin, si uni arbusculae ieiunare maluisset; ut iam hinc animalis fides semen suum recognoscat exinde deducens carnalium adpetitionem et spiritalium recusationem. **3.** Teneo igitur a primordio homicidam gulam tormentis atque suppliciis inediae puniendam, etiamsi deus nulla ieiunia praecepisset. Ostendens tamen, unde sit occisus Adam, mihi reliquerat intellegenda remedia offensae, qui offensam demonstrarat. Vltro cibum, quibus modis quibusque temporibus potuissem, pro ueneno deputarem et antidotum famem sumerem, per quam purgarem mortis a primordio causam in me quoque cum ipso genere transductam, certus

18 Matth. 11, 19. **19** cf. 1 Cor. 8, 8.

uictus *B* **16** communicari *C*, coinquinari *B* **22** superuacua *Gel* : superuacuam *B* necessaria *Gel* : necessariam *B* **23** sublati *Pam* : dilati *B* diminuti *Gel* officia, praeponente *Gel* : officinam praeponentes *B*, officia, praepotente *Scal*, officia praeponentes *Iun* **27** tanquam me *B*, mihi *C*
1 firmare *Scal* **8** ecstasim *B* **12** periit *Gel* : perit *B* **18** intelligenda *Gel* : V 277
intelligendae *B* **19** ultro *Gel* : ultio *B*, ut ultro *Hartelius* **22** me *add. Gel*

19 demonstrarat, ⟨ut⟩ ultro *Hartel* V 277

hoc deum uelle cuius contrarium noluit satisque confidens placituram illi continentiae curam, a quo damnatam comperissem incontinentiae culpam. **4.** Porro, cum et ipse ieiunium mandet et animam conquassatam proprie utique cibi angustiis sacrificium appellet, quis iam dubitabit omnium erga uictum macerationum hanc fuisse rationem, qua rursus interdicto cibo et obseruato praecepto primordiale iam delictum expiaretur, ut homo per eandem materiam causae satis deo faciat per quam offenderat id est per cibi interdictionem, atque ita salutem aemulo modo redaccenderet inedia, sicut extinxerat sagina, pro V 278 unico inlicito plura licita contemnens ?

IV. **1.** Haec ratio seruabatur apud prouidentiam dei pro temporibus omnia modulantis, ne quis ex diuerso ad deiciendam propositionem nostram, cur ergo, dicat, non statim deus aliquam uictus constituit castigationem, quin immo et auxit permissionem ? **2.** Nam in primordio quidem herbidum solummodo et arboreum homini pabulum addixerat : ecce dedi uobis omne faenum sementiuum seminans semen quod est super terram, et omne lignum quod habet in semetipso fructum seminis sementiui uobis erit in escam. Postea uero ad Noe enumerata subiectione omnium bestiarum terrae et uolatilium caeli et mouentium in terra et piscium maris et omnis serpentis, erunt, inquit, uobis in escam : uelut holera faeni dedi uobis uniuersa, uerum carnem in sanguine animae suae non edetis. **3.** Nam et hoc ipso, quod eam solam carnem esui eximit, cuius anima non per sanguinem effunditur, omnis reliquae carnis usum concessisse manifestum est. Ad haec respondemus non competisse onerari hominem aliqua adhuc abstinentiae lege, qui cum maxime tam leuem interdictionem unius scilicet pomi tolerare non potuit ; remissum itaque illum libertate ipsa corroborandum. Aeque post diluuium in reformatione generis humani suffecisse unam interim legem a sanguine abstinendi permisso usu ceterorum. **4.** Iam enim iudicium dominus ostenderat per diluuium, adhuc etiam comminatus fuerat per exquisitionem sanguinis de manu fratris et de manu bestiae omnis. Itaque iustitiam iudicii praeministrans materiam libertatis emisit per ueniam

24 cf. Ps. 50, 18. V 277
8 Gen. 1, 29. **14** Gen. 9, 2. **26** cf. Gen. 9, 5. V 278

26 concassatam *B* cibi *Gel* : sibi *B* **27** uictum *Vrs* : uictus *B*
2 unico *Gel* : uno *B* **4** modulantis *C*, moderantis *B* **8** arboreum *Gel* : arborum *B* **9** sementiuum *Gel* : sementinum *B* ; *sic et postea* **14** serpentis *B*, uiuentis *C* **17** esui *C*, *om.* *B* **23** aeque *Pam* : atque *B* V 278

27 uictus *maluit Kroym.*

supparans disciplinam, permittens omnia, ut demeret quaedam, plus exacturus, si plus commisisset, abstinentiam imperaturus, cum indulgentiam praemisisset, quo magis, ut diximus, primordiale delictum expiaretur maioris abstinentiae operatione in V 279 maioris licentiae occasione.

V. **1.** Denique ubi iam et familiaris populus allegi deo coepit et restitutio hominis imbui potuit, tunc leges disciplinaeque omnes impositae, etiam quae decerperent uictum, ademptis quibusdam ueluti immundis, quo facilius aliquando ieiunia toleraret homo perpetua in quibusdam abstinentia usus. **2.** Nam et primus populus primi hominis resculpserat crimen pronior uentri quam deo deprehensus, cum de duritia Aegyptiae seruitutis ualida manu dei et sublimi brachio ereptus dominus eius uisus est, terrae lacte et melle mananti destinatus, statim autem solitudinis incopiosae circumspectu scandalizatus, saturitatis Aegyptiae detrimenta suspirans in Moysen et Aaron mussitauit : utinam obiissemus percussi a domino in terra Aegypti, quando super ollas carnium sedebamus et panes in plenitudinem comedebamus. Quomodo eduxisti nos in haec deserta ad interficiendam synagogam istam fame? **3.** Eadem uentris praelatione deploraturus erat eosdem duces suos et dei arbitros, quos desiderio carnis et recordatu Aegyptiarum copiarum exacerbabat. Quis nos uescet carne ? Venerunt in mentem nobis pisces quos in Aegypto edebamus gratis, et cucumeres et pepones et porri et cepe et allia. At nunc anima nostra arida, nihil nisi manna uident oculi nostri. **4.** Ita et illis xerophagiae panis angelici displicebant, allium potius et cepe quam caelum fragrare malebant. Et ideo tam ingratis gratiora et esculentiora quaeque detracta sunt, puniendae simul gulae et exercendae continentiae causa, ut illa damnaretur, ista erudiretur.

VI. **1.** Nunc si temere rationes castigati a deo uictus et castigandi V 280 propter deum a nobis ad primordiorum experimenta reuocauimus, conscientiam communem consulamus. Ipsa natura enuntiabit, quales nos ante pabulum et potum in uirgine adhuc saliua exhibere consuerit rebus dumtaxat sensu agendis, quo diuina tractantur, si multo pollentioris mentis, si multo

14 Ex. 16, 2 sq. **20** Num. 11, 4 sqq. V 279

8 resculpserat *Gel* : sculpserat *B* **10** dominis *Iun* dominus eius uisus est *del.* *Scal* **11** est] et *Vrs* mananti *Gel* : manantis *B* **12** incopiosae *Gel* : in copiose *B* **13** detrimenta *C*, detrimento *B* **16** quoniam *C* **17** interficiendam *Gel* : interficiendum *B* **21** uescet *Gel* : uescetur *B*, pascet *Iun* mentem *Gel* : mente *B* **25** panis *Vrs* : panes *B* **26** fragrare *Bmg*, *Gel*, flagrare *B* V 279
1 castigati a *Gel* : castiganda *B* **4** enuntiabit *Gel* : nuntiabit *B* **5** sensus *Pam* **6** sic—sic *fort.*

uiuacioris cordis, quam cum totum illud domicilium interioris hominis escis stipatum, uinis inundatum, decoquendis iam stercoribus exaestuans praemeditatorium efficitur latrinarum, in quo plane nihil tam in proximo supersit quam ad lasciuiam sapere. **2.** Manducauit populus et bibit, et surrexerunt ludere. Intellege sanctae scripturae uerecundiam : lusum nisi impudicum non denotasset. Ceterum quotusquisque meminerit religionis occupatis memoriae locis, impeditis sapientiae membris ? Nemo ita ut decet, ita ut par est, ita ut utile est, recordabitur dei eo in tempore, quo ipsum sibi hominem excidere sollemne est. Omnem disciplinam uictus aut occidit aut uulnerat. Mentior, si non dominus ipse obliuionem sui exprobrans Israeli causam plenitudini reputat. **3.** Incrassatus est dilectus et pinguefactus et dilatatus est, et dereliquit deum, qui fecit eum, et abscessit a domino salutificatore suo. Denique in eodem Deuteronomio eandem causam praecaueri iubens, ne, inquit, cum manducaueris et biberis et domos optimas aedificaueris, ouibus et bubus tuis multiplicatis et argento et auro extollatur cor tuum et obliuiscaris domini dei tui. **4.** Praeposuit corruptelae diuitiarum edacitatis enormitatem, cui ipsae diuitiae procurant. Per illam scilicet incrassatum erat cor populi, ne oculis uideret et auribus audiret et corde coniceret adipibus obstructo, quas nominatim esui abstulit dedocens hominem saginae studere. **5.** Ceterum cui cor erectum potius inueniebatur quam impinguatum, qui quadraginta diebus totidemque noctibus supra humanae naturae fa- V 281
cultatem ieiunium perennauit spiritali fide uirtutem subministrante, et uidit oculis dei gloriam et audiuit auribus dei uocem et corde coniecit dei legem iam tunc docentis non in solo pane uiuere hominem, sed in omni uerbo dei, cum quidem nec ipsum Moysen deo pastum inediamque eius nomine saginatam constanter contemplari ualeret pinguior populus. Merito igitur etiam in carne se dominus ei ostendit collegae ieiuniorum suorum, non minus et Heliae. **6.** Nam et Helias hoc primum, quod famem fuerat imprecatus, satis iam se ieiuniis uouerat. Viuit, inquit, dominus, cui adsisto in conspectu eius, si erit ros istis annis et imber. Dehinc minantem Iezabel fugiens post unicum pabulum et potum, quem ab angelo expergefactus inuenerat, et ipse quadraginta diebus et noctibus uacuo uentre, arido ore peruenit in montem Choreb,

11 Ex. 32, 6. **19** Deut. 32, 15. **23** ibid. 8, 12 sqq. V 280
11 1 Reg. 17, 1. V 281

8 decoquendis *Gel* : de coquendis *B* **9** exaestuans *C*, aestuans *B* **16** in eo *Gel* **19** deputat *Vrs* **27** illam *scripsi* : illa *B*, illas *Gel* **31** euectum *C* qui *om. Pam.*
6 inediamque *Gel* : mediamque *B* numine *Vrs* V 281

ubi cum in speluncam deuertisset, quam familiari congressu dei exceptus est ! **7.** Quid tu Helia hic ? Multo amicior ista uox quam Adam ubi es ? Illa enim pasto homini minabatur, ista ieiuno blandiebatur. Tanta est circumscripti uictus praerogatiua, ut deum praestet homini contubernalem, parem reuera pari. Si enim deus aeternus non esuriet, ut testatur per Esaiam, hoc erit tempus, quo homo deo adaequetur, cum sine pabulo uiuit.

VII. **1.** Processimus itaque iam ad exempla, uti reuoluamus utilitatis efficacia potestates istius officii, quod etiam iratum deum homini reconciliat. Deliquerat Israel in aquatione apud Maspha congregatus a Samuele, sed ita statim delictum ieiunio diluit, ut periculum proelii simul fugerit. Cum maxime Samuel offerebat holocaustum (in nullo magis procuratam audimus dei clementiam quam in abstinentia populi) et allophyli proelio admouebant, ibidem dominus intonuit uoce magna super allophylos, et confusi sunt et corruerunt in conspectu Israelis, V 282
et processerunt uiri Israel ex Maspha et persecuti sunt allophylos et usque Bethor ceciderunt, pastos impasti, armatos inermes. **2.** Hae erunt uires ieiunantium deo. Caelum pro eiusmodi militat. Habes formam praesidii etiam spiritalibus bellis necessariam. Perinde cum rex Assyriorum Sennacherib compluribus iam ciuitatibus captis Israeli per Rapsacen blasphemias et minas intentaret, nihil aliud illum a proposito in Aethiopias auertit. **3.** Dehinc quid aliud centum et octoginta quatuor milia de exercitu eius per angelum absumpsit quam Ezechiae regis humiliatio ? Siquidem duritia hostis adnuntiata uestem scidit, saccum induit eodemque habitu seniores sacerdotum ad deum per Esaiam adire iussit utique ieiunio preces prosequente. Neque enim cibi tempus in periculo nec saturitatis cultis in sacco. **4.** Semper inedia maeroris sequela est sicut laetitia accessio saginae. Per hanc maeroris sequelam et inediam etiam ciuitas illa peccatrix Niniue de exitio praedicato liberatur. Satis enim paenitentia scelerum commenda-

17 ibid. 19, 9. **18** Gen. 3, 9. **22** cf. Es. 40, 28. **26** cf. 1 Sam. 7, 5 sqq.

16 speluncam *Iun* : spelunca *B* **26** Maspha *Pam* : Masphat *B* ; *sic etiam infra* **27** sed *om. Pam* **28** fugerit *Harrisius* : fuderit *B* **30** in *addidi* proelium *Lat* **31** ibidem *BC*, ibi demum *Gel*
3 Bethor *Gel* : Bethehar *B* **4** erant *susp. Oehlerus* **6** perinde *scripsi* : proinde *B* V 282 compluribus *Gel* : cum pluribus *B* **9** denique *fort.* quid aliud *del. Gel* et *add. Gel* **10** absumpsit *Gel* : assumpsit *B* **15** semper *add. Gel* maeroris sequela *Gel* : sequela maeroris *B* **17** et] id est *fort.* **18** commendauerat *Vrs* ;

16 spelunca *tuet. Hoppe* V 281
15 semper] *secl. Kroym.* **17** et inediam] *contra Reifferscheid et Hartel et Kroym. merito uindicat Thörnell, Stud. Tert. I, p. 2* **18** paenitentiam *coni. Kroym. Minime* V 282

uerat ieiunium triduo functam, etiam pecudibus enectis, quibus iratus deus non erat. Sodoma quoque et Gomorra euasissent, si ieiunassent. Hoc remedium agnoscit et Achab. **5.** Cum illi post transgressionem et idololatriam et necem Nabuthae propter uineam interempti a Iezabel exprobrasset Helias : qualiter occidisti et hereditatem possedisti : in loco quo sanguinem Nabuthae canes delinxerant, tuum quoque delinguent, destituit semetipsum et saccum carni suae imposuit et ieiunauit et dormiuit in sacco. Et tunc sermo domini ad Heliam : uidisti ut reueritus sit Achab a facie mea : pro eo, quod reueritus est, non superducam laesuram in diebus ipsius, sed in diebus filii eius super- V 283 ducam eam, qui non erat ieiunaturus. **6.** Ita ieiunium in deum reuerentiae opus est, per quod Anna quoque ambiens uxor Helcanae retro sterilis impetrauit facile a deo inanem cibo uentrem filio implere et quidem propheta. Sed non modo naturae mutationem aut periculorum auersionem aut delictorum obliterationem, uerum etiam sacramentorum agnitionem ieiunia de deo merebuntur. **7.** Aspice Danielis exemplum. Circa somnium regis Babylonis omnes turbantur sophistae, negant ultra de praestantia humana posse cognosci. Solus Daniel deo fidens et sciens, quid ad demerendam dei gratiam faceret, spatium tridui postulat, cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis et ordinem et significationem somnii per omnia instruitur, tyranni sophistis parcitur, deus glorificatur, Daniel honoratur, non minorem dei gratiam et postea quoque relaturus anno primo regis Darii, cum ex recogitatu praedicatorum temporum ab Hieremia dedit faciem suam deo in ieiuniis et sacco et cinere. **8.** Nam et angelus missus ad eum hanc statim professus est causam diuinae dignationis : ueni, inquit, demonstrare tibi, quatenus miserabilis es, ieiunando scilicet. Si deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis, ubi quidem illi sex diebus ieiunanti prandium angelus procurauit.

VIII. **1.** Reddimus et cetera. Ad noua enim nunc documenta properamus. In limine euangelii Anna prophetis, filia Phanuelis,

23 1 Reg. 21, 19. **28** ibid. 21, 29. V 282
19 cf. Dan. 10, 12 sq. **24** cf. Luc. 2, 37 sqq. V 283

commendauerit *B* **19** functam *scripsi* : functa *B* **21** illi *Gel* : illo *B* **24** in loco quo *BC*, in quo loco *Gel* **26** delinguent *Gel* : dilingent *B* saccum *add. Gel* **9** ultra *Iun* : ultro *B* **10** praescientia *fort.* **11** quod *Rig* **17** in *add. Gel* V 283 **22** in illi *Gel* : illis *B* **23** reddidimus uetera *Lat*, reddemus et cetera *Hartelius* **24** prophetes *B*

placet. **19** functa *tuent. Kroym. et Thörnell, o.c., p. 37* **26** saccum] *Gel. cum Sept.* (*cfr Vict. Cart. de paen. 14*), cilicium *Vulg.* (*I Reg. 20* [*21*] *27*) **10** praestantia] *tuet. Hartel* (= "*quod homines praestare possunt*") **23** reddimus] V 283 *tuet. Löfstedt, Krit. Bem. 64*

quae infantem dominum et agnouit et multa super eo praedicauit expectantibus redemptionem Israelis, post egregium titulum ueteris et uniuirae uiduitatis ieiuniorum quoque testimonio augetur, ostendens, in quibus officiis adsideri ecclesiae debeat, et a nullis magis intellegi Christum quam semel nuptis et saepe ieiunis. **2.** Ipse mox dominus baptisma suum, et in suo omnium, ieiuniis dedicauit habens efficere panes ex lapidibus, etiam Iordanem uino fortasse manare, si ita uorator et potator fuisset. Immo nouum hominem in ueteris sugillationem uirtute fastidiendi cibi initiabat, ut eum diabolo rursus per V 284 escam temptare quaerenti fortiorem fame tota ostentaret. Praestituit exinde ieiuniis legem sine tristitia transigendis. **3.** Cur enim triste, quod salutare ? Docuit etiam aduersus diriora daemonia ieiuniis proeliandum. Quid enim mirum, si eadem operatione spiritus iniquus educitur, qua sanctus inducitur ? **4.** Denique, ut in centurionem Cornelium necdum tinctum dignatio spiritus sancti cum charismate insuper prophetiae festinasset, ieiunia eius legimus exaudita. Puto autem et apostolus in secunda Corinthiorum inter labores suos et pericula et incommoda post famem ac sitim ieiunia quoque plurima enumerat.

IX. **1.** Principalis haec species in castigatione uictus potest iam de inferioribus quoque abstinentiae operationibus praeiudicare ut et ipsis pro modo utilibus aut necessariis. Nam exceptio eduliorum quorundam portionale ieiunium est. Inspiciamus igitur et xerophagiarum nouitatem aut uanitatem, si non et in his tam antiquissimae quam efficacissimae religionis operatio est. **2.** Redeo ad Danielem et fratres eius leguminum pabulum et aquae potum ferculis et oenophoris regiis praeferentes atque exinde formosiores, ne qui de specie quoque corpusculi metuat, ceterum spiritu insuper cultos. Dedit enim deus adolescentulis scientiam et intellegentiam in omni litteratura et Danieli in omni uerbo et in somniis et in omni sophia, qua hoc ipsum quoque saperet, quibus modis de deo impetraretur agnitio sacramentorum. **3.** Anno denique tertio Cyri regis Persarum cum in recogitatum incidisset uisionis, aliam formam humiliationis prospexit. In illis, inquit, diebus ego Daniel eram lugens per tres hebdomadas, panem suauem non edi, caro et uinum non introierunt in os meum, oleo unctus non sum, donec consummarentur tres hebdomades, quibus transactis angelus emissus est taliter alloquens : Daniel, homo

7 cf. Act. 10, 4. **10** cf. 2 Cor. 11, 27. **27** Dan. 10, 2 sq. **31** ibid. 10, 1. 12. V 284

20 qui *C*, quis *B* **23** somniis *Gel* : somnis *B* **25** in recogitatum *Gel* : regi V 284 cogitatum *B* **27** lugens *Gel* : legens *B*

7/8 digna ratione spiritus sanctus *corr. Kroym.*, *nulla uero necessitate* V 284

es miserabilis, ne timueris, quoniam ex die prima, qua dedisti animam tuam recogitatui et humiliationi coram deo, exauditum est uerbum tuum, et ego introiui V 285 uerbo tuo. **4.** Ita xerophagiarum miseratio et humiliati metum expellunt et aures dei aduertunt et occultorum compotes faciunt. Reuertor etiam ad Heliam. Cum corui illum pane et carne saturare consuessent, cur postmodum apud Bersabe Iudaeae excitato ei de somno quidam ille angelus sine dubio panem solum et aquam obtulit? **5.** Defecerant corui, qui eum liberalius pascerent, an difficile angelo fuerat aliquem alicunde de conuiuio regis ministrum cum instructissimo ferculo raptum ad Heliam transferre, sicut Danieli in lacu leonum esurienti prandium metentium exhibitum est? **6.** Sed constitui oportebat exemplum docens in tempore pressurae et persecutionis et cuiuscunque circumstantiae xerophagiis esse uiuendum. Tali uictu Dauid exomologesin suam expressit cinerem quidem edens uelut panem, id est panem uelut cinerem aridum et sordidum, potum uero fletu miscens utique pro uino. **7.** Habet enim et abstinentia uini suos titulos, quae et Samuelem deo uouerat et Aaronem consecrarat. Nam de Samuele mater, et uinum, inquit, et ebriamen non bibet; talis enim et ipsa deum orabat. Et dominus ad Aaron: uinum et siceram non bibetis, tu et filius tuus post te, si quando ingrediemini tabernaculum uel ascendetis ad altare, et non moriemini. **8.** Adeo morientur qui non sobrii in ecclesia ministrauerint. Sic et Israeli proximo exprobrat et potum: dabatis sanctificatis meis uinum. Et haec autem strictura potus xerophagiae portio est. Quamquam ubi abstinentia uini aut a deo exigitur aut ab homine uouetur, illic intellegatur etiam pabuli pressura formam praestruens potui. Qualis enim esus, talis et potus. Verisimile non est, ut quis dimidiam gulam deo immolet, aquis sobrius et cibis ebrius. **9.** An autem et apostolus xerophagias norit, qui maiora celebrauerat, sitim V 286 et famem et multa ieiunia, qui ebrietates et comessationes recusauerat, uel de discipulo Timotheo argumenti satis est, quem propter stomachum et adsiduas imbecillitates modico uino

---

14 cf. Ps. 101, 10. **19** 1 Reg. 1, 15. **20** Leu. 10, 9. **24** Amos 2, 13. V 285
3 cf. 1 Tim. 5, 23. V 286

---

2 humiliati *scripsi* : humiliatio *B*, ieiunationis humiliatio *Wissowa* **4** Bersabe V 285 Iudaeae *Gel* : Bersabae Iuda *B* **6** illi *Vrs* **10** Danieli *Lat* : Daniel *B* lacu *Lat* : lacum *B* **19** bibet *Gel* : bibi *B* **21** filii tui *Pam* **26** potus *Gel* : potius *B* **27** est uini *B*, ista uini *Hartelius* ; est *om. Gel alterum* aut *add. Gel*

---

2 humiliatio *merito tuet. Hartel* **10** lacum *B*, *tuet. Hoppe* V 285

monens uti, quo ille non ex institutione, sed ex deuotione abstinebat (ceterum stomacho magis consuetudo prodesset), hoc ipso abstinentiam uini dignam deo suasit, quam ex necessitate dissuasit.

X. **1.** Aeque stationes nostras ut indictas, quasdam uero et in serum constitutas nouitatis nomine incusant, hoc quoque munus et ex arbitrio obeundum esse dicentes et non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more. Sed quod pertineat ad indictionis quaestionem, semel pro omnibus causis respondebo. Nunc ad proprium huius speciei articulum, de modo temporis dico, de ipsis prius expostulandum, unde hanc formam nona dirimendis stationibus praescribant. **2.** Si, qua Petrus et qui cum eo ad horam nonam orationis templum introgressi leguntur, quis mihi probabit illos ea die statione functos, ut horam nonam ad clausulam et expunctionem stationis interpretetur? Atqui facilius inuenias Petrum hora sexta capiendi cibi causa prius in superiora ad orandum ascendisse, quo magis sexta diei finiri officio huic possit, quae illud absolutura post orationem uidebatur. **3.** Porro cum in eodem commentario Lucae et tertia hora orationis demonstretur, sub qua spiritu sancto initiati pro ebriis habebantur, et sexta, qua Petrus ascendit in superiora, et nona, qua templum sunt introgressi, cur non intellegamus salua plane indifferentia semper et ubique et omni tempore orandi tamen tres istas horas ut insigniores in rebus humanis, quam diem distribuunt, quae negotia distinguunt, quae publice resonant, ita et sollemniores fuisse in orationibus diuinis? V 287 **4.** Quod etiam suadet Danielis quoque argumentum ter die orantis, utique per aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem quam insigniorum, exinde apostolicarum, tertiae, sextae, nonae. Hinc itaque et Petrum dicam ex uetere potius usu nonam obseruasse tertio orantem supremae orationis munere. **5.** Haec autem propter illos qui se putant ex forma Petri agere, quam ignorant; non quasi respuamus nonam, cui et

---

16 cf. Act. 3, 1. **20** cf. Act. 10, 9. **23** cf. Act. 2, 15.

---

5 monens *Gel* : monet *B* ex institutione sed ex deuotione *Gel* : ex intimatione *B* V 286 **6** ceterum *Gel* : quod *B* consuetudo *add. Gel* **7** quum *Lat* ex necessitate *Gel* : nec *B* **9** indictas *Rig* : indignas *B* quidam *Oehlerus* **12** indictionis *Rig* : interdictionis *B* **15** nona *Gel* : non a *B*, nouam *Burg* **16** qua *Gel* : quia *B* **17** leguntur *Gel* : aguntur *B* **18** probabit *C*, probat *B*, probet *Iun* **22** fungi *fort.* quae] qua *mauolt Oehlerus* **24** demonstretur *Gel* : demonstret *B* **28** orandi *Vrs* : orandum *B*
3 aliquarum *BC*, aliarum *Gel* **4** insigniorum *Gel* : insigniorem *B* **8** cui] qua V 287

---

5 ex intimatione *B*, *tuent. Hartel et Hoppe* **6** quos stomacho magis prodesset *B*, V 286 *tuet. Hartel* **7** ex necessitate] nec *B*, *tuet. Hartel* **17** introgressi (*sc.* sunt), aiunt *Hartel. Minus recte*

quarta sabbati et sexta plurimum fungimur, sed quia eorum quae ex traditione obseruantur tanto magis dignam rationem adferre debemus, quanto carent scripturae auctoritate, donec aliquo caelesti charismate aut confirmentur aut corrigantur. Et si qua, inquit, ignoratis, dominus uobis reuelabit. **6.** Itaque seposito confirmatore omnium istorum paracleto, duce uniuersae ueritatis, an dignior apud nos ratio adferatur nonam obseruandi require, ut etiam Petro ea ratio deputanda sit, si statione tunc functus est. Venit enim de exitu domini, quem etsi semper commemorari oportet sine differentia horarum, impressius tamen tum ei secundum ipsum stationis uocabulum addicimur. **7.** Nam et milites numquam immemores sacramenti magis stationibus parent. Itaque in eam usque horam celebranda pressura est, in qua a sexta contenebratus orbis defuncto domino lugubre fecit officium, ut tunc et nos reuertamur ad iucunditatem, cum et mundus recepit claritatem. **8.** Hoc si magis ad religionem sapit Christianam, dum magis Christi gloriam celebrat, possum aeque serae stationis ex eodem rei ordine statum figere, ut ieiunemus ad serum expectantes tempus dominicae sepulturae, cum Ioseph postulatum detulit corpus et condidit. Inde et irreligiosum est ante famulorum carnem refrigerari quam domini. **9.** Sed hactenus haec ex argumentationum prouocatione commiserim coniecturas coniecturis et tamen V 288
puto fidelioribus repercutiens. Videamus, an aliquid tale nobis de uetustatibus quoque patrocinetur. In Exodo habitus ille Moysis aduersus Amalech orationibus proeliantis usque in occasum perseuerans nonne statio fuit sera ? **10.** Iesum Naue debellantem Amorrhaeos prandisse illa die existimamus qua ipsis elementis stationem imperauit ? Stetit sol in Gabaon et luna in Aialon, stetit sol et luna in statione, donec ultus est populus de inimicis suis, et stetit sol medio caelo. Vt autem accedebat in occasum et finem diei unius, non fuit dies talis retro et in nouissimo, utique tam prolixus, ut, inquit, exaudiret deus hominem, parem scilicet solis,

13 Phil. 3, 15. **22** cf. Matth. 27, 45. **28** cf. ibid. 27, 57. V 287
7 Ios. 10, 12 sq. V 288

Vrs **14** seposito *Gel* : si posito *B* **15** an *add. Gel* uos *Vrs* ratio adferatur *Gel* : ratione feratur *B* nonam *scripsi* : in nonam *B* **16** requiro *Lat* **19** tum ei *Iun* : cum eis *B* **20** addicimur *Vrs* : addiscimus *B* **24** iocunditatem *B* **30** refrigerari *Vrs* : refrigerare *B* sed hactenus haec *B*, ut haec *Gel*, sed hoc *Pam*
1 sed *Lat* **7** imperauit. stetit *BC*, impetrauit ? stet *Vrs* **9** ut autem *B*, et non V 288

15 dignior apud nos ratio ne adferatur *ex B rest. Kroym.* **17** uenit enim ⟨in mentem⟩ *suppl. Kroym. Vanum* **20** adsistimus *Kroym.* **22** in quam *recte coni. Kroym.* V 287

instantem tam diu in officio, stationem etiam sera longiorem. **11.** Certe Saul et ipse in proelio constitutus manifeste munus istud indixit : maledictus homo, qui ederit panem ad uesperam usque, dum ulciscar de inimico meo, et non gustauit totus populus eius, et tota terra prandebat. **12.** Tantam autem deus praestitit auctoritatem edicto stationis illius, ut Ionathan, filius Saulis, quamquam ignarus ieiunationis in serum definitae gustum mellis admiserat, et forte mox de delicto sit traductus et uix per precem populi periculo exemptus. Gulae enim licet simplicis reus fuerat. **13.** Sed et Daniel anno primo regis Darii, cum ieiunus in sacco et cinere exomologesin deo ageret, et adhuc, inquit, loquente me in oratione, ecce uir, quem uideram in somnis initio, uelociter uolans appropinquauit mihi quasi hora uespertini sacrificii. Haec erit statio sera quae ad uesperam ieiunans pinguiorem orationem deo immolat.

XI. **1.** Omnia autem ista credo ignota eis, qui ad nostra turbantur, aut sola forsitan lectione, non etiam intentione comperta secundum maiorem uim imperitorum apud gloriosissimam V 289
scilicet multitudinem psychicorum. Propterea per singulas direximus species ieiunationum, xerophagiarum, stationum, ut, dum recensemus secundum utriusque testamenti paraturam, quantum proficiant recusati uel recisi uel retardati pabuli officia, eos retundamus, qui haec uelut uacantia infirmant, item dum pariter ostendimus, quo semper in ordine fuerint religionis, eos reuincamus, qui haec ut noua accusant ; nec nouum enim quod semper nec uacuum quod utile. **2.** Sed et illud in medio est, quaedam ex his officiis a deo homini imperata legem constituisse, quaedam ab homine deo oblata uotum expunxisse. Tamen et uotum, cum a deo acceptatum est, legem in posterum facit per auctoritatem acceptatoris ; exinde enim faciendum mandauit qui factum comprobauit. Itaque et hinc in alia specie altercatio diuersae partis obducitur, cum dicunt : aut pseudoprophetia est, si spiritalis uox sollemnia ista constituit, aut haeresis, si humana praesumptio adinuenit. **3.** Eam enim formam reprehendentes, qua et uetera decucurrerunt, et ex ea retorquentes, quae et aduersarii ueterum aduersus illa poterunt retractare, aut et illa re-

15 1 Reg. 14, 24 sqq. **24** Dan. 9, 21.

Pam **13** instantis *Iun* statione etiam sera longiore *mauult Oehlerus* **17** non prandebat *Pam* **20** sorte *Gel* **23** ieiunus *Gel* : ieiuniis *B* **27** erat *Vrs* **28** orationem *Gel* : rationem *B*
12 sancit *Lat* **19** potuerunt *Lat*, poterant *Vrs* V 289

20 sorte *Gel*, *prob. Kroym.* (*cfr Hieronym. adu. Iouin. 11, 15* ; Ionathas ... deprehenderetur sorte) V 288

cusare debebunt aut exerta ista suscipere; necessarie maxime cum et ista, a quocumque institutore sunt siue spiritali siue tantum fideli, eidem deo currant, cui et uetera. **4.** Indubitate enim et haeresis et pseudoprophetia diuinitatis diuersitate iudicabuntur apud nos omnes unici dei creatoris et Christi eius antistites, adeoque indifferenter hanc partem defendo illis offerens in quo uelint gradum figere. Spiritus diaboli est, dicis, o psychice. Et quomodo dei nostri officia indicit nec alii offerenda quam deo nostro? **5.** Aut contende diabolum cum deo facere nostro aut satanas paracletus habeatur. Sed hominem antichristum adfirmas; hoc enim uocantur haeretici nomine penes Iohannem. Et quomodo, quisquis ille est, in Christo nostro haec erga dominum nostrum officia disposuit, cum et antichristi erga deum, aduersum nostrum processerint Christum? Quo itaque putas laterum confirmatum apud nos spiritum, cum V 290 imperat an cum probat, quae deus noster et imperauit semper et probauit? **6.** Sed rursus palos terminales figitis deo, sicut de gratia, ita de disciplina, sicut de charismatibus, ita et de sollemnibus, ut perinde officia cessauerint, quemadmodum et beneficia eius, atque ita negetis usque adhuc eum munia imponere, quia et hic *lex et prophetae usque ad Iohannem*. Superest ut totum auferatis, quantum in uobis, tam otiosum.

XII. **1.** Iam enim et in ista specie *ditati saturatique regnatis*, non delicta incursantes, quae ieiuniis elimentur, nec reuelationum scientia indigentes, quae xerophagiis extorqueantur, nec bella propria metuentes, quae stationibus discutiantur. **2.** Vt ab Iohanne paracletus obmutuisset, et ipsi nobis prophetae in hanc maxime causam extitissemus, iam non dico ad exorandam dei iram nec ad impetrandam tutelam eius aut gratiam, sed ad praemuniendam per nosmet ipsos nouissimorum temporum condicionem indicentes omnem ταπεινοφρόνησιν, cum carcer ediscendus et fames ac sitis exercendae et tam inediae quam anxii uictus tolerantia usurpanda sit, ut in carcerem talis introeat Christianus, qualis inde prodisset, non poenam illic passurus, sed disciplinam, nec saeculi tormenta, sed sua officia, eoque fidentior processurus ad certamen e custodia abusus

7 Matth. 11, 13. **9** 1 Cor. 4, 8. V 290

20 debuerunt *Lat* aut *add. Lat* exerta *B*, exerte *C*, certe *Vrs* necessario *Vrs* maxime *del. Vrs* **21** sint *Vrs* **23** pseudoprophetia *Gel* : pseudoprophetiae *B* **24** omnes *Gel* : apud omnes *B* **32** deum *fort.* **33** erga deum *del. Lat*
1 itaque *Gel* : utique *B* **4** et *del. Gel* **5** perinde *scripsi* : proinde *B* **9** ditati V 290 *Gel* : dotati *B* **10** incursantes *Scal* : incusantes *B* **13** et *om. Gel* **22** obesus

20 debebunt exerte aut ista suscipere necessarie, maxime *corr. et dist. Kroym.* V 289

nihil habens carnis, sic ut nec habeant tormenta materiam, cum sola et arida sit cute loricatus, et contra ungulas corneus, praemisso iam sanguinis suco tamquam animae impedimentis, properante iam et ipsa, quae iam saepe ieiunans mortem de proximo norit. **3.** Plane uestrum est in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne consuetudinem quaerant, ne taedeat uitae, ne noua abstinentiae disciplina scandalizentur, quam nec ille Pristinus uester non Christianus martyr adtigerat, quem ex facultate custodiae liberae aliquamdiu fartum, omnibus balneis quasi baptismate melioribus et omnibus lu- V 291 xuriae secessibus quasi ecclesia secretioribus et omnibus uitae istius inlecebris quasi aeterna dignioribus hoc puto obligatum, ne mori uellet, postremo ipso tribunalis die luce summa condito mero tamquam antidoto praemedicatum ita eneruastis, ut paucis ungulis titillatus (hoc enim ebrietas sentiebat) quem dominum confiteretur interroganti praesidi respondere non potuerit amplius, atque ita de hoc iam extortus, cum singultus et ructus solos haberet, in ipsa negatione discessit. **4.** Ideo sobrietatis disciplinam qui praedicant, pseudoprophetae, ideo haeretici, qui obseruant. Quid ergo cessatis paracletum, quem in Montano negatis, in Apicio credere?

XIII. **1.** Praescribitis constituta esse sollemnia huic fidei scripturis uel traditione maiorum nihilque obseruationis amplius adiciendum ob illicitum innouationis. State in isto gradu, si potestis. Ecce enim conuenio uos et praeter pascha ieiunantes citra illos dies, quibus ablatus est sponsus, et stationum semiieiunia interponentes, et uos interdum pane et aqua uictitantes, ut cuique uisum est. **2.** Denique respondetis haec ex arbitrio agenda, non ex imperio. Mouistis igitur gradum excedendo traditionem, cum quae non sunt constituta obitis. Quale est autem, ut tuo arbitrio permittas, quod imperio dei non das? Plus humanae licebit uoluntati quam diuinae potestati? Ego me saeculo, non deo liberum memini. Sic meum est ultro officium facere domino, sic indicere illius est. **3.** Non tantum obsequi ei debeo, sed et adulari; illud enim imperio eius, hoc

Lat, ab usu *Scal* **24** uirgulas *Rig* **26** tam saepe *Ciacconius* **28** incertis *Bmg*, *Gel*, incestis *B* **30** Pristinus *Gel* : pristinus *B*, prstinum *Rig* **31** quam *Vrs* ex *Vrs* : et *B* liberae *Gel* : libere *B* fartum *C*, farsum *B*
2 ecclesia *Rig* : ecclesiae *B* **3** istius *del. Rig* aeterna *Rig* : aeternae *B* di- V 291 gnitatibus *Rig* obligatum *Vrs* : oblegatum *B*, oblectatum *Leopoldus* **5** eneruastis *Gel* : enerua sitis *B* **8** de *del. Lat* extortus *BC*, exortus *Gel* **9** discessit *Iun* : digessit *B* **12** Apicio *Rig* : Apitio *B* **15** ob illicitum *Gel* : ab illicito *B* state *Gel* : statu *B* **18** uos *B*, uero *Vrs* **21** sunt *B*, sint *Gel* **25** sicut *Lat*

30 Pristinus, — uester, non Christianus martyr, — *optime Kroym.* V 290
1 ⟨tum⟩ omnibus *add. Kroym.* (*cfr* quamdiu *l.* **31** ... postremo *l.* **4**) baptismatis V 291 (*sc.* balneis) *et l.* **2** : ecclesiae (*sc.* secessibus) *Kroym.*, *B secutus* **9** sine ipsa negatione discesserit *bene Kroym.*

arbitrio meo praesto. Bene autem, quod et episcopi uniuersae plebi mandare ieiunia adsolent, non dico de industria stipium conferendarum, ut uestrae capturae est, sed interdum et ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa. **4.** Itaque si et ex hominis edicto et in unum omnes ταπεινοφρόνησιν agitatis, quomodo in nobis ipsam quoque unitatem ieiunationum et xerophagiarum V 292 et stationum denotatis ? **5.** Nisi forte in senatus consulta et in principum mandata coitionibus opposita delinquimus. Spiritus sanctus, cum in quibus uellet terris et per quos uellet praedicaret, ex prouidentia imminentium siue ecclesiasticarum temptationum siue mundialium plagarum, qua paracletus id est aduocatus ad exorandum iudicem dicitur, huiusmodi officiorum remedia mandabat, puta, nunc ad exercendam sobrietatis et abstinentiae disciplinam ; hunc qui recipimus, necessario etiam quae tunc constituit obseruamus. **6.** Aspice ad Iudaicos fastos et inuenies nihil nouum, si, quae patribus sunt praecepta, omnis deinceps posteritas hereditaria religione custodit. Aguntur praeterea per Graecias illa certis in locis concilia ex uniuersis ecclesiis, per quae et altiora quaeque in commune tractantur, et ipsa repraesentatio totius nominis Christiani magna ueneratione celebratur. **7.** Et hoc quam dignum fide auspicante congregari undique ad Christum ! Vide, quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum ! Hoc tu psallere non facile nosti, nisi quo tempore cum compluribus cenas. **8.** Conuentus autem illi stationibus prius et ieiunationibus operati dolere cum dolentibus et ita demum congaudere gaudentibus norunt. Si et ista sollemnia, quibus tunc praesens patrocinatus est sermo, nos quoque in diuersis prouinciis fungimur in spiritu inuicem repraesentati, lex est sacramenti.

XIV. **1.** Horum igitur tempora obseruantes et dies et menses et annos galaticamur ? Plane, si Iudaicarum caeremoniarum, si legalium sollemnitatum obseruantes sumus ; illas enim apostolus dedocet compescens ueteris testamenti in Christo sepulti perseuerantiam et noui sistens. **2.** Quod si noua conditio in Christo, noua et sollemnia esse debebunt : aut si omnem in totum deuotionem temporum et dierum et mensium et annorum erasit V 293

17 Ps. 133, 1. **29** 2 Cor. 5, 17. V 292

5 ex *Gel*, *om. B* **7** dicitur *del. Gel* **13** praeterea *BC*, praecepta *Gel* illa *Vrs* : illas *B* **21** operati *Gel* : operari *B* **24** repraesentari *Scal* **26** *interrogationis signum posui* **29** in Christo, noua *Vrs* : in Christo sepulti per perseuerantiam noua *B*, in Christo sepulti perseuerant, iam noua *Gel*, in Christo sepelit perseuerantiam, noua *Scal* ; '*alioquin possis et rescribere* noua conditione in Christo sepulta perseuerantia, noua' *Oehlerus qui Vrsino consentit* **30** at *fort.* V 292

30 aut] *tuet. Thörnell, Stud. Tert. II*, 29 V 292

apostolus, cur pascha celebramus annuo circulo in mense primo ? Cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus ? Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus et ieiuniis parasceuen ? **3.** Quamquam uos etiam sabbatum, si quando, continuatis, numquam nisi in pascha ieiunandum secundum rationem alibi redditam. Nobis certe omnis dies etiam uulgata consecratione celebratur. Nec ergo apud apostolum differentiae ratio, distinguentem noua et uetera. **4.** Sed et hic inaequalitas uestra ridebitur, cum uetustatum formam nobis exprobratis in quo causam nouitatis accusatis.

XV. **1.** Reprobat etiam illos qui iubeant cibis abstinere, sed de prouidentia spiritus sancti, praedamnans iam haereticos perpetuam abstinentiam praecepturos ad destruenda et despicienda opera creatoris, quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Iouem, hodiernum de Pythagora haereticum, non apud paracletum. **2.** Quantula est enim apud nos interdictio ciborum ? Duas in anno hebdomadas xerophagiarum nec totas, exceptis scilicet sabbatis et dominicis, offerimus deo abstinentes ab eis quae non reicimus, sed differimus. **3.** Atqui ad Romanos scribens uos nunc compungit detractatores huius officii. Ne propter pabulum solueritis, inquit, opus dei. Quod opus ? De quo ait : bonum est carnem non edere et uinum non potare. Nam qui in istis seruit, placabilis et propitiabilis deo nostro est. Quidam credit omnia manducanda esse, quidam autem infirmus holera uescitur ; qui manducat, ne nullificet non manducantem. Tu quis es, qui alienum seruum iudicas ? Et qui manducat et qui non manducat, deo agit gratias. **4.** Cum autem humano arbitrio uetet controuersiam fieri, quanto magis diuino ? Ita sciebat quosdam castigatores et interdictores uictus incusare, qui ex V 294 fastidio, non qui ex officio abstinerent, probare uero qui in honorem, non qui in conuicium creatoris. **5.** Et si claues macelli tibi tradidit permittens esui omnia ad constituendam idolothyto-

21 Rom. 14, 20 sq. **25** Rom. 14, 2 sqq. V 293

2 annuo *Gel* : animo *B* **6** continuatis, putatis *fort.* **7** omnis dies *Gel* : omni die *B* **8** celebratur *Gel* : celebrantur *B* **11** quo *Vrs* : qua *B* **12** reprobat *Gel* : reprobrat *B* iubeant *Gel* : iubebant *B* **13** sancti *Ciacconius* : sanctus *B* **16** Iouium *fort.* **20** atquin *Pam* **21** detractatores *Vrs* : retractatores *B*, detrectatores *Rig* **26** olera *C*, olere *B* **27** nullificet *C*, uilificet *B* **30** uetet *Harrisius* : uitet *B* V 293

1 incursare *fort.* V 294

4 sabbati] feriam *corr. Kroym. Pessime. Nil immutandum* **5** sabbatum] sabbato *Kroym. Item nihil immutandum* **6/7** *coni. Reifferscheidii* putatis *recte del. Kroym., at nulla necessitate post* ieiunandum *inserit* praescribentes. *Tota sententia recte tradita est* **9** uetera ? *Kroym.* V 293

rum exceptionem, non tamen in macello regnum dei inclusit. Nec enim, inquit, esus aut potus est dei regnum, et, esca nos deo non commendat, non ut de arida dictum putes, sed potius de uncta et accurata, siquidem subiciens : nec si manducauerimus, abundabimus, nec si non manducauerimus, deficiemus, tibi magis intonat, qui abundare te existimas, si edas, et deficere, si non edas, et ideo ista detractas. **6.** Dominum quoque quam indigne ad tuam libidinem interpretaris passim manducantem et bibentem, sed puto, quod etiam ieiunarit, qui beatos non saturatos, sed esurientes et sitientes pronuntiarit, qui escam profitebatur, non quam discipuli existimarant, sed paterni operis perfectionem, docens operari escam quae permanet in uitam aeternam, in ordinaria etiam oratione panem mandans postulandum, non et Attalicas diuitias. **7.** Sic et Esaias non negauit deum elegisse ieiunium, sed quale non elegerit enumerauit. In diebus enim, inquit, ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluntates uestrae, et omnes subiectos uobis succutitis aut ad conuicia et lites ieiunatis et caeditis pugnis. Non tale ieiunium ego elegi, sed quale subiecit, et subiciendo non abstulit, sed confirmauit.

XVI. **1.** Nam et si manuult opera iustitiae, non tamen sine sacrificio, quod est anima conflictata ieiuniis. Ille certe deus, cui nec populus incontinens gulae placuit, nec sacerdos nec prophetes. Manent adhuc monumenta concupiscentiae, ubi sepultus est populus carnis auidissimus usque ad choleram ortygometras cruditando. **2.** Eliditur pro templi foribus senior Heli, V 295 filii eius in acie ruunt, nurus expirat in partu. Hanc enim meruerat a deo plagam domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix. Sameas, homo dei, cum exitum prophetasset idololatriae introductae a rege Hieroboam, post manum eius regis arefactam et statim restitutam, post altare diffissum, ob haec signa ad satisfactionem inuitatus a rege plane excusauit (prohibitus enim a deo fuerat) illic cibum in totum attingere ; sed ab alio mox sene mentito prophetam temere pastus secundum uerbum dei ibidem factum super mensam non est in paternis sepultus. **3.** Leonis enim in uia occursu prostratus

---

6 Rom. 14, 17. **7** 1 Cor. 8, 8. **14** cf. Matth. 5, 6. **20** Es. 58, 3 sqq. **25** cf. Ps. 51, 18 sq. **27** cf. Num. 11, 4. 13. 32 sqq. V 294
1 cf. 1 Sam. 4, 17 sqq. **11** cf. 1 Reg. 13. V 295

---

9 abundabimus *Harrisius* : abundauimus *B* **13** ieiunarit *C*, ieiunauit *B* **17** in ordinaria *Gel* : inordinaria *B* **18** diuitias *om. Gel* **21** uoluntates *Pam* : uoluptates *B* **28** monumenta *Gel* : munimenta *B* **29** ortygometras *Rig* : ortygometra *B*, ortygometram *Scal*
1 cruditando *Gel* : conditando *B*, eructando *Pam* **2** partu *Gel* : pastu *B* **6** diffissum *Harrisius* : diffusum *B* **7** ad satisfactionem *Lat* : et satisfactione *B*, de satisfactione *Oehlerus* recusauit *quidam* **9** prophetam *BC*, prophetiam *Pam* V 295

et apud exteros conditus poenam deserti ieiunii luit. Haec erunt exempla et populo et episcopis, etiam spiritalibus, si quam incontinentiam gulae admiserint. Sed nec apud inferos admonitio cessauit, ubi in diuite epulone quidem conuiuia cruciantur, in paupere uero ieiunia recreantur, habentia praeceptores Moysen et prophetas. **4.** Nam et Iohel exclamauit : sancite ieiunium et praedicate curationem, prospiciens iam tunc et alios apostolos et prophetas sancituros ieiunium et praedicaturos officia curantia deum. Vnde et qui in idolis comendis et in hac re ornandis et ad singulas horas salutandis diis adulantur, curationem facere dicuntur. **5.** Sed et omnem ταπεινοφρόνησιν ethnici agnoscunt. Cum stupet caelum et aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro auertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Apud quasdam uero colonias praeterea annuo ritu saccis uelati et cinere conspersi idolis suis inediam supplicem obiciunt, balnea V 296 et tabernae in nonam usque cluduntur. Vnus in publico ignis apud aras, aquae nec in lancibus. **6.** Niniuiticum credo iustitium. Iudaicum certe ieiunium ubique celebratur, cum omissis templis per omne litus quocumque in aperto aliquando iam precem ad caelum mittunt. Et licet cultu et ornatu maeroris munus infament, tamen fidem abstinentiae adfectant et stellae auctoritatem demorantis suspirant. **7.** Sed bene quod tu nostris xerophagiis blasphemias ingerens casto Isidis et Cybeles eas adaequas. Admitto testimonialem comparationem. Hinc diuinam constabit, quam diabolus diuinorum aemulator imitatur. Ex ueritate mendacium struitur, ex religione superstitio compingitur. **8.** Hinc tu eo inreligiosior, quanto ethnicus paratior. Ille denique idolo gulam suam mactat, tu deo non uis. Deus enim tibi uenter est et pulmo templum et aqualiculus altare et sa-

---

15 cf. Luc. 16, 19 sqq. **17** Ioel 1, 14.

---

15 ubi in *Gel* : de *B* epulone *del. Gel* cruciantur *Gel* : conciliantur *B* **17** sancite *C*, sanctificate *B* **18** praedicate curationem *Pam* : orationem *B*, curationem *Oehlerus* iam et tunc *Gel* **20** idolis *Gel* : idoliis *B* comendis *Gel* : comedissent *B* **21** in hac re *B*, in aris *Vrs*, in sacro *Oehlerus*, auro *fort.*, in aere (*cf. 137, 15*) *Hartelius* ornandis *Gel* : ordinandis *B* diis *add. Vrs* **24** magistratus *Gel* : magis *B* **26** annuo *Gel* : animo *B*
1 inediam *scripsi* : inuidiam *B* supplices *Barthius* **2** tabernae *Ciacconius* : tabernacula *B* unus *Gel*, *om. B* **2** Niniuiticum *Gel* : in Niniuiticum *B*, Niniuiticam *C* credo *Gel* : crede *B* iustitium *Gel* : iustitiam *C*, institutum *B* **8** tu *Vrs* : in *B* **9** casto *Gel* : sacco *B* **10** hinc *Gel* : huic *B* diuinam *Vrs* : diuina *B* **14** deo idolo *B* ; deo *del. Vrs* V 296

---

21 in hac re] in aere *optime Hartel* V 295
10 diuina *tuet. Hoppe* ("*wird sich als göttlich herweisen*") V 296

cerdos cocus et sanctus spiritus nidor et condimenta charismata et ructus prophetia.

XVII. **1.** Vetus es, uera si uelimus dicere, tu qui tantum gulae indulges, et merito te priorem iactitas; semper agnosco sapere Esau uenatorem ferarum; ita passim indagandis turdis studes, ita de campo laxissimae disciplinae tuae uenis, ita spiritu deficis. **2.** Si tibi lenticulam defruto inrufatam obtulero, statim totos primatus tuos uendes; apud te agape in caccabis feruet, fides in culmis calet, spes in ferculis iacet. **3.** Sed maioris est agape, quia per hanc adulescentes tui cum sororibus dormiunt. Appendices scilicet gulae lasciuia atque luxuriae. Quam societatem et apostolus sciens cum praemisisset non in ebrietatibus nec in comessationibus, adiunxit nec in cubilibus et libidinibus. **4.** Ad elogium gulae tuae pertinet, quod V 297 duplex apud te praesidentibus honor binis partibus deputatur, cum apostolus duplicem honorem dederit ut et fratribus et praepositis. Quis sanctior inter uos, nisi conuiuandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi calicibus instructior? **5.** Merito homines solius animae et carnis spiritalia recusatis. Talibus si placerent prophetae, mei non erant. Cur ergo non constanter praedicatis: manducemus et bibamus, cras enim moriemur? Sicuti nos non dubitamus exerte mandare: ieiunemus fratres et sorores, ne forte cras moriamur. **6.** Palam disciplinas nostras uindicemus. Nos certi sumus eos qui in carne sunt deo placere non posse, non utique in substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in uoluntate. Macies non displicet nobis; neque enim ad pondus deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram. **7.** Facilius, si forte, per angustam salutis ianuam introibit caro exilior; citius resuscitabitur caro leuior, diutius in sepultura durabit caro aridior. Saginentur pugiles et pyctae Olympici. Illis ambitio corporis competit, quibus et uires necessariae, et tamen illi quoque xerophagiis inualescunt. **8.** Sed nostra alia robora aliaeque uires, sicut et alia certamina, quibus non est luctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus mundi potestates, aduersus spiritalia malitiae. Aduersus haec non carne et sanguine, sed fide et spiritu robusto oportet adsistere. **9.** Ceterum saginatior Christianus ursis et leonibus forte quam deo erit necessarius, nisi quod et aduersus bestias maciem exercere debebit.

---

27 Rom. 13, 13. V 296
3 cf. 1 Tim. 5, 17. **8** Es. 22, 13. 1 Cor. 15, 32. **11** Rom. 8, 8. **15** cf. Ioh. 3, 34. V 297

---

18 es *Gel* : est *B* uera *Gel* : et *B* **20** turdis *Gel* : turbis *B* **23** agape in caccabis feruet *Gel* : agapē caccabis sero et *B* **24** culmis *Gel* : culinis *B* **26** luxuriae *scripsi* : luxuria est *B*, luxuria *Rig*
11 nostras *BC*, uestras *Gel* **12** in *add. Lat* **20** illi *Gel* : alii *B* V 297

---

24 culinis *B*, *tuet. Hoppe*
7 prophetae mei, non erant (*sc.* prophetae) *dist. Kroym., minus recte ut nobis uidetur* V 297

---

21 Eph. 6, 12.

---

23 potentes *Lat* spiritus *fort.* **25** saginator *Gel* **26** necessarior *fort.* **27** Explicit de ieiunio aduersus psychicos. *B*

---

26 necessarius *tuet. Hoppe* (*eliditur* magis *ante* quam)

XXX

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE PVDICITIA

CVRA ET STVDIO

E. DEKKERS

MONITVM

O	codex Vaticanus Latinus Ottobonianus 25, saec. XIV (excerpta fol. 241^{v}-244^{v}).
C	codex deperditus Ioannis Clementis Angli, cuius uarias lectiones adnotauit Pamelius.
B	editio princeps Martini Mesnartii, Parisiis, 1545.
Gel.	editio Sigismundi Gelenii, Basileae, 1550. Eius uarias lectiones semper adnotauimus quando discrepant cum editione Parisiensi.
Pam.	editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Iun.	editio Francisci Iunii, Franekerae, 1597.
Rig.	editio Nicolai Rigaltii, Parisiis, 1634.
RW	editio Augusti Reifferscheid et Georgii Wissowa, Vindobonae, 1890 (C.S.E.L., uol. XX, p. 219-273). Paginas in margine adnotauimus sub siglo *V*.
De Labriolle	editio Petri De Labriolle, Parisiis, 1906.
Pr.	editio altera Eruini Preuschen, Tubingae, 1910.
Rau.	editio Gerhardi Rauschen, Bonnae, 1915.
Gomperz	H. Gomperz, *Tertullianea*, Vindobonae, 1895.
Hartel	Gulielmus von Hartel, *Patristische Studien*, IV, Vindobonae, 1890 (*Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philos.-hist. Classe*, Bd. CXXI, Heft 14).
Hoppe, Beiträge	H. Hoppe, *Beiträge zur Sprache und Kritik Tertullians*, Lundae, 1932.
Hoppe, Syntax	H. Hoppe, *Syntax und Stil des Tertullian*, Lipsiae, 1903.
Kroym.	Aem. Kroymann, *Quaestiones Tertullianeae criticae*, Oeniponte, 1894.
Lat.	L. Latinius, *Bibliotheca sacra et profana*, Romae, 1677.
Thörnell	G. Thörnell, *Studia Tertullianea*, I-IV, Vpsaliae, 1918-1926.
v. d. Vliet[1]	J. van der Vliet, *Studia Ecclesiastica*, I, Lugduni Batauorum, 1891.
v. d. Vliet[2]	J. van der Vliet, *Ad Tertulliani de pudicitia et de paenitentia*, in ‚Mnemosyne', XX, 1892, p. 273-285.
Vrs.	Fuluii Vrsini emendationes adseruatae a Ioanne a Wouwer, *Ad Q. S. Fl. Tertulliani opera emendationes epidicticae*, Francofurti, 1603.

Libri manu scripti omnes perierunt. Editori praesto sunt tantum excerpta in codice miscellaneo Ottoboniano (*O*) et uariae lectiones Ioannis Clementis Angli (*C*) et praesertim editio princeps Martini Mesnartii (*B*). Item Gelenium (*Gel.*), praeter editionem Mesnartianam, quendam codicem hodie deperditum adhibuisse ueri simile est. Nonnullis enim in locis lacunas prioris editionis expleuit (I, 26-27 ; VI, 32-33 ; XIV, 112-113) uel mendas castigauit, et quidem non solis coniecturis fidens, quia haud raro idem praebet ac fragmenta Ottoboniana (uide sis VI, 58 et XXII, 15 ; conferantur quoque I, 9 ; V, 35 ; VI, 53 ; X, 54 ; XVI, 17, 40, 48 ; XXII, 23, 24, 59, 61). Quae tamen fragmenta non eiusdem familiae uidentur ac codices collectionis Corbeiensis (cfr t. I, p. VII), quibus usi sunt Mesnartius et Ioannes Clemens et ipse Gelenius.

DE PVDICITIA

I. **1.** Pudicitia, flos morum, honor corporum, decor sexuum, V 219
integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, praeiudicium omnibus bonae mentis, quamquam rara nec facile perfecta uixque perpetua, tamen aliquatenus in saeculo morabitur, si natura praestruxerit, si disciplina persuaserit, si censura compresserit, siquidem omne animi bonum aut nascitur aut eruditur aut cogitur. **2.** Sed ut mala magis uincunt, quod ultimorum temporum ratio est, bona iam nec nasci licet, ita corrupta sunt semina, nec erudiri, ita deserta sunt studia, nec cogi, ita exarmata sunt iura. **3.** Denique de qua incipimus eo usque iam exoleuit, ut non eiuratio, sed moderatio libidinum pudicitia credatur isque satis castus habeatur, qui non nimis castus fuerit. **4.** Sed uiderit saeculi pudicitia cum saeculo ipso, cum suo ingenio si nascebatur, cum suo studio si erudiebatur, cum suo seruitio si cogebatur; nisi quod infelicior etiam, si stetisset ut infructuosa, quae non apud Deum egisset. Malim nullum bonum quam uanum. Quid prodest esse, quod non prodest ? **5.** Nostrorum bonorum status iam mergitur, Christianae pudicitiae ratio concutitur, quae omnia de caelo trahit, et naturam *per lauacrum regenerationis*, et disciplinam per instrumentum praedicationis, et censuram per iudicia ex utroque | testamento et coacta constantius ex metu V 220
et uoto aeterni ignis et regni. Aduersus hanc nonne dissimulare potuissem ?

6. Audio etiam edictum esse propositum, et quidem peremptorium. Pontifex scilicet maximus, quod ⟨est⟩ episcopus

I, **4** cfr Luc. 2, 14. **5** cfr Iuuenal. VI, 1 sqq. **21** Tit. 3, 5.

I, **14** sed uiderit *usq.* **19** non prodest : *om.* *O* ;
24 aduersus hanc *usq.* **47** nocens : *om.* *O* ;

I, **4** omnis *Gel.* bonis *Pr. v.d.Vliet*[2] **6** praestruxerat *O* **7** compresserat *O* **9** nec nasci] nasci non *O* **12** eiuratio] *Ciacconius*, eius ratio *O Gel.*, ei ratio *B* **14** non nimis castus] *Pr.*, non minus c. *O B*, non nimis incestus *Vrs.*, minus castus *Rig.*, nomine c. *Oehler*, minus non c. *RW* **18** malim nullum] *Vrs.*, malum nullumque *B*, malo nullum *Gel.*, [malum] nullumque bonum ⟨maluisset prodere⟩ *Kroym.* quid] *Gel.*, quod *B* **19** quod] *RW*, *om.* *B*, quod esse *Gel.* **19/20** exigitur *Vrs.* **22/23** per iudicia] productis iudiciis *O* **23** et] *B O*, *del. Lat. prob. RW Pr.* coactam *Hartel Rau.* **24** nonne] *B*, nuncne *Gel.*, nunc, ne *Iun. Rau.*, nec *Hartel* **24/26** adu. hanc — nonne diss. potuissent ? — audio *sqq. Kroym.* **26/27** peremptorium] *Gel.*, peremptorem *B* **27** quod est] *Vrs.*,

episcoporum, edicit : « Ego et moechiae et fornicationis delicta paenitentia functis dimitto. » **7.** O edictum cui adscribi non poterit : BONVM FACTVM ! Et ubi proponetur liberalitas ista ? Ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis. Illic eiusmodi paenitentia promulganda est, ubi delinquentia ipsa uersabitur. Illic legenda est uenia, quo cum spe eius intrabitur. **8.** Sed hoc in ecclesia legitur, et in ecclesia pronuntiatur, et uirgo est. Absit, absit a sponsa Christi tale praeconium ! Illa, quae uera est, quae pudica, quae sancta, carebit etiam aurium macula. **9.** Non habet, quibus hoc repromittat, et si habuerit, non repromittit, quod et terrenum Dei templum citius spelunca latronum appellari potuit a Domino quam moechorum et fornicatorum.

10. Erit igitur et hic aduersus psychicos titulus, aduersus meae quoque sententiae retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam leuitatis obiciant. Numquam societatis repudium delicti praeiudicium. Quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando ueritas cum paucis ametur. **11.** At enim me non magis dedecorabit utilis leuitas quam ornarit nocens. Non suffundor errore quo carui, quia caruisse delector, quia meliorem me et pudiciorem recognosco. **12.** Nemo proficiens erubescit. Habet et in Christo scientia aetates suas, per quas deuolutus est et apostolus : *Cum paruulus, inquit, essem, tamquam paruulus loquebar, tamquam paruulus sapiebam ; at ubi uir sum | factus, ea quae paruuli* V 221
fuerant euacuaui. **13.** Adeo diuertit a sententiis pristinis nec idcirco deliquit, quod aemulator factus est non paternarum traditionum, sed Christianarum, optans etiam ut praeciderentur qui circumcisionem detinendam suadebant.

14. Atque utinam et isti, qui meram et ueram integritatem carnis obtruncant amputantes non summam superficiem, sed

---

30 cfr Matth. 21, 13. **50** sqq. I Cor. 13, 11. **54** sq. cfr Gal. 1, 14. **55** sq. cfr Gal. 5, 12.

---

24 aduersus hanc *usq.* **47** nocens : *om. O* ;
57 atque utinam *usq.* **93** relaturis : *om. O* ;

---

quod *B*, *om. Gel.* **28/29** fornicationis delicta paenitentia functis] *Gel.*, fornicationis funes *B*, *prob. Kroym.*, *l.* **32** patientia *scribens pro* paenitentia **33/34** cum spe eius] *Gel.*, conspectius *B* **37** habebit *Vrs.* **37/38** repromittet *Vrs.* **41** erit igitur] *Gel.*, erigitur *B* **43** obiciant] *De Labriolle*, obicient *B*, obiectent *Gel. RW cet.* **44** praeiudicium] est *add. Gel.* **46** non] *Gel.*, nos *B* decorabit *Rig.* utilis] *Ciacconius*, inutilis *B* **47** carui quia] *del. Vrs.* **48** perdiciorem *O* **51/52** tamquam paruulus sapiebam] *C*, *om. BO* **53** diuertit] *B*, *prob. Rau.* (*cfr De praescr.* 5, 5 ; *Adu. Marc.* III, 22, 2), deuertit *O C RW* **55** christianarum] *O C*, christianorum *B* **58** obtruncant amputantes] *Gel.*, obtruncatam

intimam effigiem pudoris ipsius, cum moechis et fornicatoribus ueniam pollicentur aduersus principalem Christiani nominis disciplinam, quam ipsum quoque saeculum usque adeo testatur, ut, si quando, eam in feminis nostris inquinamentis potius carnis quam tormentis punire contendat id uolens eripere quod uitae anteponunt. **15.** Sed iam haec gloria extinguitur et quidem per eos quos tanto constantius oportuerat eiusmodi maculis nullam subscribere ueniam, quando propterea, quotiens uolunt, nubant, ne moechiae et fornicationi succidere cogantur, quod *melius est nubere quam uri.* **16.** Nimirum propter continentiam incontinentia necessaria est, incendium ignibus extinguetur. Cur ergo et crimina postmodum indulgent paenitentiae nomine, quorum remedia praestituunt multinubentiae iure ? **17.** Nam et remedia uacabunt, cum crimina indulgentur et crimina manebunt, si remedia uacabunt. Itaque utrobique de sollicitudine et neglegentia ludunt, praecauendo uanissime quibus parcunt et parcendo ineptissime quibus praecauent, cum aut praecauendum non sit ubi parcitur aut parcendum non sit ubi praecauetur. **18.** Praecauent enim, quasi nolint admitti tale quid, indulgent autem, quasi uelint admitti; quando si admitti nolint, non debeant indulgere, si indulgere uelint, non debeant praecauere. **19.** Nec enim moechia et fornicatio de modicis et de mediis delictis deputabuntur, ut utrumque competat, et sollicitudo quae praecauet et securitas quae indulget. Sec cum ea sint quae culmen criminum teneant, non capiunt et indulgeri | quasi modica et praecaueri V 222
quasi maxima.

20. Nobis autem maxima aut summa sic quoque praecauentur, dum nec secundas quidem post fidem nuptias permittitur nosse, nuptialibus et dotalibus, si forte, tabulis a moechiae et fornicationis opere diuersas, et ideo durissime nos infamantes Paracletum disciplinae enormitate digamos foris sistimus. **21.** Eundem limitem liminis moechis quoque et fornicatoribus figimus ieiunas pacis lacrimas profusuris nec amplius ab ecclesia quam publicationem dedecoris relaturis.

---

68 I Cor. 7, 9.

---

57 atque utinam *usq.* **93** relaturis : *om. O.*

---

putantes *B* **64** anteponunt] *Gel.*, anteponent *B*, anteponant *Vrs.* **66** quando] *B*, quanto *Vrs. Rig. RW* **67** nubant] *B*, nubunt *Vrs. Rig. RW* **68** quod] *B*, quoniam *Gel.* **70** et crimina] *C*, crimine *B* **73** uacabunt] praecauent *uel* cauebunt *coni. Rau.* **78** tale quid] *C*, aliquid *B* **81** mediis] *B*, maximis *Vrs. Rig. Rau.* ut] *Gel.*, *om. B* **84** capiunt] *B*, capit *Vrs. Rig. Pr.* **87** ne *Lat.* **89** et ideo] *Vrs.*, sed ideo *B* **90** paracletum istum *dub. RW*, paracleti *Kroym.*

II. **1.** « Ceterum Deus, inquiunt, *bonus et optimus et misericors et miserator et misericordiae plurimus*, quam omni sacrificio anteponit, non tanti ducens peccatoris mortem quam paenitentiam, salutificator omnium hominum et maxime fidelium. **2.** Itaque et filios Dei misericordes et pacificos esse oportebit, donantes inuicem sicut et Christus donauit nobis, non iudicantes, ne iudicemur. *Domino enim suo stat quis uel cadit : tu quis es, ut seruum iudices alienum ?* Dimitte, et dimittetur tibi. » **3.** Talia et tanta sparsilia eorum, quibus et Deo adulantur et sibi lenocinantur, effeminantia magis quam uigorantia disciplinam, quantis et nos et contrariis possumus repercutere, quae et Dei seueritatem intemptent et nostram constantiam prouocent ? **4.** Quia etsi bonus natura Deus, tamen et iustus. Ex causa enim, sicut sanare nouit, ita et caedere, faciens pacem, sed et condens mala, paenitentiam malens, sed et Hieremiae mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur. Quod, et *si ieiunauerint*, inquit, *non exaudiam obsecrationem eorum*. **5.** Et rursus : *Et tu ne adoraueris pro populo et ne postulaueris pro his in prece et oratione, quoniam non exaudiam in tempore, quo inuocauerint me, in tempore adflictionis suae.* **6.** Et adhuc supra, idem misericordiae praelator quam sacrificii : *Et tu ne adoraueris pro populo | isto et ne postulaueris misericordiam con-* V 223
sequi eos et ne accesseris pro his ad me, quoniam non exaudiam utique misericordiam postulantes, utique ex paenitentia flentes et ieiunantes et adflictionem suam offerentes Deo. **7.** Deus enim zelotes, et qui naso non deridetur, adulantium scilicet bonitati eius, et qui licet patiens, tamen per Esaiam comminatur patientiae finem : *Tacui, numquid et semper tacebo et sustinebo ? Quieui uelut parturiens, exsurgam et arescere faciam. Ignis enim procedet ante faciem ipsius, et exuret inimicos eius*, non solum corpus, uerum et animas occidens in gehennam. **8.** Ceterum iudicantibus quomodo Dominus comminetur ipse demonstrat : *Quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de*

II, **1** sq. Ioel 2, 13. **2** sq. cfr Os. 6, 6. **3** sq. cfr Ezech. 33, 6. **4** cfr I Tim. 4, 10. **5** sq. cfr Col. 3, 13. **6** cfr Matth. 7, 1. **7** sq. Rom. 14, 4. **8** sq. cfr Luc. 6, 37. **14** sq. cfr Is. 45, 7. **15** sqq. Ierem. 14, 12. **18** sqq. Ierem. 11, 14. **25** sq. cfr Exod. 20, 5. **26** cfr Gal. 6, 7. **28** sq. Is. 42, 14. **30** Ps. 96, 3. **31** Matth. 10, 28. **33** sq. Matth. 7, 2.

II, **18** et rursus *usq.* **53** damnationem : *om.* O ;

II, **2** et miserator] *om.* O **4** saluificator *Vrs.* **8** alienum] suo domino stat uel cadit *add.* O **9** sparsilia] *C cod. Remensis a Pithoeo inspectus*, futilia *B Gel.*, sprassilia O **11** *alt.* et] *secl. Pr.*, *tuet. Thörnell, II, 81* **13/14** ex causa enim] excausatiui O **15** malens] peccatoris *add.* O **16** quod et] quoniam *C* **20** inuocauerint] *C*, inuocauerit *B* in] *C*, et in *B* **21** idem] *Gel.*, hisdem *B* **27** bonitati] *C*, bonitatem *B*, *tuet. Rau.* (*cfr T.L.L. I, 878 sq.*) **27/28** commina-

uobis. Ita non prohibuit iudicare, sed docuit. **9.** Vnde et apostolus iudicat et quidem in causa fornicationis, dedendum eiusmodi hominem satanae in interitum carnis, increpans etiam quod fratres non apud sanctos iudicarentur. Adiciens enim inquit : *Vt quid mihi eos qui foris sunt iudicare ?* **10.** Dimittis autem, ut dimittatur tibi a Deo. Delicta mundantur, quae quis in fratrem, non Deum admiserit. Debitoribus denique dimissuros nos in oratione profitemur, sed non decet ultra de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere, ut haec restringere frenos disciplinae, illa laxare uideatur, quasi incertae et paenitentiae subsidium illa prosternere per lenitatem, haec negare per austeritatem. **11.** Porro et auctoritas scripturae in suis terminis stabit sine alterutra oppositione, et paenitentiae subsidium suis condicionibus determinatur sine passiua concessione, et ipsae prius causae eius distinguuntur sine confusa propositione.

12. Causas paenitentiae delicta condicimus. Haec di|uidimus V 224
in duos exitus. Alia erunt remissibilia, alia inremissibilia. Secundum quod nemini dubium est alia castigationem mereri, alia damnationem. **13.** Omne delictum aut uenia dispungit aut poena, uenia ex castigatione, poena ex damnatione. De ista differentia iam et quasdam praemisimus altercationis scripturarum hinc retinentium hinc dimittentium delicta. **14.** Sed et Iohannes docebit : *Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit et dabitur uita ei ; quia non ad mortem delinquit*, hoc erit remissibile. *Est delictum ad mortem ; non pro illo dico, ut quis postulet*, hoc erit inremissibile. **15.** Ita ubi est postulationis ⟨ratio⟩, illic etiam remissionis ; ubi nec postulationis, ibi aeque nec remissionis. Secundum hanc differentiam delictorum paenitentiae quoque condicio discriminatur. **16.** Alia erit quae ueniam consequi possit, in delicto scilicet remissibili, alia quae consequi nullo

36 cfr I Cor. 5, 3. **37** cfr I Cor. 6, 1. **38** I Cor. 5, 12. **38** sq. cfr Matth. 6, 14. **40** sq. cfr Matth. 6, 12. **57** sqq. I Ioh. 5, 16.

18 et rursus *usq.* damnationem : *om.* O ;
54 de ista *usq.* **56** delicta : *om.* O ;
60 hoc erit inremisibile *usq.* **66** inremisibili : *om.* O ;

tur] *Oehler*, comminetur *B* **38** inquit] ut *B*, inquit ut *Gel.*, inquit : ad *Oehler* **41** profitemur] *B C*, profitetur *Gel.* **44** uideantur *Gel.* quasi] *Gel.*, quia si *B*, *tuet. Kroym.* et] *del. Gel.* **46** scripturarum *coni. Kroym.* (*propter* alterutra *l.* **47**) **47** et] *B*, si et *Vrs. prob. Kroym. Rau.* **48** determinatur] *Gel.*, determinetur *B prob. Kroym. Rau.* **49** eius] *Gel.*, enim *B* distinguantur *Kroym. Rau.* **53** dispungit] *B C O*, expungit *Gel.* **57** sed et Ioh. docebit] Ioh. ait O scit] *om.* O suum] uiderit *add.* O **58** delictum] peccatum O **59** deliquit O hoc erit rem.] *om.* O **60** pro illo dico ne quis postulet O **61** ra-

modo possit, in delicto scilicet inremissibili. Et superest specialiter de moechiae et fornicationis statu examinare, in quam delictorum partem debeant redigi.

III. **1.** Sed prius decidam intercedentem ex diuerso responsionem ad eam paenitentiae speciem, quam cum maxime definimus uenia carere. « Si enim, inquiunt, aliqua paenitentia caret uenia, iam nec in totum agenda tibi est. Nihil enim agendum est frustra. **2.** Porro frustra agetur paenitentia, si caret uenia. Omnis autem paenitentia agenda est. Ergo omnis ueniam consequatur, ne frustra agatur, quia non erit agenda, si frustra agatur. Porro frustra agitur, si uenia carebit. » **3.** Merito itaque opponunt, quod huius quoque paenitentiae fructum, id est ueniam, in sua potestate usurpauerunt. Quantum enim ad illos, a quibus pacem humanam consequitur, ⟨frustra agitur⟩. Quantum | autem ad nos, qui solum Dominum V 225 meminimus delicta concedere, et utique mortalia, non frustra agetur. **4.** Ad dominum enim remissa et illi exinde prostrata, hoc ipso magis operabitur ueniam, quod eam a solo Deo exorat, quod delicto suo humanam pacem sufficere non credit, quod ecclesiae mauult erubescere quam communicare. **5.** Adsistit enim pro foribus eius et de notae suae exemplo ceteros admonet et lacrimas fratrum sibi quoque aduocat et redit plus utique negotiata, compassionem scilicet quam communicationem. Et si pacem hic non metit, apud Dominum seminat. **6.** Nec amittit, sed praeparat fructum. Non uacabit ab emolumento, si non uacauerit ab officio. Ita nec paenitentia huiusmodi uana nec disciplina eiusmodi dura est. Deum ambae honorant. Illa nihil sibi blandiendo facilius impetrabit, ista nihil sibi adsumendo plenius adiuuabit.

IV. **1.** Possumus igitur demandata paenitentiae distinctione ad ipsorum iam delictorum regredi censum, an ea sint, quae ueniam ab hominibus consequi possint. Inprimis quod moechiam et fornicationis nominamus, usus expostulat. **2.** Habet

---

60 hoc erit inremisibile *usq.* **66** inremisibili : *om. O* ;
67 in quam *usq.* IV, **16** eludant : *om. O.*

III : *om. O.*

IV, **1** *usq.* **16** eludant : *om. O.*

---

tio] *add. Vrs., om. B prob. Rau*, uis *add. Oehler*, ius *Hartel* **66** et] *om. O, del. Lat.* **66/67** specialiter] *om. O* **67** statu et fornicationis *O.*

III, **2/3** cum *usq.* carere] *Gel.*, maxime definiui uenia caret *B* **7** consequitur *Lat.*, consequetur *Rau.* agenda] *Gel., om. B RW* **8** porro *usq.* carebit] *secl. Rau.* agitur] agetur *Vrs.* **9** itaque] *B*, utique ita *Vrs. Rig., tuet. v. d. Vliet*[1] quod] *B*, quoniam *Gel.* **12** frustra agitur] *add. Ciacconius*, frustra *add. v. d. Vliet*[1] **19** plus utique] *Vrs.*, plusque *B*, precibusque *Lat.*, plus usque *Oehler Rau.*

IV, **2** ea] *C*, hae *B*, haec *Vrs.* **3** hominibus] *Lat.*, omnibus *B* *ante* in-

et fides quorundam nominum familiaritatem. Ita in omni opusculo usum custodimus. Ceterum si adulterium et si stuprum dixero, unum erit contaminatae carnis elogium. **3.** Nec enim interest nuptam alienam an uiduam quis incurset, dum non suam feminam ; sicut nec ⟨de⟩ locis refert, in cubiculis an in triuiis pudicitia trucidetur. Omne homicidium ⟨et⟩ extra siluam latrocinium est. **4.** Ita et ubicunque uel in quacunque semetipsum adulterat et stuprat, qui aliter quam nuptiis utitur. Ideo penes nos occultae quoque coniunctiones, id est non prius apud ecclesiam professae, iuxta moechiam et fornicationem iudicari periclitantur, ne inde consertae obtentu matrimonii crimen eludant. **5.** Reliquas autem libidinum furias impias et in cor|pora et in sexus ultra iura naturae V 226 non modo limine, uerum omni ecclesiae tecto submouemus, quia non sunt delicta, sed monstra.

V. **1.** Ergo moechia, quod etiam fornicationis est res, secundum opus criminis quanti aestimanda sit sceleris prima lex Dei praesto est. Siquidem post interdictam alienorum deorum superstitionem ipsorumque idolorum fabricationem, post commendatam sabbati uenerationem, post imperatam in parentes secundam a Deo religionem nullum aliud in talibus titulis firmandis muniendisque substruxit praeceptum quam *non moechaberis*. **2.** Post spiritalem enim castitatem sanctitatemque corporalis sequebatur integritas. Et hanc itaque muniuit hostem statim eius prohibendo moechiam. Quale delictum iam intellege, cuius cohibitionem post idololatriam ordinauit. **3.** Nihil secundum longinquat a primo. Nihil tam proximum primo quam secundum. Quod fit ex primo, aliud quodammodo

---

V, **8** Exod. 20, 14.

IV, **1** *usq.* **16** eludant : *om. O.*

V, **9** et hanc *usq.* **10** moechiam : *om. O* ;

---

primis *intercidisse putat Kroym.* : praeministranda aliqua sunt **8** alienam] *del. Ciacconius, dub. Rau.* **9** feminam] *del. Ciacconius* ⟨de⟩ locis] *Hartel, prob. Kroym. Waszink*, locis *B*, locus *dub. Hartel, prob. Rau.* **10** triuiis] *Pr.*, turribus *B*, toris *Hartel*, ruribus *Weymann, alii aliter* et] *add. Oehler* ; omne homicidium ⟨homicidium (est) ; et⟩ extra siluam latrocinium *Kroym.* **11** quamcumque *Gel.* **12** nuptus *Hartel Rau.* **15** ne] *Lat. Pr. Rau.*, nec *B RW* consertae] nuptiae *add. RW, reprob. Hartel Kroym. Rau.* **16** nam reliquas *O* **17** *pr.* et] *C O, om. B.*

V, **1** quod est eciam res fornicacionis *O* **1/2** *uirgulam post* res *del. Kroym. et ponit post* criminis **5** uenationem *O* **6** in] *om. O* **7** muniendisque] *Lat.*, monendisque *B O* **8/9** sanctitatemque] *om. O* **9** integritas sequebatur *O* **9** hanc] *Gel.*, hunc *B* **9/10** muniuit] *Gel.*, minuit *B* **11** cohabitationem *O*

primum est. **4.** Itaque moechia adfinis idololatriae — nam et idololatria moechiae nomine et fornicationis saepe populo exprobrata — etiam sorte coniungetur illi, sicut et serie; etiam damnatione cohaerebit illi, sicut et dispositione. **5.** Eo amplius praemittens *non moechaberis*, adiungit *non occides*. Honorauit utique moechiam, quam homicidio anteponit, in prima itaque fronte sanctissimae legis, in primis titulis caelestis edicti, principalium utique delictorum proscriptione signatam. De loco modum, de ordine statum, de confinio meritum cuiusque dignoscas. **6.** Est et mali dignitas, quod in summo aut in medio pessimorum collocatur. Pompam quandam atque suggestum aspicio moechiae, hinc ducatum idololatriae antecedentis, hinc comitatum homicidii insequentis. **7.** Inter duos apices facinorum eminentissimos sine dubio digna consedit, et per medium eorum quasi uacantem locum pari criminis auctoritate compleuit. **8.** Quis eam talibus lateribus inclusam, talibus costis circumfultam a cohae|rentium corpore diuellet, V 227
de uicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu, ut solam eam secernat ad paenitentiae fructum? **9.** Nonne hinc idololatria, inde homicidium detinebunt et, si qua uox fuerit, reclamabunt: « Noster hic cuneus est, nostra compago? Ab idololatria metiamur, illa distinguente coniungimur, illi de medio emicanti adunamur; concorporauit nos scriptura diuina, litterae ipsae glutina nostra sunt, iam nec ipsa sine nobis potest. **10.** Ego quidem idololatria saepissime moechiae occasionem subministro. Sciunt luci mei et mei montes, et uiuae aquae ipsaque in urbibus templa quantum euertendae pudicitiae procurem. **11.** Ego quoque homicidium nonnumquam moechiae elaboro. Vt tragoedias omittam, sciunt hodie uenenarii, sciunt magi, quot pellicatus ulciscar, quot riualitates defendam, quot custodes, quot delatores, quot conscios auferam. Sciunt etiam obstetrices, quot adulteri conceptus trudicentur. **12.** Etiam apud Christianos non est moechia sine nobis. Ibidem sunt idololatriae, ubi im-

14 nam et *usq.* **17** eo amplius : *om.* *O* ;
28 et per *usq.* **29** compleuit : *om.* *O* ;

14 idolatrie *O* (*et sic fere semper*) **14/16** *parenthesin indicauerunt Kroym. et Thörnell* (*II, 88 sq.*) ; *cet. grauius distinguunt post* idololatriae **16** sorte] *Gel.*, forte *B* **18** honorauit] *Lat.*, onerauit *B O* **19** utique] *B O*, itaque *Gel. RW* **20** itaque] *B O Gel.*, ubique *C*, utique *Iun. RW* **21** signata *Vrs.* **22/23** cuiusquam *O* **27** sine dubio] *om.* *O* **34** uox] uis *Ciacconius* **35** ab id. metiamur] *O Gel.*, ab id. innitamur *B*, ab id. initiamur *RW Pr.*, ab illa triunitamur *Kroymann*, ab illa enim tria unitamur *Rau.* **36** adunamur] *Lat.*, adulamur *B* **37** glutina] uincula *O* **41** procurem] *Ciacconius*, procuremus *B O* **42** moechiae elaboro] *Rig.*, m(o)echia elaboro *B O*, moechiae laboro *Ciacconius* **43** uenenarii] *Gel.*, uenerarii *B O* **43/45** quot ... quot] quod *B O semper* **44/45** quot custodes *usq.* auferam *om.* *O*

mundi spiritus res est; ibidem est et homicidium, ubi homo, cum inquinatur, occiditur. **13.** Igitur aut nec illi aut etiam nobis paenitentiae subsidia conuenient. Aut detinemus eam, aut sequimur. » **14.** Haec ipsi rei loquuntur. Si res uoce deficiunt, adsistit idololatres, adsistit homicida, in medio eorum adsistit et moechus. Pariter de paenitentiae officio sedent, in sacco et cinere inhorrescunt, eodem fletu ingemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eisdem genibus exorant, eandem inuocant matrem. **15.** Quid agis, mollissima et humanissima disciplina? Aut omnibus eis hoc esse debebis, *beati* enim *pacifici*, aut, si non omnibus, nostra esse. Idololatrem quidem et homicidam semel damnas, moechum uero de medio excipis? Idololatrae successorem, homi|cidae antecessorem, utriusque collegam? V 228
Personae acceptatio est: miserabiliores paenitentias reliquisti.

VI. **1.** Plane, si ostendas, de quibus patrociniis exemplorum praeceptorumque caelestium soli moechiae et in ea fornicationi quoque ianuam paenitentiae expandas, ad hanc iam lineam dimicabit nostra congressio. Praescribam tamen tibi formam necesse est, ne ad uetera manum emittas, ne in terga respicias. **2.** Vetera enim transierunt secundum Esaiam, et nouata est iam nouatio secundum Hieremiam, et obliti posteriorum in priora porrigimur secundum apostolum, et lex et prophetae usque ad Iohannem secundum Dominum. **3.** Nam et si cum maxime a lege coepimus demonstrando moechiam, merito ab eo statu legis, quem Christus non dissoluit, sed impleuit. Onera enim legis usque ad Iohannem, non remedia. Operum iuga reiecta sunt, non disciplinarum. Libertas in Christo non fecit innocentiae iniuriam. **4.** Manet lex tota pietatis sanctitatis humanitatis ueritatis castitatis iustitiae misericordiae beneuolentiae pudicitiae. In qua lege *beatus uir qui meditabitur die ac nocte*. De qua idem Dauid rursus: *Lex Domini inuitupera-*

57 Matth. 5, 9. **61** cfr Rom. 2, 11.

VI, **5** sq. cfr Luc. 9, 62. **6** cfr Is. 43, 18. **7** cfr Ierem. 4, 3. **8** cfr Phil. 3, 13. **9** cfr Matth. 11, 13. **11** cfr Matth. 5, 17. **16** sq. Ps. 1, 2. **17** sqq.

51 haec ipsi *usq.* **56** matrem : *om.* *O* ;
57 aut omnibus *usq.* **58** esse : *om.* *O* ;
61 miserabiliores *usq.* VI, **3** expandas : *om.* *O*.

49 illi] *O*, *dub.* *RW*, *prob. v. d. Vliet*[1] *Rau.*, illis *B* **51** ipsi rei] *B*, *tuet. Gomperz*, ipsae res *Vrs. Rig. RW* **53** sedent] *Gel.*, sedere *B*, sedentes *Vrs.*, seuerae *Kroym.* **54** flatu *Gel.* ingemiscunt] *C*, gemiscunt *B* **58** idololatrem] *B*, idolatram *O*, idololatren *RW* **61** acceptio *O*.

VI, **2** praeceptorumque] *C*, praeceptorum *B* **3** pandas *Lat.* **4** nostra dimicabit *O* **8** propheta *O* **9** et si cum] sicut *O* **11** honera *O* **14/15** humanitatis sanctitatis *O* **17** de qua *usq.* **23** in his] in lege scriptum est : non

bilis, conuertens animas ; iura Domini directa, oblectantia corda ; praeceptum Domini longe lucens, inluminans oculos. **5.** Sic et apostolus : *Itaque lex quidem sancta est, et praeceptum sanctum et optimum ;* utique : *Non moechaberis.* Sed et supra : *Legem ergo euacuamus per fidem ? Absit, sed legem sistimus,* scilicet in his quae et nunc nouo testamento interdicta etiam cumulatiore praecepto prohibentur. **6.** Pro *'non moechaberis'*, *'qui uiderit ad concupiscentiam, iam moechatus est in corde suo'*, et pro *'non occides' 'qui dixerit fratri suo Racha, reus erit gehennae'*. Quaere, an salua sit lex non moechandi, cui accessit nec concupiscendi. **7.** Ceterum si qua uobis exempla in | sinum V 229 plaudent, non opponentur huic quam defendimus disciplinae. Frustra enim lex suprastructa est, origines quoque delictorum id est concupiscentias et uoluntates non minus quam facta condemnans, si ideo hodie concedetur moechiae uenia, quia et aliquando concessa est. **8.** Cui emolumento hodie pleniore disciplina coercetur, nisi ut maiore forsitan lenocinio tuo indulgeatur ? Dabis ergo et idololatrae et omni apostatae ueniam, quia et populum ipsum totiens reum istorum totiens inuenimus retro restitutum. **9.** Communicabis et homicidae, quia et Nabothae sanguinem Achab deprecatione deleuit et Dauid Vriae caedem cum causa eius moechia confessione purgauit. **10.** Iam et incesta donabis propter Loth et fornicationes cum incesto propter Iudam et turpes de prostitutione nuptias propter Osee, et non tantum frequentatas, uerum et simul plures, propter patres nostros. **11.** Vtique enim dignum est peraequari nunc quoque gratiam circa omnia retro indulta, si de pristino aliquo exemplo uenia moechiae uindicatur. **12.** Habemus quidem et nos eiusdem uetustatis exempla pro sententia nostra, non modo non indulti, uerum etiam repraesentati iudicii fornicationis. **13.** Et utique sufficit tantum numerum XXIV milium populi fornicantis in filias Madian una plaga ruisse.

Ps. 18, 8-9. **20** sq. Rom. 7, 12 et 7. **22** Rom. 3, 31. **24** sqq. Matth. 5, 27, 28 et 22. **37** sq. cfr III Reg. 21, 27. **39** cfr II Reg. 12, 13. **40** cfr Gen. 19, 31 sq. **41** cfr Gen. 38, 16 sq. **42** cfr Os. 1, 2. **49** sq. cfr Num. 25,

VI, **30** frustra *usq.* **45** uindicatur : *om. O ;*
47 non modo *usq.* **48** fornicationis : *om. O ;*

mechaberis, non occides *O* **18** animas] *C*, animam *B* **19** corda] *Gel.*, corde *B* **23** et nunc] in *O* **24** prohibentur] *O Gel.*, prohibemur *B* **26** et] *om. O* **28** ceterum] *om. O* sinum] *B O*, sinu *Oehler RW* **31** concupiscentias] *Gel.*, concupiscentia *B* **32/33** concedetur *usq.* hodie] *Gel.*, *om. B per homoiotel.* moechiae] *Pam.*, moechia *Gel.* **33** aliquando] *Vrs.*, aliqua *Gel.* cui] cur *Vrs.* plenior *Scaliger* **34** coercetur ? [nisi] Vt maiori *Kroym.* **35/36** idololatrae et omni apostatae ueniam] *Gel.*, idololatriae et omnia apostata *B* **38** deprecatione] *Gel.*, in deprecatione *B Rau.* **39** moechia] *Gel.*, moechiae *B* **42** frequentatas] *Gel.*, frequentes *B* simul] *v. d. Vliet*[2], semel *B RW* **46** quidem] *om. O* **46/47** exempla praesentia pro sententia nostra *O* **49** milium

14. Sed malo in gloriam Christi a Christo deducere disciplinam. Habuerint pristina tempora omnis impudicitiae, si uolunt psychici, etiam potestatem. Luserit ante Christum caro, immo perierit antequam a Domino suo requisita est : nondum erat digna dono salutis, nondum apta officio sanctitatis. **15.** Adhuc in Adam deputabatur cum suo uitio, facile quod speciosum uiderat concupiscens et ad inferiora respiciens et de ficulneis foliis pruriginem retinens. Inhaerebat usque-|quaque libidinis uirus et † lactae sortes non habentes, idoneae V 230 quod nec ipsae adhuc aquae lauerant. **16.** At ubi sermo Dei descendit in carnem ne nuptiis quidem resignatam et *sermo caro factus* est ne nuptiis quidem resignanda, quae ad lignum non incontinentiae, sed tolerantiae accederet, quae non dulce aliquid, sed amarum inde gustaret, quae non ad inferos, sed ad caelum pertineret, quae non lasciuiae frondibus, sed sanctimoniae floribus praecingeretur, quae munditias suas aquis traderet, exinde caro quaecumque in Christo reliquas sordes pristinas soluit, alia iam res est, noua emergit, iam non ex seminis limo, non ex concupiscentiae fimo, sed ex aqua pura et spiritu mundo. **17.** Quid itaque illam de pristino excusas ? Non corpus Christi, non membra Christi, non templum Dei uocabatur, cum ueniam moechiae consequebatur. **18.** Itaque si exinde, quo statum uertit, et in Christum tincta induit Christum et magno redempta est, sanguine scilicet Domini, en manu tenes aliquod exemplum siue praeceptum siue formam siue sententiam indultae siue indulgendae fornicationis atque moechiae; habes etiam temporis a nobis definitionem, ex quo deputetur aetas quaestionis.

28 ; Gen. 3, 7. **61** sq. Ioh. 1, 4. **71** cfr I Cor. 6, 15-19. **71** sq. cfr II Cor. 6, 16. **73** sq. cfr Gal. 3, 27. **74** cfr I Cor. 6, 20 domini] cfr I Petr. 1, 19.

77 habes *usq.* IX, **32** nocentissima : *om. O.*

populi] *om. O* **52** habuerint] *Gel.*, habuerunt *B O* **53** phisici *O* ante christum] *O Gel.*, antichristum *B* **54** nondum] nundus *O* **55** dono] *Gel.*, domino *B O* nondum] nundum *O* **56** uicio suo *O* **58** puriginem *O* inhaerebat] *O Gel.*, in herba *B*, *prob. Gomperz* **59/60** lactae *usq.* lauerant] late sordes quoniam nondum aquae lauerant *O* lactae sortes non habentes, idoneae *B*, et lacteae (lacte *Gomperz*) sortes non abeuntes, idoneae *Hartel Gomperz*, lasciuiae sordes non habentis idonee *d'Alès (Rech. sc. relig. 1937, p. 230 sq.)*, *alii aliter. Locus nondum sanatus* **61** carnem] *Gel.*, carcerem *B O* **61/62** ne nuptiis quidem resignatam *et* ne nuptiis quidem resignanda] *om. O* **64** amarum] *O*, aliquid *add. B cet.*, *del. Lat.* **65** frondibus] *om. O* **66** floribus] frondibus *O* **69** fimo] *Vrs.*, fumo *B O* **72** moechiae ueniam *O* **75** en manu] et magnum *B O*, et agni *Gel.*, et manu *Hartel*, *secl. RW.*

VII. **1.** A parabolis licebit incipias, ubi est ouis perdita a Domino requisita et humeris eius reuecta. Procedant ipsae picturae calicum uestrorum, si uel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, utrumne Christiano an ethnico peccatori de restitutione conliniet. **2.** Praescribimus enim ex naturae disciplina, ex lege auris et linguae, ex mentis sanitate ea semper responderi quae prouocantur [id est ad ea quae prouocant]. Prouocauit, ut opinor, quod Pharisaei publicanos et peccatores ethnicos admittentem Dominum et cum illis de uictu communicantem | V 231 indignati mussitabant. **3.** Ad hoc Dominum pecudis perditae restitutionem, cui alii configurasse credendum est quam ethnico perdito, de quo agebatur, non [de] Christiano, qui adhuc nemo? aut quale est, ut Dominus quasi cauillator responsionis omissa specie praesenti, quam repercutere deberet, de futura laboret? **4.** Sed « ouis proprie Christianus et grex Domini ecclesiae populus et pastor bonus Christus et ideo Christianus in oue intellegendus, qui ab ecclesiae grege errauerit. » **5.** Ergo nihil ad Pharisaeorum mussitationem respondisse uis Dominum, sed ad tuam praesumptionem? Et tamen ita eam uindicare debebis, ut neges in ethnicum competere, quae in Christianum existimas conuenire. **6.** Dic mihi, nonne omne hominum genus unus Dei grex est? Nonne uniuersarum gentium idem Deus et Dominus et pastor est? Quis magis perit a Deo quam ethnicus, quamdiu errat? Quis magis requiritur a Deo quam ethnicus, quando reuocatur a Christo? **7.** Denique antecedit hic ordo in ethnicis; siquidem non aliter Christiani ex ethnicis fiunt nisi prius perditi et a Deo requisiti et a Christo reportati. Ita etiam hunc ordinem seruari oportet, ut in eos tale aliquid interpretemur, in quibus prius.

8. At tu, opinor, hoc uelis, ut ouem non de grege perditam faceret, sed de arca uel armario. Sic etsi [ethnicorum] reliquum numerum iustum ait, non ideo Christianos esse ostendit, cum

VII, **1** sqq. cfr Luc. 14, 4 sq. **16** sq. cfr Ioh. 10, 12.

VII : *om.* O.

VII, **7** id est *usq.* prouocant] *secl. Rig.*, id est responderi ad ea quae prouocant *dub.* RW **8** prouocauit] *Iun. Rau.*, prouocabit *B*, prouocabat *Rig.* RW **10** dominum] *Gomperz*, dominus *B cet.* **11/12** cui alii configurasse credendum] *C*, *prob. Gomperz*, cum alii configurasset reddendum *B*, cum figurasset, cui alii reddendum *Gel.*, cum figurasset, cui alii configurasse credendum *Rig.* RW **12** de] *secl. Gomperz* **13** qui] *Gel.*, quid *B* **15** laboret] *Gel.*, laboretur *B* **17** in oue] *C*, non *B* **22** omne] *C*, *om. B* **24** errat] *Gel.*, erratur *B* **30** prius] est *add. Gel.* **31** uelles *Vrs.* **32** ethnicorum] *del. uidetur*, ⟨non⟩ ethnicorum *v. d. Vliet*[1], *melius* ouium (*Gomperz*) *uel* et ouium *scribendum* **33** iustum] *Vrs.*,

Iudaeis agens et illos cum maxime obtundens, quod indignarentur spei ethnicorum, sed ut exprimeret aduersus liuorem Pharisaeorum suam gratiam et beneuolentiam etiam circa unum ethnicum, praeposuit unius peccatoris salutem ex paenitentia quam illorum ex iustitia. **9.** Aut numquid non iusti Iudaei, et quibus paenitentia opus non esset habentibus gubernacula disciplinae et timoris instrumenta | V 232 legem et prophetas? Posuit igitur illos in parabola, etsi non quales erant, sed quales esse debuerant, quo magis suffunderentur, aliis et non sibi paenitentiam audientes necessariam.

10. Perinde drachmae parabolam, ut ex eadem materia prouocatam, aeque in ethnicum interpretamur, etsi in domo amissam, quasi in ecclesia, etsi ad lucernae lumen repertam, quasi ad Dei uerbum. **11.** Atquin totus hic mundus una omnium domus est, in quo magis ethnico gratia Dei inlucet, qui in tenebris inuenitur, quam Christiano, qui iam in Dei luce est. **12.** Denique et oui et drachmae unus error adscribitur. Nam si iam in Christianum peccatorem defingerentur post fidem perditam, et de iterata amissione eorum et restitutione tractaretur.

13. Decedam nunc paulisper de gradu isto, quo magis eum etiam decedendo commendem, cum sic quoque obduxero diuersae partis praesumptionem. Condico Christianum iam peccatorem in parabola utraque portendi, non tamen ideo eum adfirmandum, qui de facinore moechiae et fornicationis restitui per paenitentiam possit. **14.** Licet enim perisse dicatur, erit et de perditionis genere retractare, quia et ouis non moriendo, sed errando et drachma non interiendo, sed latitando perierunt. Ita licet dici perisse, quod saluum est. **15.** Perit igitur et fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris et gladiatorii cruoris et scaenicae foeditatis et xysticae uanitatis, in lusus, in conuiuia saecularis sollemnitatis, ⟨si⟩ in officium, in ministerium alienae idololatriae aliquas artes adhibuit ⟨aut⟩ incuriosius in uerbum ancipitis negationis aut blasphemiae impegit. **16.** Ob tale quid extra gregem datus est

44 sq. cfr Luc. 15, 8.

VII : *om.* O.

istum *B* **34** agens] *Gel.*, habens *B* **39** et iudaei *Harnack* habentibus] *C*, habentes *B Rau.* **44** perinde] RW, proinde *B Rau.* **45** in] *C*, *om. B* **49** christiano] *Pam.*, in *praem. B* **52** perditam] perditum *Esser* (*Theol. Rev. 1907, c. 43*), *prob.* Rau. de] *add.* RW amissio *Gel.* restitutio notaretur *Gel.*, *fort. recte* **56** condico] *Gel.*, cum dico *B* **60** *prius* et] *C*, *om. B* **61** intereundo *Lat. Pr.* **65** si] *add.* RW **66** aliquas] maleficas *Scaliger*, a magicas *Hildebrand* **67** ⟨aut⟩ incuriosius] RW, curiositatis *B Rau.*, curiositates *Hartel*

uel et ipse forte ira, tumore, aemulatione, quod denique saepe | fit, dedignatione castigationis abrupit. Debet requiri atque re- V 233
uocari. Quod potest recuperari, non perit, nisi foris perseuerauerit. **17.** Bene interpretaberis parabolam uiuentem adhuc reuocans peccatorem. Moechum uero et fornicatorem quis non mortuum statim admisso pronuntiabit ? Quo ore mortuum restitues in gregem ex parabolae eius auctoritate, quae non mortuum pecus reuocat ? **18.** Denique si meministi prophetarum, cum pastores increpantur, puto Ezechielis est uox : *Pastores, ecce lac deuoratis et lanis uestimini ; quod forte est occidistis, quod infirmum est non curastis, quod comminutum est non ligastis, quod expulsum est non conuertistis, quod periit non requisistis.* **19.** Numquid et de mortuo exprobrat, quod non et illud in gregem reficere curauerint ? Plane ingerit, quod perire oues fecerint et a bestiis agri comedi — neque possunt nec perire in mortem nec comedi, si relinquantur — non, ut perditae in mortem et comestae resumantur. **20.** Iuxta drachmae quoque exemplum etiam intra domum Dei ecclesiam licet esse aliqua delicta pro ipsius drachmae modulo ac pondere mediocria, quae ibidem delitescentia mox ibidem et reperta statim ibidem cum gaudio emendationis transigantur. **21.** Moechiae uero et fornicationis non drachma, sed talentum, quibus exquirendis non lucernae spiculo [lumine], sed totius solis lancea opus est. **22.** Simul apparuit, statim homo de ecclesia expellitur nec illic manet nec gaudium confert repertrici ecclesiae, sed luctum nec congratulationem aduocat uicinarum sed contristationem proximarum fraternitatum. **23.** Commissa itaque etiam hac nostra cum illorum interpretatione eo magis in ethnicum spectabunt et ouis et drachmae argumenta, quanto nec in eius delicti Christianum competere possunt, propter quod in Christianum de diuersa parte coguntur. |

VIII. **1.** Sed enim plerosque interpretes parabolarum idem V 234
exitus decipit, quem in uestibus purpura oculandis saepissime

78 sqq. Ez. 34, 2-4. **83** cfr Ez. 38, 8.

VII : *om. O.*

VIII : *om. O.*

(*fort. recte*) negationis] *Lat.*, negotiationis *B* **69** ira tumore] *Gel.*, iratum ore *B* **70** de dignatione *B* **74** pronuntiabit] *Pr.*, pronuntiauit *B RW* **79** comminutum] *Gel.*, communutum *B* **80** periit] *Gel.*, perit *B* **83/84** *parenthesin indic. RW* **91** lumine *B*, *del. Lat.*, luminis *Iun.* solis] *Gel.*, *om. B* **93** repertrici] *Gel.*, reperiri ei *B* **94** aduocat] *Vrs.*, aduocant *B* **97** spectabunt] *Gel.*, expectabunt *B Rau.*

VIII, **2** quem] *Gel.*, quam *B* oculandis] *B*, *tuet. Thörnell, III, 25*, clauandis

euenire est. Cum putaueris recte conciliasse temperamenta colorum et credideris comparationes eorum inter se amasse, erudito mox utroque corpore et luminibus expressis errorem omnem traducta diuersitas euomet. **2.** Eadem itaque caligine circa filiorum quoque duorum parabolam quibusdam ad praesens concolorantibus figuris a uero lumine exorbitant eius comparationis quam parabolae materia praetexit.

3. Duos enim populos in duobus filiis collocant, Iudaicum maiorem, Christianum minorem. Nec enim possunt exinde Christianum peccatorem in filio minore disponere ueniam consecuturum, nisi in maiore Iudaicum expresserint. **4.** Porro si Iudaicum ostendero deficere a comparatione filii maioris, consequenter utique nec Christianus admittetur de configuratione filii minoris. Licet enim et filius audiat Iudaeus et maior, quia prior in adoptione, licet et Christiano reconciliationem Dei patris inuideat, quod uel maxime diuersa pars carpit, sed non erit Iudaei dictum ad patrem: *Ecce quot annis tibi seruio et praeceptum tuum numquam praeteriui.* **5.** Quando enim non transgressor legis Iudaeus, aure audiens et non audiens, odio habens traducentem in portis et aspernamento sermonem sanctum ? Sic nec patris ad Iudaeum erit uox : *Tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt.* **6.** Iudaei enim apostatae filii pronuntiantur, generati quidem et in altum elati, sed qui non computauerint Deum et qui dereliquerint Dominum et in iram prouocauerint sanctum Israelis. **7.** Omnia plane Iudaeo concessa dicemus, cui etiam condicio gratior quaeque de gula erepta est, nedum ipsa terra paternae promissionis. Atque adeo non minus hodie Iu|daeus quam minor filius prodacta substan- V 235
tia Dei in aliena regione mendicat seruiens usque adhuc principibus eius, id est saeculi huius.

8. Quaerant igitur alium Christiani suum fratrem ; Iudaeum enim parabola non recipit. Multo aptius Christianum maiori et Iudaeum minori filio adaequassent secundum fidei comparationem, si ordo utriusque populi ab utero Rebeccae designa-

VIII, **7** cfr Luc. 15, 11 sqq. **16** sq. cfr Rom. 9, 4. **19** sq. Luc. 15, 29. **21** cfr Marc. 8, 18. **21** sq. cfr Am. 5, 10 ; II Reg. 12, 9. **23** sq. Luc. 15, 31. **24** sq. cfr Is. 6, 10 ; 1, 2. **30** sq. cfr Luc. 15, 13. **36** cfr Gen. 25, 22 sq.

VIII : *om. O.*

Kroym., eleuandis *Leo* **3** putaueris] *Gel.*, putauerit *B* **4** colorum] *Gel.*, saeculorum *B* amasse] *B*, animasse *Vrs.*, unasse *RW* (*recte quoad sensum*) **5** erudito] *B*, *tuet. Thörnell, l. c.* (*erudire = polire*), erudite *Hildebrand RW* (unasse erudite,) **6** traducta] traductum *B Rau.* **8** lumine] *Gel.*, liminis *B* **13** maiore] *Gel.*, maiorem *B* **16** et filius audiat] *v. d. Vliet*[2] *Kroym.*, *prob. De Labriolle* (*'bienque le juif soit appelé fils, et fils aîné'*) **18** carpit] *Gel.*, carpitur *B* **23** nec] *Gel.*, ne *B* **26** deum] *C*, dominum *B* **33** quaerant] *Harrisius*, quaerunt *B*

tus permitteret demutationem. Nisi quod et clausula refragaretur. **9.** Christianum enim de restitutione Iudaei gaudere et non dolere conueniet, siquidem tota spes nostra cum reliqua Israelis expectatione coniuncta est. Ita etsi quaedam facient, sed aliis contra sapientibus interimitur exemplorum peraequatio.

10. Quamquam, etsi omnia ad speculum respondere possint, unum sit praecipuum periculum interpretationum, ne aliorsum temperetur facilitas comparationum, quam quo parabolae cuiusque materia mandauit. **11.** Meminimus enim et histriones, cum allegoricos gestus adcommodant canticis, alia longe a praesenti et fabula et scaena et persona et tamen congruentissime exprimentes. Sed uiderit ingenium extraordinarium. Nihil enim ad Andromacham. **12.** Sic et haeretici easdem parabolas quo uolunt tribuunt, non quo debent. Aptissime excludunt. Quare aptissime ? Quoniam a primordio secundum occasiones parabolarum ipsas materias confinxerunt doctrinarum. Vacuit scilicet illis solutis a regula ueritatis ea conquirere atque componere, quorum parabolae uidentur.

IX. **1.** Nos autem quia non ex parabolis materias commentamur, sed ex materiis parabolas interpretamur, nec ualde laboramus omnia in expositione torquere, dum contraria quaeque caueamus. **2.** Quare centum oues ? Et quid utique decem drachmae ? et quae illae scopae ? Necesse erat, qui unius peccatoris salutem gratissimam Deo uolebat exprimere, aliquam numeri | quantitatem nominaret, de quo unum quidem V 236
perisse describeret, necesse erat, ut habitus requirentis drachmam in domo tam scoparum quam lucernae adminiculo adcommodaretur. **3.** Huiusmodi enim curiositates et suspecta faciunt quaedam et coactarum expositionum subtilitate plerumque deducunt a ueritate. Sunt autem, quae et simpliciter

45 sq. cfr Liuius VII, 2, 9.

IX, **4** sq. cfr Luc. 15, 4 et 8.

VIII : *om.* O.

IX, **1** *usq.* **32** nocentissima : *om.* O ;

39 conueniet] *Gel.*, non ueniet *B* **41** sed] *Gel.*, *prob. Kroym. Gomperz Pr.*, et *B*, *prob. Thörnell, II, 79*, *secl. RW* **44** sit] *Gel.*, si *B*, et *RW* **45** facilitas] *Iun.*, felicitas *B* **49** exprimentes] *Gel.*, exprimentur *B* **50** andromachiam *B* **51** ⟨cum⟩ quo uolunt *Hartel Rau.* debent] *grauius dist. v. d. Vliet*[2], non quo debent aptissime excludunt *cet.* (excudunt *Hartel*, ex se ludunt *dub. RW*) **52** quoniam] *Gel.*, quonam *B*.

IX, **5** erat] *Gel.*, erant *B*, ut *add. recentiores edd.* **6** deo] *Gel.*, a deo *B* **8** descri-

posita sunt ad struendam et disponendam et texendam parabolam, ut illuc perducantur, cui exemplum procuratur.

4. Et duo utique filii illuc spectabunt, quo et drachma et ouis. Quibus enim cohaerent, eandem habent causam eandemque utique mussitationem Pharisaeorum erga commercium Domini et ethnicorum. **5.** Aut si quis dubitat ethnicos fuisse publicanos apud Iudaeam usurpatam iam pridem Pompeii manu atque Luculli, legat Deuteronomium : *Non erit uectigal pendens ex filiis Israel.* **6.** Nec tam execrabile esset nomen publicanorum apud Dominum, nisi extraneum, uendentium ipsius caeli et terrae et maris transitus. Peccatores autem cum adiungit publicanis, non statim Iudaeos ostendit, etsi aliqui fuisse potuerunt. **7.** Sed unum genus ethnicorum alios ex officio peccatores id est publicanos, alios ex natura id est non publicanos, pariter ponendo distinxit. Ceterum nec denotaretur cum Iudaeis communicans uictum, sed cum ethnicis, quorum mensam Iudaica disciplina depellit. **8.** Nunc de filio prodigo id prius considerandum est quod utilius. Non enim admittetur exemplorum adaequatio, licet in agina congruentissima, si fuerit saluti nocentissima. Totum autem statum salutis in tenore disciplinae constitutum subuerti uidemus ea interpretatione, quae ex diuerso adfectatur. **9.** Nam si Christianus est qui acceptam a Deo patre substantiam utique baptismatis, utique Spiritus sancti et exinde spei aeternae longe euagatus a patre prodigit ethnice uiuens, si exutus bonis mentis etiam principi saeculi (cui alii quam diabolo ?) seruitium suum tradidit et ab eo porcis alendis, immundis scilicet spiritibus | curandis prae- V 237
positus resipuit ad patrem reuerti, iam non moechi et fornicarii, sed idololatrae et blasphemi et negatores et omne apostatarum genus hac parabola patri satisfacient, et elisa est uerissime hoc magis modo tota substantia sacramenti.

10. Quis enim timebit prodigere, quod habebit postea recuperare ? Quis curabit perpetuo conseruare, quod non perpetuo

17 sq. cfr Matth. 9, 10 ; 11, 19 ; Luc. 15, 2. **20** sq. Deut. 23, 19.

IX, **1** *usq.* **32** nocentissima : *om.* O ;
34 nam si *usq.* **43** sacramenti : *om.* O ;

beret] *Gel.*, describere *B* **14** perducant *dub. RW*, *prob. Rau.*, perducatur *v. d. Vliet*[2] **15** spectabunt quo] *Gel.*, expectabunt quod *B* **16/17** eandemque] *B*, *tuet. Thörnell, I, 2*, eandem *dub. RW Kroym.* **18** et] *suppl. Oehler* **28/29** mensa *Gel.* **31** in agina] imagini *Vrs. De Labriolle* **32** autem] *om.* O **33/34** interpretacio *O* **34** aduerso *O* **37** prodegit *Rau.* **38** alii quam] *Gel.*, aliquamdiu *B* **40** resipuit] *C*, resipit *B* **40/41** non moechi et fornicarii, sed] *Gel.*, nunc moechis et fornicariis, et *B*, non moechi et fornicatores, sed *RW*, cum moechis et fornicatoribus et *Rau.* **42** hac parabola] *Gel.*, hanc parabolam *B* **43** magis] *B*, imaginis *RW* **44** enim] *om.* O **45** conseruare] *om* O.

poterit amittere? Securitas delicti etiam libido est eius. **11.** Recuperabit igitur et apostata uestem priorem, indumentum Spiritus sancti, et anulum denuo, signaculum lauacri, et rursus illi mactabitur Christus, et recumbet eo in toro, de quo indigne uestiti a tortoribus solent tolli et abici in tenebras, nedum spoliati. Plus est igitur, si nec expedit in Christianum conuenire ordinem filii prodigi.

12. Quod si nec in Iudaeum integre filii imago concurrit, ad propositum Domini simpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat Dominus utique, ut quod perierat saluum faceret, medicus languentibus magis quam sanis necessarius. **13.** Hoc et in parabolis figurabat et in sententiis praedicabat. Quid perit hominum, quis labat de ualetudine, nisi qui Deum nescit? Quis saluus ac sanus, nisi qui Deum nouit? Has duas species de genere fraternas haec quoque signabit parabola. **14.** Vide an habeat ethnicus substantiam in Deo patre census et sapientiae et naturalis agnitionis in Deum, per quam et apostolus notat in sapientia Dei non cognouisse mundum per sapientiam Deum, quam utique a Deo acceperat. **15.** Hanc itaque prodegit longe a Domino moribus iactus inter errores et inlecebras et libidines saeculi, ubi fame ueritatis compulsus tradidit se principi huius aeui. Ille eum praefecit porcis (ut familiare id daemonum pecus pasceret), ubi nec illi compos | esset uitalis esca V 238 simulque alios uideret in opere diuino abundantes pane caelesti. **16.** Recordatur patris Dei, satisfacto redit, uestem pristinam recipit, statum scilicet eum, quem Adam transgressus amiserat. Anulum quoque accipit tunc primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita exinde opimitate dominici corporis uescitur, eucharistia scilicet. **17.** Hic erit prodigus filius, qui numquam retro frugi, qui statim prodigus, quod non statim Christianus. Hunc et Pharisaei de saeculo ad patris complexus reuertentem in publicanis et peccatoribus maerebant. **18.** Et ideo ad hoc solum maioris fratris adcommo-

47 sq. cfr Luc. 15, 22. **49** cfr Hebr. 6, 6. **49** sqq. cfr Matth. 22, 13. **55** cfr Matth. 18, 11. **56** cfr Matth. 9, 12; Luc. 5, 31; 19, 10. **62** sq. cfr I Cor. 1, 21.

46 securitas *usq.* **98** referet : *om.* *O.*

50 a tortoribus] *C*, auribus *B*, moribus *Vrs.* **52** conuenire] *Gel.*, et inuenire *B* **53** integri *Esser* (*Theol. Rev.*, *1907*, *c. 463*), *prob. Rau.* **58** labat] *Gel.*, leuat *B* deum] *C*, dominum *B* **59** deum] *C*, dominum *B* **65** domini foribus *Hartel* iactus] *Oehler*, factus *B Rau.* **66** fame] *Gel.*, fama *B* **67** ut] *Gel.*, in *B* **68** pasceret] *Gel.*, pascere *B* illi] *B*, *tuet. Hoppe*, *Beiträge*, *81 sq.*, ille *Ciacconius RW* esca] *B*, *tuet. Hoppe*, *l. c.*, escae *Ciacconius RW* **69** uideret] *Gel.*, uidet *B* **72** accipit] *Vrs.*, accepit *B RW* primum] *Gel.*, pristinum *B* **78** maerebant] *Gel.*, merebant *B*, numerabant *uel* mirabantur *RW*. *Pessime. Nihil*

datus est liuor, non quia innocentes et Deo obsequentes Iudaei, sed quia inuidentes nationibus salutem, plane quos semper apud patrem esse oportuerat. **19.** Et utique Iudaeus ad primam statim uocationem Christiani gemit, non ad secundam restitutionem. Illa enim etiam ethnicis relucet, haec uero quae in ecclesiis agitur ne Iudaeis quidem nota est. **20.** Puto me et materiae parabolarum et congruentiae rerum et tutelae disciplinarum adcommodatiores interpretationes reddidisse. Ceterum si in hoc gestit diuersa pars ouem et drachmam et filii luxuriam Christiano peccatori configurare, ut moechiam et fornicationem paenitentia donent, aut et cetera delicta pariter capitalia concedi oportebit aut paria quoque eorum moechiam et fornicationem inconcessibilia seruari. **21.** Sed plus est, quod nihil aliud argumentari licet citra id de quo agebatur. Denique si aliorsum parabolas transducere liceret, ad martyrium potius dirigeremus spem illarum, quod solum omni substantia prodacta restituere filium poterit et drachmam inter omnia licet in stercore repertam cum gaudio praedicabit, et ouem per aspera quaeque et abrupta fugitiuam humeris ipsius Domini in gregem referet. **22.** Sed malumus in scripturis minus, si forte, sapere quam contra. Proinde sensum Domini custodire debemus atque praeceptum. Non est leuior transgressio in interpretatione quam in conuersatione. |

X. **1.** Excusso igitur iugo in ethnicum disserendi parabolas V 239 istas et semel dispecta uel recepta necessitate non aliter interpretandi quam materia propositi est, contendunt iam nec competere ethnicis paenitentiae denuntiationem, quorum delicta obnoxia ei non sint, ignorantiae scilicet imputanda, quam sola natura ream Deo faciat. **2.** Porro nec remedia sapere quibus pericula ipsa non sapiant, illic autem paenitentiae constare rationem ubi conscientia et uoluntate delinquitur, ubi et culpa sapiat et gratia, illum lugere, illum uolutari, qui sciat et quid amiserit et quid sit recuperaturus, si paenitentiam Deo immolarit, utique eam magis filiis offerenti quam extraneis.

3. Num ergo et Ionas idcirco ethnicis Niniuitis non putabat paenitentiam necessariam, cum cauillaretur in praedicationis

X, **12** sqq. cfr Ion. 1, 2 sqq.

46 securitas *usq.* **98** referet : *om.* *O.*

X, **1** *usq.* **19** quod et : *om.* *O*;

immutandum hoc] hunc *Rau.* **98** referet] *Gel.*, refert *B* si] *Gel.*, om. *B O.*

X, **1** in ethnicum] *Gel.*, ethnicorum *B Rau.*, haereticorum *Hartel* (*fort. recte*), ethnicos non *RW* **6** ream deo] *Gel.*, rem a deo *B* **9** qui] *Gel.*, quae *B* **11** eam] ueniam *Hartel*, gratiam *dub.* *RW* **12** num] *Gel.*, nunc *B*, non *Pam.*

officio, an potius misericordiam Dei prouidens etiam in extraneos profusam quasi destructuram praeconium uerebatur ? **4.** Atque adeo propter ciuitatem profanam, nondum Dei compotem, adhuc ignorantia delinquentem, paene periit prophetes ? Nisi quod exemplum passus est dominicae passionis ethnicos quoque paenitentes redempturae. **5.** Bene quod et Iohannes Domini uias sternens non minus militantibus et publicanis quam filiis Abraham paenitentiae erat praeco. Ipse Dominus Sidoniis et Tyriis praesumpsit paenitentiam, si uirtutem documenta uidissent. **6.** Atquin ego illam naturalibus magis peccatoribus competere contendam quam uoluntariis. Magis enim merebitur fructum eius qui nondum eo usus est quam qui iam et abusus est, magisque sapient remedia prima quam exoleta. **7.** Nimirum Dominus ingratis benignus magis quam ignaris et citius reprobatis misericors quam nondum probatis, ut non magis irascatur contumeliis clementiae suae quam blandiatur, et non libentius extraneis eam impertiat quam in filiis perdidit, cum gentes sic adoptauerit, dum Iudaei de patientia ludunt.

8. Sed hoc uolunt psychici, ut Deus iusti iudex eius peccatoris paenitentiam malit quam mortem qui mortem paenitentia maluit. Quod si | ita est, peccando promeremur. **9.** « Age tu V 240 funambule pudicitiae et castitatis et omnis circa sexum sanctitatis, qui tenuissimum filum disciplinae eiusmodi ueri a uere uia pendente uestigio ingrederis, carnem spiritu librans, animam fide moderans, oculum metu temperans. **10.** Quid itaque in gradu totus es ? Pergesne, si potueris, si uolueris, dum tamen securus et quasi in solido es. Nam si qua te carnis uacillatio, animi auocatio, oculi euagatio de tenore decusserit, Deus bonus est. **11.** Suis, non ethnicis, sinum subicit ; secunda te paenitentia excipiet ; eris iterum de moecho Christianus. » Haec

19 cfr Ioh. 1, 23 ; Luc. 3, 7 sqq. ; Matth. 11, 21. **22** cfr Matth. 11, 21. **33** cfr II Tim. 4, 8 ; II Petr. 3, 9.

X, **1** *usq.* **19** quod et : *om.* O ;
35 age *usq.* **53** secundae : *om.* O ;

19 paenitentes] *C.*, *om.* *B* **22** Tyriis] *Gel.*, Tyris *B*, tiris *O* **23** magis naturalibus *O* **25** mundum *O* **26** iam et] *B*, etiam *O* **28** mundum *O* **33** physici *O* iusti] *B*, iustitiae *O*, iustus *Pam.* **35** age *usq.* **44** christianus : *uerba aduersarii sunt, cfr Thörnell, I, 70* **37** filum] *Gel.*, filium *B* disciplinae] *RW*, disciplina *B* **37/38** ueri a uere uia] *B* (*h. e.* 'ab ea quae uere est uia ueri, *sc.* ueritatis'), *tuet. Thörnell, l. c.*, ueri auia *Gel. RW*, ueri aliena *Rau.*, *alii aliter* **38** pendente] *Gel.*, pendentem *B* **40** totus] *B*, *tuet. Thörnell*, tutus *Hartel* pergesne] *B*, perges sane *Gel.* tamen] *B*, tam *Gel.* **44** excipiet ; eris] *Gel.*, excepi caeteris

tu mihi benignissime Dei interpres. **12.** Sed cederem tibi, si scriptura « Pastoris », quae sola moechos amat, diuino instrumento meruisset incidi, si non ab omni concilio ecclesiarum, etiam uestrarum, inter apocrypha et falsa iudicaretur, adultera et ipsa et inde patrona sociorum, a qua et alias initiaris, cui ille, si forte, patrocinabitur pastor, quem in calice depingis, prostitutorem et ipsum Christiani sacramenti, merito et ebrietatis idolum et moechiae asylum post calicem subsecuturae, de quo nihil libentius bibas quam ouem paenitentiae secundae. **13.** At ego eius Pastoris scripturam haurio, qui non potest frangi. Hanc mihi statim Iohannes offert cum paenitentiae lauacro et officio dicentem : *Facite dignos paenitentiae fructus, et ne dixeritis, patrem habemus Abraham* (ne scilicet rursum blandimenta delinquentiae de patrum resumerent gratia) : *Potest enim Deus de lapidibus istis filios suscitare Abrahae.* **14.** Sic et nos sequitur, ut eos, qui hactenus delinquant, facientes dignum paenitentiae fructum. Quid enim ex paenitentia maturescit quam emendationis effectus ? Sed et si uenia potius est paenitentiae fructum. Quid enim ex paenitentia maturescit quam emendationis effectus ? Sed et si uenia potius est paenitentiae fructus, hanc quoque consistere non licet sine cessatione delicti. Ita cessatio delicti radix est ueniae, ut uenia sit paenitentiae fructus. |

XI. **1.** Exinde quod ad euangelium pertinet, parabolarum V 241 quidem discussa iam quaestio est. Si uero et factis aliquid tale pro peccatoribus edidit Dominus, ut cum peccatrici feminae etiam corporis sui contactum permittit lauanti lacrimis pedes eius et crinibus detergenti et unguento sepulturam ipsius inauguranti, ut cum Samaritanae sexto iam matrimonio non moechae, sed prostitutae, etiam quod nemini facile, quis esset ostendit, nihil ex hoc aduersariis confertur, et si iam Christianis

56 sqq. Matth. 3, 8-9.

XI, **3** cfr Luc. 7, 37 sq. **6** cfr Ioh. 4, 17 sq.

35 age *usq.* **53** secundae : *om.* O ;
62 sed et si uenia *usq.* XII, **7/8** uetustate : *om.* O.

XI : *om.* O.

B **45** si] *Gel.*, *om.* *B* **53** libas *Vrs. De Labriolle* **54** scripturam] *Gel.*, scripturas *B* qui] *O Gel.*, *prob. Esser Rau.*, quae *B RW* **55** hanc] *B O* (*sc.* '*scripturam ueri Pastoris*'), hunc *Vrs.*, haec *Esser Rau.* **60** nos] *B*, *om.* *O*, oues *dub.* *RW* sequitur] loquitur *coni. Rau.* (*cfr Adu. Marc. IV, 22, 3 ; Adu. Hermog. 31, 4*) **60/61** deliquerunt, faciant *O* **61** enim] aliud *add.* O.

XI, **2** discussa] *Gel.*, discussio *B* **4** permittit] permittat *B* **5** unguento] *Gel.*, unguenti *B* **8** et si iam] *Gel. RW*, et suam *B*, ut suam *Hartel*, tamquam

ueniam delictorum praestitisset. **2.** Nunc enim dicimus, soli Domino hoc licet, hodie potestas indulgentiae eius operetur. Ad illa tamen tempora, quibus in terris egit, hoc definimus nihil aduersum nos praeiudicare, si peccatoribus etiam Iudaeis uenia conferebatur. **3.** Christiana enim disciplina a nouatione testamenti et, ut praemisimus, a redemptione carnis id est Domini passione censetur. Nemo perfectus ante repertum ordinem fide, nemo Christianus ante Christum caelo resumptum, nemo sanctus ante Spiritum sanctum de caelo repraesentatum ipsius disciplinae determinatorem.

XII. **1.** Itaque isti qui alium Paracletum in apostolis et per apostolos receperunt, quem nec in prophetis propriis agnitum iam nec in apostolis possident, age nunc uel de apostolico instrumento doceant maculas carnis post baptisma respersae paenitentia dilui posse. **2.** Non in apostolis quoque ueteris legis forma soluta circa moechiae quanta sit demonstrationem, ne forte lenior existimetur in nouitate disciplinarum quam in uetustate. **3.** Cum primum intonuit euangelium et uetera concussit, ut de legis retinendae necessitate disceptaretur, primum hanc regulam de auctoritate Spiritus sancti apostoli emittunt ad eos qui iam ex nationibus allegi coeperant. **4.** *Visum est*, inquiunt, *Spiritui sancto et nobis nullum amplius uobis adicere* | *pondus quam eorum a quibus necesse est abstineri, a sacrificiis* V 242
et a fornicationibus et sanguine. A quibus obseruando recte agetis uetante uos Spiritu sancto. **5.** Sufficit et hic seruatum esse moechiae et fornicationi locum honoris sui inter idololatriam et homicidium. Interdictum enim sanguinis multo magis humani intellegemus. **6.** Porro qualia uideri uolunt apostoli crimina, quae sola in obseruatione de lege pristina excerpunt, quae sola necessario abstinenda praescribunt ? Non quod alia permittant,

---

XII, **11** sqq. Act. 15, 28-29.

XI : *om. O.*

XII, **1** *usq.* **7/8** uetustate : *om. O ;*
9 ut *usq.* disceptaretur : *om. O ;*

Wissowa, ac si etiam *Pr.*, ac si iam *Rau.* **11** at *Gel.* **15** repertum] apertum *Rau.*, perfectum *Kroym.* **16** fidei *dub. RW*, *prob. Rau.*

XII, **2** receperunt] *Gel.*, reciperent *B* nec] *Gel.*, nunc *B* propriis] *Gel.*, proprius *B*, propius *Iun.* **4/5** respersae paenitentia] *Gel.*, respersa paenitentiae *B* **6** forma soluta] *RW*, formam solutam *B*, formam salutamus *Gel.*, formam solutam ⟨ut scias, recogita quales sint⟩ *Kroym.* **7** leuior *RW* **9** necessitate] *Mercerus*, nec statu *B*, necne statu *Rig.*, nunc statu *Hartel* primum] *O*, primam *B edd.* **11** ad eos *usq.* coeperant *post* inquiunt *l.* **12** *ponit O* allegi] *Gel.*, a lege *B O* **12** adicere uobis *O* **14** *prius* et] *om. O* *alt.* et] a *O* **15** agetis uetante] *Vrs. RW*, agitis uectante *B*, agitis uetante *O*, agetis uectante *Pr. Rau.*

sed quod haec sola praeponant utique non remissibilia, qui ethnicorum causa cetera legis onera remissibilia fecerunt. **7.** Cur ergo ceruicem nostram a tanto iugo excusant, nisi ut illi compendia ista disciplinae semper imponant ? Cur tot uincula indulgent, nisi ut perpetuo ad necessariora constringant ? **8.** Soluerunt a pluribus, ut nocentioribus obseruandis obligaremur. Compensatione res acta est. Lucrati sumus multa, ut aliqua praestemus. Compensatio autem reuocabilis non est, nisi denique reuocabitur iteratione moechiae utique et sanguinis et idololatriae. **9.** Tota enim iam lex sumetur, si ueniae condicio soluetur. Sed non leuiter nobiscum pactus Spiritus sanctus, etiam ultro pactus, quo magis honorandus. Sponsionem eius nemo dissoluet nisi ingratus. Iam nec recipiet quae dimisit nec dimittet quae retinuit. **10.** Nouissimi testamenti semper indemutabilis status est, et utique recitatio decreti consiliumque illud cum saeculo desinet. Satis denegauit ueniam eorum, quorum custodiam elegit, uindicauit quae non perinde concessit. **11.** Hinc est, quod neque idololatriae neque sanguini pax ab ecclesiis redditur. De qua finitione sua apostolos excidisse, puto, non licet credere ; aut si credere quidam possunt, debebunt probare. |

XIII. **1.** Nouimus plane et hic suspiciones eorum. Reuera V 243
enim suspicantur apostolum Paulum in secunda ad Corinthios eidem fornicatori ueniam dedisse, quem in prima dedendum satanae in interitum carnis pronuntiarit, impium patris de matrimonio heredem, quasi uel ipse postea stilum uerterit, scribens : **2.** *Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne uos onerem omnes. Satis est talis increpatio quae a multis fit ; uti e contrario magis uos donare et aduocare, ne forte abundantiore tristitia deuoretur eiusmodi. Propter quod oro uos, constituatis in eum dilectionem.* **3.** *In hoc enim et*

---

23 sq. cfr Gal. 5, 1.

XIII, **4** cfr I Cor. 5, 5. **6** sqq. II Cor. 2, 5-11.

---

21 utique non *usq.* XVI, **36/37** adglutinabor : *om. O.*

XIII : *om. O.*

---

uos] *post* obseruando *ponunt RW et Rau.* **21** proponant *Vrs.* **24** illi] *Kroym.*, illis *B RW* **24/25** tot uincula] *Gel.*, totum gula *B*, totum gulae *Harnack RW* **25** necessariora] *C* (*cfr* nocentioribus *l.* **26**), necessaria *B Pr. Rau.* **29** nisi denique] *Rig.*, iisdemque *B* **31** nobiscum pactus] *Vrs.*, *qui tamen* est *addidit*, nobis conpactus *B* **33** ingratis *Rau.* **34** dimittet] *Gel.*, dimisit *B Rau.* **35** status] *Gel.*, factus *B* recitatio decreti] *Gel.*, *om. B lacunam signans* **37** uindicauit quae non] *Gel.*, uindicauitque non *B*, uindicabit quae non *RW*.

XIII, **2** suspicantur] *Gel.*, suspicatur *B* **5** quasi uel] *Iun.*, quasiue *B*, quasique *Vrs.* ipse] *v. d. Vliet*[2], ipsum *B edd.* **7** tali *Kroym. Rau.* **8** magis] malitis

scripsi, uti cognoscam probationem uestram, quod in omnibus obauditis mihi. Si cui autem donaueritis, et ego. Nam et ego si quid donaui, donaui in persona Christi, ne fraudemur a satana, quoniam non ignoramus iniectiones eius. **4.** Quid hic de fornicatore, quid de paterni tori contaminatore, quid de Christiano ethnicorum impudentiam supergresso intellegitur, cum proinde utique speciali uenia absoluisset quem speciali ira damnasset ? **5.** Obscurius miseretur quam indignatur. Apertior est in austeritate quam in lenitate. Atquin facilius ira quam indulgentia obliqua est. Magis tristiora cunctantur quam laetiora. **6.** De modica scilicet indulgentia agebatur ; quae, si forte, nunc aestimaretur, quando maxima quaeque non soleant etiam sine praedicatione donari, tanto abest sine significatione.

7. Et tu quidem paenitentiam moechi ad exorandam fraternitatem in ecclesiam inducens conciliciatum et concineratum cum dedecore et horrore compositum prosternis in medium ante uiduas, ante presbyteros, omnium lacrimas suadentem, omnium uestigia lambentem, omnium genua | detinentem, V 244 inque eum hominis exitum quantis potes misericordiae inlecebris bonus pastor et benedictus papa contionaris et in parabola ouis capras tuas quaeris ? **8.** Tua ouis ne rursus de grege exiliat (quasi non exinde iam liceat quod nec semel licuit), ceteras etiam metu comples cum maxime indulgens. **9.** Apostolus uero sceleratam libidinem fornicationis incesto onustam tam proiecte ignouisset, ut nec hunc saltem habitum legatum paenitentiae, quem ab ipso didicisse deberes, ab eo exegerit ? Nihil de postero sit comminatus, nihil de cetero allocutus ? **10.** Quin immo et ultra obsecrat, constituerent in eum dilectionem, quasi satisfaciens, non quasi ignoscens. Et tamen dilectionem audio, non communicationem. **11.** Quod et ad Thessalonicenses : *Si quis autem non obaudit sermoni nostro per epistolam, hunc notate nec commisceamini illi, ut reuereatur, non quasi*

---

14 sqq. cfr I Cor. 5, 1. **38** sq. cfr II Cor. 2, 8. **41** sqq. II Thess. 3, 14-15.

XIII : *om.* O.

Oehler uos] uelitis *add.* RW **13** quid] *Gel.*, quod *B* in persona christi] *C*, in christo *B Rau.* **14** quoniam] *C*, quod *B* **16** ethnicum *Gel.* impudentia *B* proinde] *B*, perinde RW **20** conctantur *B* **21** nunc] nec *Rau.*, *cfr v. d. Vliet*[2] **23** tantum *dub.* RW sine] *Gel.*, siue *B* **24** paenitentiam] *Gel.*, paenitentiae *B Rau.* exorandam] *Gel.*, exorandum *B Rau.* **25** conciliciatum] *Lat.*, conciliatum *B* **26** prosternis] *Vrs.*, prosternens *B* **27** lacrimas suadentem] *B*, lacinias inuadentem *Lat.* RW **29** inque eum] *Gel.*, in quae cum *B* **31** tua ouis] *Gel.*, tua domus *B*, *del. Lat.* exiliant *scribens* **33** indulgens] *Rolffs, Das Indulgenz-Edikt, p. 84*, indulgens ? *edd.* **34** incesto onustam tam] *Gel.*, incestu onus tantum *B* **35** legatum] *B* (*cfr Vx. I, 1, 2*), legitimum *Vrs.* RW, legalem *Oehler* **36** exegerit ?] *Gel.*, exigeres *B* **38** ultro *Vrs.*

inimicum deputantes, sed quasi fratrem obiurgantes. **12.** Adeo potuisset dicere et fornicatori dilectionem solummodo concessam, non et communicationem, incesto uero nec dilectionem, quem scilicet auferri iussisset de medio ipsorum, multo magis utique de animo.

13. Sed uerebatur, ne fraudarentur a satana circa eius personae amissionem, quem satanae ipse proiecerat, aut ne abundantia maeroris deuoraretur, quem *in interitum carnis* addixerat. **14.** Hic iam carnis interitum in officium paenitentiae interpretantur, quod uideatur ieiuniis et sordibus et incuria omni et dedita opera malae tractationis carnem exterminando satis Deo facere, ut ex hoc argumententur fornicatorem, immo incestum illum non in perditionem satanae ab apostolo traditum, sed in emendationem, quasi postea ueniam ob interitum id est conflictationem carnis consecuturum, igitur et consecutum. **15.** Plane idem apostolus Hymenaeum et Alexandrum satanae tradidit, ut emen|darentur non blasphemare, sicut V 245 Timotheo suo scribit. Sed et ipse datum sibi ait sudem, angelum satanae, a quo colaphizaretur, ne se extolleret. **16.** Si et hoc tangunt, ut traditos satanae ab illo in emendationem, non in perditionem intellegamus, quid simile blasphemia et incestum et anima ab his integra, immo non aliunde quam ex summa sanctitate et ex omni innocentia elata, quae in apostolo colaphis, si forte, cohibebatur, per dolorem, ut aiunt, auriculae uel capitis ? **17.** Incestum uero atque blasphemia totos homines in possessionem ipsi satanae, non angelo eius tradidisse meruerunt. Et de hoc enim interest, immo et ad hoc plurimum refert, quod illos traditos ab apostolo legimus satanae, apostolo uero angelum datum satanae. **18.** Postremo cum deprecatur Dominum Paulus, quid audit ? *Satis habe gratiam meam, uirtus enim in infirmitate perficitur.* Hoc qui satanae deduntur audire non possunt. **19.** Hymenaei autem et Alexandri crimen si et in isto et in futuro aeuo inremissibile est, blasphemia scilicet, utique apostolus non aduersus terminum Domini sub spe ueniae dedisset satanae iam a fide in blasphemiam mersos. **20.** Vnde et naufragos eos iuxta fidem pronuntiauit, non ha-

---

50 I Cor. 5, 5. **58** sqq. cfr I Tim. 1, 20. **60** sq. cfr II Cor. 12, 7. **72** sq. II Cor. 12, 9. **75** cfr Matth. 12, 31 sq. **77** cfr I Tim. 1, 19.

XIII : *om.* O.

---

51 interitum] *Gel.*, interitu quem *B* **54** facere] *Gel.*, faceret *B* **57/58** consecutum] *Gel.*, consecutor *B* **58** himeneum *B* **59** emendarentur] *Gel.*, enim darentur *B* **61** extolleret] *Gel.*, extolleretur *B* **63** quid] *Gel.*, quod *B* **64** anima ab his integra] *Gel.*, animi ab his integri *B* non] *Gel.*, *om.* *B* **65** elata, quae] elatoque *B* **70** refert] *Gel.*, referet *B* **74** hymenei *B* **77** dedidit

bentes iam solacium nauis ecclesiae. Illis enim uenia negatur, qui de fide in blasphemia impegerunt. Ceterum ethnici et haeretici cotidie ex blasphemia emergunt. **21.** Sed et si dixit : *Tradidi eos satanae, uti disciplinam acciperent non blasphemandi*, de ceteris dixit, qui illis traditis satanae id est extra ecclesiam proiectis erudiri haberent blasphemandum non esse. **22.** Sic igitur et incestum fornicatorem non in emendationem, sed in perditionem tradidit satanae, ad quem iam super ethnicum delinquendo transierat, ut discerent fornicandum non esse. **23.** Denique *in inter|itum*, inquit, *carnis*, non in cruciatum, V 246
ipsam substantiam damnans, per quam exciderat, quae exinde iam perierat baptismate amisso, *ut spiritus*, inquit, *saluus sit in die Domini*.

24. Et de hoc enim quaeratur, si spiritus hominis ipsius saluus erit. Ergo saluus erit spiritus tanto scelere pollutus. Propter hoc perdita carne, ut saluus sit in poena. Ergo poenam sine carne censebit contraria interpretatio ? Sic resurrectionem carnis amittimus. **25.** Superest igitur ut eum spiritum dixerit, qui in ecclesia censetur, saluum id est integrum praestandum in die Domini ab immunditiarum contagione eiecto incesto fornicatore. Siquidem subiungit : *Non scitis, quod modicum fermentum totam desipiat consparsionem ?* Et tamen fornicatio incesta non erat modicum, sed grande fermentum.

XIV. **1.** Et his itaque discussis, quae intercesserant, regredior ad secundam Corinthiorum, ut probem illud quoque apostoli dictum : *Sufficiat eiusmodi homini increpatio ista quae a multis*, non in fornicatoris persona conuenire. **2.** Si enim dedendum satanae pronuntiauerat in interitum carnis, utique damnauerat eum magis quam increpauerat. Alius ergo erat, cui uoluit sufficere increpationem ; siquidem fornicator non increpationem de sententia eius retulerat, sed damnationem. **3.** Nam et hoc ipsum dispiciendum tibi offero, an fuerint in

82 sq. I Tim. 1, 20. **88** I Cor. 5, 5. **90** sq. I Cor. 5, 5. **99** sq. I Cor. 5, 6.
XIV, **3** sq. II Cor. 2, 6.

XIII : *om.* O.
XIV : *om.* O.

Rau. mersos] *Gel.*, mersus *B* **80** blasphemia] *B*, blasphemiam *Gel. edd.* **81** etsi *edd.* **86/87** ethnicos *Pam. Pr.* **94** ut] *Gel.*, *om. B RW Kroym.* saluus, sed *Kroym.* **95** sic] *Vrs.*, si *B* **96** eum] *Gel.*, cum *B* **100** desipiat] *Pam.*, decipiat *B* conspersionem *Pam. Pr.*

XIV, **4** persona] *B*, personam *Gel. edd.* **9** dispiciendum] *Gel.*, despiciendum

epistola prima et alii qui apostolum contristauerint incondite agentes et contristati sint ab illo increpationem referentes iuxta sensum epistolae secundae, ex quibus in ea ueniam aliquis potuerit adipisci. **4.** Animaduertamus autem totam epistolam primam, ut ita dixerim, non atramento, sed felle conscriptam, tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem, inuidiosam et per singulas causas in quosdam quasi mancipes earum figuratam. **5.** Sic enim exegerant schismata et aemulationes et dis|sensiones et praesumptiones et elationes et conten- V 247
tiones, ut et inuidia onerarentur et correptione retunderentur et superbia elimarentur et austeritate deterrerentur. Et qualis inuidia humilitatis aculeus ? **6.** *Deo gratias ago, quod neminem uestrum tinxerim, nisi Crispum et Gaium, ne qui dicat, quod in nomine meo tinxerim. Nec enim iudicaui scire aliquid in uobis quam Iesum Christum et hunc crucifixum.* **7.** *Et puto, nos Deus apostolos nouissimos elegit uelut bestiarios, quoniam spectaculum facti sumus huic mundo et angelis et hominibus et purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema*, et : *non sum liber, non sum apostolus, non Christum Iesum Dominum nostrum uidi ?* **8.** De quali contra supercilio pronuntiare compulsus est ; *mihi autem in modico est, ut a uobis interroger aut ab humano die ; neque enim conscius mihi sum*, et : *gloriam meam nemo inaniet. Non scitis quod angelos sumus iudicaturi ?* **9.** Ceterum libertas quam aperta obiurgationis, quam exerta acies machaerae spiritalis : *iam ditati estis, iam saturati estis, iam regnatis*, et : *si quis se putat scire, nondum scit quemadmodum oporteat eum scire !* **10.** Nonne et tunc in faciem alicuius impingens, *quis enim*, inquit, *te discernit ? Quid autem habes, quod non accepisti ? ⟨Si autem accepisti,⟩ quid gloriaris, quasi non acceperis ?* Nonne et illos in os caedit ? **11.** *Quidam autem in conscientia usque nunc quasi idolothytum edunt. Sic autem delinquentes percutiendo conscientias fratrum infirmas in Christum delinquent.* Iam uero et nominatim : *aut non habemus potestatem manducandi et bibendi et mulieres circumducendi,*

17 cfr I Cor. 1, 11. **21** sqq. I Cor. 1, 14-15. **23** sq. I Cor. 2, 2. **24** sqq. I Cor. 4, 9 et 13. **27** sqq. I Cor. 9, 1. **30** sq. I Cor. 4, 3. **31** sq. I Cor. 9, 15. **32** I Cor. 6, 3. **34** sq. I Cor. 4, 8. **35** sq. I Cor. 8, 2. **38** sqq. I Cor. 4, 7. **39** sq. I Cor. 8, 7. **40** sqq. I Cor. 8, 12. **43** sqq. I Cor. 9, 4.

XIV : *om.* O.

B **10** et] *Gel.*, *om. B* **11** sint] *Gel.*, sunt *B* **13** animaduertamus] *Gel.*, animaduertam *B* **14** felle] *Gel.*, folle *B* **22** qui] *C*, quis *B Rau.* **25** quoniam] *C*, quod *B* **27** peripsema] *Gel.*, per ipsum *B* **29** de quali] *B*, *cfr Hoppe, Syntax, 33*, de *om. Iun.*, uide quasi *Lat.* **30** aut] *Gel.*, ut *B* **33** aperta] *RW*, apertae *B* **38** si autem accepisti] *add. Vrs.*

sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas? et : *si alii de potestate uestra consequuntur,| non magis nos?* V 248 **12.** Aeque et illos singulari stilo figit : *propterea qui se putat stare, uideat ne cadat,* et : *si quis contentiosus uidetur, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Domini.* **13.** Tali clausula maledicto detexta, *si quis non amat Dominum Iesum, sit anathema maranatha,* aliquem utique percussit. Sed illic magis stabo, ubi apostolus magis feruet, ubi ipse fornicator aliis quoque negotium fecit. **14.** *Quasi non sim uenturus ad uos, inflati sunt quidam. Veniam autem citius, si permiserit Dominus, et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Et quid uultis? Veniam ad uos in uirga an in spiritu lenitatis?* **15.** Quid enim suberat? *Auditur in uobis in totum fornicatio et talis fornicatio, qualis nec in gentibus, ut uxorem patris sui quis habeat. Et uos inflati estis, et non luxistis potius, ut auferatur de medio uestrum qui tale facinus admisit?* **16.** Pro quo lugerent? Vtique pro mortuo. Ad quem lugerent? Vtique ad Dominum, ut quo modo auferatur de medio eorum, non utique ut extra ecclesiam detur (hoc enim non a Deo postularetur quod erat in praesidentis officio), sed ut per mortem hanc quoque communem et propriam carnis ipsius, quae iam cadauer, quo captiuum, esset, immunditia inrecuperabili tabiosum, plenius de ecclesia deberet auferri. **17.** Et ideo, quomodo interim potuit auferri, iudicauit dedendum eiusmodi satanae in interitum carnis. Maledici enim eam sequebatur, quae diabolo proiciebatur, ut sacramento benedictionis exauctoraretur numquam in castra ecclesiae reuersura.

18. Videmus itaque hoc in loco diuisam apostoli seueritatem in quendam inflatum et in quendam in|cestum, in alterum uirga, V 249 in alterum sententia armatam : uirga, qua minabatur, sententia, quam exsequebatur ; illam adhuc coruscantem, hanc

---

44 sq. I Cor. 9, 12. **46** sq. I Cor. 10, 12. **47** sq. I Cor. 11, 16. **49** sq. I Cor. 16, 22. **52** sq. I Cor. 4, 18-21. **57** sqq. I Cor. 5, 1-2.

XIV : *om.* O.

---

44 etsi *B* **48** domini] dei *coni. Rau.* (*cfr De uirg. uel. 8, 4*) **49/50** maranatha] *C*, *om. B* **51** feruet] *Gel.*, seruet *B* **55** *alt.* in] *Gel.*, *om. B* **61/62** ut quo modo] *C*, quomodo ut *Vrs.*, quomodo *Pam.*, ut quoquo modo *Lat.* **63/64** *parenthesin indicauit Kroym.* **63** a deo] *Gel.*, adeo *B* **65** quo captiuum (= *corruptum*), esset] *B*, *tuet. Thörnell, III, 27 sqq.*, quod captiuum esset *Gel.*, quod corruptiuum esset et *Lat.*, corruptiuum esset et *RW*, *alii aliter* **67** quomodo] *B*, *tuet. Hoppe, Beiträge, 113 sq.*, quoquo modo *RW* **74** armatam] (*sc.* sententiam) *Hartel Rau.*, armatum *B RW* qua] *B*, quam *Vrs.*

statim fulminantem, qua increpabat quaque damnabat. **19.** Certumque est exinde increpitum quidem sub intentatione uirgae tremuisse, damnatum uero sub repraesentatione poenae perisse. Statim ille timens plagam ⟨rediit⟩, abiit ille luens poenam. **20.** Cum ad Corinthios eiusdem apostoli litterae iterantur, uenia fit plane, sed incertum cui, quia nec persona nec causa proscribitur. Res cum sensibus conferam. **21.** Si incestus opponitur, ibidem erit et inflatus. Sane rei ratio satis habetur, cum inflatus increpitus est, incestus uero damnatus est. Inflato ignoscitur, sed increpito ; incesto non uidetur ignotum, ut damnato. **22.** Si ei ignoscebatur, cui deuoratio ex maerore nimio timebatur, deuorari adhuc increpitus periclitabatur deficiens ob comminationem et maerens ob increpationem ; damnatus uero et culpa et sententia iam deuoratus deputabatur, qui non maerere haberet, sed pati quod ante passionem maerere potuisset. **23.** Si idcirco ignoscebatur, ne fraudaremur a satana, in eo utique detrimentum praecauebatur quod nondum perisset. Nihil de transacto praecauetur, sed de adhuc saluo. **24.** Damnatus autem et quidem in possessionem satanae iam tunc perierat ecclesiae, cum tale facinus admiserat, nedum cum et ab ipsa eierabatur. Quomodo uereretur fraudem pati eius, quem iam et ereptum amiserat et damnatum habere non potuerat? **25.** Postremo, quid iudicem indulgere conueniet, quod pronuntiatione deciderit an quod interlocutione suspenderit, et utique eum iudicem, qui non solet ea quae destruxit reaedificare, ne transgressor habeatur? **26.** Age iam, si non tot personas prima epistola contristasset, si neminem increpuisset, neminem terruisset, si solum incestum cecidisset, si nullum in causam eius in pauorem misisset, inflatum consternasset, nonne melius | suspicareris et fidelius V 250 argumentareris aliquem potius longe alium apud Corinthios tunc in eadem causa fuisse, ut increpitus et territus et maerore saucius propterea permittente modulo delicti ueniam postea ceperit, quam ut eam incesto fornicatori interpretareris?

---

101 cfr Gal. 2, 18.

XIV : *om.* O.

---

76 quaque] *B*, qua *RW* **79** stat enim *Hartel Rau. et om.* ⟨rediit⟩ rediit] *dub. RW*, *om. B* **80** iterant] *B C* **81** ueniam *Vrs.* fit] *C*, sit *B*, sic *Vrs.* **83** rei ratio] *Pam.*, ratio *B C*, relatio *Vrs.* **85** incesto] *C*, incestus *B* **86** cuius *Pr.* **88** maerens] *Gel.*, moeroris *B* **91** fraudarentur *Kroym.* (*cfr II Cor. 2, 11*) **93** transacto] *Gel.*, transacta *B* **100** eum iudicem] *Gel.*, cum iudice *B* **104** in causam] *B*, *tuet. Thörnell, I, 16 sq.*, in causa *uel* inter causam *dub. RW*, in causa *Rau. aliique* **105** ⟨nullum⟩ inflatum *Kroym.* suspicareris] *Gel.*, suspirareris *B* **108** iam saucius *Gel.* **109** ceperit] *Gel.*, coeperit *B*

27. Hoc enim legisse debueras, etsi non epistola, sed in ipsa apostoli secta, a pudore clarius quam stilo eius impressum, ne scilicet Paulum apostolum Christi, doctorem nationum in fide et ueritate, uas electionis, ecclesiarum conditorem, censorem disciplinarum, tantae leuitatis inficeres, ut aut damnauerit temere quem mox esset absoluturus aut temere absoluerit quem non temere damnasset, ob solam licet fornicationem simplicis impudicitiae, nedum ob incestas nuptias et impiam luxuriam et libidinem parricidalem, quam nec nationibus comparauerat, ne in consuetudinem deputaretur, quam absens iudicarat, ne spatium reus lucraretur, quam aduocata etiam Domini uirtute damnauerat, ne humana sententia uideretur. **28.** Lusit igitur et de suo spiritu et de ecclesiae angelo et de uirtute Domini, si quod de consilio eorum pronuntiauerat, rescidit.

XV. **1.** Si etiam sequentia illius epistolae ad intentationem apostoli extendas, nec ipsa comparabuntur ad obliterationem incesti, ne et hic suffundatur apostolus posteriorum incongruentia sensuum. **2.** Quale est enim, ut cum maxime incesto fornicatori postliminium largitus ecclesiasticae pacis statim ingesserit de auersatione immunditiarum, de amputatione macularum, de exhortatione sanctimoniarum, quasi nihil contrarium paulo ante decreuerit ? **3.** Compara denique, an eius sit dicere : *Propterea habentes ministrationem istam, secundum quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris*, qui non dedecoris tantum, sed | et sceleris manifestum dedamnauerit : **4.** an eiusdem sit ex- V 251
cusare aliquam impudicitiam qui inter titulos laborum suorum post angustias atque pressuras, post ieiunia et uigilias castimoniam quoque praedicarit : **5.** an eiusdem sit recipere in communicationem reprobos quosque qui scribat : *Quae enim societas iustitiae et iniquitati ? Quae autem communicatio luci et tenebris ? Quae consonantia Christo et Belial ? aut quae pars fidei cum infideli ? Aut quis consensus templo Dei et idolis ?* **6.** Nonne constanter audire debebit, et quomodo discernis quae supra incesti restitutione iunxisti ? Illo enim concorporato rursus ecclesiae et iustitia cum iniquitate sociatur et tenebrae cum luce communicant et Belial consonat Christo et infidelis cum fideli sacramenta participat. **7.** Et uiderint idola, ipse templi Dei uitiator in templum Dei conuenit. Nam et hic, *uos enim*, inquit, *estis templum Dei uiui. Dicit enim, quia inhabitabo in uobis, et inambulabo, et ero Deus illorum, et illi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, separamini et immundum ne attigeritis.* **8.** Hoc quoque euoluis, o apostole, ut cum maxime ipse tanto immunditiarum gurgiti manum tradis, immo et adhuc superdicis : *Habentes igitur promissionem istam, dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus perficientes castimoniam in Dei timore.* **9.** Oro te, qui talia infigit mentibus nostris, reuocauerat aliquem fornicatorem in ecclesiam ? An ideo scribit, ne tibi nunc reuocasse uideatur ? Haec sicuti et praeteritis praescribere, ita et sequentibus praeiudicare debebunt. **10.** In finem enim epistolae dicens, *ne rursus cum uenero, humiliet me* | *Deus, et* V 252
lugeam multos eorum qui ante deliquerunt et paenitentiam non egerunt super immunditia quam admiserunt, fornicatione et uilitate, non utique recipiendos constituit, si paenitentiam inissent, quos in ecclesia inuenturus erat, sed lugendos et sine dubio eiciendos, ut paenitentiam perderent. **11.** Et ceterum non competit eum de communicatione aliquid hic ostendisse, qui eam supra luci et tenebris, iustitiae et iniquitati negarat. Sed ignorant apostolum omnes isti, qui aliquid contra naturam atque propositum hominis ipsius, contra formam et regulam doctrinarum eius intellegunt, ut sanctitatis omnis etiam ex semetipso magistrum, impuritatis omnis exsecratorem et expiatorem et ubique talem citius incesto quam alicui humaniori reo ecclesiam reddidisse praesumant.

---

112 cfr II Cor. 1, 1. **113** cfr Act. 9, 15. **119** cfr I Cor. 5, 1. **120** cfr I Cor. 5, 3. **121** cfr I Cor. 5, 4.

XV, **9** sqq. II Cor. 4, 1-2. **16** sqq. II Cor. 6, 14-15.

XIV : *om. O.*

XV : *om. O.*

---

110 ⟨in⟩ epistola *Vrs.* *RW* **112** Paulum] *Gel.*, et Paulum *B* **112/113** nationem *usq.* conditorem] *Gel.*, *om. B per homoiotel.* **114** inficeres] infamares *dub.* *RW* **118** nationibus] *Gel.*, rationibus *B* **119** comparat *Rig.* in consuetudinem] *B*, *tuet. Hoppe, Beiträge, 23*, consuetudini *Gel.* *RW* **120** iudicarat] *RW*, iudicaret *B*.

XV, **3/4** incongruentia] *Gel.*, in congruentia *B* **6** auersatione] *Vrs.*, aduersatione *B* **12** manifestum dedamnauerit] *Gel.*, manifestando damnauerat *B*, ma-

---

26 sqq. II Cor. 6, 16-18 ; cfr Leu. 26, 12. **31** sqq. II Cor. 7, 1. **38** sqq. II Cor. 12, 21.

XV : *om. O.*

---

nifestum praedamnauerit *Lat.*, manifesta donauerit *Gomperz* *Rau.* sit] *C*, *om. B* **19** dei] *C*, *om. B* **24** infidelis] *C*, infidelitas *B* **25** uitiator] *Gel.*, uitiatur *B* **27** ero] *B*, ego *Rig.* **30** euoluas *dub.* *RW* ut] et *Hartel* *Rau.* **31** malum *Lat.* tradas *Kroym.* *post* immo et *desiderant* *RW* osculum *uel simili quid* superdicis] *B* (*cfr Adu. Prax. 15, 6*), supra dicis *Vrs.*, superadicis *Wissowa* **32** dilecti] *Harrisius*, delicti *B* **33** perficientes] *Pam.*, perficientis *B* dei] *Pam.*, fidei *B* **36** nunc] hunc *Kroym.* *Rau.* sicuti] *Gel.*, sicubi *B* **36/37** praescribere] *Gel.*, praescriberet *B* **41** uilitate] *Pam.*, utilitate *B*.

XVI. **1.** Necesse est igitur usque illis apostolum ostendi quem ego et in secunda Corinthiorum talem defendam qualem et in omnibus litteris noui. Qui et in prima primus omnium templum Dei dedicauit : *Non scitis uos templum Dei esse et in uobis Dominum habitare ?* **2.** Qui et templo sanciendo purificandoque aeditualem legem scripsit : *si quis templum Dei uitiauerit, uitiabit illum Deus ; templum enim Dei sanctum est, quod estis uos.* **3.** Age iam, quis omnino uitiatum a Deo redintegrauit id est traditum satanae in interitum carnis, cum idcirco substruxerit : *nemo seducat semetipsum* id est nemo praesumat uitiatum a Deo redintegrari denuo posse ? **4.** Sicut rursus inter cetera, immo et ante cetera, moechos et fornicatores et molles et masculorum concubitores negans regnum Dei consecuturos praemisit : *ne erraueritis*, scilicet si putaueritis eos consecuturos. **5.** Quibus autem regnum adimitur, utique nec uita permittitur quae inest regno. Etiam ingerens : *sed haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu Christi et in spiritu Dei nostri*, quanto delicta ista ante lauacrum accepto | facit, tanto post lauacrum inremissibilia consti- V 253
tuit, siquidem denuo ablui non licet. **6.** Agnosce et in sequentibus Paulum columnam immobilem disciplinarum : *Cibi uentri, et uenter cibis, Deus et hunc et illos conficiet ; corpus autem non fornicationi, sed Deo (faciamus enim hominem*, ait Deus, *ad imaginem et similitudinem nostram, et fecit hominem Deus, ad imaginem et similitudinem Dei fecit illum) et Dominus corpori (sermo enim caro factus est).* **7.** *Deus autem et Dominum suscitauit et nos suscitabit per uirtutem suam*, propter corporis scilicet nexum cum illo. **8.** Et ideo : *Non scitis corpora uestra membra Christi ?* Quia et Christus dei templum. *Euertite templum hoc, et ego illud in triduo resuscitabo. Auferens membra Christi faciam membra fornicariae ? Non scitis, quod, qui adglutinatur fornicariae, unum corpus efficitur ? Erunt enim duo in unam carnem. Qui autem adglutinatur Domino, unus est spiritus. Fugite fornicationem.* **9.** Si reuocabilem uenia, quomodo fugiam moechus denuo futurus ? Nihil profecero, si

XVI, **4** sq. I Cor. 3, 16. **6** sqq. I Cor. 3, 17. **10** I Cor. 3, 18. **14** I Cor. 6, 9. **16** sqq. I Cor. 6, 11. **21** sqq. I Cor. 6, 13. **23** sqq. Gen. 1, 27. **26** Ioh. 1, 14. **26** sq. I Cor. 6, 14. **28** sq. I Cor. 6, 15. **29** sq. Ioh. 2, 19. **30** sqq. Gen. 2, 24 ; cfr Matth. 19, 4. **33** sq. I Cor. 6, 17.

XVI, **1** *usq.* **36/37** adglutinabor : *om.* *O* ;

XVI, **2** et in] *B*, in *Gel.* *RW* **7** uitiabit] *Harrisius*, uitiauit *B* **8** a] *B*, *om.* *Gel.* redintegrabit *Rau.* **11** a] *B*, *om.* *Gel.* **14** nec *Pam.* **22** conficiet] *Lat.* *Rönsch* *Kroym.* *Rau.*, conficit *B* *RW* **23** domino *Lat.* *Kroym.* *Rau.* **23/26** *parentheseis ponit Kroym.* **25/26** et dominus corpori] *Lat.* *Kroym.* *Rau.*, dominus corpori et *B* *RW* **27** suscitabit] *Gel.*, suscitauit *B* **28** ideo] *Gel.*, non id. *B* non] *del.* *Vrs.* **34** uenia] *Gel.*, ueniam *B* **35** moechus] *Gel.*, moechum

eam fugero ; unum ero corpus, cui communicando adglutinabor. *Omne delictum quod admiserit homo extra corpus est ; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* **10.** Ac ne hoc dictum in licentiam fornicationis inuaderes, ut in rem tuam, non Domini delicturus, aufert te tibi, et Christo, sicut disposuerat, addicit : *et non estis uestri*, statim apponens : *empti enim estis pretio*, sanguine scilicet Domini ; *glorificate et tollite Deum in corpore uestro.* **11.** Hoc qui praecipit, uide an ignouerit ei, qui dedecorauerit Deum et | qui deiecerit eum de corpore suo et V 254
quidem per incestum. **12.** Si uis omnem notitiam apostoli ebibere, intellege, quanta secure censurae omnem siluam libidinum caedat et eradicet et excaudicet, ne quidquam de recidiuo fruticare permittat, aspice illum a iusta fruge naturae, a matrimonii dico pomo, animas ieiunare cupientem. **13.** *De quibus autem scripsistis, bonum est homini mulierem non contingere ; sed propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat ; uir uxori et uxor uiro debitum reddat.* **14.** Huius boni fibulam quis illum nesciat inuitum relaxasse, ut fornicationi obuiam esset ? Quam si cui indulsit uel indulget, utique consilium remedii sui infregit et tenebitur iam frenandis continentiae coniugiis, si fornicatio, ob quam permittuntur, non timebitur. Non enim timebitur quae ignoscetur. **15.** Et tamen ignouisse se profitetur matrimonii usum, non imperasse. Vult enim omnes sibi esse aequales. Vnde autem licita ignoscuntur, inlicita qui sperant ? Innuptis quoque et uiduis bonum esse dicit exemplo eius perseuerare, si uero deficerent, nubere ; quia *praeest nubere quam uri.* **16.** Quibus, oro, ignibus deterius est uri, concupiscentiae an poenae ? Atquin si fornicatio habet

37 sq. I Cor. 6, 18. **41** sqq. I Cor. 6, 19. **49** sqq. I Cor. 7, 1-3. **62** I Cor. 7, 9.

XVI, **1** *usq.* **36/37** adglutinabor : *om.* *O* ;
43 hoc qui praecipit *usq.* **45** incestum : *om.* *O* ;
48 aspiče illum *usq.* XVII, **1** aciem : *om.* *O*.

B profecero] *C*, proficere *B*, fecero *Gel.* si] *C*, ergo *add.* *B* **37** amiserit *O* qui] *O* *Gel.*, quae *B* **39/40** non domini] *B*, in dominum *O* **40** aufert te] *Ciacconius*, auferat *B*, aufert *O* *Gel.* Christus *O* **40/41** addicit] *Ciacconius*, adjicit *B*, adicit *O* **41** apponens] *Vrs.* *Rau.*, opponens *B* *RW*, exponens *O* **42** deum] *O* *Ciacconius* *Rau.* (*cfr De res. 16, 14*), dominum *B* **43** ignouerit] *Gel.*, ignorauerit *B* **44** dedecorauerit] *Gel.*, decorauerit *B*, dedecorauerat *dub.* *RW* **44** deum] *C*, dominum *B* deiecerat *dub.* *RW* **46** intellige *O*, ut intellegas *B* *Gel.* *edd.* securi *Gel.* **47/48** ne *usq.* recidiuo] nec quicquam fere *O* **48** fruticare] *Pam.*, fructificare *B* *O* permittat, aspice] (*O*) *Gel.*, permittat ut aspicias *B* (*cfr l.* **46**), permittatur, aspicias *Hartel* **50** scripsistis] *Vrs.*, scriptis *B*, scribitis *Gel.* **54** esset] *B*, isset *Pam.* *Rau.*, iret *Scaliger* **55** infregit] *B* *C*, infringet *Gel.* **55/56** continentia *v. d. Vliet*[2] *Rau.* **59** esse aequales] *B*, adhaerere *Gel.* unde] *Thörnell, III, 29 sqq.*, adae *B*, *tuet.* *Hartel*, spernat *scribens l.* **60**, si *Gel.*, quando *Oehler* *RW* **60** sperant ignosci *dub.* *RW*, spernat *Hartel* **62** prae-

ueniam, non erit concupiscentia eius. Apostoli autem magis est poenae ignibus prouidere. Quod si poena est quae urit, ergo ueniam non habet fornicatio, quam manet poena. **17.** Interea et diuortium prohibens pro eo aut uiduitatis perseuerantiam aut reconciliationem pacis dominico praecepto aduersus moechiam procurat, quia *qui dimiserit uxorem praeter causam moechiae, facit eam moechari, et qui dimissam a uiro ducit, moechatur.* **18.** Quanta remedia Spiritus sanctus instaurat, ne id scilicet denuo admittatur quod ignosci denuo non uult ? Iam si usquequaque | optimum dicit homini sic esse : V 255
iunctus es uxori, ne quaesieris solutionem, ut moechiae locum non des : *solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem*, ut opportunitatem tibi serues. **19.** *Quod et si duxeris uxorem, et si nupserit uirgo, non peccat, pressuram tamen carnis habebunt huiusmodi*, — et hic parcendo permittit. *Ceterum tempus in collecto constituit, ut et qui habent uxores sic sint tamquam non habentes. Praeterit enim habitus huius mundi*, iam scilicet non desiderantis : *crescite et multiplicamini.* **20.** Sic uult nos praeter sollicitudinem degere, quia *innupti de Domino curent quomodo placeant Deo, nupti uero de mundo recogitent quomodo placeant coniugio.* Sic melius facere pronuntiat uirginis conseruatorem quam erogatorem. **21.** Sic et illam beatiorem discernit quae amisso uiro fidem ingressa amauerit occasionem uiduitatis. Sic haec omnia continentiae consilia ut diuina commendat ; *puto*, inquit, *et ego spiritum Dei habeo.* **22.** Quis iste est adsertor audacissimus omnis impudicitiae, moechorum et fornicatorum et incestorum plane fidelissimus aduocatus, quibus honorandis suscepit hanc causam aduersus Spiritum sanctum, ut falsum testimonium recitet de apostolo eius ? **23.** Nihil tale Paulus indulsit, qui totam carnis necessitatem de probis etiam titulis obliterare conatur. Indulget sane non adulteria, sed nuptias. Parcit sane matrimoniis, non stupris. Temptat ne naturae quidem ignoscere, quique culpae blandiatur? Studet compescere benedictionis concubitum, ne maledictionis excusetur. **24.** Hoc ei supererat, carnem uel a sordibus purgare ; a maculis enim non potest. Sed est hoc sollemne peruersis et

69 sqq. Matth. 5, 32. **74** sq. I Cor. 7, 27. **76** sqq. I Cor. 7, 28-29. **81** Gen. 1, 28. **82** sqq. I Cor. 7, 32. **88** I Cor. 7, 40.

48 aspice illum *usq.* XVII, **1** aciem : *om.* O.

stat *Lat.* **64** erit] *B*, *tuet. Gomperz*, urit *Iun. Rau.*, uret *Lat.*, decerit *Hartel* concupiscentiae *Hartel* apostoli] *Gel.*, apostolum *Rau.* **66** manet] *Gel.*, inuret *B*, *dub. Rau.* **79** constitit *Kroym. Pr.* **80/81** desiderantis] *Gel.*, -tes *B* **84** coniugi *Lat.* uirginis] *Gel.*, uirginem *B* **85** decernit *Vrs.* **87** sic] *Vrs.*, si *B Rau.*, *tuet. Esser, Theol. Rev. 1907, 404* **90** honorandis] *Gel.*, honorari *B*, honorariis *Hartel* **96** quique] *B*, *tuet. Thörnell I, 53 sq.*, ne *Gel. RW Rau.*, quine *dub. RW et Kroym.*, culpae cuique *Hartel (Patr. Stud. III, 89)*, ne cuique

idiotis haereticis, iam et psychicis uniuersis, alicuius capituli ancipitis | occasione aduersus exercitum sententiarum instru- V 256
menti totius armari.

XVII. **1.** Prouoca ad apostolicam aciem, aspice epistulas eius, omnes pro pudicitia, pro castitate, pro sanctitate praetendunt, omnes in luxuriae et lasciuiae et libidinis negotia iaculantur. **2.** Quid denique et Thessalonicensibus scribit ? *Aduocatio enim nostra non ex seductione nec ex immunditia*, et : *haec est uoluntas Dei, sanctimonia uestra, abstinere uos a fornicatione, scire unumquemque uas suum possidere in sanctimonia et honore, non in libidine concupiscentiae, sicut nationes, quae Deum ignorant.* **3.** Quid Galatae legunt ? *Manifesta sunt opera carnis.* Quaenam ista ? In primis posuit fornicationem immunditiam lasciuiam, *quae praedico uobis, sicut praedixi, quod qui talia agunt, regnum Dei non sunt consecuturi hereditati.* **4.** Romani uero quid magis discunt quam non derelinquere Dominum post fidem ? *Quid ergo dicimus ? Perseueramus in delinquentia, ut superet gratia ? Absit. Qui mortui sumus delinquentiae, quomodo uiuemus in ea adhuc ?* **5.** *An ignoratis, quod, qui tincti sumus in Christo, in mortem eius sumus tincti ? Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortem, ut, sicut Christus resurrexit a mortuis, ita et nos in nouitate uitae incedamus.* **6.** *Si enim consepulti sumus simulacro mortis eius, sed et resurrectionis erimus, hoc scientes quod uetus homo noster confixus est illi. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod et conuiuemus cum illo, scientes quod Christus suscitatus a mortuis iam non moriatur, mors non iam dominetur eius.* **7.** *Quod enim mortuus est delinquentiae, mortuus est semel. Quod autem uiuit, Deo uiuit. Ita | et uos reputate uosmetipsos mortuos quidem delin-* V 257
quentiae, uiuentes autem Deo per Christum Iesum. **8.** Igitur semel Christo mortuo nemo potest, qui post Christum mortuus, delinquentiae, et maxime tantae, reuiuiscere. Aut si possit fornicatio et moechia denuo admitti, poterit et Christus denuo mori. **9.** Instat autem apostolus prohibens regnare delinquentiam in corpore nostro mortali, cuius infirmitatem carnis noue-

XVII, **5** I Thess. 2, 3. **6** sqq. I Thess. 4, 3-5. **9** sqq. Gal. 5, 19-21. **14** sqq. Rom. 6, 1-11.

XVII, **1** aspice *usq.* **4** iaculantur : *O*, *om. cetera.*

culpae *Hartel (ibid. IV, 34)*, *fort. recte*, qui *Kroym.* **100** iam] *Gel.*, etiam *B* **100/101** occasione ... armari] *Gel.*, occasionem ... armari *B*, occasionem ... armare *Pr. Rau* (armari : *cfr Hoppe, Syntax, 63 sq.*)

XVII, **1** prouoca] *Gel.*, prouocat *B* **9** deum] *Gel.*, dominum *B* **10** primis] *Gel.*, primo *B* **12/13** hereditati] *C*, *prob. Gomperz, p. 54*, haereditatem *B*, haereditate *Oehler Rau.* **13** delinquere *dub. Pr.* **14** dicemus ? Perseuerabimus *Pam.* **16** quomodo] *Gel.*, qūo *B* **17** *pr.* sumus] *Gel.*, sunt *B* christo] Iesu *add. Pam.* **18** illi] *Pam.* (*cfr De res. 47, 10*), *om. B* **20** consepulti] *B*, consati *Pam.* **26** uos] *B*, *om. Pam.* **28** qui] *B*, *om. Pam.* **32/33** nouerat]

rat. Sicut enim exhibuistis membra uestra famula immunditiae et iniquitati ⟨in iniquitatem⟩, ita et nunc exhibete ea famula iustitiae in sanctimoniam. **10.** Nam etsi habitare bonum in carne sua negauit, sed secundum legem litterae, in qua fuit, secundum autem legem spiritus, cui nos annectit, liberat ab infirmitate carnis. *Lex enim*, inquit, *spiritus uitae manumisit te a lege delinquentiae et mortis.*

11. Licet enim ex parte ex Iudaismo disputare uideatur, sed in nos dirigit integritatem et plenitudinem disciplinarum, propter quos *laborantes in lege miserit Deus per carnem filium suum in similitudine carnis delinquentiae, et propter delinquentiam damnauerit delinquentiam in carne, uti ius legis*, inquit, *impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum incedimus. Qui enim secundum carnem incedunt, ea quae carnis sunt sapiunt, et qui secundum spiritum, ea quae sunt spiritus.* **12.** Sensum autem carnis mortem adfirmauit esse, dehinc et inimicitiam et in Deum, et eos qui sunt in carne, id est in sensu carnis, Dei placere non posse. **13.** Et, *si secundum carnem uiuitis*, inquit, *futurum est ut moriamini.* Quid autem intellegimus carnis sensum et carnis uitam nisi quodcumque pudet pronuntiare ? Cetera enim carnis et apostolus nominasset.

14. Proinde et Ephesiis pristina reputans de futuro monet : *in quibus et nos conuersati sumus fa|cientes concupiscentias et* V 258 *uoluptates carnis.* Notans denique illos qui se negassent, scilicet Christianos, eo quod se tradidissent in operationem immunditiae omnis, *uos autem*, inquit, *non sic didicistis Christum.* **15.** Et iterum si dicit : *Qui furabatur, iam non furetur.* Sed et qui moechabatur hactenus, non moechetur, et qui fornicabatur hactenus, non fornicetur. Adiecisset enim et haec, si talibus ueniam porrigere consuesset uel porrigi omnino uoluisset, qui nec uerbo pollui uolens. **16.** *Omnis*, inquit, *sermo turpis non procedat ex ore uestro.* Item : *fornicatio autem et immunditia omnis ne nominetur quidem inter uos, sicut decet sanctos,*

---

35 cfr Rom. 7, 18. **38** sq. Rom. 8, 2. **42** sqq. Rom. 8, 3-5. **48** sqq. cfr Rom. 8, 6-7. **50** sq. Rom. 8, 13. **56** sq. Eph. 2, 3. **59** Eph. 4, 20. **60** Eph. 4, 28. **64** sq. Eph. 4, 29. **65** sq. Eph. 5, 3.

XVII, **4** iaculantur *usq.* XXII, **13** generatori : *om. O.*

Gel, * uestrae *B* **33** famula] *Gel. Rau.* (*cfr. l.* **34** *et De res. 47, 4*), famulari *B* R*W* **34** iniquitati] ad iniquitatem *add. Pam. Pr. Rau.* (*cfr l.* **34/35** ; *Rom. 6, 19 ; De res. 47, 4*) **38** manumisit] *Gel.*, manum misit *B* te a] *Gel.* (*cfr De res. 46, 10*), ea *B*, me a *Rau.* **40** iudaismo] iudaeis modo *B* **42** per carnem miserit *Pam.* **43** similitudinem *Pam.* **49** *alt.* et] *secl. Pr. Rau.*, dei et in deum *dub.* R*W* deum] *C*, dominum *B* **55** repetans *dub.* R*W* **58** eo] *C*, gratia *B*, gratia eo *Gel.*, gratiae (*sc.* dei), eo *Kroym.*, scilicet christianos *secludens*, ingratia *Rau.* (*cfr De paen. 1, 5*) **60** si] *B*, sic *Gel.* sed ⟨non⟩ et *v. d. Vliet*[1] *Rau.*, silet *Esser* **61** moechabatur] *Gel.*, moechatur *B* **61/62** non ... non] *secl. Kroym.*, *prob. Hoppe, Beiträge, p. 127*

tanto abest ut excusetur, *hoc scientes, quod omnis fornicator aut immundus non habeat Dei regnum. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter hoc uenit ira Dei super filios incredulitatis.* **17.** Quis seducit inanibus uerbis, nisi qui contionatur remissibilem esse moechiam ? Non intuens etiam fundamenta eius ab apostolo effossa, cum ebrietates et comessationes compescit, sicut et hic : *et nolite inebriari uino, in quo est luxuria.* **18.** Demonstrat et Colossensibus, quae membra mortificent super terram, fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam et turpiloquium. Concede iam tot ac talibus sententiis unum illud quod tenes. Pauca multis, dubia certis, obscura manifestis adumbrantur. **19.** Etiam si pro certo apostolus Corinthio illi fornicationem donasset, esset aliud, quod semel contra institutum suum pro ratione temporis faceret. Circumcidit Timotheum solum et tamen abstulit circumcisionem.

XVIII. **1.** Sed haec, inquit, ad interdictionem pertinebunt omnis impudicitiae et ad indictionem omnis pudicitiae, saluo tamen loco ueniae, quae non statim denegatur, si delicta damnatur, quando | ueniae tempus cum damnatione ⟨non⟩ concur- V 259 rat, quam excludit. **2.** Sequebatur et hoc psychicos sapere, et ideo reseruauimus huic loco quae aperte ad communicationem ecclesiasticam causis eiusmodi negandam etiam antiquitus cauta sunt. **3.** Nam et in prouerbiis Salomon, quae παροιμίας dicimus, specialiter de moecho nusquam expiabili, *moechus autem*, inquit, *per indigentiam sensuum perditionem animae suae adquirit, dolores et dehonestationes sustinet. Ignominia autem eius non abolebitur in aeuum. Plena enim zeli indignatio uiro non parcet in die iudicii.* **4.** Hoc si de ethnico putaueris dictum, certe de fidelibus iam audisti per Esaiam : *Excedite de medio eorum et separamini et immundum ne attigeritis.* Habes statim in psalmis : *Beatum uirum, qui non abierit in consilio impiorum nec in uia peccatorum steterit et in cathedra*

---

67 sqq. Eph. 5, 5-6. **73** Eph. 5, 18. **74** cfr Col. 3, 5. 8. **79** cfr II Cor. 2. **81** sq. cfr Act. 16, 3.

XVIII, **9** sqq. Prou. 6, 32-34. **14** sq. Is. 52, 11 ; II Cor. 6, 17. **16** sqq.

XVIII : *om. O.*

---

72 effossa] *Gel.*, efusa *B* **73** noli te *B* **78** adnumerantur *dub.* R*W* **79** esset] *Harrisius*, esse *B* aliud] aliquid *v. d. Vliet*[1].

XVIII, **2** ad indictionem] *Lat.*, addictionem *B Rau.* saluo] *Gel.*, salua *B* **3** ueniae] *Gel.*, ueniet *B* **4** non] *add. Hartel* **8** sunt] *B C*, sint *Gel.* **12** aeuum] *C*, eum *B* **13** parcet] *C*, paret *B* **14** Esaiam] *Lat.*, cassum *B* **15** attigeritis] *Lat.* (*cfr Adu. Marc. III, 22, 2 ; V, 18, 6*), egeritis *B*, tetigeritis *Pam.* R*W*

pestilentiae non sederit. **5.** Cuius et postea uox : *non sedi cum consensu uanitatis, sed et cum inique agentibus non introibo, odiui ecclesiam male agentium et cum impiis non sedebo*, et : *lauabo cum innocentibus manus meas et altare tuum circumdabo, Domine*, ut solus plures, quoniam quidem *cum sancto sanctus eris : et cum uiro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum peruerso peruersus eris.* **6.** Et alibi : *Peccatori autem dicit Dominus, ut quid tu exponis iustificationes meas et adsumis testamentum meum per os tuum ? Si uidebas furem, currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas.* **7.** Hinc igitur informatus et apostolus : *Scripsi*, inquit, *uobis in epistola, non com|misceri fornicatoribus, non utique fornicatoribus huius* V 260
mundi, et reliqua. *Ceterum oportebat uos exire de mundo.* **8.** *Nunc autem scribo uobis, si quis frater nominatur in uobis fornicator aut idololatres* (quid enim tam coniunctum ?) *aut fraudator* (quid enim tam propinquum ?) et cetera, *cum talibus ne cibum quidem sumere*, nedum eucharistiam ; quoniam scilicet et *fermentum modicum totam desipit consparsionem.* **9.** Item ad Timotheum : *manus nemini cito imponas neque communices delictis alienis.* Item ad Ephesios : *nolite ergo participes esse eorum ; fuistis enim aliquando tenebrae.* **10.** Et adhuc pressius : *nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immo et reuincite ea. Quae enim in occulto ab eis fiunt, turpe est et dicere.* **11.** Quid turpius impudicitiis ? Si autem et ab otiose incedente fratre denuntiat subduci Thessalonicensibus, quanto magis et a fornicatore ? Haec enim consultata sunt Christi ecclesiam diligentis, qui se pro ea tradidit, uti eam sanctificet emundans lauacro aquae in uerbo et sistat sibi ecclesiam gloriosam non habentem maculam aut rugam, utique post lauacrum, sed sit sancta et sine opprobrio, exinde scilicet sine ruga uetustatis ut uirgo, sine macula fornicationis ut sponsa, sine probro uilitatis ut emundata. **12.** Quid, si et hic respondere concipias, adimi quidem peccatoribus uel maxime carne pollutis communicationem, sed ad praesens, restituendam scilicet ex paenitentiae ambitu, secundum illam clementiam Dei, quae mauult

Ps. 1, 1. **18** sqq. Ps. 25, 4-6. **22** sqq. Ps. 17, 26-27. **24** sqq. Ps. 49, 16-18. **28** I Cor. 5, 9-11. **35** I Cor. 5, 6. **36** sq. I Tim. 5, 22. **37** sqq. Eph. 5, 7-8 ; 11-12. **42** cfr II Thess. 3, 6. **45** sqq. cfr Eph. 5, 25-27. **52** sq. cfr

XVIII : *om. O.*

19 consensu] *B*, consessu *Pam. RW* sed et] sed *B*, et *Gel. edd.* **19/20** hoc de ecclesia male agentium *B*, odiui ecclesiam malignantium *Lat. RW* **22** solius *Lat.* quoniam quidem] *Gel.*, quod quid est *B* **25** ut] et *dub. RW. Nil immutandum* exponis] *Gel.*, expones *B* **26** currebas] *fort.* concurrebas, *cfr De spect. 15, 8 (cod. Agob.)* **29/30** huius mundi] *Gel.*, huiusmodi *B* **33** enim tam] *Gel.*, tam in *B* **34** quoniam] *Oehler*, modicam *B* **35** et] *del. Vrs.* modicum *loco* quoniam *ponit Vrs.* desipit] *Gel.*, despicit *B* conspersionem *B edd.*, *ad cfr c. 13, 25 ; Adu. Val. 31, 1 ; Adu. Marcionem IV, 24, 1 ; V, 7, 3* **40** et dicere] *Kroym. Pr.* (*cfr Graecum*), edicere *B*, dicere *Gel.* **43** consultata sunt] *Gel.*, *lacuna in B* **45** et] ut *Gel. Pr.* **47** uetustatis] *Rig.*, ueritatis *B*, uanitatis *Lat.* **52** quae mauult]

peccatoris paenitentiam quam mortem ? **13.** Hoc enim fundamentum opinionis uestrae usquequaque pulsandum est. Dicimus itaque, clementiae diuinae si iterasse competisset | de- V 261
monstrationem sui etiam post fidem lapsis, ita apostolus diceret : nolite communicare operibus tenebrarum, nisi paenitentiam egerint, et : cum talibus ne cibum quidem sumere, nisi posteaquam caligas fratrum uolutando deterserint, et : qui templum Dei uitiauerit, uitiabit illum Deus, nisi omnium focorum cineres in ecclesia de capite suo excusserit. **14.** Debuerat enim quae damnauerat proinde determinasse, quonam usque et sub ⟨qua⟩ condicione damnasset, si temporali et condicionali et non perpetua seueritate damnasset. **15.** Porro cum in omnibus epistolis et post fidem talem prohibeat admitti et admissum a communicatione detrudat, sine spe condicionis ullius aut temporis, nostrae magis sententiae adsistit, eam paenitentiam ostendens Dominum malle, quae ante fidem, quae ante baptisma morte peccatoris potior habeatur, semel diluendi per Christi gratiam semel pro peccatis nostris morte functi. **16.** Nam hoc etiam in sua persona apostolus statuit. Adfirmans enim Christum ad hoc uenisse, ut peccatores saluos faceret, quorum primus ipse fuisset, quid adicit ? *Et misericordiam sum consecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate.* **17.** Ita clementia illa Dei malentis paenitentiam peccatoris quam mortem ad ignorantes adhuc et adhuc incredulos spectat, quorum causa liberandorum uenerit Christus, non qui iam Deum norint et sacramentum didicerint fidei. **18.** Quod si clementia Dei ignorantibus adhuc et infidelibus competit, utique et paenitentia ad se clementiam inuitat, salua illa paenitentiae specie post fidem, quae aut leuioribus delictis ueniam ab episcopo consequi poterit aut maioribus et inremissibilibus a Deo solo.

Ez. 33, 11. **57** cfr Eph. 5, 11. **58** cfr I Cor. 5, 11. **60** cfr I Cor. 3, 17. **73** sq. I Tim. 1, 13. **75** cfr Ez. 33, 11.

XVIII : *om. O.*

Gel., qua ei uult *B*, qua mauult *Vrs. Rau.*, quae uult *Hartel*, *prob. Hoppe, Beiträge, 48* **55** iterasse] *Klussmann*, ita esse *B*, statuisse *dub. RW*, adesse *Rau.* **55/56** demonstrationem sui] *B*, dari restitutionem suis *Lat.*, demonstra⟨re ra⟩tionem sui *Hartel* **60** deus] *om. B* **63** qua] *add. Vrs.* **63/64** si *usq.* damnasset] *C*, om. *B Gel. per homoiotel.* **66** a communicatione] *Gel.*, ad communicationem *B* **67** adsistit] *Gel.*, adsciscite *B* **69/70** diluendi] *Gel.*, diluendae *B*, diluenda (*sc.* mors) *Rau.* **74** quoniam] *C*, quod *B* **81** leuioribus] *Gel.*, lenioribus *B*.

XIX. **1.** Sed quonam usque de Paulo, quando etiam Iohannes nescio quid diuersae parti subplaudere uideatur? Quasi in Apocalypsi manifeste fornicationi posuerit paenitentiae auxilium, | ubi ad angelum Thyatirenorum Spiritus mandat V 262 habere se aduersus eum, quod teneret mulierem Iezabel, *quae se propheten dicit et docet atque seducit seruos meos ad fornicandum et edendum de idolothytis.* **2.** *Et largitus sum illi temporis spatium, ut paenitentiam iniret, nec uult eam inire nomine fornicationis. Ecce dabo eam in lectum et moechos eius cum ipsa in maximam pressuram, nisi paenitentiam egerint operum eius.* **3.** Bene autem quod apostolis et fidei et disciplinae regulis conuenit. *Siue enim ego*, inquit, *siue illi, sic praedicamus.* Totius itaque sacramenti interest nihil credere ab Iohanne concessum quod a Paulo sit denegatum. **4.** Hanc aequalitatem Spiritus sancti qui obseruauerit, ab ipso deducetur in sensus eius. Haereticam enim feminam, quae quod didicerat a Nicolaitis docere susceperat, in ecclesiam latenter introducebat et merito ad paenitentiam urgebat. **5.** Cui enim dubium est haereticum institutione deceptum cognito postmodum casu et paenitentia expiato et ueniam consequi et in ecclesiam redigi? Vnde et apud nos, ut ethnico par, immo et super ethnicum, haereticus etiam per baptisma ueritatis utroque nomine purgatus admittitur. **6.** Aut si certus es mulierem illam post fidem uiuam in haeresi postea exspirasse, ut non quasi haereticae, sed quasi fideli peccatrici cui ueniam ex paenitentia uindices, sane agat paenitentiam, sed in fidem moechiae, non tamen et restitutionem consecutura. Haec enim erit paenitentia, quam et nos deberi quidem agnoscimus multo magis, sed de uenia Deo reseruamus.

7. Denique eadem Apocalypsis in posterioribus propudiosos et fornicatores, sicut timidos et incredulos et homicidas et ueneficos et idololatras, qui tale quid in fide fuerint, in stagnum ignis sine ulla condicionali damnatione decreuit. **8.** Non enim de ethnicis uidebitur sapere, cum de fidelibus pronuntiarit: *Qui uicerint, heredi|tate habebunt ista, et ero* V 263 *illis Deus, et illi mihi in filios*, et ita subiunxerit: *timidis autem*

XIX, **5** sqq. Apoc. 2, 20-22. **12** sq. I Cor. 5, 11. **27** sq. cfr Apoc. 2, 15. 29. **30** cfr Apoc. 21, 8. **35** sqq. Apoc. 21, 7-8.

XIX : *om. O.*

XIX, **5** teneret mulierem] *C*, mulier *B Rau.* **21** redigi] posse *add. v. d. Vliet*[1] **23** nomine] *Lat.*, homine *B* es] *Vrs.*, est *B Gel.* **24** haeresin *Vrs. RW* **25** haereticae] *Gel.*, haeretico *B* cui] *B*, *om. Gel. Pr.* **26** uindicet *Gel.* (*cfr l.* **23**) in fidem] *Gel.*, fidem *B*, in finem *Rig. RW*, finem *Gomperz* **30** eadem] *v. d. Vliet*[2] *Gomperz*, ea *B RW*, *om. Hartel* **32** fuerint] *Vrs.*, fuerit *B* **35** heredi-

et incredulis et propudiosis et fornicatoribus et homicidis et ueneficis et idololatris particula in stagno ignis et sulphuris, quod est mors secunda. **9.** Sic et rursus: *beati qui ex praeceptis agunt, ut in lignum uitae habeant potestatem et in portas ad introeundum in sanctam ciuitatem. Canes uenefici, fornicator, homicida foras*, utique qui non ex praeceptis agant. Illorum est enim foras dari qui intus fuerunt. Ceterum *quid mihi eos, qui foris sunt, iudicare?* praecesserat.

10. De epistola quoque Iohannis carpunt statim. Dictum est: *Sanguis Filii eius emundat nos ab omni delicto.* Semper ergo et omnifariam delinquemus, si semper et ab omni delicto emundat nos ille; aut si non semper, non etiam post fidem, et si non ab ⟨omni⟩ delicto, non etiam a fornicatione. **11.** Vnde autem exorsus est? Lumen praedixerat Deum et tenebras non esse in illo et mentiri nos, si dicamus nos communionem habere cum eo et in tenebris incedamus. *Si uero*, inquit, *in lumine incedamus, communionem cum eo habebimus, et sanguis Iesu Christi Domini nostri emundat nos ab omni delicto.* **12.** Ergo in lumine incedentes delinquimus et in lumine delinquentes emundabimur? Nullo pacto. Qui enim delinquit, non in lumine est, sed in tenebris. Vnde et ostendit, quomodo emundabimur a delicto in lumine incedentes, in quo delictum agi non potest. A Deo sic emundari nos ait, non quasi delinquamus, sed quia non delinquamus. **13.** Incedentes enim in lumine, tenebris uero non communicantes, emundati agemus, non deposito, sed non admisso delicto. Haec est enim uis dominici sanguinis, ut quos iam ⟨a⟩ delicto mundarit et exinde in lumine constituerit, | mundos exinde perstare, si in lumine incedere perseuerauerint. V 264

14. Sed subicit, inquis, *si dicamus nos delictum non habere, seducimus nosmetipsos, et ueritas non est in nobis. Si confitemur delicta nostra, fidelis et iustus est, ut dimittat ea nobis et emundet nos ab omni iniustitia.* **15.** Numquid ab immunditia? Aut si ita est, ergo et ab idololatria? Sed aliud in sensu est. Ecce enim et

39 sqq. Apoc. 22, 14-15. **43** sq. I Cor. 5, 12. **46** I Ioh. 1, 7. **52** sqq. I Ioh. 1, 5. 7. **65** sqq. I Ioh. 1, 8.

XIX : *om. O.*

tate ... ista] *C*, *prob. Gomperz*, haereditatem istam *B* **38** particula in] *Gel.*, particulam *B* **41** canes uenefici] *B C*, canes ueneficus *Gel.* fornicatores *Rau.* homicida] *Gel.*, homicidae *B Rau.* **42** ex] *Gel.*, *om. B* **47** delinquemus] *Gel.*, delinquimus *B Rau.* **47/48** emundat nos] *Gel.*, emundandus *B* **49** omni] *add. v. d. Vliet*[1], *prob. Gomperz Rau.* **49/50** exorsus est? Lumen] *Gel.*, exorsum est lumen *B* **58** non] *Gel.*, *om. B* **59** adeo *Gel.* quasi] qua *Pam.* **63** a] *add. Lat.* **64** perstare] *B Hartel Rau.*, praestet *Gel. RW* **68** aut] *B*, *tuent.*

rursus, *si dicamus*, ait, *nos non deliquisse, mendacem facimus illum, et sermo eius non est in nobis.* **16.** Eo amplius, *filioli, haec scripsi uobis, ne delinquatis, et si deliqueritis, aduocatum habemus apud Deum patrem, Iesum Christum iustum, et ipse placatio est pro delictis nostris.* Secundum haec, inquis, et delinquere nos et ueniam habere constabit. **17.** Quid ergo fiet, cum procedens aliud inuenio ? Negat enim nos omnino delinquere, et in hoc plurimum tractat, ut nihil tale concedat, proponens semel a Christo delicta deleta, non habitura postea ueniam, in quo nos sensus ad admonitionem castimoniae demandat. **18.** *Omnis*, inquit, *qui habet spem istam, castificat semetipsum, quia et ille castus est. Omnis qui facit delictum, et iniquitatem facit, et delictum est iniquitas. Et scitis quod ille manifestatus sit, ut auferat delicta*, utique hactenus admittenda. **19.** Siquidem subiungit : *omnis, qui manet in illo, non delinquet. Omnis qui delinquit, neque uidit neque cognouit eum. Filioli, nemo uos seducat. Omnis qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est. Qui facit delictum, ex diabolo est, quoniam diabolus a primordio delinquit. In hoc enim manifestatus est filius Dei, ut soluat opera diaboli.* **20.** Nam et soluit liberans hominem per lauacrum donato ei chirographo mortis. *Et ideo omnis, qui ex Deo nascitur | non facit delictum, quia semen Dei manet in* V 265
illo, et non potest delinquere, quia ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filii Dei et filii diaboli. **21.** In quo, nisi illi non delinquendo, ex quo de Deo nati sunt, isti delinquendo, quia de diabolo sunt, proinde atque si numquam sint ex Deo nati ? quod si dicit, *qui non est iustus, ex Deo non est*, qui non pudicus, quomodo rursus ex Deo fiet, qui iam esse desiit ? **22.** Iuxta est igitur ut excidisse sibi dicamus Iohannem in primore quidem epistola negantem nos sine delicto esse, nunc uero praescribentem non delinquere omnino, et illic quidem aliquid de uenia blandientem, hic uero districte negantem filios Dei quicumque deliquerint. **23.** Sed absit. Nam nec ipsi excidimus a qua digressi sumus distinctione delictorum. Et hic enim illam Iohannes commendauit, quod sint quaedam delicta cotidianae

70 sq. I Ioh. 1, 10. **72** sqq. I Ioh. 2, 1-2. **80** sqq. I Ioh. 3, 3-5. **84** sqq. I Ioh. 3, 6-8. **90** cfr Col. 2, 14. **90** sqq. I Ioh. 3, 9-10. **96** I Ioh. 3, 10.

XIX : *om. O.*

Gomperz et Thörnell II, 29, at *RW* **71** eo] et *v. d. Vliet*[2] **73** deum] *Gel.*, dominum *B* **76** nos] *Gel.*, hos *B* **79** quo] *Lat.*, quae *B* nos] hos *Kroym. Rau.* **80** habet] *Gel.*, et *add. B* **84** delinquet] *Gel.*, delinquat *B*, delinquit *Pam. Rig. Rau.* **87** quoniam] *C*, quod *B* **90** ei] *del. Rig.* **91** qui ex] *Gel.*, quae a *B* **95** proinde] *B*, perinde *Vrs. RW* **97** qui] *B, tuet. Thörnell, II, 70,* quia *Rau.* **98** primore] *Gel.*, priore *B* **99** negantem] *Gel.*, negante *B*

incursionis, quibus omnes simus obiecti. **24.** Cui enim non accidet aut irasci iniqui et ultra solis occasum, aut et manum immittere aut facile maledicere aut temere iurare aut fidem pacti destruere aut uerecundia aut necessitate mentiri ? In negotiis, in officiis, in quaestu, in uictu, in uisu, in auditu quanta temptamur ? Vt, si nulla sit uenia istorum, nemini salus competat. **25.** Horum ergo erit uenia per exoratorem Patris Christum. Sunt autem et contraria istis, ut grauiora et exitiosa, quae ueniam non capiant, homicidium, idololatria, fraus, negatio, blasphemia, utique et moechia et fornicatio, et si qua alia uiolatio templi Dei. **26.** Horum ultra exorator non erit Christus ; haec non admittet omnino, qui natus ex Deo fuerit, non futurus Dei filius, si admiserit. Ita Iohannis ratio constabit diuersitatis, distinctionem delictorum disponentis, cum delinquere filios Dei nunc adnuit, nunc abnuit. **27.** Prospiciebat enim clausulam litterarum suarum, et illi praestruebat hos sensus dicturus in fine manifestius : *Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, et dabit | ei uitam* V 266
Dominus, qui non ad mortem delinquit. Est enim delictum ad mortem ; non de eo dico, ut quis postulet. **28.** Meminerat et ipse Hieremiam prohibitum a Deo deprecari pro populo mortalia delinquente. *Omnis iniustitia delictum est, et est delictum ad mortem. Scimus autem, quod omnis, qui ex Deo natus sit, non delinquit*, scilicet delictum quod ad mortem est. Ita nihil iam superest quam aut neges moechiam et fornicationem mortalia esse delicta, aut inremissibilia fatearis, pro quibus nec exorare permittitur.

XX. **1.** Disciplina igitur apostolorum proprie quidem instruit ac determinat principaliter sanctitatis omnis erga templum Dei sacramentum et ubique de ecclesia eradicat omne sacrilegium impudicitiae sine ulla restitutionis mentione. Volo ta-

106 cfr Matth. 5, 22 ; Eph. 4, 26. **111** cfr I Ioh. 2, 1 ; Rom. 8, 34 ; Hebr. 7, 25. **121** sqq. I Ioh. 5, 16. **125** cfr Ierem. 6, 16 ; 14, 11. **126** sq. I Ioh. 5, 17-18.

XIX : *om. O.*

XX : *om. O.*

105/106 accidet] *Vrs.*, accedet *B* **117** Iohanni *Gel.* **118** diuersitatis] *Gel.*, diuersitates *B* disponenti *Gel.* **120** praestruebat] *Gel.*, perstruebat *B* **130** orari *Vrs.*

XX, **1** disciplinae *Kroym.*, disciplinam *Gomperz* propria *Kroym. Gomperz* **1/2** instruit ac determinat] *Gel.*, instrumenta determinant *B* **3** sacramentum et] *Pr.*, sanctitatem et *B Kroym.*, antistitem *Gel. RW*, anxietatem et *Hartel*, *om. Gomperz* eradicat] *Pr.*, eradicantem *B RW Gomperz*, eradicant *Kroym.* **4** im-

men ex redundanti alicuius etiam comitis apostolorum testimonium superducere, idoneum confirmandi de proximo iure disciplinam magistrorum. **2.** Extat enim et Barnabae titulus ad Hebraeos, a Deo satis auctorati uiri, ut quem Paulus iuxta se constituerit in abstinentiae tenore: *aut ego solus et Barnabas non habemus operandi potestatem?* Et utique receptior apud ecclesias epistola Barnabae illo apocrypho Pastore moechorum. **3.** Monens itaque discipulos omissis omnibus initiis ad perfectionem magis tendere nec rursus fundamenta paenitentiae iacere ab operibus mortuorum, *impossibile est enim*, inquit, *eos qui semel inluminati sunt et donum caeleste gustauerunt et participauerunt Spiritum sanctum et uerbum Dei dulce gustauerunt, occidente iam aeuo cum exciderint, rursus reuocari in paenitentiam, refigentes cruci in semetipsos filium Dei et dedecorantes.* **4.** *Terra enim quae bibit saepius deuenientem in se humorem | et peperit herbam aptam his propter quos et colitur, benedictionem* V 267 *Dei consequitur; proferens autem spinas reproba et maledictioni proxima, cuius finis in exustionem.* **5.** Hoc qui ab apostolis didicit et cum apostolis docuit, numquam moecho et fornicatori secundam paenitentiam promissam ab apostolis norat. Optime enim legem interpretabatur et figuras eius iam in ipsa ueritate seruabat. **6.** Ad hanc denique speciem disciplinae de leproso cautum fuit: *Si autem uarietas effloruerit in cutem et totam cutem texerit a capite usque ad pedes per omnem conspectum, et sacerdos cum uiderit, emundabit eum, quoniam conuertit in album, mundus est. Qua uero die uisus fuerit in eiusmodi color uiuus, inquinatus est.* **7.** Conuersum enim hominem de pristino carnis habitu in candorem fidei, quae uitium et macula aestimatur in saeculo, et totum nouatum mundum uoluit intellegi, qui iam non sit uarius, non sit de pristino et nouo aspersus. Si uero post abolitionem in uetustatem aliquid ex illa reuixerit, rursum in carne eius quod emortuum delicto habebatur immundum iudicari nec expiari iam a sacerdote. Ita moechia de pristino recidiua et unitatem noui coloris, a

---

XX, **9** sq. I Cor. 9, 6. **14** sqq. Hebr. 6, 4-8. **27** sqq. Leu. 13, 12-15.

XX : *om.* O.

---

pudicitiae] *Lat.*, pudicitiae *B*, *tuent. Kroym. et Gomperz* **5** ex redundanti] *Lat.* (*cfr 'ex abundanti'*), ex redundantia *B RW* **8** a deo s. auctorati] *Scaliger*, adeo s. auctoritati *B* **10** hoc operandi *Pam.* **15/16** et participauerunt *usq.* gustauerunt] *C*, *om. B Gel. per homoiotel.* **17** renouari *Lat.* **25** eius] *Gel.*, ei *B* **26** seruabat] *Pam.*, seruabant *B* **29** quoniam] *Pam.*, quod *B* (*cfr II, 16 ; III, 9 ; XIII, 14 ; XIV, 25 ; XVIII, 74 ; XIX, 87*) **33** uoluit] *C*, *om. B* **35** abolitiem *C* in uetustatem] uetustatis *Kroym.* **36** emortuum] *Gel.*, emortuo *B* **37** habebitur *dub.* RW **38** moechia ... recidiua] *Gel.*, moechiam ... recidiuam *B*

quo fuerat exclusa, commaculans immundabile est uitium. **8.** Item de domo: *Si quae maculae et cauositates adnuntiatae in parietibus sacerdoti fuissent, priusquam introiret ad inspiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura quae domus essent.* **9.** *Dehinc introgressus sacerdos si inuenisset cauositates uiridicantes uel rubescentes, et aspectum earum humiliorem citra parietinam formam, exiret ad ianuam et secerneret domum illam septem diebus. Dehinc die septima regressus si animaduertisset diffusum in parietibus tactum illum, imperaret exter|minari eos lapides, in quibus tactus leprae fuisset,* V 268 *et abici extra ciuitatem in locum immundum, et sumi alios lapides politos et solidos et reponi loco pristinorum et puluere alio inliniri domum.* **10.** Oportet enim, cum peruenitur ad summum sacerdotem Patris Christum, de domo hominis nostri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta prius, ut munda sit quae remanet domus, caro et anima, ut ubi introierit eam sermo Dei et inuenerit maculas ruboris et uiroris, extrahi statim et abici foras sensus mortiferos et cruentos (nam et Apocalypsis uiridi equo mortem, russeo autem praeliatorem imposuit), proque illis politos et in compaginem aptos et firmos substrui lapides, quales in Abrahae ⟨filios⟩ fiunt, ut ita homo habilis Deo sit. **11.** Quod si post recuperationem et reformationem rursus sacerdos animaduerterit in eadem domo de pristinis cauis aliquid et maculis, immundam eam pronuntiauit, et iussit deponi materias et lapides et omnem structuram eius et abici in locum immundum. **12.** Hic erit homo caro atque anima, qui post baptisma et introitum sacerdotum reformatus denuo resumit scabra et maculas carnis, et abicitur extra ciuitatem in locum immundum, deditus scilicet satanae in carnis interitum, nec amplius reaedificatur in ecclesia post ruinam. **13.** Sic et de famulae concubitu, quae homini esset reseruata, necdum redempta, necdum liberata. *Prospicietur*, inquit illi, *et non morietur, quia nondum est manumissa, cui seruabatur.* Nondum enim caro a Christo manumissa, cui seruabatur, impune contaminabatur, ita iam manumissa non habet ueniam.

---

40 sqq. Leu. 14, 36-42. **52** cfr Hebr. 8, 1. **57** cfr Apoc. 6, 4. 8. **70** sqq. Leu. 19, 20.

XX : *om.* O.

---

45 parietinam] *Gel.*, parietem non *B* **48** exterminari] *C*, extrahi *B* tactus leprae] *Iun.*, tactus lepra *B*, lepra *Gel.* **50** solitos *Gel.* **54** ut ubi] *B*, et ubi *Gel. edd.* **57** russeo] *Gel.*, roseo *B* (*cfr De spect. 9, 5*) **59** filios] *add.* RW, *cfr Hoppe, Beiträge, 44* **62** cauis] *Lat.*, causis *B* **65** et] id est *Kroym.*, *reprob. Thörnell I, 4* **66** resumit] *Gel.*, respuit *B* **73** cui seruabatur] *del. v. d. Vliet*[2] *et Kroym. et add.* ut.

XXI. **1.** Haec si apostoli magis norant, magis utique curabant. Sed et in hunc iam gradum decurram, excernens inter doctrinam apostolorum et potestatem. Disciplina hominem gubernat, potestas adsignat. Sed rursum quid potestas ? ⟨Spiritus.⟩ Spiritus | V 269 autem Deus. **2.** Quid autem docebat ? Non communicandum operibus tenebrarum. Obserua quod iubet. Quis autem poterat donare delicta ? Hoc solius ipsius est. *Quis enim dimittit delicta, ni solus Deus ?* Et utique mortalia, quae in ipsum fuerint admissa et in templum eius ? **3.** Nam tibi quae in te reatum habeant etiam septuagies septies iuberis indulgere in persona Petri. Itaque si et ipsos beatos apostolos tale aliquid indulsisse constaret, cuius uenia a Deo, non ab homine competeret, non ex disciplina, sed ex potestate fecissent. **4.** Nam et mortuos suscitauerunt, quod Deus solus, et debiles redintegrauerunt, quod nemo nisi Christus, immo et plagas inflixerunt, quod noluit Christus. Non enim decebat eum saeuire qui pati uenerat. Percussus est Ananias et Elimas, Ananias morte, Elimas caecitate, ut hoc ipso probaretur Christum et haec facere potuisse.

5. Sic et prophetae caedem et cum ea moechiam paenitentibus ignouerant, quia et seueritatis documenta fecerunt. Exhibe igitur et nunc mihi, apostolice, prophetica exempla, ut agnoscam diuinitatem, et uindica tibi delictorum eiusmodi remittendorum potestatem. **6.** Quod si disciplinae solius officia sortitus est, nec imperio praesidere, sed ministerio, quis aut quantus es indulgere, qui neque prophetam nec apostolum exhibens cares ea uirtute cuius est indulgere ? **7.** « Sed habet, inquis, potestatem ecclesia delicta donandi. » Hoc ego magis et agnosco et dispono, qui ipsum Paracletum in prophetis nouis habeo dicentem : « Potest ecclesia donare delictum, sed non faciam, ne et alia delinquant. » **8.** Quid, si pseudopropheticus spiritus pronuntiauit ? Atqui magis euersoris fuisset et semetipsum de clementia commendare et ceteros ad delinquentiam

XXI, **6** cfr Eph. 5, 11. **8** Marc. 2, 7. **10** sq. cfr Matth. 18, 22. **16** cfr Act. 3, 1 sqq. ; 9, 32 sqq. ; 5, 1 sqq. ; 13, 8 sqq. **16** quod noluit Christus] cfr Luc. 9, 55. **20** sq. cfr II Reg. 12, 13.

XXI : *om.* O.

XXI, **4** sed rursum quid] *Lat.*, seorsum quod *B*, *tuet. Hartel*, *distinguens :* pot. ads. seorsum, quod potestas ⟨spiritus⟩ **5** spiritus] *add. Lat.* **7** ipsius] spiritus *Lat.* **9** quae] *Gel.*, quod *B Rau.* **11** ipsos beatos apostolos] *C*, ipsos ab ea apostolos *B*, ipsis beatis apostolis *Gel.* **12** indulsisse] *C*, indulsisset *B* **13/14** fecisse *Gel.* **18** elimas] *Gel.*, et elimas *B Rau.* ipso probaretur] *C*, ipsum probaret *B Rau.* **21** ignouerant] *Gel.*, ignorauerant *B* **22** ut] *Oehler*, et *B Pr.* **23** uendica *B* **30** nouis habeo] *Gel.*, nobis ab eo *B* **31** alii *Harnack Rau.* **34** temperare] *B*, *tuet. Hoppe, Beiträge, 108 sq.* (= instituere), temptare *Scaliger* R*W* **37** ius] *Gel.*, iussisse *B* **43** es, euertens] *Gel.*, sese uertens *B* **43/44** manifestam] *Gel.*, manifestum *B* **49** uides] *Gel.*, fidei *B*, uide *Vrs.* R*W* **51** christi] cornelii *v. d. Vliet*[2] *(historice quidem recte, at hic Tertull. de baptismo in nomine Christi agit)* **53/54** secundam *B* **54** uinxit] *Gel.*, iunxit *B* **56** necne] *add. Pam.*, *secl. Rau.* **66** ea] *Gel.*, eam *B* **68** hominem *Rau.*

temperare. Aut si et hoc secundum spiritum ueritatis adfectare gestiuit, ergo spiritus ueritatis potest quidem indulgere fornicatoribus ueniam, sed cum plurium malo non uult.

9. De tua nunc sententia quaero, unde hoc ius | V 270 ecclesiae usurpes. Si quia dixerit Petro Dominus : *Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, tibi dedi claues regni caelestis*, uel : *quaecumque alligaueris uel solueris in terra, erunt alligata uel soluta in caelis*, idcirco praesumis et ad te deriuasse soluendi et alligandi potestatem, id est ad omnem ecclesiam Petri propinquam ? **10.** Qualis es, euertens atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem ? *Super te*, inquit, *aedificabo ecclesiam meam*, et : *dabo tibi claues*, non ecclesiae, et : *quaecumque solueris uel alligaueris*, non quae soluerint uel alligauerint.

11. Sic enim et exitus docet. In ipso ecclesia extructa est id est per ipsum, ipse clauem imbuit, uides quam : *Viri Israelitae, auribus mandate quae dico : Iesum Nazarenum uirum a Deo uobis destinatum*, et reliqua. **12.** Ipse denique primus in Christi baptismo reserauit aditum caelestis regni, quo soluuntur alligata retro delicta et alligantur quae non fuerint soluta, secundum ueram salutem, et Ananiam uinxit uinculo mortis et debilem pedibus absoluit uitio ualetudinis. **13.** Sed et in illa disceptatione custodiendae ⟨necne⟩ legis primus omnium Petrus spiritu instinctus et de nationum uocatione praefatus, et *nunc*, inquit, *cur temptastis Dominum de imponendo iugo fratribus, quod neque nos neque patres nostri sufferre ualuerunt ? Sed enim per gratiam Iesu credimus nos salutem consecuturos, sicut et illi.* **14.** Haec sententia et soluit quae omissa sunt legis et alligauit quae reseruata sunt. Adeo nihil ad delicta fidelium capitalia potestas soluendi et alligandi Petro emancipata. **15.** Cui si praeceperat Dominus etiam septuagies septies delinquenti in eum fratri indulgere, utique nihil postea alligare id est retinere mandasset, nisi forte ea quae in Dominum, non in fratrem, quis admiserit. Praeiudicatur enim non dimittenda in Deum delicta, cum in homine admissa donantur.

38 sqq. Matth. 16, 18. **49** sqq. Act. 2, 22. **57** sqq. Act. 15, 10-11. **64** sq. cfr Matth. 17, 22.

XXI : *om.* O.

16. Quid nunc | et ad ecclesiam et quidem tuam, psychice? V 271 Secundum enim Petri personam spiritalibus potestas ista conueniet, aut apostolo aut prophetae. Nam et ipsa ecclesia proprie et principaliter ipse est spiritus, in quo est trinitas unius diuinitatis, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Illam ecclesiam congregat quam Dominus in tribus posuit. **17.** Atque ita exinde etiam numerus omnis qui in hanc fidem conspirauerint ecclesia ab auctore et consecratore censetur. Et ideo ecclesia quidem delicta donabit, sed ecclesia spiritus per spiritalem hominem, non ecclesia numerus episcoporum. Domini enim, non famuli est ius et arbitrium; Dei ipsius, non sacerdotis.

XXII. **1.** At tu iam et in martyras tuos effundis hanc potestatem. Vt quisque ex consensione uincula induit adhuc mollia in nouo custodiae nomine, statim ambiunt moechi, statim adeunt fornicatores, iam preces circumsonant, iam lacrimae circumstagnant maculati cuiusque, nec ulli magis aditum carceris redimunt quam qui ecclesiam perdiderunt. **2.** Violantur uiri ac feminae in tenebris plane ex usu libidinum notis, et pacem ab his quaerunt qui de sua periclitantur. Alii ad metalla confugiunt et inde communicatores reuertuntur, ubi iam aliud martyrium necessarium est delictis post martyrium nouis. **3.** Quis enim in terris et in carne sine culpa? Quis martyr saeculi incola, denariis supplex, medico obnoxius et feneratori? Puta nunc sub gladio iam capite librato, puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam leone concesso, puta in axe iam incendio adstructo, in ipsa, dico, securitate et possessione martyrii, quis permittit homini donare quae Deo reseruanda sunt, a quo ea sine excusatione damnata sunt, quae nec apostoli, quod sciam, martyres et ipsi donabilia iudicauerunt? **4.** Denique iam ad bestias depugnauerat Paulus Ephesi, cum interitum | decernit incesto. Sufficiat martyri pro- V 272 pria delicta purgasse. Ingrati uel superbi est in alios quoque spargere, quod pro magno fuerit consecutus. Quis alienam mortem sua soluit, nisi solus Dei filius? Nam et in ipsa passione

---

XXII, **19** sq. cfr I Cor. 15, 32. **23** sq. cfr Luc. 23, 43.

XXI : *om.* O.

XXII, **1** *usq.* **13** feneratori : *om.* O ;
17 a quo *usq.* **20** incesto : *om.* O ;

---

71 ipsa] *Iun.*, ipse *B Rau.*, *del. Rig.* **76** *pr.* ecclesia] *Lat.*, ecclesiae *B Rau.*

XXII, **2** ex consensione] *B* (*'après entente préalable'* [*De Labriolle*]), ex confessione *Lat. RW* **3** mollia] *Gel.*, inmollia *B* **12** sacculi *B* donariis *Lat.*, damnatis *Rig.* **12/13** moecho obn. et fornicatori *Rig.* **13/14** capite ... leone] *B O Rau.*, *tuet. Hoppe, Beiträge, 100 sq.*, capiti ... leoni *RW* **15** in axe iam] *Gel.*, in axiam *O*, *om. B* adstructo] *Vrs.*, adstricto *B*, astricto *O* **16** permittat *O* **17** ea sine] *Gel.*, eas in *B* **17/18** damnata sunt] damnatas *B* **19** iudicauerunt] *Gel.*, indicauerant *B* **20** incesto] *Gel.*, incerto *B* **23** nisi] *O Gel.*, ni *B RW*

liberauit latronem. Ad hoc enim uenerat, ut ipse a delicto purus et omnia sanctus pro peccatoribus obiret. **5.** Proinde qui illum aemularis donando delicta, si nil ipse deliquisti, plane patere pro me. Si uero peccator es, quomodo oleum faculae tuae sufficere et tibi et mihi poterit?

6. Habeo etiam nunc quo probem Christum. Si propterea Christus in martyre est, ut moechos et fornicatores martyr absoluat, occulta cordis edicat, ut ita delicta concedat, et Christus est. **7.** Sic enim Dominus Iesus Christus potestatem suam ostendit: *Quid cogitatis nequam in cordibus uestris? Quid enim facilius est dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata, aut: surge et ambula? Igitur ut sciatis filium hominis habere dimittendorum peccatorum in terris potestatem, tibi dico, paralytice: surge et ambula.* **8.** Si Dominus tantum de potestatis suae probatione curauit, uti traduceret cogitatus et ita imperaret sanitatem, ne non crederetur posse delicta dimittere, non licet mihi eandem potestatem in aliquo sine eisdem probationibus credere. **9.** Cum tamen moechis et fornicatoribus a martyre expostulas ueniam, ipse confiteris eiusmodi crimina nonnisi proprio martyrio diluenda, qui praesumis alieno. Quod sciam, et martyrium aliud erit baptisma. **10.** *Habeo enim*, inquit, *et aliud baptisma*. Vnde et ex uulnere lateris dominici aqua et sanguis, utriusque lauacri paratura manauit. **11.** Debeo ergo et primo lauacro alium liberare, si possum secundo. Ingeram usque in finem necesse est: quaecunque auctoritas, quaecumque ratio moecho et fornicatori pacem ecclesiasticam reddit, eadem debebit et homicidae | et idololatrae paenitentibus sub- V 273 uenire, certe negatori, et utique illi, quem in proelio confessionis tormentis conluctatum saeuitia deiecit. **12.** Ceterum indignum Deo et illius misericordia, eius qui paenitentiam peccatoris morti praeuertit, ut facilius in ecclesiam redeant, qui subdendo quam qui dimicando ceciderunt. Vrget nos dicere in-

---

27 sq. cfr Matth. 25, 8-9. **33** sqq. Marc. 2, 8-10. **44** sq. Luc. 12, 50. **45** sq. cfr Ioh. 19, 34. **53** sq. cfr Ezech. 23, 11.

---

25 proinde *usq.* **54** praeuertit : *om.* O ;

---

24 ipse] *O Gel.*, ipso *B* **25** omnia] *C RW*, omnino *B*, per omnia *O* obiret] *O* (*iam coniecit Vrsinus*), obediret *B* **27** pro me] *Gel.* prome *B* **42/43** nonnisi proprio martyrio] *B Gel.*, non in proprio martyrio *Hartel* (*si quid corrigendum, dele* proprio *cum Kroym.*) **43** praesumus *B* sciam] *B*, si est, iam *Gel.* **44** et] *secl. Kroym.*, *tuet. Thörnell, II, 78* **47** possum] *Gel.*, possumus *B* **47/48** ingeram usque in finem] *Lat.*, ingeramusque in finem *B*, ingeram usque in sinum *Gel. RW*, ingeramus, quae in finem *Kroym.* **53** eius qui] *Hartel*, eiusque *B*, qui *Gel.* **54** morti] *Gel.*, mortem *B* ut *usq.* redeant] sed cur facilius ad paenitentiam redeant *O* **54/55** subdendo] *B O*, subando *Gel. edd.* **55** urget nos dicere indignitas : contaminata] *Gel.*, urgemur dic. ind. cont. *B*, et cur contaminata *O*

dignitas : contaminata potius corpora reuocabis quam cruentata ? **13.** Quae paenitentia miserabilior titillatam prosternens carnem an uero laniatam ? Quae iustior uenia in omnibus causis, quam uoluntarius an quam inuitus peccator implorat ? Nemo uolens negare compellitur, nemo nolens fornicator. **14.** Nulla ad libidinem uis est, nisi ipsa ; nescit quo libet cogi. Negationem porro quanta compellunt ingenia carnificis et genera poenarum ? Quis magis negauit, qui Christum uexatus an qui delectatus amisit ? Qui cum amitteret doluit, an qui cum amitteret lusit ? **15.** Et tamen illae cicatrices Christiano proelio insculptae et utique inuidiosae apud Christum, quia uicisse cupierunt, et sic quoque gloriosae, quia non uincendo cesserunt, in quas adhuc et diabolus ipse suspirat, cum sua infelicitate, sed casta, cum paenitentia maerente, sed non erubescente ad Dominum, de uenia denuo dimittetur reis, cum piaculariter negauerunt. Solis illis caro infirma est. Atquin nulla tam fortis caro quam quae spiritum elidit.

---

71 cfr Matth. 26, 41.

---

65 et tamen *usq.* **71** negauerant : *om. O.*

57/58 quae *usq.* laniatam] *om. O* **59** an] *O Gel., om. B* **60** fornicator] *B O,* fornicatur *Gel. RW* **61** quolibet *O Gel.,* quodlibet *Pam. Rau.* **62** porro] uero *O* carnificis] *B O, tuet. Hoppe, Beiträge,* 68, carnificii *Scaliger RW* **63** magis magis *O* **70** dimittetur] *Gel.,* dimittuntur *B Kroym.* **70/71** reis cum piaculariter] *Hartel,* resculpiculariter *B,* eis qui piac. *Gel. RW,* resculpi. ⟨parti⟩culariter *Kroym.,* quia piaculariter *Oehler Rau.* **71** est] *om. O* atquin] sed *O.*

XXXI

Q. S. FL. TERTVLLIANI

DE FATO

ALIAQVE FRAGMENTA

COLLEGIT

A. HARNACK

MONITVM

Egregie hanc materiam tractauit A. Harnack, *Tertullian in der Litteratur der alten Kirche* (*Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Academie der Wissenschaften zu Berlin*, 1895, II, p. 545-579). Vide etiam quae monuimus in prolegomenis ad tom. I, p. v sq.

I

DE FATO

Nam et Tertullianus in libro quem 'De fato' scripsit, ita ait : Redde huic fratri primum problematis mancipatum.

fati *al.*   municipatum *cod. Paris. 7581*

FVLGENTIVS MYTHOGRAPHVS, *Expositio sermonum antiquorum*, 16 — edid. R. HELM, Lipsiae, 1898, p. 116.

Item auctor *Quaestionum Veteris et Noui Testamenti* hoc opus Tertulliani adhibuisse uidetur (qu. 115 — edid. A. SOUTER, Vindobonae, 1908, p. 318-349), cfr H. KOCH, *Tertullianisches*, I, in *Theologische Studien und Kritiken*, CI, 1929, p. 458-462.

II

ADVERSVS APELLEIACOS

a) Hic praeterea Philumenem quamdam puellam dicebat inspiratam diuinitus ad praenuntianda futura, ad quam somnia atque aestus sui animi referens diuinationibus seu praesagiis eius secretim erat solitus praemoneri, eodem phantasmate eidem Philumenae pueri habitu se demonstrante, qui puer apparens Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum. A quo phantasmate sciscitans ea soleret respondere quae se audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari solitam, inter quae illud praecipuum, quod in angustissimi oris ampullam uitream panem grandem immitteret eumque extremis digitulis leuare soleret illaesum, eoque solo quasi diuinitus sibi cibo dato fuisse contenta.

1 hic] *sc. Apelles, cfr. Haer.* 23.

AVGVSTINVS, *De haeresibus*, 24 Appendix — edit. Maurinorum, t. VIII, Parisiis, 1688, p. 9B, iuxta ueteres editores (recudit J. MIGNE, *Patr. Lat.* t. XLII, col. 30, adn. 1).

Appendices subdititii ad quaedam capita huius Augustini opusculi iam saeculo V confecti uidentur. Attamen in codicibus nostrum fragmentum non inuenitur, ne in codice quidem Basileense B VIII 9, ubi et alii nonnulli appendices leguntur, cfr G. MORIN, *Chapitres additionnels au De haeresibus de saint Augustin*, in *Basler Zeitschrift für Geschichte und Altertumskunde*, XXVI, 1927, p. 218 sq.

Tertulliano attribui potest, uel saltem a Tertulliani opere deperdito auctor ignotus argumenta sua mutuatus est. Attamen nil certe constat.

b) Eleganter in hoc loco uir doctissimus Tertullianus aduersus Appellem et eius uirginem Philumenem, quam angelus quidem diabolici spiritus et peruersus impleuerat, hunc esse scribit angelum, cui, multo antequam Apelles nasceretur, Spiritus Sancti uaticinio sit anathema per apostolum prophetatum.

Hieronymvs, *Commentarii in epistulam ad Galatas*, I, 8 — edid. D. Vallarsi, t. VII, Veronae, 1737, p. 383 C-D (recudit J. Migne, *Patr. Lat.*, t. XXVI [ed. 1884], col. 344 C).

Neque haec inueniuntur aliis in locis ubi Tertullianus contra Apellem et eius uirginem Philumenem dimicat. Conicere licet ea assumpta esse e proprio libello quem aduersus Apelleiacos composuit (cfr *De carne Christi*, VIII, 3 : « Nam est nobis et aduersus illos libellus »).

III

DE EXSTASI

Scripsit contra eos librum sanctus Soter papa Vrbis, et Apollonius Ephesiorum antistes. Contra quos scripsit Tertullianus presbyter Carthaginiensis. Qui cum omnia bene et prime et incomparabiliter scripserit, in hoc solum se reprehensibilem fecit, quod Montanum defendit, agens contra Soterem supradictum Vrbis papam, asserens falsa esse de sanguine infantis, trinitatem in unitate deitatis, paenitentiam lapsis, mysteriis eisdem unum pascha nobiscum. Hoc solum discrepamus, inquit, quod secundas nuptias non recipimus et prophetiam Montani de futuro iudicio non recusamus. Obiciunt quidem Tertulliano, quod animam ex traduce, id est animam dixerit ita gigni ex anima sicut ex corporibus corpus, quod catholica fides uehementer execratur.

---

1 eos] *sc. Cataphryges.*

Praedestinatus, I, 26 — edid. J. Sirmond, Parisiis, 1643 (recudit J. Migne, *Patr. Lat.*, t. LIII, col. 596 B-C). Cfr I, 86 (col. 617 A) : « Tertullianum autem catholica hinc reprehendit auctoritas, quod animam ex anima nasci dicit et defendit Montanum et Priscam et Maximillam contra fidem catholicam, et contra Apollonium episcopum Orientis, et contra Soterem papam Vrbis Romae, ut supra diximus, dum Cataphryges haereticos detegerimus. »

Fragmentum hoc reuera ex illo opere Septimii exscriptum esse uidetur, cuius meminit Hieronymus his uerbis : « De exstasi libros sex, et septimum, quem

'Aduersus Apollonium' composuit » (*De uir. inlustr.* 53 — edid. Richardson, p. 32, 4-5 ; cfr 40, p. 28, 10-12 : « Tertullianus, sex uoluminibus aduersum ecclesiam editis, quae scripsit 'De ἐκστάσει', septimum proprie 'Aduersum Apollonium' elaborauit. »).

IV

His Tertullianus uehementer occurrit, ostendens Dei Filium impassibilem esse et ista diuinitati non iniuriam sed laudem adferre : Sicut rex qui uolens anulum aureum cum gemma de cloaca leuare, induit se seruilem tunicam et sic descendit ad cloacam, ut stercoreas iniurias tunica illa suscipiat, et mittens manum et anulum aureum cum gemma eripiens, aqua abluit et digito suo regali induit, posteaquam inde ascenderit. Ita procul dubio Dei Filius formam serui suscipiens, uenit non solum ad inferos caelorum, ubi nos sumus, qui uidemur uiuere in mundo, sed etiam ad inferos inferiores, qui tanto a nobis sunt profundius, quanto nos sumus caelo, et ut inde humanum genus eriperet, cunctarum sordium, non suarum sed nostrarum, est squalorem perpessus. Pro uiuentibus sic uixit sicut nos qui uiuimus, nihil aliud distans nisi hoc quod immaculatam uitam exercuit, habens intra se Deum ; pro mortuis sic mortuus, nihil distans nisi hoc, quod tertia die resurrexit a mortuis ; et quod propterea sic descendit, ut sanctos inde erueret et mortis principem religaret. Quod autem anulum aureum cum gemma posuit, hoc in sequenti lectione edocuit, quod anulum corpus posuerit, gemma uero inclusam esse animam declarauit. Hunc ergo anulum de stercoribus antiquis et de cloaca huius mundi Christus eleuans ac baptismatis unda perfundens, ab omni squalore abluens, in suis fecit sanctis manibus radiare. Siquidem ita legitur : *Iustorum autem animae in manu Dei sunt* ; et iterum : *Pone me sicut anulum in manu tua* ; et : *In manus tuas commendo spiritum meum*. Et infinita sunt his similia in sacris apicibus, quae nos causa breuitatis omittentes...

---

1 his] *sc. Proclianistis* **9/10** cfr Phil. 2, 6 **16/17** cfr Ps. 113, 18 **29/30** Sap. 3, 1 **30/31** Cant. 8, 6 **31/32** Ps. 30, 6.

Praedestinatus, I, 60 — col. 608 A-C.

Et uerba et sententiae Tertulliani calamum patefaciunt. Ex eiusdem libello 'De censu animae contra Hermogenem' fluxisse coniecit Harnack, *art. laud.* p. 576,

tenuissimo tamen indicio ductus. Ceterum quod ipse Tertullianus de hoc suo libello refert, uide apud J. H. Waszink, *Q. S. Fl. Tertulliani De Anima, edited with Introduction and Commentary*, Amstelodami, 1947, p. 7°-12°, ubi et alios scriptores legere potes, Filastrium nempe (*haer.* 126) et Pseudo-Ambrosium, *De origine animae* (edid. Caspari, p. 229), qui e Septimii libello sua hauserunt.

V

De secundo problemate tuo Tertullianus in libris de monogamia disseruit asserens, sanctos dici fidelium filios, quod quasi candidati sint fidei et nullis idololatriae sordibus polluantur.

---

3 candidatae sint fidei *Hilberg cum nonnullis codd.* nullius *al.*

Hieronymvs, *Epistula* 85, *ad Paulinum*, 5 — edid. I. Hilberg, II, Vindobonae, 1912, p. 137, 15-17.

Locus in libro 'de monogamia' non exstat. Fortasse fragmentum est e libro 'ad amicum philosophum de angustiis nuptiarum', quem laudat ipse Hieronymus ad Eustochium scribens (*epist.* 22, 22 — Hilberg, I, p. 174 sq.) uel contra Iouinianum dimicans (I, 15 — *Patr. Lat.* XXIII [ed. 1883], col. 241 A).

VI

Dicit sane etiam ipse animas hominum pessimas post mortem in daemones uerti [statum autem animae credit per traducem propagari].

---

1 dicit] *sc. Tertull.* 2/3 statum *usq.* propagari] *om. codd. add. edd. ueteres* (*cfr supra adn. ad fragm. II a*).

Avgvstinvs, *De haeresibus*, 86 — edit. Maurinorum, t. VIII, Parisiis, 1688, p. 25 B-C (recudit J. Migne, *Patr. Lat.* t. XLII, col. 47).

Fragmentum cuiusdam opusculi deperditi de fine ultimo, fortasse 'De paradiso' (cfr *De anima*, 55, 5 : « Habes etiam de paradiso a nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini »), uel potius 'De spe fidelium', de quo et Hieronymus : « Neque enim iuxta Iudaicas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant, gemmatam et auream de caelo exspectamus Ierusalem, nec rursum passuri circumcisionis iniuriam, nec oblaturi taurorum et arietum uictimas, nec sabbati otio dormiemus. Quod et multi nostrorum et praecipue Tertulliani liber, qui inscribitur 'De spe fidelium' ... pollicetur » (*Comm. in Ezechiel.* XI, xxxvi, 1 — *Patr. Lat.* xxv [ed. 1884], col. 339 B).

XXXII

[*Q. S. FL. TERTVLLIANI*]

ADVERSVS IVDAEOS

CVRA ET STVDIO

AEM. KROYMANN

MONITVM

F codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.

G codex amissus Gorziensis, quem adhibuit Rhenanus in editione sua tertia.

N codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9, saec. XV.

P codex Scelestadtensis 439, saec. XI (Paterniacensis).

T codex Trecensis 523, saec. XII.

Φ codex Fuldensis amissus, cuius uariae lectiones ex collatione Francisci Modii Aldenburgensis congestae sunt in adpendice editionis Iunianae, Franekerae, 1597.

φ codex Parisinus Latinus 13.047, saec. IX-X.

R[1] editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521 (codicibus Paterniacensi et Hirsaugiensi superstructa).

R[2] editio tertia Beati Rhenani, Basileae, 1539.

R consensus harum editionum.

B editio Martini Mesnartii, Parisiis, 1545.

Textum exhibemus editionis Aemilii Kroymann (C. S. E. L., uol. LXX, Vindobonae, 1942), pauca emendantes iuxta J. W. Ph. Borleffs (*Museum. Maandblad voor Philologie en geschiedenis*, L, 1943, p. 248 sq.).

Hic locus non est dirimendi quaestionem illam perarduam, sitne genuinus Septimii foetus tractatus ‚aduersus Iudaeos' inscriptus. Plerique consentiunt cap. I-VIII Tertullianum habere auctorem ; quod uero sequitur inde a cap. IX usque in finem libelli alium calamum patefacit, et quidem minus peritum ; attamen nonnullas sententias haurire uidetur ex schedis plagulisque imperfectis ipsius Tertulliani. Vide quae animaduertit Kroymannus noster in fronte cap. IX necnon in prolegomenis editionis suae Vindobonae euulgatae, p. XLIV.

Vir saepe laudatus G. Quispel suspicatus est et haud spernendis certe argumentis propugnauit compositorem illum non alium esse quam ‚fratrem dehinc apostatam', qui Tertulliani primum opusculum 'aduersus Marcionem' iam fraude asportauerat (*Aduersus Marcionem*, I, 1, 1) (cfr G. Quispel, *De bronnen van Tertullianus' Aduersus Marcionem*, Lugduni Batauorum, 1943, p. 61-79).

Vt ut res sint, libellus 'aduersus Iudaeos' plura continet quae reuera Tertulliani sunt, at manus aliena nonnulla mutauit uel auxit. Et hoc quidem, ut nobis uidetur, tam in prima parte libelli quam in altera, ut patet u. g. ex uerbis S. Scripturae hinc illincque allatis. Vide, quaeso, quae arguunt F. C. Burkitt (*The Old Latin and the Itala*, Cantabrigiae, 1896, p. 7 et 29 sq.) et P. Capelle (*Le texte du psautier latin en Afrique*, Romae, 1913, p. 6 sq.) et H. Koch (*Tertullianisches I*, in *Theologische Studien und Kritiken*, CI, 1929, p. 462 sq.).

ADVERSVS IVDAEOS V 251

I. **1.** Proxime accidit : disputatio habita est Christiano et proselyto Iudaeo. Alternis uicibus contentioso fune uterque diem in uesperam traxerunt. Obstrepentibus etiam quibusdam ⟨in⟩expertibus singulorum nubilo quodam ueritas obumbrabatur. Placuit ergo, uel quod per concentum disputationis minus plene potuit dilucidari, curiosius inspectis lectionibus, stilo quaestiones retractatas terminare. **2.** Nam occasio quidem defendendi etiam gentibus ibi diuinam gratiam hinc habuit praerogatiuam, quod sibi uindicare dei legem instituerit homo ex gentibus nec de prosapia Israëlitum Iudaeus. **3.** Hoc enim sat est, posse gentes admitti ad dei legem, ne Israël adhuc superbiat, quod gentes uelut stillicidium situlae aut puluis ex area deputentur. Quam- V 252
quam habeamus ipsum deum idoneum pollicitatorem et fidelem sponsorem, qui Abrahae promiserit, quod in semine eius benedicerentur omnes nationes terrae, et * quod ex utero Rebeccae duo populi et duae gentes essent processurae, utique Iudaeorum, id est Israëlitum, et gentium, id est noster. **4.** Vterque ergo et populus et gens est appellatus, ne de nominis appellatione priuilegium gratiae sibi quis

---

I. **14** *cf.* Es. 40, 15   **16** *cf.* Gen. 22, 18. 26, 4. 28, 14 ; Act. 3, 25   **17** *cf.* Gen. 25, 23

I. **1** INCIP̄ ADVERSVS IVDEOS EIVSDĒ *P*, INCIP̄ TERTVLLIANI LIB̄ ADVERSVS IVDEOS *NF*. *Non comparet titulus in cod. T, sed in fine libelli legitur* FINIT ADV̄SVS IVDEOS. *'Contra Iudaeos' inscriptus fuisse hic liber uidetur in deperdito cod. Fuldensi (Φ), si fidem habere uelis ueteri bibliothecae Fuldensis catalogo saeculo decimo sexto conscripto (cf. C. Schrader apud F. Falk : Beiträge zur Rekonstruktion der alten bibliotheca Fuldensis, Leipzig 1902, p. 106), cum quo consentit indiculus cod. miscellanei Parisini 13047 (φ) : ego alterius memoriae auctoritatem sequi malui, praesertim cum in reliquis omnibus libris polemicis praepositionem 'aduersus' praeferat titulus* **3** proselito *TPF*, prosellito *N*   **5** ⟨in⟩expertibus *scripsi* (inexpers *pro* inexpertus *et apud alios occurrit*) : ex partibus *TΦ*, spectantibus *PNFR*   singulorum] singula = *Einzelheiten*   **6** obumbratur *T*   uel quod (*schon weil*) *scripsi* : ut quod *T* (*uocula* ut *linea subscripta deleta est*) *PNF*, quod R *uulgo*   contentum *Scal.*   **7** potuit dilucidari] *scil. ueritas*   curiosius inspectis *T*, curiosius inspici et *NF*, inspici curiosius et *PR uulgo*   **8** lectionibus] *h. e. scripturae locis*   stilo] *i. e. libello*   retractatas *PNFR*, retractabat *Φ*, praetractatas *T*   exterminare *F*   **9** defendende *F*   ibi (*h. e. in illa altercatione*) *scripsi* : sibi *TPNFR*, *deleri uult. Iun. adstipulante Oehlero*   **10** hinc habuit *TNF*, habuit hinc *PR uulgo*   **13** ne adhuc] *i. e. ut non iam* (*cf. Ho., Synt. u. Stil p. 110*)   ad hoc *T*   quod *TPR*, quod ut *NF*   **14** situlae *PNFR*, de urceo *T* (*lectio Vulgatae*)   **16** promiserit *TΦF*, promiserat *PNR*   **17** omnes *om. PR*   *lacunam signaui* : Isaac *intercidisse puto*   **19** israelitum *T* (*cf. l. 19*) israelis *PNFR*, israel *Pam.*   **20** noster *TPNF* (*cf. infra l. 31 et 49*), nostrae *Φ Oehler*   et populus *TPNF*, populus *R uulgo*

audeat defendere. Duos etenim populos et duas gentes processuras ex unius feminae utero deus destinauit, nec discreuit gratiam in nominis appellatione, sed in partus editione, ut, qui prior esset de utero processurus, minori subiceretur, id est posteriori. Sic namque locutus est ad Rebeccam dicens deus : *Duae gentes in utero tuo sunt, et duo populi de utero tuo diuidentur, et populus populum superabit, et maior seruiet minori.* **5.** Itaque cum populus seu gens Iudaeorum anterior sit tempore et maior per gratiam primae dignationis in lege, noster uero minor aetate temporum intellegatur, utpote in ultimo saeculi spatio adeptus notitiam diuinae miserationis, procul dubio secundum edictum diuinae elocutionis [prior] maior populus, id est Iudaicus, V 253 seruiat necesse est minori, et minor populus, id est Christianus, superet maiorem. **6.** Nam et secundum diuinarum scripturarum memorias populus Iudaeorum, id est antiquior, derelicto deo idolis deseruiuit et diuinitate abrelicta simulacris fuit deditus, dicente populo ad Aaron : *Fac nobis deos, qui nos antecedant.* Quodcum ex monilibus feminarum et anulis uirorum aurum ab his esset igne conflatum et processisset eis bubulum caput, huic figmento uniuersus Israël abrelicto deo honorem dederunt dicentes : *Hi sunt dii, qui nos excierunt de terra Aegypti.* **7.** Sic [namque] posterioribus temporibus, quibus reges eis imperabant, et cum Hieroboam uaccas aureas et lucos colebant et ⟨cum Achab⟩ Bahali se mancipabant. Vnde probatur eos semper idololatriae crimine reos designatos ex instrumento diuinarum

---

25 *cf. ib.* **27** *ib.* **39** Exod. 32, 23 **40** *cf. ib.* **42** *cf. ib.* **43** Exod. 32, 4. 8 **45** *cf.* III Reg. 12, 28 **46** *cf.* III Reg. 14, 15. *cf.* III Reg. 16, 31

---

23 processura *F* **24** gratiam *TPNFR*, gratia *Φ Oehler* pertus *F* **25** qui *om. F* **26** subiaceretur *F* posterior *P* **26***sq.* loquutus est ad rebeccam dicens deus *T*, ad rebeccam deus locutus est dicens *N*, ad rebeccam deus locutus est *PFR uulgo* **28** de utero *Φ*, ex utero *T*, de uentre *PNFR uulgo* (*lectio Vulgatae*) **30** genteș *T* (*del.* te *m. 1*) tempere *F* **31** minor *in litura a m. 2 T* **32** intellegatur utpote in ultimo *ΦT*, de rebecca de duobus populis intelligitur id posse in ultimo *PNF* (*irrepsit inter uerba nota marginalis, unde corruptela* id posse *orta est*) **33** secundum *TPNFR*, per *Φ Oehler* (*sic et in sequentibus saepius uariat lectio ; cf. quae adnotaui infra ad p. 259, 26*) **33***sq.* dictum *PN* **34** elocutionis *ΦTR*, locutionis *PNF* prior *seclusi* : prior maior *ΦTPN*, prior *F*, prior ⟨et⟩ maior *Vrs.* **36***sq.* diuinarum scripturarum *Φ T*, *om. PNFR* **37** populus Iudaeorum ⟨maior⟩ *Vrs.* (*cf. infra l. 49*) **38** deseruiuit *ΦTPNF Oehler*, seruiuit *R reliqui* abrelicta *PNT m. 1*, derelicta *T m. 2*, relicta *F* **40** antecedant *PNFR*, praecedant *T* (*lect. Vulgatae*) quodcum *T*, quod cum *PNFR uulgo* **41** ab his esset *T*, fuisset *PNFR uulgo* **42** et processisset eis b. c.] *καὶ ἐξῆλθεν ὁ μόσχος οὗτος* huic *T* (*in ras. a m. 2*) *Gel.* : cui *PNFR* **43** abrelicto] relicto *Vrs. Rig.* dii *TPF*, dei *NR uulgo* **44** excierunt *scripsi* (= *ἀνεβίβασάν σε* = he'elûdā *cf. etiam De pat. c. 5* (= *III p. 9, 19* ; extractus) ; eicerunt *T*, eiecerunt *PNFR uulgo* namque *seclusi* (*irrepsisse uidetur ex l. 26 et 52*) ; sic namque *PNFR*, signa quae *T* **46** cum Achab *addidi* **47***sq.* idololatriae *N*, idolatriae *rell. omnes*

scripturarum. Noster uero populus, id est posterior, relictis idolis, quibus ante deseruiebat, ad eundem deum conuersus est, a quo Israël, ut supra memorauimus, abscesserat. **8.** Sic namque populus minor, id est posterior, populum maiorem superauit, dum gratiam diuinae dignationis con- V 254 sequitur, a qua Israël est repudiatus.

II. **1.** Igitur gradum conferamus, et summam quaestionis ipsius certis lineis terminemus. Cur etenim deus, uniuersitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plasmator, uniuersarum gentium sator, legem per Moysen uni populo dedisse credatur et non omnibus gentibus attribuisse dicatur ? **2.** Nisi enim omnibus eam dedisset, nullo pacto ad eam etiam proselytos ex gentibus accessum habere permitteret. Sed, ut congruit bonitati dei et aequitati ipsius, utpote plasmatoris generis humani, omnibus gentibus eandem legem dedit, quam certis statutis temporibus obseruari praecepit quando uoluit et per quos uoluit et sicut uoluit. Namque in principio mundi ipse Adae et Euae legem dedit, ne de fructu arboris in medio paradisi ederent, quod, si contra fecissent, morte morerentur. Quae lex eis sufficeret, si esset custodita. **3.** In hac enim lege Adae data omnia praecepta condita recognoscimus, quae postea pullulauerunt data per Moysen, id est : *Diliges dominum deum tuum de toto corde tuo et ex tota anima tua*, et : *Diliges proximum tibi tamquam te ipsum*, et : *Non occides, non moechaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices, honora pa-* V 255 *trem tuum et matrem tuam* et *alienum non concupisces.* **4.** Primordialis enim lex data est Adae et Euae in paradiso quasi matrix omnium praeceptorum dei. Denique si domi-

---

II. **12** *cf.* Gen. 2, 17 **13** *cf.* Gen. 2, 9 **17** Deut. 6, 5 **18** Leu. 19, 18 **19** Exod. 20, 13 **20** Exod. 20, 14. Exod. 20, 15 **21** Exod. 20, 16. Exod. 20, 12 **22** Exod. 20, 17

---

49 populus *T*, populus minor *PNFR uulgo* **50** seruiebat *R* deum *om. R* **51***sq.* abcesserat *F* **52***sq.* sic namque .... superauit *om. P* (*add. haec in mg. Rhen. ex Hirsangiensi*) **53** gra͂ = gratias *T* **54** repudiçiatus *T* (*corr. m. 1*)

II. **1** quaestionem *F* **2** terminemus *TNF*, determinemus *PR uulgo* **3** blasmator *P* **5***sq.* et non .... dicatur *om. P* (*add. haec in mg. Rhen. ex Hirsangiensi libro*) gentibus *om. T* **6** eam omnibus *N* **7** proselitos *PF*, prosellitos *N* excessum *F* **8***sq.* plasmatori *T*, blasmatoris *P* **10** statutis *Φ*, et statutis *TPNFR uulgo* (*sed agnoscendus est ablatiuus qui dicitur absolutus*) **11** et per quos uoluit *om. T* **12** ipse *scripsi* (*cf. infra l. 15* : praecepta .. data *per Moysen*), ipsi *libri et uulgo* **13** arboris in medio *T*, arboris plantatae in medio *PNFR uulgo*

17 diligis *T* (i *in* e *corr. m. 1*) **18** et (*prius*) *om. F* **19** tibi *TPN*, tuum *F* ipsum *T*, *om. PNFR uulgo* **20** furaberis *Φ*, fraudaberis *F*, fraudaueris *TPN* non falsum testimonium dices *TN*, falsum testimonium non dices *PFR uulgo* **21** tuam *T*, *om. PNFR uulgo* **22** enim lex data est *ΦT*, lex est

num deum suum dilexissent, contra praeceptum eius non fecissent; si proximum diligerent, id est semetipsos, persuasioni serpentis non credidissent atque ita in semetipsos homicidium non commisissent, excidendo de immortalitate faciendo contra dei praeceptum. **5.** A furto quoque abstinuissent, [si de fructu arboris non clam degustassent] nec a conspectu domini dei sui sub arbore delitescere gestissent, nec falsum adseueranti diabolo mendacii participes efficerentur credendo ei, quod similes dei essent futuri, atque ita nec dominum deum offendissent ut patrem, qui eos de limo terrae quasi ex utero matris figurauerat, si alienum non concupiscentes de fructu inlicito non degustassent. **6.** Igitur in hac generali et primordiali dei lege, quam in arboris fructu obseruari deus sanxerat, omnia praecepta legis posterioris, specialiter indita, fuisse cognoscimus, quae suis temporibus edita germinauerunt. Eiusdem est enim postea superducere legem, qui ante praemiserat praeceptum, quoniam et ipsius est erudire postea, qui antea iustos formare V 256 instituerat. **7.** Quid enim mirum, si is auget disciplinam qui instituit, si is perficit qui coepit? Denique ante legem Moysei scriptam in tabulis lapideis legem fuisse contendo non scriptam, quae naturaliter intellegebatur et a patribus custodiebatur. Nam unde Noë iustus inuentus, si non illi naturalis legis iustitia praecedebat? unde Abraham dei amicus deputatus, unde fides statim, si non de aequitate et iustitia legis naturalis? unde Melchisedech sacerdos dei summi nuncupatus, si non ante Leuiticae legis sacerdotium Leuitae fuerunt, qui sacrificia deo offerebant? **8.** Sic etenim post supra scriptos patriarchas data lex est Moysi eo tempore, posteaquam ab Aegypto excesserunt, post interualla⟨ta⟩ temporum

28 *cf.* Gen. 2, 17 **30** *cf.* Gen. 3, 7. 8 **31** *cf.* Gen. 3, 5 **33** *cf.* Gen. 2, 7 **46** *cf.* Gen. 6, 9 **48** *cf.* Gen. 15, 6. Rom. 4, 3; *cf.* Iac. 2, 23 **49** *cf.* Gen. 14, 18; *cf.* Ps. 110, 4; *cf.* Hebr. 5, 9

enim data *PNF* paradyso *T* **25***sq.* persuasioniṣ (s *eras.*) *T* **26** ita *om. F* **27** excidendo *ΦF*, excedendo *TPN* **28** facientes *T* **29** si .... degustassent *seclusi* (*cf. infra l. 34. 35*) si *ΦT*, et *PNFR* non clam *NF*, non clan *T* (*sed uocula* clan *linea infra scripta deleta est*) **30** dei sui *ΦT*, dei nostri *PNFR* **31** aduersanti *N* mendacii *T*, *om. PNFR uulgo* particeps *T* **32** dei *ΦTF*, deo *PNR* **33** dominum deum *scripsi* : dnm *T*, deum *PNFR uulgo* **35** concupiscentes *T*, concupiscerent *PNFR*, concupissent *Φ Oehler* gustassent *PR* **36** in *om. PNR* **40** superducere *T Oehler* : subducere *Φ*, docere *PNFR* **41** antea *OTNF*, ante *PR* **43** perficit *TPR*, proficit *NF Oehler* moysei *T*, moysi *PNFR uulgo* **44***sq.* *uerba* in tabulis — — — non scriptam *in T paulo infra post uerba* a patribus custodiebatur *comparent* **46** si non illi *ΦPNFR*, si nulla *T* non illi] *scil. legi Moysī* **47** iustitia *TPNFR*, iustitia, unde fides statim *Φ* procedebat *Φ* **48** dei amicus *T*, amicus dei *PNFR* *uerba* unde fides statim (*cf. Φ in uersu antecedenti*) *hic inserui* **51** sic] *i. e. his praestructis dei dispositionibus* etenim *T*, enim *PNFR* **53** posteạ (ea *expunxit m. 1*) *T* interualla-

multorum spatia. Denique post quadringentos et triginta annos ⟨ab⟩ Abrahae Moysi data est lex. **9.** Vnde intellegimus dei legem etiam ante Moysen nec in Choreb tantum aut in Sina, nec in eremo primum, sed [antiquiorem] primum in paradiso, post deinde patriarchis, atque ita et Iudaeis certis temporibus datam, quando uoluit, et certis temporibus reformatam, ut non iam ad Moysei legem ita adtendamus, quasi ad principalem legem, sed ad subsequentem, V 257 quam certo tempore deus et gentibus exhibuit repromissam per prophetas et in melius reformauit, ut praemonuit futurum; ut, sicuti certo tempore data est lex per Moysen, ita temporaliter obseruata et custodita credatur. **10.** Nec adimamus hanc dei potestatem pro temporum condicione legis praecepta reformantem in hominis salutem. Denique qui contendit et sabbatum adhuc obseruandum quasi salutis medellam et circumcisionem octaua die propter mortis comminationem, doceat ⟨et⟩ in praeteritum iustos sabbatizasse aut circumcidisse et sic amicos dei effectos. **11.** Nam si circumcisio purgat hominem, deus Adam incircumcisum cum faceret, cur eum non circumcidit uel posteaquam deliquit? [si purgat circumcisio] Certe in paradiso constituens eum, incircumcisum ⟨nec sabbatizantem⟩ colonum paradiso praefecit. **12.** Igitur, cum neque circumcisum neque sabbatizantem deus Adam instituerit, consequenter quoque sobolem eius, Abel, offerentem sibi sacrificia, incircumcisum nec sabbatizantem laudauit, accepto ferens quae offerebat in simplicitate cordis et reprobans sacrificium fratris eius Cain, qui quod offerebat non recte diuidebat. **13.** Noë quoque incircumcisum deus et non sabbatizantem de diluuio libera- V 258

54 *cf.* Gal. 3, 17 **63** *cf.* Es. 56, 6. *cf.* Ier. 31, 31—34 **79** *cf.* Gen. 4, 4. *cf.* Gen. 20, 5. Sap. 1, 1. Act. 2, 47 *et saepius* **80** *cf.* Gen. 4, 5 **81** *cf.* Gen. 6, 7. 8 **82** *cf.* Gen. 5, 24

⟨ta⟩ *scripsi* : interualla *ΦT*, interuallum *PNFR* **53***sq.* temporum multorum *PR*, temporum et multorum *T*, multorum temporum *NF* **54** spatia *Φ T*, et spatia *PNFR uulgo* denique] *i. e. nam* **55** ab *addidi* : ab Abrahae *scil. lege* moysi *T*, *om. PNFR* lex *om. NF* **57** syna *T*, syria *F* nec in *T*, et in *PNFR uulgo* antiquiorem *seclusi* **58** post deinde *TNFR*, post *P*, deinde *Φ* **59***sq.* datam, quando uoluit, et certis temporibus *T*, *om. PNFR* (*Φ*) **60** moysei *T*, moysi *PNFR* **62** et gentibus] in gentibus *T* **62***sq.* et repromissam *T* (*linea infra scripta del. et m. 1*), et repromissam *PNFR uulgo* **63** et in *T*, in *PNFR uulgo* ut *scripsi* : et *TPNFR* **64** futuram *T* **67** salute *PN* **68** ad hoc *T* **69** medellam *T*, medelam *PNFR* octaua die *T*, octaui diei *PNFR et uulgo* **70** et *addidi* **74** si purgat circumcisio *seclusi* (*quamuis defendente Lfst., Zur Spr. Tert. p. 75; intolerabilis enim eorundem uerborum repetitio destruit etiam clausulam optimam* : posteaquam deliquit, *quae in uocabulo* circumcisio *desideratur*) **75** nec sabbatizantum *addidi* **76** paradiso *T*, paradisi *PNFR uulgo* **78** sibi *om. F* **79** acceptọ (a *suprascr.*) ferensq (e *suprascr.*) *T* (*corr. m. 1*) **80** et in simplicitate *T* (*expunxit* in *m. 1*) **81** cain *om. PR* **82** et non *T*, sed et non

uit. Nam et Enoch iustissimum non circumcisum nec sabbatizantem de hoc mundo transtulit, qui necdum mortem gustauit, ut aeternitatis candidatus iam nobis ostenderet nos quoque sine onere legis Moysei deo posse placere. **14.** Melchisedech quoque, summi dei sacerdos, incircumcisus et non sabbatizans ad sacerdotium dei electus est. Probatus et Loth, frater Abrahae, quod pro meritis iustitiae suae sine legis obseruatione de Sodomitarum incendio sit liberatus.

III. **1.** 'Sed Abraham', inquies, 'circumcisus'. Est, sed ante deo placuit, quam circumcideretur. Nec tamen sabbatizauit. Acceperat enim circumcisionem, sed quae esset in signum, [temporis illius] non in salutis praerogatiuam. Denique sequentes patriarchae incircumcisi fuerunt, ut ⟨et⟩ Melchisedech, qui ipsi Abrahae iam circumciso, reuertenti de proelio, panem et uinum obtulit incircumcisus. 'Sed et filius', inquis, 'Moysi tum ab angelo praefocatus fuisset, si non Seffora mater eius calculo praeputium infantis circumcidisset.' Vnde dicunt circumcisi omnes maximum periculum esse, si praeputium carnis quis non circumciderit. **2.** Atquin, si salutem circumcisio omnimodo adferret, etiam ipse V 259 Moyses in filio suo non intermisisset, quominus octaua die eum circumcideret. Quando ⟨autem⟩ constet Sefforam coactam ab angelo id fecisse in itinere, consideremus id quoque, quod non potuerit unius infantis coacta circumcisio omni populo praescribere et quasi legem huius praecepti condere. **3.** Nam prouidens deus, quod hanc circumcisionem in signum, non in salutem, esset daturus populo Israël, idcirco filium Moysi, ducis futuri, instigat circumcidi, ut,

89 *cf.* Gen. 14, 18. *cf.* Gen. 19, 18.

III. 3 *cf.* Gen. 17, 11. 14 — 7 *cf.* Gen. 14, 18 — 14 *cf.* Exod. 4, 24—26

PNFR uulgo **83** iustum *T* **85** candidatos *TF* **86** onere legis *T*, legis onere *PNFR* moysei *T*, moysis *PNFR* **88** electus *T*, adlectus *PNFR uulgo* probatus et *T* (*sed s. l. add. m. 1* : probauit), probat et Φ, et probatus *PF*, et approbatus *N* **89** suae *om. Oehler*

III. **1** inquies *T*, inquis *PNFR*, inquit *Gel.* circumcisus. Est, sed *scripsi* : circumcisus est. sed *uulgo distinguitur* **2** circumcideretur. Nec tamen *scripsi* : circumcideretur, nec tamen *uulgo distinguitur* **4** signum *R*, signo *TPNF* temporis illius *seclusi* (*cf. infra l. 19*) **5** et *addidi* **8** inquis *T* (*s ex t a m. 1*) tum R, cum *T* (*sed linea infra scripta deleuit m. 1*) *PNF* **9** seffora *TP*, sephora *NF* **10***sq.* unde .... circumciderit (*l. 11*) *om.* Φ dicunt *T*, inquit *PNFR uulgo* circumcisi omnes *scripsi* : circumcisionis *TNF*, *om. PR uulgo* **11** esse *T*, est *PNFR uulgo* **11***sq.* atquin Φ, et ideo *TPNFR* **12** adferret Φ*T*, adfert *PNFR* **13** moses Φ interemisset *N* **14** eum circumcideret *T*, circumcideret eum *PNFR uulgo* *post* circumcideret *grauius distinxi* quando *TPNFR*, cum Φ *Rig. Oehler* autem *addidi* sephoram *NF* **14***sq.* coacta *F* **15** *post* itinere *leuius distinxi* id quoque *scripsi* : itaque *TPNFR uulgo* **17***sq.* condere Φ, condere in salutem *TPNFR* (i. s. *ex insequenti uersu irrepsisse uidetur*)

cum coepisset per eum populo dare praeceptum circumcisionis, non aspernaretur populus, uidens exemplum istud in ducis filio iam celebratum. **4.** Dari enim habebat circumcisio, sed in signum, unde Israël in nouissimo tempore dinosci haberet, quando secundum sua merita in sanctam ciuitatem ingredi prohiberetur secundum uerbum prophetarum dicentium : *Terra uestra deserta, ciuitates uestrae igni exustae, regionem uestram in conspectu uestro extranei comedent, et deserta et subuersa a populis extraneis derelinquetur filia Sion, sicut casa in uinea et sicut custodiarium in cucumerario et quasi ciuitas quae expugnatur.* **5.** Cur ita ? quoniam subsequens sermo prophetae exprobrat eis dicens : V 260 *Filios genui et exaltaui, ipsi autem reprobauerunt me.* Et iterum : *Et si extenderitis manus uestras, auertam faciem meam a uobis ; et si multiplicaueritis preces, non exaudiam uos ; manus enim uestrae sanguine plenae sunt.* Et iterum : *Vae gens peccatrix, populus plenus peccatis, filii scelesti, dereliquistis dominum, et ad indignationem prouocastis sanctum Israël.* **6.** Haec igitur dei prouidentia fuit, dandi circumcisionem Israël in signum, unde dinosci possent, cum adueniret tempus, cum pro meritis suis supradictis in Hierusalem admitti prohiberentur ; quod et quia futurum erat, nuntiabatur, et quia factum uidemus, recognoscimus. **7.** Sic ergo circumcisio carnalis, quae temporalis erat, imbuta est in signum populo contumaci, ut spiritalis data est in salutem populo obaudienti, dicente Hieremia : *Innouate uobis nouitatem et ne seminaueritis in spinis : circumcidimini deo et circumcidite praeputium cordis uestri.* Et alio loco dicit :

27 Es. 1, 7. 8 — 33 Es. 1, 2 — 34 Es. 1, 15 — 37 Es. 1, 4 — 46 Hier. 4, 3. 4

22 non *TPR*, ut non *NF* **23** ducis filio Φ*T*, ducis (iudicis *PR*) filium *PNFR* **24** in (*alterum*) Φ *TN*, *om. PFR* **26** secundum *TPNR*, per Φ*F Rig. Oehler : haec corruptela, quae saepissime occurrit in hoc libello, orta est procul dubio ex similitudine ligaturarum* ꝓ *i. e.* secundum *et* ꝑ *i. e.* per *Visigothicae quae dicitur scriptioni sollemnium* uerbum *T*, uerba *PNFR uulgo* **26***sq.* prophetarum] *plurali utitur numero, etsi de uno Esaia sermo est, ex ea consuetudine qua* lex *et* prophetae *inter se opponuntur* **28** extranei Φ*F*, exteri *T*, alieni *PNR* **30** syon *T* (*pro more*) ut casa *T* custodiaria *T* **31***sq.* cur ita ? quoniam Φ, cur itaque ? quoniam T, et ideo *PNF* **32** eis Φ*T*, eis esaias *PNF* **33** genui Φ*T*, generaui *PNF* reprobauerunt Φ, spreuerunt *TPNF* (*lectio Vulgatae*) **34** iterum et *om. T* uestras *om. PNFR uulgo* **36** iterum *om. T* **37** scelesti Φ*T*, scelerati *PNF* (*lectio Vulgatae*) **38** ad Φ*T*, in *PNFR* prouocastis Φ, misistis *TPNF* **40** possent Φ*N*, posset *TPFR uulgo* **41** cum pro *T*, quod *PNF*, quo R *uulgo* **42** prohibentur *T* **43***sq.* sic ergo *T*, sicut ergo *PNFR*, sicut enim Φ **44** imbuta] tributa *Rig.*, *sed cf. De pudic. c. 2 = I p. 270, 12* **45** ut *scripsi* : at *T*, ita *PNF* spiritalis Φ*NF*, spiritalis circumcisio *TP* data est Φ*T*, est *PNFR* **46** hieremia *T*, propheta hieremia *PNFR uulgo* **47** nouitatem *om.* Φ *Rig. Oehler* ne seminaueritis Φ*T*, nolite seminare *PNFR* **48***sq.* et alibi : ecce *N*

Ecce enim dies ueniunt, dicit dominus, et disponam domui Iudae et domui Iacob testamentum nouum, non tale quale dedi patribus eorum in die, qua eos eduxi de terra Aegypti. **8.** Vnde intellegimus et priorem circumcisionem tunc datam cessaturam et nouam legem, non talem qualem iam dederat patribus, processuram adnuntiari, sicut Esaias praedi- V 261
cabat dicens, quod in nouissimis diebus manifestus futurus esset mons domini et domus dei super uertices montium : *et exaltabitur,* inquit, *super colles, et uenient super illum omnes gentes, et ambulabunt multi et dicent : uenite, ascendamus in montem domini et in domum dei Iacob,* non in Esau prioris filii, sed Iacob sequentis, id est populi nostri, cuius mons Christus est, sine manibus concidentium praecisus, implens omnem terram apud Danielem ostensus. **9.** Denique ex hac domo dei Iacob etiam legem nouam processuram sequentibus uerbis adnuntiat Esaias dicens : *de Sion enim exiet lex et uerbum domini ex Hierusalem, et iudicabit inter gentes,* id est inter nos, qui ex gentibus sumus uocati : *et concident,* inquit, *gladios suos in aratra et lanceas suas in falces, et non accipiet gens super gentem gladium, et iam non discent pugnare.* **10.** Qui igitur intelleguntur alii quam nos, qui in noua lege edocti ista obseruamus, obliterata ueteri lege, cuius abolitionem futuram actu ipso praedemonstrabat ? Nam uetus lex et ultione gladii se uindicabat et oculum pro oculo eruebat et uindicatam iniuriam retribuebat, noua autem lex clementiam designabat et pristinam ferocitatem gladiorum et lancearum ad tranquillitatem conuertebat et belli pristinam in aemulos V 262
et hostes executionem in pacificos actus arandae et colendae terrae reformabat. **11.** Igitur sicuti, supra quod ostendimus, uetus lex et circumcisio carnalis cessatura pronuntiata est, ita et nouae legis et spiritalis circumcisionis ob-

49 Hier. 31, 31. 32 **55** *cf.* Es. 2, 2 **57** Es. 2, 2. 3 **61** *cf.* Dan. 2, 34 **62** *cf.* Dan. 2, 35 **64** *cf.* Es. 2, 3 **67** *cf.* Es. 2, 4 **73** *cf.* Leu. 24, 20 ; *cf.* Matth. 5, 38 **74** *cf.* Exod. 22, 1—6 ; *cf.* Matth. 5, 39—42 **75** *cf. ib.*

49 uenient *PR uulgo* **51** dedi *TN*, iam dedi *PFR uulgo* qua *T*, quo *PNFR uulgo* **54***sq.* praedicabat *T*, praedicauit *PNFR uulgo* **56** uerticem *F* **57** illum] eum *T* **59** domini *om. F* non in *TP*, non est in *FRmg*, non inest in *N* **60** sed *T*, sed in *PNFR uulgo* **69** pugnare. qui (quid *T*) igitur *ΦT*, proeliari igitur *PNF* **70** in noua *T*, noua *PNFR uulgo* **70***sq.* obseruabamus *T* (*expunxit m. 1*) **71** abolitionem *TR*, obolitionem *PNF* **72** actu ipso *scripsi* : actu** *T* (*duae litterae erasae sunt, quae fuisse uidentur* : p̄o), actus ipse *PNFR uulgo* praedemonstrabat *T*, demonstrabat *PNFR uulgo* uetus lex et *scripsi* : et uetus lex *T*, uetus lex *PNFR uulgo* **72***sq.* ultionem gladiis euindicabat *NF* **73***sq.* uindicatam *T*, uindictam *PNFR* **74** iniuriam *TF*, iniuriae *PNFR* lex *om. PN* **76** belli et *Φ* pristina *PNFR* in *om. Φ* aemulos legis *PR uulgo* **77** executione *Φ* pacificis *NF* **78***sq.* quod ostendimus *PNF*,

seruantia in pacis obsequio eluxit. Prophetae enim nuntiarunt : *Populus autem,* inquit, *quem non noueram, seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mihi.* **12.** Quis autem populus, qui deum ignorabat, nisi noster, qui retro deum nesciebamus ? et quis in auditu auris obaudiuit ei, nisi nos, qui relictis idolis ad deum conuersi sumus ? **13.** Nam Israël, qui deo fuerat cognitus quique ab eo in Aegypto exaltatus fuerat et per Erythraeum pelagus transuectus, quique in eremo, mancipatus ei XL annis, ad instar ⟨erat⟩ aeternitatis redactus, nec humanis passionibus contaminatus aut saeculi huius cibis pastus sed angelorum panibus manna cibatus satisque beneficiis deo obligatus, domini et dei sui oblitus est dicens ad Aaron : *Fac nobis deos, qui nos antecedant ; Moyses enim ille, qui nos eduxit de terra Aegypti, dereliquit nos, et quid illi acciderit, nescimus.* Et ideo nos, V 263
qui non populus dei retro, facti sumus populus eius, accipiendo quoque et nouam legem supra dictam et nouam circumcisionem ante praedictam.

IV. **1.** Sequitur itaque ut, quatenus circumcisionis carnalis et legis ueteris abolitio expuncta suis temporibus demonstratur, ita sabbati quoque obseruatio temporaria fuisse demonstretur. Dicunt enim Iudaei, quod a primordio sanctificauerit deus diem septimum, requiescendo in eo ab omnibus operibus suis quae fecit, et inde etiam Moysen dixisse ad populum : *Mementote diem sabbatorum, sanctificare eum ; omne opus seruile non facietis in eo,* praeterquam quod ad animam pertinet. **2.** Vnde nos magis intellegimus

82 Ps. 17, 45 **87** *cf.* Ps. 77, 12 **88** Ps. 77, 13 **89** *cf.* Deut. 8, 4 **90** *cf.* Ps. 77, 24. 25. *cf.* Exod. 16, 4 **91** *cf.* Deut. 8, 16 **92** *cf.* Ps. 77, 11 **93** Exod. 32, 1

IV. **5** *cf.* Exod. 20, 11 **7** Exod. 20, 8 **8** Exod. 20, 10. *cf.* I Maccab. 2, 40

ostendimus quod *TR uulgo* **81** obsequio *T*, obsequia *PNFR uulgo* **81***sq.* prophetae enim nuntiarunt] *haec uerba, quae in libr. mss. paulo infra l. 83 post uerba* obaudiuit mihi *leguntur, huc transtuli* enim nuntiarunt *scripsi* : enimciarunt *T*, adnuntiauerunt *PNFR uulgo* **82** autem *T*, enim *PNFR* **83** in *om. T* obauditu *ΦT*, auditu *PNFR* audiit *Φ* **86** relictis — — — conuersi sumus *om. F* **87** fuerat exaltatus *N* **88** eryhterium *T* pelagus *T* (*litt.* s *in ras. a m. 1*), pelagum *PNFR uulgo* transuectus *TF*, transuectus est *PNR uulgo* **89** mancipatus ei *scripsi* (*cf.* sui nos mancipamur *Apologeticum c. 21*) : manna cibatus et *T*, manna cibatus *PNFR uulgo* erat *addidi* **90** contaminatus] condempnatus *F* manna] *secludi uult C. Prinz, defendens supra l. 89* mama cibatus XL annis **93***sq.* antecedant *ΦT*, praecedant *PNFR* **94** eduxit *T*, eciuit *N*, eiecit *PFR uulgo, an* exciuit ? **95** dereliquit nos *om. F* **97** quoque *T*, *om. PNFR uulgo* et nouam legem, supra *scripsi* : nouam legem et supra *TPNFR*

IV. **1** quatenus] *i. e. quoniam* quatinus *T* (*superscr.* quia *m. 1*) **2** expuncta] *i. e. absoluta* **3** ita *R*, *itaque TPNF* temporaria *TΦ*, temporalia *NF*, temporalis *PR* **9** magis intelligimus *T*, intellegimus magis *PNFR*

sabbatizare nos ab omni opere seruili semper debere et non tantum septimo quoque die, sed per omne tempus. Ac per hoc quaerendum nobis, quod sabbatum nos deus uelit custodire. Nam sabbatum aeternum et sabbatum temporale scripturae designant. Denique inquit per prophetam : *Sabbata u e s t r a odit anima mea*, et alibi per prophetam : *Sabbata m e a*, inquit, *profanastis.* **3.** Vnde dinoscimus sabbatum temporale esse humanum, et sabbatum aeternum censeri diuinum, de quo per Esaiam praedicat : *Et erit*, inquit, *mensis ex mense et dies de die et sabbatum de sabbato, et ueniet* V 264 *omnis caro adorare in Hierusalem, dicit dominus.* **4.** Quod intellegimus adimpletum temporibus Christi, quando omnis caro, id est omnis gens, adorare in Hierusalem uenit deum patrem per Iesum Christum filium eius, sicut per prophetas praedicatum est : *Ecce proselyti per me ad te ibunt.* **5.** Sic igitur ante hoc sabbatum temporale erat et sabbatum aeternum praeostensum et praeindictum, quomodo et ante circumcisionem carnalem fuit et spiritalis circumcisio praeostensa. **6.** Denique doceant, sicuti iam praelocuti sumus, aut Adam sabbatizasse, aut Abel hostiam deo sanctam offerentem sabbati religione placuisse, aut Enoch translatum sabbati cultorem fuisse, aut Noë, arcae fabricatorem, propter diluuium imminens sabbatum obseruasse, aut Abraham in obseruatione sabbati Isaac filium suum obtulisse, aut Melchisedech in suo sacerdotio legem sabbati accepisse. **7.** Sed dicturi sunt Iudaei, ex quo hoc praeceptum datum est per Moysen, exinde obseruandum fuisse. Manifestum itaque est non aeternum, sed temporale fuisse praeceptum, quod quandoque cessarit. **8.** Denique adeo non in uacatione septimi diei haec sollemnitas celebranda est, ut Iesus Naue eo tempore, quo Hiericho ciuitatem debellabat, praeceptum sibi a deo diceret, uti populo mandaret, ut *** sacerdotes,

14 Es. 1, 14 **15** Ez. 22, 8 **18** Es. 54, 15 **24** Es. 54, 15 **40** *cf.* Ios. 6, 3—5 **41** *cf.* Ios. 6, 7. *cf.* Ios. 6, 6. *cf.* Ios. 6, 5

10 debere *om.* *F* **11** sed *om.* *F* **11***sq.* per hoc] *i. e. propter hoc* **12** ue|llit *T*, uellet *PNFR uulgo* **12***sq.* custodire ? nam *Oehler* **14** denique] = *nam* denique inquit p prophetā *T*, dicit enim esaias propheta *PNFR uulgo* **15** et alibi p prophetam *T*, et alibi *N*, et alio loco dicit *PFR uulgo* **16** mea inquit *T*, mea *PNFR uulgo* **17** sabbata *P* (*corr. in* ū *Rhen.*) **20** gens omnis *N* **23** prophetas *T*, prophetam *PNFR uulgo* **24** praedicatum *TN*, praedictum *PFR* p rome *T* **26** praeindictum *T*, praedictum *PNFR* **28***sq.* aut Adam *T*, *om.* aut *PNFR* **30** religione *TΦ*, religionem *PNFR* **32** imminentes *T*, immensum *PNFR uulgo* **36***sq.* itaque est *TN*, est itaque *PFR* **37** non alternum *TΦ*, non aeternum nec spiritale *PNFR uulgo* **37***sq.* sed temporale — cessarit *om.* *T* **38** cessarit *scripsi* (*hoc est* : non fuerit), cessaret *PNFR* adeo *om.* *T* **38***sq.* uacatione septimi diei *TΦNF*, uacatione sabbati id est diei septimi *PR uulgo* **39** sollempnitas *TNF* **41** diceret (s *s. u. a m. 2 ut uid.*) *T* *lacu-*

arcam testamenti dei septem diebus circumferrent in cir- V 265 cuitu ciuitatis, atque ita ⟨futurum, ut⟩ septimi diei circuitu peracto sponte ruerent muri ciuitatis. **9.** Quod ita factum est, ut finito spatio diei septimi, sicut praedictum erat, ruerent muri ciuitatis. Ex quo manifeste ostenditur in numero istorum dierum septem incurrisse diem sabbati — septem enim dies, undecunque initium acceperint, sabbati diem secum concludant necesse est —, quo die non tantum sacerdotes sint operati, sed et in ore gladii praeda facta sit ciuitas ab omni populo Israël. **10.** Nec dubium est opus seruille eos operatos, cum praedas belli agerent ex dei praecepto. Nam et temporibus Maccabaeorum sabbatis pugnando fortiter fecerunt et hostes allophylos expugnauerunt legemque paternam ad pristinum ita statum pugnando sabbatis reuocauerunt. **11.** Nec putem aliam legem eos defendisse nisi in qua de die sabbatorum meminerint esse praescriptum. Vnde manifestum est, ad tempus et praesentis causae necessitatem huiusmodi praecepta ** non ualuisse, non ad perpetui temporis obseruationem huiusmodi legem eis deum ante dedisse.

V. **1.** Sic et sacrificia terrenarum oblationum et spirita- V 266 lium [sacrificiorum] praedicta ostendimus a primordio, et quidem maioris filii, id est Israëlis, terrena fuisse in Cain praeostensa sacrificia, et minoris filii Abel, id est populi nostri, sacrificia diuersa demonstrata. **2.** Namque maior natu Cain de fructu terrae obtulit munera deo, minor uero filios Abel de fructu ouium suarum ; et *respexit deus in Abel et in munera eius, in Cain autem et in munera eius non respexit.*

46 *cf.* Ios. 6, 20 **50** *cf.* Ios. 6, 21 **53** *cf.* I Maccab. 2, 38. 41. 44

V, **5** *cf.* Gen. 4, 3 **6** Gen. 4, 4

nam signaui : ut ⟨septem diebus armati circumirent ciuitatem, et ut⟩ *suppleri uelim cf. Ios. 6, 7 et infra l. 49, 50* **42***sq.* circuitu *TPR*, circuitum *NF* **43** futurum, ut *addidi* **44** ruerent *TNF*, ruerunt *PR* **45** ut *TΦN*, *et PFR* **46** ruerent *TΦN*, ruerunt *PFR* **47** *parenthesin indicaui* **48** dies *PNFR*, diebus *T* initium acceperint *PFR*, initium acciperent *T*, acceperunt initium *N* **50** operati sint *F* sed et] et *s. u. T* (*add. m. 1*) **51** ciuitas *PNFR*, ciuitatis *TΦ* **53** machabeorum *TPNF* **55** *ita *T* (*in ras. litt.* u *fuisse uid.*), uitae *PNFR uulgo* **57** meminerent *T* (*corr. m. 2*), meminerant *PF*, meminerat *N* **58** et *PNFR*, et ad *T* **59** *lacunam signaui* : si liquet *uel similia intercidisse uidentur* non ualuisse *scripsi* : conualuisse *PNF*, *** Qualuisse *T* (*tres litterae erasae, supra ultimam litt.* c *addita uidetur*), ualuisse *Φ Rig. Oehler* **60** non *T*, ut non *P*, et non *NF* huiusmodi *TNF*, huiusmodo *P*, huius *Φ* **61** eis deum *TNF*, eis deus *P*, eisdem *Φ* dedisse *T*, dedissem *Φ*, dedisset *PNF uulgo*

V, **2** sacrificiorum *seclusi* praedicta *TP*, praedicata *NFΦ* **2***sq.* a primordio, et quidem *scripsi* : et quidem a primordio *TPNFR uulgo* **3** israelis *T*, israel *PNF* in terrena *T* **4***sq.* et minoris — — — sacrificia *om.* *N* **7** et

[Et dixit deus ad Cain, quare concidit uultus tuus? nonne, si recte quidem offeras, non recte autem diuidas, peccasti? quiesce; ad te enim conuersio tua, sed ipsa tui dominabitur. Et tunc dixit Cain ad Abel fratrem suum: Eamus in campum, et abiit cum eo illic et interfecit eum. Et tunc dixit deus ad Cain: Vbi est frater tuus? Et dixit: Nescio; numquid custos sum fratris mei ego? Cui deus dixit: Vox sanguinis fratris tui proclamat ad me de terra. Propter quod maledicta terra, quae aperuit os suum ad excipiendum sanguinem fratris tui. Et eris gemens et tremens super terram, et omnis qui te inuenerit occidet te.] **3.** Ex hoc igitur actu duplicia duorum populorum sacrificia praeostensa iam tunc V 267 [a primordio] animaduertimus. Denique, cum per Moysen [in Leuitico] lex sacerdotalis conscriberetur, inuenimus praescriptum populo Israëli, ut sacrificia nullo alio in loco offerrentur deo quam in terra promissionis, quam dominus deus daturus esset populo Israëli, ⟨sicut dedisset⟩ et patribus eorum, ut introducto Israële illic celebrarentur sacrificia et holocausta tam por peccatis quam pro animabus, et nusquam alibi nisi in terra sancta. **4.** Cur utaque postea per prophetas praedicat futurum, ut in omni loco et in omni terra offerantur sacrificia deo? sicuti ipse per Malachiam,

9 *cf.* Gen. 4, 8—12 et 4,14 **23** *cf.* Deut. 12, 5 **24** *cf.* Deut. 12, 2

respexit *T*, respexit *PNFR uulgo* **9** et dixit deus ad Cain] *haec uerba et quae sequuntur usque ad uerba*: et omnis qui te inuenerit occidet te *l. 19 suo iure seclusit ut spuria Rigaltius, quippe quae ad causam hic tractatam prorsus nihil ualeant* nonne *Φ*, quoniam *TPNF* **11** tua sed *scripsi*: tuas et *Φ*, tua et *N*, eius et *TPFR* ipsa *scripsi*: ipse *Φ*, *om.* *TNFP* tui dominabitur *Φ*, tu dominaberis eius *TPNF* **13** habiit *T* cum eo *om.* *T* illic et *PNF*, et illic *T*, et (*om.* illic) *Φ* **14** frater tuus *TPN*, abel frater tuus *FR uulgo* **15** sum fratris mei ego *T*, sum ego fratris mei *PN*, fratris mei ego sum *FR uulgo* cui deus dixit *TΦ*, et dixit ei deus *PNFR* **16** proclamat *TΦN*, clamat *PF* **17** apperuit *T* **18** et eris gemens et tremens *T*, gemens et tremens eris *PNFR* **19** et eris omnis *T* te *Φ*, *om.* *TPNFR* Ex hoc igitur actu] *de his uerbis et quae sequuntur usque in finem capitis accuratius disputaui in Musei Rhenani tomo LXVIII (1913) p. 128—152* **19***sq.* actu duplicia *T Oehler*, actu plicia *Φ*, ac duplici ad *NF*, duplicia *PR* **20** iam tunc *TΦ*, iam nunc *PNF* **21** a primordio *seclusi* **22** in Leuitico *seclusit Latinius* inuenimus *PNF*, animaduertimus *T* **23** praescriptum *TFR*, *om.* *PN* israeli *PF*, israel *T*, israheli iussum *N* nullo alio *TΦ*, nullo *PNFR* **24** terram *T* **25** populo israeli *om.* *T* sicut dedisset *addidi* **25***sq.* et patribus *PNFR*, patribus *T*, et fratribus *Rig. Oehler* **26** ut *TΦ*, et *PNF* israele *ΦN*, israel *TPF* **28** terra sancta *ΦF*, terram sanctam *TPN* **29** praedicat (*scil. dominus deus*) *Φ*, praedicat spiritus *TPNF* **29***sq.* in omni loco et in omni terra *TΦ*, in omni terra aut in omni loco *PNF* **30** offerantur] offerentur *T* (r *s. u. a m. 1*) sicuti ipse per *FR* (*adscripsit uoculam* ipse *Rhenanus margini codicis P ex Hirsaugiensi*), sicuti per *TΦP*, sicut per *N* **30***sq.* *uirgulam post* Malachiam *posui*: Malachiam angelum, unum *falso distinguitur uulgo*: meōlᵉ'akî

21 in Leuitico per Moysen *T* **31** angelum *om.* *T*

angelum unum ex duodecim prophetis, dicit: *Non recipiam sacrificium de manibus uestris, quoniam ab oriente sole usque ad occidentem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus, dicit dominus omnipotens, et in omni loco offeruntur sacrificia munda nomini meo,* item in psalmis Dauid: *Adferte deo, patriae gentium!* indubitate quod in omnem terram exire habebat praedicatio apostolorum; *adferte deo claritatem et honorem, adferte domino sacrificium* V 268 *nominis eius: tollite hostiam et introite in atria eius.* **5.** Namque quod non terrenis sacrificiis sed spiritalibus deo litandum sit, ita legimus: [sic scriptum est] *Cor contribulatum et humiliatum hostia deo est,* et alibi: *Sacrifica deo sacrificium laudis, et redde altissimo uota tua.* Sic itaque sacrificia spiritalia laudis designantur, et cor contribulatum acceptabile sacrificium deo demonstratur. **6.** Itaque, quomodo carnalia sacrificia reprobata intelleguntur, — de quibus et Esaias loquitur dicens: *Quo mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum? dicit dominus,* quoniam et *si adtuleritis,* inquit, *mihi similaginem, uanum supplicamentum, execramentum mihi est,* et adhuc: *Holocaustomata uestra et sacrificia et adipem hircorum et sanguinem taurorum nolo, nec si ueniatis uideri mihi: quis enim exquisiuit haec de manibus uestris?* — ita sacrificia spiritalia accepta praedicantur, ut prophetae adnuntiant. **7.** Carnalia ergo sacrificia, sicut et V 269

31 Mal. 1, 10. 11 **36** Ps. 95, 7 **38** Ps. 95, 7. 8 **41** *cf.* Ps. 50, 19 **42** Ps. 49, 14 **45** *cf.* Phil. 4, 18 **47** Es. 1, 11 **48** *cf.* Es. 1, 13 **50** Es. 1, 11. 12 **53** *cf.* Ps. 95, 7. 8

i. e. angelus meus; intellege igitur: qui inter prophetas unus est angelus dei **34** omnipotens *om.* *Φ* **35** offeruntur *TPNF*, ferunt *Φ* **36** dauid *TΦ*, dauid dicit *PFR*, deus dicit *N* patriae gentium] *πατριαὶ τῶν ἐθνῶν* **37** omnem terram *TΦ*, omni terra *PNFR* **38** domino *T*, deo *PNFR* sacrificium *T*, sacrificia *PNFR* **39** hostiam *T* (*recte sine dubio; consulto enim mutasse auctorem quod praebet sacra scriptura θυσίας docent quae sequuntur*: cor contributatum hostia deo est), hostias *PNFR* **41** sic *N*, ut *TPFR* sic scriptum est] *seclusi ut interpretamentum uerborum* ita legimus **42** et humiliatum *Φ*, *om.* *TPNF* deo est *TΦ*, dei est *PN*, est dei *F* est. et *uulgo distinguitur* sacrificia *T* **46** *parenthesin indicaui* **47** isaias *T* **48** quoniam *PF*, quō (*i. e. quomodo*) *TN* **48***sq.* adtuleris mihi inquit *N* **49** similaginem *T*, similam *PR uulgo*, similem *N*, *om.* *F* **49***sq.* uanum supplicamentum, execramentum *TΦ*, uanum est incensum, abominatio *PNFR* **50** mihi est *TΦN*, est mihi *PF* et adhuc *ΦN*, et adhuc dicit *T*, et alibi dicit *PFR* **50***sq.* uestra et sacrificia *T*, et sacrificia uestra *PNFR uulgo* **51***sq.* nec sic (si *s. u. a m. 1*) *T* (*sed cf. loc. laud.* οὐδ' ἐάν) **52** uidere *Φ* **53***sq.* *uerba* ita sacrificia spiritalia accepta praedicantur, ut prophetae adnuntiant, *quae in libr. mss. omnibus paulo supra l. 47 post uerba* Sacrificiorum uestrorum, dicit dominus *leguntur*, huc *transtuli* (*cf. quae disserui l. c. pag. 145/46*) **54** carnalia *T*, spiritalia *FR* ergo *scripsi*: uero *TFR* sacrificia] *scil. sunt* **54***sqq.* carnalia ergo — — de manibus uestris] *haec uerba in ΦPN omissa praebent T et F; fuerunt autem et in Hirsaugiensi, unde ea sumpsisse se testatur Rhenanus in margine codicis P; iniuria deleta ea esse a Rigaltio (quem secutus est Oehler) docui*

supra dixi, de quibus praedictum est : *non est nobis uoluntas in uobis, dicit dominus, sacrificia non accipiam de manibus uestris, quoniam ab oriente sole usque in occidentem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus, dicit dominus*, de spiritalibus uero sacrificiis addit dicens : *Et in omni loco sacrificia munda offeruntur nomini meo, dicit dominus.*

VI. **1.** Igitur cum manifestum sit et sabbatum temporale ostensum et sabbatum aeternum praedictum, circumcisionem quoque carnalem praedictam et circumcisionem spiritalem praeindicatam, legem quoque temporalem et legem aeternalem denuntiatam, sacrificia carnalia et sacrificia spiritalia praeostensa, sequitur, ut praecedenti tempore datis omnibus istis praeceptis carnaliter populo Israëli superueniret tempus, quo legis antiquae et ceremoniarum ueterum praecepta cessarent et nouae legis promissio et spiritalium sacrificiorum agnitio et noui testamenti pollicitatio superueniret fulgente [nobis] lumine ex alto, quod V 270
nobis, qui sedebamus in tenebris et in umbra mortis detinebamur, oriretur. **2.** Itaque necessitas nobis incumbit ut, quoniam praedicatam nouam legem a prophetis paediximus et eam non talem, qualis iam data esset patribus eorum eo tempore, quo eos de terra Aegypti produxit, ostendere et probare debeamus tam illam legem ueterem cessasse quam

---

55 Mal. 1, 10. 11 **59** Mal. 1, 11

VI. **12** *cf.* Es. 9, 2 **14** *cf.* Hier. 31, 33 **15** *cf.* Hier. 7, 22

---

l. c. p. 147—149 *uerba* : sicut et supra dixi (sic ego, dixit *FR*) *in cod. T non comparentia, quae in FR* **55** *post* de quibus praedictum *leguntur huc transtuli* praedictum *FR* (*cf. infra* de spiritalibus uero sacrificiis a d d i t d i c e n s), praedicatum *T* **57** sole *TR*, solis *F* (*fort. recte* : ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου) **60** offeruntur *T* (προσάγεται), offerunt *ΦNF*, offerentur *PR* nomini meo *TNF*, mihi *PR* (*in margine* : *'alias' — hoc est in Hirsaugiensi — 'nomini meo'*)

VI. **1** ITEM DE SABBATO ET CIRCVMCISIONE ET LEGIS Ē NOVAE OBSERVATIONE SIC DIC̅ *PN*, deest titulus in *TF* **2** praedictum *ΦF*, praedicatum *TPNR* **3** quoque *TΦ*, *om. PNFR* **4** praeindicatam *PFR*, praedictam *N* praeindicatam — — temporalem *om. T* **5** aeternalem] aeternam *T* (*ante* aeternam *erasum uidetur* &) carnalia et sacrificia *om. TF* **7** praeceptis *om. F* israeli *ΦN*, israel *TPFR* **8** superueniet *N* **11** effulgente *Scioppius* nobis *reclusi* **11***sq.* quod nobis *T* (*in ras. a m. 1*), *om. PNFR uulgo* **12** qui *in T, s. u. add. m. 1* **12***sq.* detinebamur, oriretur *TΦ*, detinebamur, oriretur lumen *PR*, detinebamur *NF* **13** Itaque necessitas] *Ab his uerbis incipiunt codicis Parisini 13047 membranae, saeculo decimo, ut uisum est Reifferscheidio, exarati, cuius uaria lectio a nobis propter eam quae inter Parisinum et Fuldensem (Φ) intercedit affinitatem siglo φ notatur. Accuratius disserui de huius codicis memoria Mus. Rhen., om. LXX (1915) p. 358—367* **14** praedicatam *TPN*, praedicatum *F*, praedictam *φΦ* **15** et eam non talem *Scioppius* : eam et non talis *PNF*, ut non talē *T* (*ē in ras. a m. 1*), et non talis *φΦ* esset (e *ex* i *a m. 2*) *φ*, esset data *F* **17** debeamus *Rhen.* : debemus *φTPNF* illam legem *φTNF*, legem illam *PR uulgo* ces-

legem nouam promissam nunc operari : Et quidem primum quaerendum, an expectetur nouae legis lator et noui testamenti heres et nouorum sacrificiorum sacerdos et nouae circumcisionis purgator et aeterni sabbati cultor, qui legem ueterem compescat et nouum testamentum statuat et noua sacrificia offerat et ceremonias antiquas reprimat et circumcisionem ueterem cum suo sabbato compescat et nouum regnum, quod non corrumpatur, adnuntiet. **3.** Nam etiam hic nouae legis lator, sabbati spiritalis cultor, sacrificiorum aeternorum antistes, regni aeterni aeternus dominator quaerendum, an iam uenerit necne, ut, si iam uenit, ser- V 271
uiendum sit illi, si necdum uenit, sustinendus sit, dummodo manifestum sit aduentu eius comprimi legis ueteris praecepta et oriri debere nouae legis exordia. **4.** Et in primis definiendum est non potuisse cessare legem antiquam et prophetas, nisi uenisset is, qui per eandem legem et per eosdem prophetas uenturus adnuntiabatur.

VII. **1.** Igitur in isto gradum conseramus, an qui uenturus Christus adnuntiabatur iam uenerit an uenturus adhuc speretur. Quod ipsum ut probari possit, etiam tempora sunt nobis requirenda, quando uenturum Christum prophetae adnuntiauerunt, ut, si intra ista tempora recognouerimus uenisse eum, sine dubio ipsum esse credamus, quem prophetae uenturum canebant, in quem nos, gentes scilicet, credituri adnuntiabamur, et cum constiterit uenisse, indubitate etiam legem nouam ab ipso datam esse credamus et testamentum nouum in ipso et per ipsum nobis dispositum non diffiteamur. **2.** Venturum enim Christum et Iudaeos non refutare scimus, utpote qui in aduentum eius spem suam porrigant. Nec de isto pluribus quaerendum, cum retro

---

sare *N* **18** primum *φΦN*, inprimis *TPF* **22** nouum *φΦT*, uetus *PNFR* **24** suo sabbato *φΦT*, suo sibi sabbato *PNFR uulgo* **25** adnuntiet] DE NATIVITATE X̅P̅I̅ ADVENTVS PRIMVS *PN*, DE NATIVITATE X̅P̅I̅ ET ADVENTV EIVS PRIMO *F*, *titulus non comparet in Tφ* **25***sq.* Nam etiam hic *scripsi* : hic nam etiam *P*, nam etiam *φ*, nam *T*, ante et etiam *NF*, hic, inquam R *uulgo* **27** aeternus *om. φ* **28** an] *in φ eras. a m. 3, quae s. u. add.* utrum necne *φ* (*add. s. u.* annecne m. *3*), annecne *TPNF* ut] et R **29** sit (*prius*) *φΦT*, est *PNF* sustinendus] *i. e. exspectandus* sit *φΦNF*, est *TPR* **29***sq.* dummodo manifestum sit *om. F* **30** manifestus *PN* aduentu *T Scioppius* : aduentum *φ* (m *litt. in lit. a m. 1*) *Φ*, aduentus *PNF* comprimi *TφFR*, cum prime *PN* **31** oriri *φΦ*, operari *TPNFR*

VII. **1** gradum R[2], gradu *φTPNFR*[1] conseramus *φΦ*, conferamus *TPNFR* **2** christus adnuntiabatur *φTFRmg*, adnuntiabat christus *Φ*, *om.* adnuntiabatur *PNR* uenturus *TF*, uenturus … (*in ras. cognoscitur* est) *φ*, uenturus est *PNR* **5** adnuntiauerunt *TPNF*, nuntiauerint *φ* intra *φΦT*, in *PNFR* ista *φ PNF*, haec *T* **7** prophetae uenturum *φT*, uenturum prophetae *PNFR uulgo* **8** cum steterit *P* (*corr. Rhen.*) **10** in ipso *φΦ*, ab ipso *TPNFR* **11** et iudeos non *φΦF*, nec iudeos *TPN* **12** aduentu *F* **13***sq.* omnes retro *T*

omnes prophetae de eo praedicauerunt, ut Esaias : *Sic dicit* V 272 *dominus deus Christo meo domini : cuius tenui dexteram, exaudiant illum gentes! fortitudinis regnum disrumpam, aperiam ante illum portas, et ciuitates non cludentur illi.* Quod in ipsum **adimpletum uidemus. **3.** Cui etenim tenet dexteram pater deus, nisi Christo, filio suo, quem exaudierunt omnes gentes, id est : cui omnes gentes crediderunt, cuius et praedicatores, apostoli, in psalmis Dauid ostenduntur : *In uniuersam,* inquit, *terram exiit sonus eorum, et ad terminos terrae uerba eorum?* **4.** In quem enim alium uniuersae gentes crediderunt, nisi in Christum, qui iam uenit? [Cui etenim alii *crediderunt gentes*] *Parthi et Medi et Elamitae et qui habitant Mesopotamiam Armeniam [Phrygiam,] Cappadociam, et incolentes Pontum et Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, inmorantes Aegyptum et regiones Africae, quae est trans Cyrenen, inhabitantes — Romani et incolae* —, tunc et *in Hierusalem Iudaei,* et ceterae gentes, V 273 ut iam Getulorum uarietates et Maurorum multi fines ⟨et⟩ Hispaniarum omnes termini et Galliarum diuersae nationes et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo uero subdita, et Sarmatarum et Dacorum et Germanorum et Scytharum et abditarum multarum gentium et prouinciarum et insularum nobis ignotarum [et], quae enumerare minus possumus? **5.** In quibus omnibus locis Christi

VII. **14** Es. 45, 1 **22** Ps. 18, 5 **25** Act. 2, 9—11

14 praedicauerunt φΦ, p̄dịcauerint *T* (*punctum infra syllabam* di *a m. 1 ut uid.*), praecanuerunt *N*, praecanuerint *F*, praecinuerint *P* ut isaias φΦ*F*, ut isaias dicit *TPN* **15** domino : cuius *distinxi* **16** exaudiant *T*, ut exaudiant φ*PNF* fortitudinis regnum *T*, fortitudines regum φ*PNFR uulgo* **17** cludentur φ*T*, claudentur *PR*, clauduntur *NF* **18** in ipsum *T*, ipsum φ*PNFR uulgo* *lacunam signaui* : qui iam uenit x̄p̄m *supplendum puto* uidẹmus] e *ex* i *corr. m. 3 ut uid.* φ cui etenim φ*T*, cui enim *PNFR uulgo* **18sq.** dexteram tenet *PR uulgo* **22** in uniuersam inquit terram *T*Φ, in uniuersam terram inquit φ*F*, in uniuersa inquit terra *PN* exigit (u *s. l.*) *T* (*corr. m. 1*) et *om. F* **22sq.** ad terminos terrae φ, usque ad terminos terrae *PNF*, in fines orbis terrae *T* **24** christum *Rhen.* : christo φ*TPNF* **25** cui etenim alii *T*, cui etenim φΦ, cui enim et aliae *PNF* cui — gentes *seclusi* gentes crediderunt *PNF*, crediderunt gentes φΦ*T* et medi φ, medi *TPNFR uulgo* **25sq.** et elamitẹ φ*T*, elamite *PNF* **26** habitant φ*TNF*, inhabitant *PR* **26sq.** Phrygiam *seclusi* **27** et (*prius*) *om.* φ **27sq.** Phrygiam et Pamphiliam *scripsi* : frigiam *T*, pamphyliam φ*PF*, et pamphyliam *N* **28** regiones φ (τὰ μέρη), regionem *TPNFR uulgo* **29** africae φ*PNF* (τῆς Λιβύης), africam *T* **29sq.** Romani et incolae] *appositionem intellege ad postrema duo membra pertinentem* (*cf. autem graeca* : καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι) **30** ẹṭ *T* (*del. m. 1 ut uid.*) in *om. T* *desiderantur uerba* : Cretes et Arabes, *quae nescio an supplenda sint* **31** multi] *deleuit hoc uocabulum in* φ *man. a librarii manu diuersa* et *addidi* **32** spaniarum φ **33** britanorum *TNF*, brittannorum φ*P* romanis *T*φ*R*, romanorum *PNF* **33sq.** subdita et *T*, *om.* et φ*PNFR* **34** sarmatarum φ*R*, sarmatorum *TPNF* **36** insularum *F*, insularum multarum *rell. et uulgo* et *seclusi* **37** christi *om. F*

nomen, qui iam uenit, *et regnat, utpote ante quem omnium ciuitatium portae sunt apertae et cui nullae sunt clausae, abante quem ferreae serae sunt comminutae et ualuae aereae sunt apertae. **6.** Quamquam ista et spiritaliter sint intelleganda, quod praecordia singulorum uariis modis a diabolo obsessa fide Christi sint reserata, attamen etiam propria specie sunt adimpleta, utpote in quibus omnibus locis populus nominis Christi inhabitet. Quis enim omnibus gentibus regnare potuisset, nisi Christus, dei filius, qui omnibus regnaturus in aeternum nuntiabatur? **7.** Nam si Solomon regnauit, sed in finibus Iudaeae tantum; a Bersa- V 274 bee usque Dan termini regni eius signantur. Si uero Babyloniis et Parthis regnauit Darius, ulterius [ultra fines regni sui] non habuit potestatem [in omnibus gentibus]; si Aegyptiis Pharao uel quisque ei in hereditario regno successit, illic tantum potitus est regni sui dominium; si Nabuccodonosor, cum suis regulis ab India usque Aethiopiam habuit regni sui terminos; si Alexander Macedo, non amplius quam Asiam uniuersam et ceteras regiones quas postea deuicerat tenuit. **8.** Sic et Germani adhuc usque limites suos

39 *cf.* Es. 45, 1 **40** *cf.* Es. 45, 2 **47** *cf.* Ps. 10, 16. Hier. 10, 10 **49** *cf.* Reg. III 4, 25

38 *lacunam signaui* : adoratur *uel* colitur *uel* creditur *supplendum est* (*cf. infra l. 64 et 65*) et regnat φΦ*T*, regnat *PNFR uulgo* **39** ciuitatium φ, ciuitatum *TPNFR* **40** abante φ*FT* (ab *del. m. 1*), ante *PNR uulgo* serae *Rhen.* : serrae φ*TPF*, *om. N*, ferreae serrae φ, serrae ferreae *TPF* **41** sunt *om. NF Oehler* ista et φ, et ista *TPNFR uulgo* spiritalia ter φ **42** sint φ (i *ex* u *a m. 2*) TNR[2], sunt *PFR*[1] quod *NFR*, quo φ*TP* **43** diabulo obsesa φ etiam φ*T*, *om. PNFR uulgo* **44** propria specie *scripsi* (κατὰ τὴν οἰκεῖαν ἰδέαν) : spetie *T*, perspicue φ*PNFR uulgo* sunt *TFR*, sint φ*PN* **45** omnibus φ (in *s. u. add. m. 3*) **47** regnaturus in aeternum φ*T*, in aeternum regnaturus *PNF uulgo* praenuntiabatur *F* nam φ, DE REGNO X̄P̄I AETERNO nam *TPNF* si *om. T* **48** solomon φ, salomon *TPNFR* iudeae φ*T*, iudae *PNFR uulgo* **48sq.** bersabee φ, bersabeae *TNFR*, bersabet *F* **49** terminus (*corr. ex* termini *m. 1*) *T* regni eius φ*TPF*, eius regni *NR uulgo* signantur φ*PNFR*, fuịṭ** *T* (*duae litt. erasae*) **49sq.** babyḷḷoniis φ (*litt.* l *erasa*) **50** partiịs φ **50sq.** ulterius non habuit potestatem *scripsi* (*ceteris seclusis*) : ulterius ultra fines regni sui non habuit potestatem in omnibus gentibus φΦ, non habuit potestatem ulterius ultra fines regni sui; non habuit in omnibus gentibus potestatem *NFR*, non habuit potestatem ulterius ultra (ultra *in mg. add. m. 1*) fines regni sui, in omnibus gentibus non habuit potestatem *P* (*uerba postrema* non habuit potestatem *deleta sunt a manu Rhenani*), non habuit potestatem totius orbis *T* **52** quisque (= quisquis) *libri omnes* : quisquis *Lat.*, *quem secuti sunt posteriores* ei *om. T* hereditario regno φΦ, hereditate regni *TPNFR* **53** dominio *T* **53sq.** nabuccodonosor φ, nabugodonosor *T*, nabuchodonosor *PFNR* **55** regni sui] regnis que *T* **55sq.** macedo non amplius quam φΦ*T*, macedoniam quam *F*, macedoniam tanquam *N*, macedo numquam *PR* **56** quas postea (quam *s. l.*) *T*, postea φ (quam *s. u. a m. 2, sed erasum*), quam postea *F*, postea quam *PNR uulgo* **57** sic *Rig.* : si *libri et reliqui editores* et Germani *scripsi* : et

transgredi non sinuntur, Britanniae intra oceani sui ambitum inclusae sunt gentes, Maurorum et Getulorum barbariae a Romanis obsidentur, ne regionum suarum fines V 275 excedant. Quid de ipsis Romanis dicam, qui legionum suarum praesidiis imperium suum muniunt nec trans istas gentes porrigere uires regni sui possunt? **9.** Christi autem nomen ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus supra enumeratis colitur, ubique regnat, ubique adoratur. Omnibus ubique tribuitur aequaliter; non regis apud illum maior gratia, non barbari alicuius inferior laetitia; non dignitatum uel natalium cuiusquam discreta merita; omnibus aequalis, omnibus rex, omnibus iudex, omnibus dominus et deus est.

VIII. **1.** Nunc dubites credere quod adseueramus, cum uideas fieri. Itaque requirenda tempora praedicta et futurae natiuitatis Christi et passionis eius et exterminii ciuitatis Hierusalem, id est uastationis eius. Dicit enim Daniel et ciuitatem sanctam et sanctum exterminari ⟨habere⟩ cum duce uenturo et destrui pinnaculum usque ad interitum. V 276 **2.** Venturi itaque Christi ducis sunt tempora requirenda, quae inuestigabimus in Danielo; quibus computatis probabimus

---

VIII. **4** *cf.* Dan. 9, 26 **6** et destrui pinnaculum usque ad interitum] *haec uerba solummodo in codicibus Alexandrino et Marchalliano leguntur*

Germaniam *F*, Germani *φTPN uulgo* suos *φΦT*, *om. PNFR* **58** britanniae *TPR*, britannia *F*, brittan͏ˎi (n superscr.) *φ* (n *s. u. add. m. 2*) *N* sui *om. PR* **58sq.** ambitum inclusae sunt *T*, ambitum conclusae sunt *PR*, ambitum clausi sunt *φΦ*, ambitu clausa sunt *F*, ambitu sunt clausi *N* **59** gentes, Maurorum *scripsi* : maurorum gentes *φTPNFR* **59sq.** barbariae *φTPFR*, barbaries *N Gel. uulgo* **60** a romanis *TNFR*, romanis *φ* (*inseruit* a *ante* romanis *m. 3*), romani *P* regionum *TNR*, regionem *φ*, religionum *PF* **61** quid de ipsis romanis dicam *φΦ*, quid de romanis dicam *TPNR*, quid dicam de romanis *F* legionum *φT*, de legionum *PNFR uulgo* **63** nomen *φΦP* (*in mg. add. Rhen.* : regnum et) *F*, et nomen *N*, regnum et nomen *TR* **67** inferior *φΦ*, imperiosi *TPNF* **68** dignitatem (u superscr.) *φ* (*corr. m. 1*), dignitatem *Φ* uel *φTPNF*, aut *R uulgo* merita] meritum *idem quod nostrum* Lohn **69sq.** dominus et deus est *φT*, deus et dominus est *rell.*

VIII. **1** *Initium capitis, quod uulgo paulo infra ante uocem* itaque *habetur, hic statui* nunc *scripsi* : nec *libri et uulgo* (*confunduntur in libris mss. uoculae* nunc *et* nec *ut ad eandem ligaturam* (n, e superscr.) *redeuntes* adseueramus *TφΦN*, adseueres *PFR* cum] *h. e. etsi* uideas *φΦN*, uideamus *TPFR* **2** DE PASSIONE XRI ET VASTATIONE IERVSALEM *NFmg, in codd. TP eadem paulo infra post uerba* uastationis eius (*l. 4*) *leguntur* praedicta et futurae *Rhen.* : praedictae et futurae *φΦF*, praedictae futurae *T*, praedicta (-tae *N*) et praedictae futurae *PN* **4** duastationes (i superscr.) *φ* (*corr. m. 1*) enim *om. PN* **5** sanctum *om. T* sanctum] scm *φ*, scam *m. 3* (*in marg.*) exterminari *φΦT*, terminari *PNFR* habere *addidi* (*cf. infra l. 16 et 51*) **7** ducis *TPN*, duces (i superscr.) *φ* (*corr. m. 3*), duces *F* **8** inuestigabimus *φΦPN*, inuestigauimus *TFR* danihelo *φ*, daniele *TPNFR*

uenisse eum iam et ex temporibus praescriptis et ex signis competentibus et ex operationibus eius, quae proba⟨bi⟩mus et ex consequentibus, quae post aduentum eius futura adnuntiabantur, uti iam adimpleta omnia praecepta credamus. **3.** Sic igitur de eo Daniel praedicauit, ut et quando * et quo in tempore gentes liberaturus esset ostenderet, et quo in anno post passionem ipsius sancta ciuitas exterminari haberet. **4.** Dicit enim sic: *In primo anno sub Dario, filio Assueri, a semine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldaeorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum. Et adhuc me loquente in oratione, ecce uir Gabriel, quem uidi in uisione in principio, uolans et tetigit me quasi hora sacrificii uespertini et intellegere fecit me et locutus est mecum et dixit: Daniel, nunc exiui imbuere te intellegentiam, in principio obsecrationis tuae exiuit sermo.* **5.** *Et ego ueni, ut adnuntiem tibi, quia uir desideriorum tu es, et cogita in uerbo et intellege in uisione: Septuaginta ebdomades* V 277 *breuiatae sunt super plebem tuam et super ciuitatem sanctam, quoadusque inueteretur delictum, ut signentur peccata et exorentur iniustitiae et inducatur iustitia aeterna, ut et signentur uisio et prophetes et ut unguatur sanctus sanctorum. Et scies et percipies et intelleges: a profectione sermonis integrando et aedificando Hierusalem*

16sq. Dan. 9, 1—2 **19sq.** Dan. 9, 20—27 (*sec. Theodotionis recensionem*)

---

probauimus *T* **9** iam et *scripsi* : etiam *libri omnes* et *om. T* **10** probabimus *scripsi* : probamus *libri omnes* **11** et ex *PNFR*, et *φ*, ex *T* **12** uti *φ*, ut *TPNF* omnia] omnia *φ* (*corr. m. 1*), omnes *Φ* praecepta *φΦ*, perspecta *T*, quam perspecta *PN*, iam perfecta *F*, quam prospecta *Rig.* **13** et quando *TPNF*, quando *φ* **14** *lacunam signaui* : nasciturus *siue* uenturus *excidit* liberaturus esset *φT*, esset liberaturus *PNFR uulgo* et *om. φ* **15** quo in anno (*in abbreuiatura* = quo ; an̄) *scripsi* : quoniam *φPNFR uulgo*, quod *T* ipsius sancta *scripsi* : ipsa *φ* (*ortum ex* ip̄ = *ipsius et* sā = *sancta*), ista *Φ*, χρι ipsa *T*, christi ista *PNFR uulgo* **17** a *φ* (ἀπὸ σπέρματος), ex *TPNFR uulgo* **20** uolans et tetigit *om. T* (πετόμενος καὶ ἥψατό μου LXX κατὰ Θ.) **22sq.** intellegentiam *φ* (σύνεσιν), intellegentia *TPNFR uulgo* **23** obsecrationis (τῆς δεήσεως) *Pam.* : obseruationis *libri omnes* sermo dei *T* **25sq.** septuaginta ebdomades *φ* (-des *ex* -tes *corr. m. 3*) *T*, LXX ebdomadae *PF uulgo*, LXX (*om.* ebdomades) *N* **27** ut *φ*, et *TPNFR uulgo* signentur] *i. e. finiantur* **28** exorantur (a *ex* e *m. 3*) *φ*, exorentur *PNFR* (*cf.* τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀδικίας), exu a ntur *T* (a *in ras. trium litt.*); *an* exunguantur ? (τοῦ ἀπαλεῖψαι τὰς ἀνομίας) iniustitiae *φT*, iustitiae *PNFR uulgo* inducatur *TPNFR*, conducantur *φ*, conducatur *Φ* (*an* co⟨i⟩nducatur ?) **29** ut et *φΦ*, ut *T*, et ut *PNFR uulgo* signentur *T*, signetur *φPNFR* prophetes *φPNF* (προφήτης LXX), prophetia *T* et ut *φTNF*, et *PΦR*[1] unguatur *φ* (*corr. m. 1*), unguatur *TP*, ungatur *NFΦ* **30** sanctus] scm *φ* (*corr. in* scs *m. 1 in marg.*) percipies *φΦ* (= διανοηθήσῃ ; *tria uerba his Latinis respondentia etiam in recensione Theodotionis olim fuisse uidentur*), perspicies *TPNFR uulgo* intellegis (e superscr.) *φ* (*corr. m. 1*) **31** integrando *PNF*, in integrando *φΦ*, in integrando (s superscr.) *T* (*corr. libr. ipse*) integrando et aedificando] *h. e. ad integrandam et*

usque ad Christum ducem ebdomades sexaginta et duae et dimidia ; et conuertet et aedificabitur in latitiam et conuallationem, et innouabuntur tempora. **6.** *Et post ebdomadas has* LX *et* II *semis exterminabitur unctio, et non erit ; et ciuitatem et sanctum exterminabit cum duce adueniente, et concidentur, quomodo in cataclysmo, usque in finem belli,* V 278 *quod concidetur usque ad interitum. Et confirmabit testamentum in multis : Ebdomada una et dimidia ebdomadis auferetur meum sacrificium et libatio, et in sancto exsecratio uastationis ; et usque ad finem temporis consummatio dabitur super hanc uastationem.* **7.** Animaduertamus igitur, terminum quomodo in uerbo 'quoadus⟨que⟩' praedicit LXX ebdomadas futuras : in quibus si reciperent eum, *aedificabitur in latitudinem et longitudinem, et innouabuntur tempora.* **8.** Prouidens autem deus, quid esset futurum, quoniam non tantum non recipient eum uerum et insequentur et tradent eum morti, et recapitulauit et dixit : intra LX et II et dimidiam ebdomadas nasci illum et ungui sanctum sanctorum, ebdomades autem VII et dimidia cum implerentur, pati habere, et ciuitatem et sanctum exterminari cum duce

---

40 *cf.* Matth. 24, 15 **44***sq.* Dan. 9, 25 **51** *cf.* Dan. 9, 27

---

aedificandam Hierusalem, quod spiritaliter scilicet intellegendum est (pro ἀποκριθῆναι *recensionis Theodotianae ex nostro restituendum uidetur* ἀνακαινῶσαι*)* aedificando *φ* (οἰκοδομῆσαι LXX), reaedificando *PNFR*, reaedificando *T* **32***sq.* ebdomades sexaginta et duo (dua *Φ*) et dimidia *φΦ*, ebdomade LX II et dimidia *T*, LXII et dimidia *N*, LX · II et dimidia *P*, LXII et dimidiam *F*, ⟨septem et dimidia⟩ et LXII et dimidiam *Pam., quem secuti sunt omnes abhinc editores* **33** conuertetur *T (sed in Graeco* ἐπιστρέψει*)* latitiam *scripsi* : laetitiam *PNF*, latitudinem *φT*, altitudinem *Φ* **33***sq.* et conuallationem] *i. e.* καὶ περίτειχος in conuallationem *Φ* **34** inuocabuntur *T* **35** has *om. T* semis *T*, *om. φPNFR uulgo* et exterminabitur *PN* **36** ciuitatem et sanctum (*τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον*) *φΦF*, ciuitatem et sanctuarium *T*, ciuitatem sanctam *PN* exterminauit *φ* **37** concidit *T* **38** confirmabit *φTR*, confirmauit *PNF* **39** in multis] in *deleri uult. Pam.* : πολλοῖς **40** meum] enim *T in lit. a m. 1 recentiore* sancti *N* **41** et usque *T (s. u. a m. 1) Pam.* ; usque *φPNF* **42** hanc uastationem *φT*, hac uastatione *PNF uulgo* animaduertimus *T* **43** quomodo terminum *T (sed cf. l. 62)* in uerbo 'quoadus⟨que⟩' *scripsi (cf. l. 27)* : in uerbo q̄s (q̄ = quod) *F*, in uerbo quas *PN* (as *ex* s̃ū = usque *ortum putauerim*), in uero *φΦ*, inueniamus qndo *T (in lit. a m. recentiore)* praedicit *φΦ*, dicit *T*, dixit *PNF* **44** reciperent *φ*, receperint *TPNF uulgo* **45** latitudinem *TPNF*, altitudinem *φΦ* longitudinem *φT*, in longitudinem *PNF uulo* **48** morta *F* **48***sq.* in LX et duo (*corr. m. 1*) et dimidiā ebdomadas *φ*, in LX et II et dimidia hebdomadas *Φ*, in LXXII hebdomadibus *PNF*, in sexagesimo secundo ebdomadis (dis *in lit. a m. 1*) *T* **49** ungi *ΦFR* sanctum] s̄cā *φ* (*in mg.* s̄cm̄ *a m. 2*), sancta *Φ* **50** ebdomades *TPN*, ebdomadas *φ* (as *in* ae *corr. m. 2*) FR et *om. T* **51** habere R, haberet *TPNF*, habebit *φ* (-bit *corr. in* -ret *m. 1*) **51***sqq.* et ciuitatem ex-

uenturo, et destrui pinnaculum usque ad interitum post V 279 unam et dimidiam ebdomadam, quo scilicet tempore septem et dimidia ebdomadae completae sunt. Dicit enim sic : *et concidentur sicut in cataclysmo.* **9.** Vnde igitur ostendemus, quoniam uenit Christus intra LXII et dimidiam ebdomadas ? Numerabimus. ⟨Numerabimus⟩ autem a primo anno Darii, quoniam in ipso [tempore] Danielo uisio ista ostenditur. Dicit enim ei ⟨angelus :⟩ *et intellege et conice : a profectione sermonis* respondere me tibi haec. Vnde a primo anno Darii debemus computare, quando hanc uidit uisionem Daniel. **10.** Videamus igitur, anni quomodo implentur usque ad aduentum Christi : Darius enim regnauit annis XVIIII ; Artaxerxes annis XL et I ; deinde rex Ochus, qui et V 280 Cyrus, annis XX et IIII ; Argus anno uno ; alius Darius, qui et Melas nominatus est, annis XXI ; Alexander Macedo annis XII ; deinde post Alexandrum — qui et Medis et Persis

---

55 Dan. 9, 26 **59** Dan. 9, 25

---

terminari post unam ... *libri omnes. Inserui hic disiecta duo membra sententiae, quae in libris mss. omnibus paulo infra l. 54sqq. ita leguntur* : dicit enim sic : | et ciuitatem et sanctum exterminari cum duce uenturo | et concidentur sicut in cataclysmo || et destrui pinnaculum usque ad interitum || *quem ordinem uerborum pessime turbatum esse in propatulo est* **52** destrui (*scil. habere*) *scripsi* : distrui *φ*, et destruet *PNF uulgo*, et destruetur *T* **53** quo scilicet ⟨tempore⟩ *Vrs.* : *recte suppleuit Vrsinus, sed fugisse eum uidetur id quod hic interciderat uocabulum paulo infra l. 58 per errorem librarii inter uerba irrepsisse* **54***sq.* et concidentur sicut in cataclysmo] *scil. una et dimidia ebdomade, mensium uidelicet, quem numerum enucleasse uidetur Tertullianus comparatis locis Gen. 7, 11 et 8, 13* **55** ostendemus *Hier.* (*commentatio in Danielem cap. IX Migne V, p. 574*), ostendimus *φTPNFR Ven.* (P. Venerabilis *Adu. inueteratam duritiem Iudaeorum Migne uol. 189, p. 564*) **56** quoniam *φTNFR*, quomodo *P*, quia *Hier. Ven.* christus uenit *Hier. Ven.* LX et II *φ*, LXII *PNF*, sexaginta duas *T*, septuaginta duas *Hier. Ven.* ebdomadam *T* **57** numerabimus *addidi* numerabimus autem *φR*, numerauimus autem *TPNF*, numeremus (*om.* autem) *Hier.*, numera (*om.* autem) *Ven.* **58** quoniam *φTNF Hier. Ven.*, quomodo *PR uulgo* in ipso *φPNF*, ipso *T Hier. Ven.* tempore *supra l. 53 insertum hic seclusi* danielo uisio ista ostenditur *scripsi* : danihelo uisio ostenditur *φ*, danieli uisio ipsa ostenditur *T*, ostenditur danieli (-le *F*, -lo *N*) uisio ipsa *PNFR uulgo* **59** enim ei *Hier. Ven.* ei *om. libri omnes* angelus *addidi* **59***sq.* a profectione *PFR*, ad profectionem *φ*, ad prophetationem *TN Hier. Ven.*, ad perfectionem *Φ Rig. Oehler* **60** respondere] *h. e. gewißlich zuichern* me tibi *φT Hier. Ven.* R, tibi *F*, et ibi *N*, et ibi (t *s. u. add. m. 1*) *P* **61***sq.* uidit uisionem *φT Ven.*, uisionem uidit *PNF Hier.* **62** implentur *φTPN*, impleantur *FR Hier. Ven. uulgo* **63** ad *s. u. T (m. 1)* enim *om. Hier. Ven.* an̄n *φ*, annos *T*, annis *PNF Hier. Ven.* **64** artaxerxes *φ Hier. Ven.*, regnauit artataxerxes *T*, artaxerses regnauit *PNF* an̄n *φ*, *annos T*, annis *PNF* XL et I *Φ Ven.*, XI et unum *φ*, quadraginta *T Hier.*, LX *PNF* deinde rex *om. Hier. Ven.* rex Ochus (*Ὦχος*) *R*, rex ohus *P*, exoclius *φF*, esochus *N*, anthiocus *T* **65** annis XX et IIII *φΦ*, annos XX IIII *T*, annis uiginti et quattuor *Hier. Ven.*, regnauit annis XXIIII *PNF uulgo* Argus] Achus *Ios. Scaliger* annum unum *T* darius alius *Hier.* **66** medus nominatus *Ven.* annos uiginti unum *Hier.*, annos XXII *Ven.* **66***sq.* annis XII *φ Hier. Ven. Pmg, a m.*

regnarat, quos deuicerat, et in Alexandria regnum suum firmauerat, quando et nomine suo eam appellauit —, post eum regnauit illic in Alexandria Soter annis XXX et V ; cui succedit Philadelphus regnans annis XXX et VIII ; huic succedit Euergetes annis XX et V ; deinde Philopator annis XVII ; post hunc Epiphanes, annis XX et IIII ; item alius Euergetes, annis XX et VII ; item alius Soter annis XXX et VIII ; Ptolomaeus annis XXX et VII ; Cleopatra annis XX, mensibus VI ; item adhuc Cleopatra conregnauit Augusto V 281 annis XIII ; post Cleopatram Augustus aliis annis XLIII imperauit ; nam omnes anni imperii Augusti fuerunt L et VI. **11.** Videmus autem quoniam in quadragesimo et primo anno imperii Augusti, quo post mortem Cleopatrae XXVIII anno imperauit, nascitur Christus. Et superuixit idem Augustus, ex quo natus est Christus, annis XV, et erunt reliqua tempora annorum, [in diem natiuitatis Christi, in annum Augusti XL primum, qui post mortem Cleopatrae XX et VIII Augusto, efficiuntur anni CCCCXXX et VII, men-

Rhenani (nescio an ex Hirsaugiensi), annis XI *F*, annis X *TPN* **68** deuicerat *T Hier. Ven.*, reuicerat *φPNF* alexandriam *PN* **69** nominę (e *ex* i *corr. m. 3*) *φ* **69***sq.* post eum *φΦ Ven.*, postea *TPNF*, *om. Hier.* **70** alexandriam *N* xxx et v *φ*, xxxv *TPNF*, triginta quinque *Hier. Ven.* **70***sq.* cui succedit — — annis xxx et viii (*l. 74sq.*) *om. T* **71** successit *Hier. Ven.* filadelfus *φPF* regnans *φΦ Hier. Ven.*, et regnauit *PN*, regnauit *F* xxx et viii *φ*, xxxviii *PNF*, triginta octo *Hier. Ven.* **71***sq.* huic succedit euergetes *φPNF*, post hunc Euergetes regnauit *Hier. Ven.* **72** euergetis (*in mg.* eũgetes *a m. 2*) *φ* xx et v *φ*, xxv *PNF*, uiginti quinque *Hier. Ven.* filopater *φ* **73** xvii *φPNF*, decem et septem *Hier. Ven.* et post hunc *Hier.* xx et iiii *φ*, xxiiii *PFN*, uiginti quatuor *Hier. Ven.* **74** ḥebergeṣtes *φ* (*corr. m. 2*) xx et vii *φΦ*, xxvii *PNF*, uiginti septem *Hier. Ven.*, xxviiii *Pmg* (*ex Hiersaugiensi, ut uid.*) *R uulgo* item alius *φΦ*. *om. PNF Hier. Ven.* **75** xxx et viii *φΦ*, xxxviii *F*, triginta octo *Hier. Ven.*, xxxiiii *PN* ptolomeus *TPN*, ptholomeus *φ*, ptolemeus *FR Hier. Ven. uulgo* xxx et vii *φ*, xxxvii *TPNF*, xxxviii *Ven.*, triginta septem *Hier.* cleopatra conregnauit sub augusto *F* **76** xx *TPNF*, uiginti *Hier. Ven.*, xx et ii *φΦ* mensibus vi *Pam.* : mensibus v *ΦTPNF*, mensibus quinque *φ Hier. Ven.* adhuc *om. Hier. Ven.* **76***sq.* sub augusto *PN* **77** annis xiiii *T* xliii *TPNN Ven.*, quadraginta tribus *Hier.*, xxx et iii immo xl et ii *φΦ* **78** imperauit *φΦT Ven.*, regnauit *Hier.*, *om. PNF* imperii *om. Ven.* fuerunt *T*, fuerunt anni *φPNFR*, fuerunt numero *Hier. Ven.* **79** l et vi *φ*, lvi *TPNF Ven.*, quinquaginta sex *Hier.* uidemus *φ Hier. Ven.* (*secundum aliquot libros mss.*), uideamus *TPNF Hier. Ven.* (*secundum alios libr. mss.*) in *φ T Hier. Ven.*, *om. PNFR uulgo* et *om. T Hier.* **80** quo *PNF*, quod *φ*, quos *T*, qui *Hier. Ven.* **80***sq.* xxviii (*h. e. uicesimo octauo*) anno *φ*, xx et viii annos *Φ Oehler*, *om. TPNF Hier. Ven.* **81***sq.* superuixit — — christus (*l. 82*) *om. N*, insuper uixit *Ven.* **82** et quo *F* natus est *Hier. Ven.*, nascitur *φ TPF uulgo* (nascitur *ex uersu antecedenti irrepsisse putauerim*) erunt *om. Ven.* **83***sqq. uerba* : in diem natiuitatis — — — menses vi (*l. 86*) *seclusi : margini olim quasi indiculus rei hic tractatae adscripta haec uidelicet fuerunt a librario uel lectore quodam per errorem indicante computationem annorum ita ab auctore institutam esse, ut a primo anno Darii usque ad diem natiuitatis Christi numeraret annos ebdomadum* LXII *et dimidiae. sed cfr. l. 87 in notis* in annis xli *T* **84***sq.* qui post mortem cleopatrae xx et viii augusto *φΦ*, post mortem cleopatrae *T Hier. Ven.*, *om. PNF* **85** efficiuntur *om. Hier. Ven.* anni *φΦ F Hier. Ven.*,

ses VI] unde adimplentur LXII ebdomadae et dimidia, quae efficiunt annos CCCCXXXVII, menses VI [in die natiuitatis V 282 Christi]. **12.** Et 'manifestata est iustitia aeterna, et unctus est sanctus sanctorum, id est Christus, et signata est uisio et prophetes, et dimissa sunt peccata', quae per fidem nominis Christi omnibus in eum credentibus ⟨non re⟩tribuentur. Quid est autem, quod dicit 'signari uisum et prophetiam'? Quoniam omnes prophetae nuntiabant de illo, quod esset uenturus [et pati haberet], igitur, quoniam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari uisionem et prophetiam dicebat, quoniam ipse esset signaculum omnium prophetiarum, adimplens omnia quae retro de eo prophetae nuntiarant. **13.** Post enim aduentum eius [et passionem ipsius] iam non uisio neque prophetes, qui Christum nuntiet uenturum. Denique si non hoc ita est, exhibeant V 283 Iudaei prophetarum post Christum aliqua uolumina, angelorum aliquorum uisibilia miracula, ⟨quasi⟩ quae retro patriarchae uiderunt usque ad aduentum eius Christi, qui iam uenit. **14.** Ex quo ⟨si⟩ signata est uisio et prophetia, id est

88 *cf.* Dan. 9, 24

simul anni *T*, autem anni *PN* cccc xxx et vii *φΦ*, ccccxxxvii *TPNF Ven.*, quadringenti triginta septem *Hier.* **85***sq.* men. vi *T* (*quae s. u. scripta sunt add. m. recentior*), menses quinque *φ Hier. Ven.*, menses v *ΦPNF* **86***sq. uerba* unde adimplentur — — — menses vi (*l. 87*) *solummodo comparent in codice F, in margine cod. P* (*addita a Rhenano sine dubio ex Hirsaugiensi deperdito*) *et apud Hieronymum et Venerabilem, omissa sunt in φΦTPN* hebdomades *Hier. Ven.* **87** in die *φΦ F Ven.*, in diem *TPN Hier.* **87***sq.* in die natiuitatis Christi *seclusi : interpolatoris haec esse inde apparet, quod quadringenti triginta septem illi anni, qui capiunt exordium a primo anno Darii, qui cognominatur* Νόθος, *i. e. ab anno 424/23 a. Chr. nat., non in die* n a t i u i t a t i s *Christi complentur, sed in die* u n c t i o n i s *eius, i. e. baptismatis, quod secundum hunc locum eo anno factum esse praesumit Tertullianus, quo obiit Augustus, id est nostrae* ἐποχῆς *a. quarto decimo p. Chr. nat.* **88** manifestata *ΦTFPmg* (*ex Hiersaugiensi additum a m. Rhenani*) *Hier. Ven.*, manifesta *φPN* **90** prophetes *φPNF*, prophetịạ (ia *in lit. a m. rec.*) *T*, prophetia *Hier. Ven.* **91** ⟨non re⟩tribuentur *scripsi* : tribuentur *φ*, tribuuntur *TPNF Hier. Ven.*, remittuntur *Pomerius*, diluuntur *Oehler* **92** quod dicit *om. Ven.* signari *Hier. Ven. R*, signare *φTPNF* uisum] uisionem *T Ven.* (*fort. recte*) prophetam *PNF* **93** de ipso *Hier. Ven.* **94** et pati haberet *seclusi : passio enim Christi non ei, de qua hic sermo est, temporum* ἐποχῇ *ab auctore assignatur, sed sequenti septem et dimidiae ebdomadum* haberet. igitur *uulgo distinguitur* impleta *Hier.* **95** signari *φ T Hier. R*, signaturi *F*, signantur *P*, si gnarā *N* **96** esset *T*, est *φPNF Hier. Ven.* **97** prophetiarum *scripsi* : prophetarum *φTPNF Hier. Ven.* omnia *om. φ* de eo *om. Ven.* **98** prophetae *Hier. Ven. Pmg* (*add. Rhen.*), *om. φTPNF* nuntiarant *Ven.*, nuntiabant *Hier.*, nuntiauerant *φTPNF* post enim aduentum eius *φΦ*, post enim aduentum christi *TPNF*, post aduentum enim *Hier. Ven.* **98***sq.* et passionem ipsius *seclusi* (*cf. quae adnotaui supra ad l. 87sq.*) : ipsius *φΦPNF*, eius *Hier. Ven.*, *om. T* **99** non est uisio *Hier.*, non uisio est *Ven.* prophetes qui *φ*, propheta qui *Ven.*, prophetes est qui *TPNF*, prophetia quae *Hier.* **100** esse uenturum *Ven.* si non hoc *φ*, si hoc non *T*, hoc si non *PNFR uulgo* **100***sqq.* denique si — — — uideamus (*l. 114*) *om. Hier Ven.* **102** quasi *addidi* **103** eius Christi *scripsi* : eius *φΦ*, christi *TPNF* **104** *post*

statuta, et merito euangelista : *lex et prophetae,* inquit, *usque ad Iohannem baptistam.* Baptizato enim Christo, id est sanctificante aquas in suo baptismate, omnis plenitudo spiritalium retro charismatum in Christo cessauit signante uisiones et prophetias omnes, quas aduentu suo adimpleuit. **15.** Vnde firmissime dicit aduentum eius signare uisum et prophetiam. — Itaque ostendentes iuxta et numerum annorum et tempus LX duarum et dimidiae ebdomadarum adimpleta, quibus completis 'uenisse Christum', id est natum uid⟨imus unctum, uid⟩eamus, quid aliae septem ebdomadae et dimidia, quae sunt subdiuisae in abscisione priorum ebdomadarum, in quo actu sint adimpletae. **16.** Post enim Augustum, qui superuixit post natiuitatem Christi annis XV, efficiuntur : cui succedit Tiberius Caesar V 284
et imperium habuit annis XXII, mensibus VII, diebus XXVIII — huius quintodecimo anno imperii patitur Christus, annos habens quasi XXX, cum pateretur — item Caius Caesar, qui et Caligula, annis III, mensibus VIII, diebus XIII, Tiberius Claudius annis XII, mensibus VIII, diebus XX, Nero annis XI, mensibus IX, diebus XIII, Galba mensibus VII, diebus VI. Otho mensibus III, diebus V, Vitellius mensibus VIII, diebus XX et VII. Vespasianus anno primo

105 Matth. 11, 13

uenit *grauius distinxi* si *addidi* **105** inquit *T*, *om.* *φPNF* **106** baptistam *φΦF*, baptizatorem *TPN* enim] autem *T* **107** et omnis *φ* **108** cessauit *T*, cesserunt *φPNFR uulgo* signante] sanctae *φ* **109** uisiones et *φ*, uisionē$^{\text{et}}$ sed *T* (*corr. m. 1*), uisionem et *PNFR uulgo* adimplet *F* **110** uisum *φTPNF*, uisus *Φ* **111** propheriam *φΦT*, prophetias *F*, prophetas *PN* itaque ostendentes] *animaduerte singularem usum part. praes. idem, ut uid., significantis quod in Graeco part. aor.* δείξαντες οὖν iuxta (= *aequaliter*) *T*, *om.* *φPNF uulgo* et *om.* *T* **113** adimpleta *φ*, adimpletarum *ΦTPNF*, adimpletum *Rig.* quibus completis *φΦ*, tunc *TPNF* **114** uid⟨imus unctum, uid⟩eamus *scripsi* : uideamus *libri et uulgo* quid] *linea subscripta deleuit T*, *om.* *Pam. Rig.* **114***sq.* septem ebdomadae et dimidia *φ*, VII et dimidiae (dimidia *F Hier. Ven.*) ebdomades (-dis *T*) *TPNF Hier. Ven.* **115** diuisae *T* **116** sint *φT Hier. Ven.*, sunt *PNF* **118** annis *φT*, anni *PNF Hier. Ven.* successit *Hier.* **119** XXII *TPNF Ven.*, uiginti duobus *Hier.*, XXVIII *φ*, XX *Φ* **119***sq.* diebus XXVIII *φΦ*, diebus uiginti octo *Hier.*, diebus XX *TPNF* **120** huius imperii decimo quinto anno *Hier.*, huius nono decimo anno *Ven.* patitur *φ Hier. Ven.* (*cf. supra* nascitur Christus *p. 281, 81*), passus est *TPNF* **121** quasi XXX *φTPNF*, quasi triginta tres *Hier. Ven.* **121***sq.* caius Caesar *PNFR Hier. Ven.*, consul Caesar *T*, *om.* caius *φ* **122** calligula *φ Ven.*, acligula *T*, gallicula *P*, callicula *NF* **123***sq.* Tiberius Claudius annis XII, mensibus VIII, diebus XX *scripsi* : tiberius claudius annis XIII, mensibus VII, diebus XX *TPNFR Ven.*, *desunt haec omnino in φΦ Hier.*, *quos sequuntur Pamelius et abhinc editores omnes* **124** nero *φΦ Hier. Ven.*, nero Caesar *TPNFR uulgo* annis nouem *Hier.*, annis VIII *Ven.* **125** diebus VI *φΦTPNF*, diebus uiginti octo *Hier.*, diebus VIII *Ven.* otho tribus (*om.* mensibus) *φΦ Oehler* diebus V *φPNF Hier. Ven.*, dies V *T*, diebus (*omisso numero*) *Φ Oehler* **126** diebus XX et VII *Φ*, dies XX et VIII *φ*, diebus uiginti octo

imperii sui — nam imperauit annis XII — debellat Iudaeos, et fiunt anni numero LII, menses VI, atque ita in die suae expugnationis Iudaei impleuerunt ebdomadas LXX praedictas in Danielo. **17.** Igitur expletis his quoque temporibus V 285
et debellatis inde Iudaeis postea cessauerunt illic libamina et sacrificia, quae exinde illic celebrari non potuerunt. Nam et unctio illic exterminata est post ⟨exterminationem uncti, hoc est post⟩ passionem Christi : erat enim praedictum huius exterminium, [exterminari illic unctionem] sicut in psalmis erat prophetatum : *exterminauerunt manus meas et pedes.* **18.** Quae passio Christi intra tempora LXX ebdomadarum perfecta est sub Tiberio Caesare, consulibus Rubellio Gemino et Fufio Gemino mense Martio temporibus paschae, die octaua Kalendarum Aprilium, die prima azymorum, qua agnum occiderunt ad uesperam, sicuti a Moyse fuerat praeceptum. Itaque omnis synagoga filiorum Israel eum interfecit, dicentes ad Pilatum, cum eum uellet dimittere :

130 *cf.* Dan. 9, 27 **134** *cf.* Dan. 9, 26 **136** Ps. 21, 17 (*pro* ὤρυξαν *interpretatio haec Latina postulat* ἐξώρισαν) **141** *cf.* Exod. 12, 5—6 **143** Matth. 27, 25 ; Ioh. 19, 12

Hier., diebus XVIII *Ven.*, diebus XX et X *F*, diebus X *T* (diebus *ex* dies *corr. m. rec.*) *PNR* anno primo] *hoc est anno post Chr. n. 67, quo anno suscepit Vespasianus aduersus Iudaeos imperium ; ex hoc igitur anno, non ex anno 69, computare se annos imperii Vespasiani indicat auctor eis uerbis, quae in parenthesi addit* : nam imperauit annis XII **127** *uerba* nam imperauit annis XII, *quae in libris mss. apud Hier. et Ven. paulo infra post* menses VI *comparent* (*l. 128*), *huc transposui* annis XII *φΦ Ven.*, annis XI *TPNF*, annis undecim *Hier.* debellat *Φ*, debellauit *TPNF Hier. Ven.* **128** anni N̄ L et II *φT*, anni numero quinquaginta duo *Hier. Ven.*, *om.* numero (*Φ*) *PNF* menses VI] m̄m̄ VI d̄d̄ VII *φΦ* *sunt computati* : *anni 48*, menses *50* (= *anni 4, menses duo*), *dies 112* (= *4 × 28 = menses quattuor*) in die *φΦ*, in diem *TPNF Ven.* **128***sq.* suae expugnationis *φΦT Ven.*, expugnationis suae *PNF Hier.* **129***sq.* praedicatas *N* **130** in] a *Ven.* danihelo *φPN*, daniele *TF Hier. Ven* *post* daniele *explicit excerptum Tertulliani apud Hier. et Ven.* **131** inde *scripsi* : idē *φ*, *om.* *TPNFR* illic *φTP*, illi *N*, *om.* *F* **133***sq.* exterminationem uncti, hoc est post *addidi* : *animaduerte* exterminationem *et* exterminare *hoc loco idem sapere quod* passio *et* pandere, *id quod relucet ex loco sacrae scripturae hic laudato* **135** huius exterminium] *haec uerba, quae in libris mss. paulo infra post* passio Christi (*l. 137*) *leguntur, huc transposui* huius exterminium *φ*, huius exterminii *ΦTPN*, exterminii *F* exterminari illic unctionem] *deleui haec uerba, addita uidelicet a librario uel lectore quodam, qui propter mutilata antecedentia tale quid desiderauit eademque de causa uerba* huius exterminium *e loco suo alio transtulit* **135***sq.* sicut in psalmis erat *φ* (*Φ*) *T*, sicut est in psalmis *PNF* **137** passio christi *φΦ*, passio *TNPF* **139** Fufio *Iun.* : fuuio *T*, rufio *φNF*, rufigo *P* (*corr. m. 1*) mense mar *T* **140** octaua *scripsi* : octabu *φ*, VIII$^{\text{vo}}$ TP, VIII *NF*, die octauo *uulgo* Aprilium] aprim̧elium (me *eras. ut uid.*) *φ*, aprilium *PF*, apl̃ (= aprilis) *T*, aprilis *N* **141** qua *scripsi* : quo *φTPNF* agnum occiderunt *φΦ*, ut agnum occiderent (e *ex* a *m. 1*) T, agnum ut occiderent *PNF* sicuti *FΦ*, sicut *φ*, *om.* *TPN* a moyse *Φ*, ad moysen *φ*, a$^{\text{d}}$ moysen *T* (*add.* d *s. u. m. 1*), a moysen *NF*, a moyse *P* **142** synagoga filiorum israel *TPNF*, synagoga israel *φ*, sygoga isdrahel *φ* **143** cum uellet *φΦT*, uellet cum *PNFR*

sanguis huius super nos et super filios nostros, et : *si hunc* V 286 *dimiseris, non es amicus Caesaris*, ut adimpleri *omnia* possent, quae de eo fuerant scripta.

IX. **1.** *** Incipiamus igitur probare natiuitatem Christi a prophetis esse nuntiatam. 'Sic ut Esaias praedicat : *audite, domus Dauid! non pusillum uobis certamen cum hominibus, quoniam deus praestat agonem, propter hoc ipse deus dabit uobis signum : ecce uirgo concipiet et pariet filium : et uoca-* V 287 *bitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur : nobiscum deus. Butyrum et mel manducabit, quoniam, priusquam cognoscat infans uocare patrem aut matrem, accipiet uirtutem Damisci et spolia Samariae aduersus regem Assyriorum*, ⟨sic⟩ itaque', dicunt Iudaei, 'prouocemus ⟨ad⟩ istam

---

145 *cf.* Matth. 26, 56

IX. **2—6** Es. 7, 13—15 **5—30** *cf.* Adu. Marcionem III cap. 12 = III *p.* 395, 4*sq.* **7** Es. 8, 4

---

144 no$_*$ (e *ut uid. in ras.*) *T* **145***sq.* omnia possent (possint *T*) *φTPN*, possent omnia *FR uulgo*

IX. **1** Incipiamus igitur] *Quae abhinc usque in finem libelli leguntur, qualia nunc inueniuntur composita Tertulliani stilo deberi uix unus e uiris doctis Septimiani ingenii peritis sibi potuit persuadere. Ego operi imperfecto uel casu quodam mutilato hanc appendicem affixisse nescio quem putauerim ex relictis aliquot auctoris plagulis errabundas quasdam continentibus epilogi huius libri particulas singulatim et discretim ab auctore conceptas, ut quibus postmodum plenam ac ordinatam demonstrationem superstrueret. Cui negotio prorsus imparem fuisse eum, qui in prouinciam auctoris successit, uel inde apparet, quod singulas disputationis partes apta ac dilucida rerum tractatarum ordinatione coniungere supersedet eademque fere utique transgressionis formula usus quasi cohaereant uanam praefert speciem. Quantum in re tam difficili iudicare licet, id pro certo affirmauerim ad eam partem tractatus huius, quae absoluitur in fine capitis octaui, artissime se applicare illa, quae leguntur in capite undecimo inde a uerbis* itaque quoniam (*p. 312, 54*) *usque in finem capitis duodecimi, ubi* (*cap. 12, 17*) *in uoce* consideramus *sermo medius abrumpitur. Ceterum animaduertendum est in his capitibus duos locos redire, qui et alibi inueniuntur, uel eisdem uerbis uel paululum immutatis conceptos, unde comprobari mihi uidetur quod de ortu huius appendicis iudicandum putaui* ITEM PROBATIO NATIVITATIS $\overline{\text{XPI}}$ *P* (*margini a manu librarii haec inueniuntur adscripta* : sensum capituli huius in libro III° contra Marcionem plenius inuenies), ITEM PROBATIO NATIVITATIS *N*, PROBATIO NATIVITATIS $\overline{\text{XRI}}$ SALVATORIS *F*, *titulus deest in φT* *lacunam signaui : conferas uelim quae adnotaui p. 316, 39* *uerba* incipiamus igitur probare *in cod. P maiusculis litteris exarata sunt* **2** *uerba aduersariorum indicaui* (*cf. infra l. 10* : dicunt Iudaei) sicut *φΦTF*, sic *PN* eseias *Φ* praedicat *ΦT*, dicit *PNF* **3** non] num *T* (*in lit. a m. 2*) *Rig.* **4** agonem *φΦT*, certamen *PNF* ipsi *φ* **6** nonem *φ* enmanuel *φ* (*sic ubique*), emmanuelem *T* **6***sq.* quod interpretatur nobiscum deus] *haec uerba, etsi nec in Hebraico nec in uulgata uersione Latina inueniuntur, tamen in sua interpretatione legisse Tertullianum necesse est, ut apparet ex eis, quae infra dicit l. 19sqq.* **7** botyrum *φ* manducau$^{\text{b}}$it *φ* (*sic*), manducabit *TPF*, commedet *N* **10** sic *addidi* (*cf. supra l. 2* : sicut Esaias praedicat) ad *addidi* (*cf. locum gemellum III p. 396, 4*) **10***sq.* praedicationem] pro-

praedicationem Esaiae et faciamus comparationem, an Christo qui iam uenit competat illi nomen, quod Esaias praedicauit, et signa eius, quae de eo nuntiauit. Et primo quidem Esaias praedicat eum Emmanuel uocitari oportere, dehinc uirtutem sumpturum Damasci et spolia Samariae aduersus regem Assyriorum. **2.** Porro iste', dicunt, 'qui uenit, neque sub eiusmodi nomine est dictus neque re ulla bellica functus.' At nos e contrario admonendos eos existimamus, cohaerentia quoque huius capituli recognoscant. Subiuncta est enim et interpretatio Emmanuel : *nobiscum deus*, uti non solum sonum nominis spectes, sed et sensum. Sonus enim Hebraicus, quod est Emmanuel, interpretationem habet quod est *nobiscum deus*. **3.** Quaere ergo an ista uox : V 288 *nobiscum deus*, quod est Emmanuel, exinde quod Christus inluxit agitetur in Christo. Et puto, non negabis. Nam qui ex Iudaismo credunt in Christum, ex quo in eum credunt, Emmanuel eum solent dicere nobiscum deum esse significans, atque ita consentiunt iam uenisse illum, qui praedicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel uenit, id est *nobiscum deus*. **4.** Aeque sono nominis inducuntur, cum uirtutem Damasci et spolia Samariae et regnum Assyriorum sic accipiunt, quasi bellatorem portendant Christum, non animaduertentes, quia scriptura praemittat : *quoniam priusquam cognoscat puer uocare patrem aut matrem, accipiet uirtutem Damasci et spolia Samariae aduersus regem Assyriorum*. **5.** Ante est enim inspicias aetatis demonstrationem, an uirum iam Christum exhibere ista

---

30—110 Adu. Marcionem III cap. 13 = III *p.* 396, 6*sqq.* **34** Es. 8, 4

---

uocationem *φΦ* **11** an christus *F*, an si $\overline{\text{xps}}$ *N* **12** illi nomen *scripsi* : illi primo nomen *φTPNF uulgo* **13** signa *φΦ*, insignia *TPNF* de eo nuntiauit] denuntiauit *T* et primo quidem *scripsi* (*cf. loc. gem. III p. 395, 5*) : et quidem *φTNF*, ē quidem *P*, equidem *R uulgo* **14** praedicat] praedicauit *T* emmanuel uocitari *TφΦ*, emmanelem uocari *PNF* **15** sumpturum] superaturum *T* (era *add. m. 2*) aduersum *φ* **16** porro iste, dicunt *φ*, porro autem iste, inquiunt *T*, porro inquiunt iste *PNFR uulgo* **17** re ulla *T*, re *PNFR uulgo*, *om. φ* **18** existimauimus *PR uulgo* **19** uti cohaerentia *PR uulgo* **20** et *om. φ* **21** spectes *Lat.* (*cf. III p. 395, 12*), expectes *φTPNF* **22***sq.* interpretationem habet quod est nobiscum deus *φΦT*, id est nobiscum deus *NF*, suae gentis est (*in ras. a m. 1*) *P* (*in mg. inferiore ab eadem manu addita leguntur haec* : sensus autem eius quod est deus nobiscum ex interpraetatione communis est, *ex loco uidelicet gemello 395, 14*) **24** quod *φTF*, quo *PN Oehler* **25** non *φΦT*, extoto non *PNF* **26** iudaeismo *φ* in christum *φΦ*, in christo *TPNF* **26***sq.* ex quo in eum credunt *φPNF*, in (in *in lit. a m. 2*) quo et nos credimus *T* **27** cum solent *scripsi* : cum uol$^{\text{u}}$ent *T*, cum uolent *φ* (*syll.* lent *in ras.*) *PNFR uulgo* **28** significans *scripsi* : significant *libri* consentiunt *T*, constant *φ*, constat *PNFR uulgo* iam *om. T* illum] illu *in ras. φ* **31** uirtute *φN* **32** protendant *P* (*corr.* pro *in* por *m. 1*) *NF* **33** quia *φΦF*, quid *TPN* **34** aut] et *T* **36** in-

aetas possit, nedum imperatorem. Scilicet uagitu ad arma esset conuocaturus infans, et signum belli non tuba, sed crepitaculo daturus, et non ex equo uel de muro, sed de nutricis aut gerulae suae dorso siue collo hostem designaturus, atque ita Damascum et Samariam pro mammis subacturus! V 289 **6.** Aliud est, si penes uos infantes in proelia erumpunt, credo ad solem uncti prius, dehinc pannis armati et butyro stipendiati, qui ante norint lanciare quam lancinare. Enimuero si nusquam hoc natura concedit, ante militare quam uirum facere, ante uirtutem Damasci sumere quam patrem nosse, sequitur ut figurate pronuntiatum uideatur. **7.** 'Sed et uirginem', dicunt, 'parere natura non patitur, et tamen credendum est prophetae.' Et merito. Praestruxit enim fidem incredibili rei dicendo, quod signum esset futurum: *Propterea*, inquit, *dabitur uobis signum. Ecce uirgo concipiet in utero et pariet filium.* Signum autem a deo, nisi nouitas aliqua monstruosa fuisset, signum non uideretur. **8.** Denique si quando ad deiciendos aliquos — ad hanc diuinam praedicationem uel conuertere simplices quosque gestitis — mentiri audetis, quasi non uirginem sed iuuenculam concepturam et parituram scriptura contineat, hinc quoque reuincimini, quod nihil signi uideri possit res cottidiana, iuuenculae scilicet praegnatus et partus. In signum ergo nobis posita uirgo mater merito creditur, infans uero bellator non aeque. V 290 **9.** ⟨Neque⟩ enim et hic signi ratio uersatur, sed signo natiuitati, scilicet nouae, adscripto exinde

52 Es. 7, 14

spicias *φPN*, specias *T*, ut inspicias *F* **38** posset *φ* uagitum *φ* **40** crepitaculo *φΦR*, crepitacillo *TP* (-cillo *corr. in* -culo *Rhen.*) *NF* et non] et *P in ras.* (sed *s. u. a m. 1* et non, *quod in nec corr. Rhen.*), sed *φNF*, uel *T* ex equo] de equo *T* muro] mulo *T* **40***sq.* sed de nutricis aut *scripsi* (*cf. loc. gem.*): aut de nutricis et *φTNF*, sed d. n. et *PR uulgo* **43** uos] *in mg. cod. P legitur*: alias ponticos (os *eras. a Rhenano*) proelia *φ*, preli* *T* (o *s. u. a m. 1*), proelio *PNF*, proelium *R uulgo* **43***sq.* rumpunt *T* **45** norent *φ* (i *s. u. a m. 1*) lanciare *φN*, lantiare *T*, lanciari *Φ*, lanceare *P uulgo*, lancearì *F* lancinare *φN*, la*tinare *T* (*litt.* n *erasa uidetur*), laciniare *P*, lanceare *F* **46** enimuero *φTN*, etenimuero *PF* **48** ut] et *φ* **49** dicunt *φT*, inquiunt *PNF* **50** est *om. F* **51** fidem] finem *T* incredibili *PNF*, incredibili (s *s. u. a m. 2*) *T*, incredibilem *φΦ* **52** ac propterea *φ* **55** *parenthesin indicaui* **55***sq.* ad hanc praedicationem *φ*, ab hac praedicatione *TPNFR uulgo* **56** simplices quosque *φΦ*, simplices singulos q (*i. e. quoque*) *T*, singulos simplices quosque *PNR*, singulos quosque *F* **57** auditis *φ* (i *in* e *corr. m. 1*) *F* **58** scriptura *om. Φ*, scribtura *φ* **60** iuuencula *φ* **62** non aeque. ⟨neque⟩ *scripsi*: non aeque *TΦPNF*, neque *φ*, non aeque. ⟨non⟩ *Pam. Rig. Oehler* enim et hic *φΦT*, et hic enim *PNF* sig** ratio *φ* (ig *in lit.*; *pro* ni *lacuna duarum litt.*) **62***sq.* uersatur *TPNF*, uersaretur *φΦ Oehler* **63** natiuitati, scilicet nouae, *scripsi*: nati-

[post signum alias] iam ordo infantis edicitur: mel et butyrum manducaturum illum; et hoc utique ⟨non⟩ in signum; est infantiae. 'Sed accepturum uirtutem Damasci et spolia Samariae aduersus regem Assyriorum, hoc est mirabile signum.' **10.** Seruate modum aetatis et quaerite sensum praedicationis, immo credite ueritati cui credere non uultis: et intellegitur prophetia, quae renuntiatur, expuncta; credantur orientales illi magi, infantiam Christi recentem auro et ture munerantes: et accepit infans uirtutem Damasci sine proelio et armis. **11.** Nam praeter quod omnibus notum est orientis uirtutem, id est † enim uires, auro et odoribus pollere V 291 solitam, certe est ex diuinis scripturis uirtutem ceterarum quoque gentium aurum constituere, sicut per Zachariam dicitur: *Et Iudas praetendit apud Hierusalem et congregauit omnem ualentiam populorum per circuitum, aurum et argentum.* **12.** De hoc ⟨autem⟩ auri munere etiam Dauid dicit: *Et dabitur illi ex auro Arabiae*, et rursus: *Reges Arabum et Saba dona adferent illi.* Nam et magos reges

64 *cf.* Es. 7, 15 **66** *cf.* Es. 8, 4 **71** *cf.* Matth. 2, 11 **77** Zach. 14, 14 **80** Ps. 72, 15

uitatis nouae *φTPNF* (-tis *ortum uidetur ex* -ti . s . = ti scilicet) **64** alias *φ*, alius *TPNFR uulgo*: *seclusi uerba* post signum alias *ut uariam lectionem uocabuli* exinde (*cf. in loco gem.* post signum alibi, *quae et illic secludere debueram*) **65** manducaturum *φTNF*, manducaturi *PR uulgo* illum *T*, *om. φPNFR* et hoc *TFP* (*in lit. a m. recentiore*), nec hoc *φN* non *addidi* **66** est infantia est *P* (*margini a m. 1 legitur adscriptum*: maliciae non assentaturi; hoc enim *quae uerba a Rhenano deleta sunt, cf. loc. gem.*) **67** aduersum *φ* **68** serua — quaere *P* (*corr. m. 1*) R, serua — quaere *φTPNF* **69** credite *scripsi*: redite *T*, reddite *φPNFR uulgo* (*perperam hoc ex loco gemello hic irrepsisse sicut et quod insequitur* quae *pro* cui *locorum diuersa ratio docet*) cui *T* (*in lit. a m. 1*), quae *φPNFR uulgo* **69***sq.* et intellegitur prophetia, quae (qua *Φ*) renuntiatur, expuncta *φTNF*, et tam intellegitur prophetia renuntiata quam creditur expuncta *P* (*cf. loc. gem.*) **70***sq.* credantur orientales illi magi *φΦT*, credatur et spolia samariae orientales illi magi *N*, credatur accepit christus infans uirtutem damasci et spolia samariae orientales illi magi *FP* (*ad uocem* orientales *adscripsit in Paterniacensi m. 1*: maneant enim; *cf. loc. gem.*) **71** recentem *T Rig.*, regem *φΦ*, ut regem *PNF* **71***sq.* auro et ture *φΦT*, auro ture et mirra *PNF* **72** munerantes *φΦT*, remunerantes *PNF* accipit *NF* **73** praeter *φPNF*, patet *T* (*in lit. a m. 2*) **74** id est enim uires *φΦ*, id est uires *T* (*sed linea subscripta haec librarius deleuit*) *PNF*, *id est* emin⟨entes⟩ uires *fort.* **75** certe est ex diuinis *scripsi* (*sicherlich stammt aus d. H. S.*): certe est diuinis *φΦ*, certe et ex diuinis *TPNF*, certum est et ex diuinis *Vrs.* (*Rig.*) **75** *sqq. uerba* certe est diuinis *usque ad uerba* ad populum Israel (*l. 97*) *in φ bis exarata sunt in fol. 37ᵛ et 38ʳ*; *ubi dissonant siglis utar $φ^1$ et $φ^2$* **76** quoque ceterarum *PR uulgo* **77** dicitur *F*, dicet *TPN*, *om. lacuna trium litterarum relicta* $φ^1$ (*an* dictum = *dcm̄ ?*), *om. sine lacuna* $φ^2$ praetendit *φPNF*, praetendite *T* (e *eras.*) Hierusalem *Oehler*: israel *φTPNF* **78** congregabit R *uulgo* circutum $φ^1$ **79** de hoc autem *scripsi* (*loc. gem. secutus*), nam de hoc *φTPNF*, *possis etiam rescribere*: iam ⟨uero⟩ de hoc, *sed cf. l. 81, ubi coniunctio* nam *in φ omissa est, ut hic irrepsisse uideatur* **80** dicit *φ*, dixit *TPNFR uulgo* ex auro *φT*, de auro *PNFR uulgo* rursus *φT*, iterum *PNFR uulgo* **81** dona *φ*, munera

fere habuit oriens et Damascus Arabiae retro deputabatur, antequam transscripta esset in Syrophoenicen ex distinctione Syriarum, cuius tunc 'uirtutem' Christus accepit, accipiendo insignia eius, aurum scilicet et odores, 'spolia' autem 'Samariae' ipsos magos, qui cum illum cognouissent et muneribus honorassent et genu posito adorassent qua dominum et regem, sub testimonio indicis et ducis stellae, spolia sunt facti Samariae, id est idololatriae, credentes uidelicet in Christum. **13.** Idololatriam enim Samariae nomine no- V 292 tauit, ut ignominiosae ob idololatriam, qua desciuerat tunc a deo sub rege Hieroboam. Nec hoc enim nouum scripturis diuinis, figurate uti translationem nominum ex comparatione criminum. **14.** Nam et archontas Sodomorum appellat archontas uestros et populum uestrum populum Gomorrae uocat, cum iam essent istae ciuitates olim extinctae. Et alibi per prophetam ad populum Israël : *Pater*, inquit, *tuus Amorraeus et mater tua Chetaea*, quorum ex genere procreati non sunt ; sed ob consimilem impietatem † cognominauit, quos aliquando etiam filios suos dixerat per Esaiam prophetam : *Filios genui et exaltaui*. **15.** Sic et Aegyptus nonnumquam totus orbis intellegitur apud illum superstitionis [et maledictionis] elogio. Sic et Babylon apud Iohannem nostrum Romae urbis figura est, proinde et magnae et regno superbae et sanctorum debellatricis. Hoc itaque modo magos quoque Samaritanorum appellatione titulauit dispoliatos quam habuerant cum Samaritanis, ut diximus, V 293

82 Ps. 72, 10 **87** *cf.* Matth. 2, 11 **88** *cf.* Matth. 2, 9 **91** *cf.* III Reg. 13, 33—34 **94** *cf.* Es. 1, 10 **95** *cf. ib.* **97** Ez. 16, 3 **101** Es. 1, 2 **102** *cf.* Es. 19, 3 **103** *cf.* Es. 19, 4. *cf.* Apoc. 17, 5

TPNFR uulgo offerent *F* nam *om.* φ **83** esset et *T* **83sq.** extinctionem siriarum φ **84** xpo̧ (o *eras.*) φ² accepit *om. PN* **87** qua φ*N*, quasi *PFR uulgo*, ut *T* (*in lit. a m. 1*) **88** indicis et ducis *R* (*sec. loc. gem.*), indicis et indicis φ*PN*, indicis et iudicis *F*, indicis *T*, ducis et indicis *Oehler* **89sq.** id est — samariae (*l. 90*) *om. N* **90** Christo *PFR* idolatria φ **91** idolatriam *PNF*, idolatriae φ, idolatrię (a *s. u.*) *T* qua *T Pam.* : quae φ*PNF* desciuerant φ **93** translationē φ²*T*, translatione φ¹*PNFR uulgo* **94** et *om.* φ arcontas (*bis*) φ **95** gomurrae φ² **96** iam olim essent ciuitates istae *FR uulgo* extinctae] *hic explicit* φ² : *quae sequuntur* : et alibi — — pater inquit *erasa sunt, comparent autem in fol. 38v* **97** pater inquit φ²Φ*N*, dicit pater inquit *TPF* **98** chetæa T (h *s. u. a m. 2*), *cethea φ, cetthaea φ¹, cethaea *PNF* **99sq.** cognominauit *T*, *om.* φ*PNFR uulgo*, cognomin⟨e isto eos not⟩auit *fort.* **100sq.** per esaiam prophetam *om.* φΦ **101** genui φ, generaui *TPNFR* **103** et maledictionis *om.* φ : *habent TPNFR* (*sic et loc. gem.*) babyllon φ **104** romae φΦ*F*, romanae *TPN* (*cf. loc. gem.*) figura est φΦ, figuram portat *TPNFR* ; *recepi inter uerba Fuldensis lectionem, sed admodum dubito, an totus hic locus secundum locum gemellum a librario quodam correctus ita e contrario constituendus sit* : sic et Babylon⟨is⟩ apud Iohannem nostrum R o m a u r b s figuram portat proinde et] proinde ut *T*, proinde ut ⟨ipsa⟩ *fort.* **105** bellatrici φ **106** appellationem φ **107** di-

idololatria aduersus dominum. **16.** *Aduersus regem* autem *Assyriorum* aduersus diabolum intellegitur, qui adhuc se regnare putat, si sanctos a religione dei deturbet. Adiuuabitur haec nostra interpretatio, dum et alibi bellatorem Christum scripturae designant ob armorum quorundam uocabula et eiusmodi uerba, si ex reliquorum sensuum comparatione conuincentur Iudaei. *Accingere*, inquit Dauid, *ensem super femur*. **17.** Sed quid supra legis de Christo ? *Tempestiuus decore super filios hominum, effusa est gratia in labiis tuis*. Valde autem absurdum est si, quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris et labiorum gratia blandiebatur ; de ⟨ae⟩quo, ⟨si⟩ subiungens dicebat, *extende et prospera procede et regna*, et adicit : *propter lenitatem et iustitiam tuam*. Quis enim ense operatur et non contraria lenitati et iustitiae exercet, id est [dolum et] asperitatem et iniustitiam, propriam scilicet negotii proeliorum ? **18.** Videamus ergo an alius sit ensis ille, cuius alius est actus. Is est ⟨ensis⟩ dei, sermo diuinus, *bis acutus*, ut ex duobus V 294 testamentis legis antiquae et legis nouae, acutus sapientiae suae aequitate, reddens unicuique secundum actum suum. **19.** Licuit ergo et Christo dei in psalmis sine bellat⟨or⟩is rebus ensem sermonis dei praecingi figurate, cui praedicta tempestiuitas congruat cum gratia labiorum, quem tunc iam cin-

108 *cf.* Es. 8, 4 **114** Ps. 44, 4 **116** Ps. 44, 3 **119** Ps. 44, 5 **125** *cf.* Apoc. 2, 12. *cf.* Hebr. 4, 12 **127** *cf.* Matth. 16, 27

spoliatos Φ*T*, dispoliauịṭ (-uit *eras.*) φ, et despoliatos *PNF* quam *T*, quod φ*PNFR uulgo* habuerant *TPNFR*, aberant φ samaritanis φ, samaritis *TPNFR uulgo* **108** idololatriam *R*, idolatria φ, idolatriam *rell. et uulgo* aduersus deum *T* **109** intellegitur φ, *om. TPNFR uulgo* adhuc φΦ, ad hoc *TPNFR uulgo* **110** deturbet *T*, deturbat *PNFR uulgo*, putet φΦ **110sq.** adiuuabitur φ, adiuuabitur autem *TPNFR uulgo* **111** et *om. NF* **112** arborum φΦ **113** et *om.* φΦ huiusmodi *N* si ex *scripsi* : sed ex φ*PNR*, sed haec *T*, sed et ex *F* **114** comparationem *T* **115** ense φΦ **116** effusa φΦ*F*, diffusa *TPN* **118** ensem *NF* ei] et φ **119** de aequo *scripsi* (*cf. sic item in loco gemello* ; de aequo = *aeque*, *ut* de uero = *uere*, de cetero = *ceterum*) : de quo *libri omnes* si *addidi* **120** prospera (*scil. uia*) procede φΦ (= κατευοδοῦ), prospera (*om.* procede) *TPNFR* prospera, procede *Oehler* regna. et *uulgo distinguitur* adicit φ, adiecit *TPNF* **121** enim *T*, *om.* φ*PNFR* operatur φ¹, oper**tur *T* (*duae litt. eras.*), operabitur φ²*PNF*, accingetur *PR* **122** lenitate et iustitia φ dolum et *seclusi* (*irrepsit ex loc. gem.*) **123** propriam — negotii φΦ, propria — negotia *TPNFR* **124** uidemus *T* sit *om. T* alius est *T*, est alius φ*PNFR uulgo* **125** is est ⟨ensis⟩ dei *scripsi* (*cf. loc. gem. 399, 10*) : id est dei *libri omnes* ut ex *scripsi* : ut φΦ*PNF*, ex *T* **126** acutus *PNFR*, actus φ*T* **127** suae *om.* φ aequitate *TPNF*, aequitatem φ **128** bellat⟨or⟩is *scripsi* : bellatis T, bellicis φ*PNFR uulgo* **129** ensem *TPNFR*, et ipse φ sermonis *PNFR*, sermones φ*T* figurate *T*, figurato φ*PNFR uulgo* **130** congruit *N* laborum φ (i *s. u. a m. 1*), labiorum *in lit. a m. 2 T* quem *TPNR*, qui φ*F* tunc iam *T*, tunc φ*PNFR uulgo* **130sq.** cinge-

gebatur super femur apud Dauid, quando uenturus in terris ex dei patris decreto nuntiabatur : *Deducet,* inquit, *te magnifice dextera tua,* uirtus scilicet gratiae spiritalis, de qua Christi agnitio deducitur ; *sagittae tuae* [inquit] *acutae,* — peruolantia utique dei praecepta — minantes traductionem uniuscuiusque cordis et compungentes et transfigentes conscientiam quamque ; *populi sub te cadent,* utique adorantes. **20.** Sic bellipotens et armiger Christus et sic accipiet spolia non solius Samariae uerum et omnium gentium. Agnosce et spolia figurata, cuius et arma allegorica didicisti : V 295 Atque ita in tantum Christus, qui uenit, ⟨Esciae erit Christus, in quantum⟩ non fuit bellator, quia non talis ab Eseia praedicabatur. 'Sed Christus', inquiunt, 'qui uenturus creditur, non et Iesus dicitur. Quare igitur is qui uenit, Iesus Christus appellatur ?' **21.** Constabit autem utrumque nomen in Christo dei, ⟨si⟩ in quo inuenitur etiam Iesus appellatus. Disce et hic erroris tui morem. Dum Moysi successor destinaretur Auses filius Naue, transfertur certe de pristino nomine et incipit uocari Iesus. Certe, inquis. Hanc prius dicimus figuram futuri fuisse. **22.** Nam quia Iesus Christus secundum populum, quod sumus nos nationes in saeculi deserto commorantes antea, introducturus esset in ter-

---

131 *cf.* Ps. 45, 4 **132** Ps. 45, 5 **134** Ps. 45, 6 **135** *cf.* Hebr. 4, 12 **137** Ps. 45, 6 **141***sqq. cf.* Adu. Marc. cap. 16 = III *p.* 402, 7 *sqq.* **148** *cf.* Num. 13, 9. 17

---

batur] canebantur *T* **131** terris *φT*, terras *PNFR uulgo* **132** deducit *P* te inquit *φ* **132***sq.* magnifice dextera tua *φΦT*, magnitudo dexterae tuae *PNFR uulgo* **133** uirtus *F*, uirtu*** *P* (*corr. m.1 ; in ras.* tis *ut uid.*), uirtus* *T* (s *a m. 2 pro syllaba* tis *erasa*), uirtutis *N*, uirtutes *φ* **134** inquit *seclusi* acutae *om. φ* acutae inquit *N* **135** peruolentia *T* (*corr. m. 1*) utique *Vrs.* : ubique *φTPNFR* **136** compungentes *TΦ*, compungentis *φPNF* transfigentes *Φ*, transfringentes *T* (r *erasum*), transfigentis *φPNF* **136***sq.* conscientia *T* (s *s. u. a m. 1 ut uid.*) **137** quamque *φΦ*, namq;am *T* (q; *in lit.*, quae *eras.*) namque *PNFR* **138** et sic *T*, est sic *φΦ*, *om. PNFR* **139***sq.* agnosce] agnusce *φ*, cognosce *T* **140** allegorica *in lit. a m. rec. T* **141** atque ita *bis comparent in φ* **141***sq.* Esciae erit Christus, in quantum *addidi* (*cf. loc. gem. III p. 400, 14*) **142** ab escia *φ*, ab esaia *NF*, ab isaia *P*, adesse iam *T* **143** sed *φΦ*, sed si *TPNFR uulgo* **144** non et ih̄s dicitur *T*, non ih̄s dicitur *φΦ*, non est iesus a iudeis dicitur *NF*, a iudeis et dicitur non est ih̄s *P* igitur is *scripsi* : **is *T* (*ante uoculam* is *duae litt. erasae ; in rasura cognoscuntur litterae* ig = *igitur*), is *rell. et uulgo* uenit] uenit, inquiunt *N* **145** constabit *om. F* nomen utrumque *N* **146** si *addidi* in quo (*h. e. aliquo, scil. in Ause, filio Naue*) ih̄s *TPNFR*, x̄p̄s *φΦ* **147** et hic *T*, et *φ*, *om. PNFR uulgo* erroris tui morem : *deinen gewöhnlichen Irrtum* **148** auxes *P* **148***sq.* certe — — Iesus (*l. 149*) *om. φ* **149** inquis] inquies *T* (*linea subscripta deletum*) **150** dicimus (s *s. u. a m. 2*) *T* **151***sq.* in saeculi deserto *Pam.*, in sc̃lo* in deserto *T* (o *in ras. ex* m *ut uid.*), in saeculo in deserto *PNFR*, in saeculo desertae *φΦ* **152** commorantes *TF*, commemo-

ram repromissionis melle et lacte manantem, id est in uitae aeternae possessionem, qua nihil dulcius, idque non per Moysen, id est legis disciplinam, sed per Iesum, id est per nouae legis gratiam, prouenire habebat circum- V 296 cisis nobis petrina acie, id est Christi praeceptis — petra enim Christus multis modis et figuris praedicatus est —, ideo is uir, qui in huius sacramenti imagines parabatur, etiam nominis dominici inauguratus est figura, ut Iesus nominaretur. *** Nam qui ad Moysen loquebatur, ipse erat dei filius, qui et semper uidebatur ; 'deum enim patrem nemo umquam uidit et uixit'. **23.** Et ideo ⟨si⟩ constat ipsum dei filium Moyseo esse locutum et dixisse ad populum : *Ecce, ego mitto angelum meum ante faciem tuam,* id est populi, *qui te custodiat in itinere et introducat te in terram, quam praeparaui tibi ; intende te illi et audi eum, et ne inobaudiens fueris ei, non enim celabit te, quoniam nomen meum super illum est* — populum enim introducturus erat Iesus in terram repromissionis, non Auses —, angelum quidem dixit eum ob magnitudinem uirtutum, quas erat editurus — quas uirtutes fecit Iesus Naue, et ipsi legitis — et ob officium prophetae, nuntiantis scilicet diuinam uoluntatem, [sicuti et praecursorem Christi, Iohannem, futurum V 297

---

153 *cf.* Deut. 27, 3 ; 31, 20 **157** *cf.* Ios. 5, 2 **158** *cf.* I Cor. 10, 4 **162** Exod. 33, 20 **164** Exod. 23, 20. 21

---

rantes *φNP* (*del. syll.* me *Rhen.*) introducturos *φ* **153** mel *PF* manentem *T* **154** possessionem *φ*R[3], repromissionem *TF*, repromissione *PNR*[1] qua *PNF*, in qua *φT* nihil *om. T* idque *φ*R[3], atque *T*, in qua *P*, in quam *NF*, quam R[1] non *om. TNF* **155** per (*prius*) *om. PNF* id est — — Iesum *om. F* **156** peruenire *T* **156***sq.* circumcisis *φTR*, circumcisus *PNF* **157** petrina acie *T* (*a m. recentiore*) **158** Christus] erat christus *N* figuras *T* (i *s. u. a m. 2*) praedictus *φΦ* **159** imaginis (-nes *Φ*) parabatur *φΦ*, imagine sperabatur *TPNF* **160** figura ut *ex* figurauit *T*, (*corr. m. 1*) figurauit *PNF* **161** *lacunam signaui : interciderunt quae in loco gemello (III p. 403, 7, 8) leguntur* : hoc nomen ipse Christus suum iam tunc esse testatus est, cum ad Moysen loquebatur *uel similia ; uidit hoc primus I. M. Einsiedler* (*Diss. Erlangensis 1897, p. 29*) **163** unquam uidit *φT*, uidit unquam *PNFR uulgo* si *addidi* **164** moyseo *φ* (*datiuum intellego, qui sequitur uerbum* esse locutum), moysi *TNF*, moysi enim *P* (enim *del. Rhen.*) ego *om. PN* **166** te in *φΦ*, in *TPNFR* **167** praeparaui *φ*R, praeparabus *T*, praeparauit *PNF* intende te illi *scripsi* (*πρόσεχέ σε αὐτῷ*) : intendente illi *φ* (*corr. m. 1*), intendite illi *TPR*, intende illi *N*, intende illum *F* audi *F*, audi te *N*, audite *φP*, obaudite *T* **167***sq.* inobaudiens *φΦNF*, inobediens *TPR* **168** celabit *T Iun.* (*οὐ μὴ ὑποστείληται*) : celauit *φPNFR uulgo* **169** *parenthesin indicaui* **170** Auses *scripsi*, moyses *libri omnes* **171***sq.* edicturus (c *in lit. a m. 1*) *T*, edicturus *PF* **172** legistis *φ* **173** ob *φΦ*, *om. TPNF* **174***sqq. uerba* : sicuti et — — — sic et (l. *187*) *seclusi, quippe quibus et ea quae arte cohaerent* : angelum quidem — Iesum autem *l. 187* (*cf. locum gemellum*

174-187 *cf. Brou, 'Ephem. Liturg.' 1938, p. 254sqq.*

angelum appellat per prophetam spiritus sanctus dicens ex persona patris : *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*, id est Christi, *qui praeparabit uiam tuam ante te*; nec nouum est spiritui sancto angelos appellare eos, quos ministros suae uirtutis deus praeficit. **24.** Idem enim Iohannes non tantum angelus Christi uocatus est, sed et lucerna lucens ante Christum. *Paraui enim lucernam Christo meo*, Dauid praedicat ; quin ipse Christus, ueniens adimplere prophetas, dicit ad Iudaeos : *Ille fuit*, inquit, *lucerna ardens et lucens*, utpote qui non tantum uias eius parabat in eremo, sed et agnum dei demonstrando inluminabat mentes hominum praeconio suo, ut eum esse intellegerent agnum quem Moyses passurum nuntiabat. **25.** Sic et] Iesum ⟨autem⟩ ob nominis sui futuri sacramentum ; id enim nomen suum con- V 298
firmauit, quod ipse ei indiderat, quia non [angelum nec] Ausen, sed Iesum eum iusserat exinde uocari. Sic igitur utrumque nomen competiit Christo dei, ut et Iesus et Christus appellaretur.

26. Expostulo etiam, ut qui a prophetis praedicabatur ex Iesse genere uenturus et omnem humilitatem et patientiam et tranquillitatem esse exhibiturus, **an uenerit. Et quoniam ex semine Dauid genus trahere deberet uirgo, ex qua nasci oportuit Christum, ut supra memorauimus, euidenter

---

176 Mal. 3, 1 ; Matth. 11, 10 **181** Ps. 132, 17 **183** Ioh. 5, 35 **184** *cf.* Ioh. 1, 29

III p. 403, 16—18) misere diuellantur et ipsa res, de qua hic sermo est, de nuncupatione scilicet Christi duplici, prorsus obscuretur. Ad uerba scripturae supra laudata : ecce ego mitto angelum meum, *cum in mentem uenisset interpolatori similium uerborum Malachiae prophetae ab euangelista laudatorum (Matth. 11, 10), et quae leguntur l. 174—179 addere ausus est, quae ad rem tractatam nihil ualent, et ea, quae infra leguntur* : idem enim Iohannes *etc., prorsus a consilio auctoris aberrantia et coniunctione* enim *male cum antecedentibus coniuncta. Postquam haec additamenta a margine inter uerba irrepserunt, fieri non potuit, quin uerba auulsa (l. 178) ita, ut res postulare uidebatur, mutarentur* **175** spiritus sanctus *T*, spiritus *φPNFR* **176** ego *φF*, *om. TPNR uulgo* **177** praeparabit (b *ex* u) *T*, praepabit *φ*, praeparauit *PNF* **179** praeficit *φ*, praefecit *TPNF* **180** christi *om. PN* est *om. F* **181** enim *φΦ*, enim inquit *T* (inquit *l. subscr. deletum*) *PF*, inquit *N* **182** quin ipse *scripsi* : quem ipsi *φ*, quem ipse *TPNF*, quare ipse *Pam.* **183***sq.* lucens et ardens *N* **184** eremo *N*, heremo *TPF*, aeterno *φΦ* **185** et *om. T* inluminabat *φP*, illuminabat (l *ex* n *m. 2*) *T*, illuminabat *NF* **187** nuntiabat] nuntiauerat *T in mg. a m. rec.*, nuntiarat *fort.* Iesum ⟨autem⟩ *scripsi loc. gem. secutus* : Iesus *libri omnes* ob] de *F* **188** futuri *scripsi* (*cf. loc. gem.*) : futurum *libri omnes* **189** angelum nec *seclusi, quae uerba et in loco gemello erant delenda, in quem ex nostro irrepsisse putanda sunt* **190** ausen *NF*, auses *φ*, ause *T*, auxen *P* **191** competiit *scripsi* : competit *φTPNFR* **191***sq.* ihs et xps *T* (*uerba* et xps *s. u. a m. 1*), iesus *φPNFR uulgo* **193** ut qui a *φT*, et quia a *PNF* **193***sqq. uerba* expostulo etiam — — — an uenerit, *quae in libris mss. paulo infra l. 208, post* nascitur Christus *leguntur, huc transtuli* **195** tranquilitatem *φT* esse *T*, esset *φPNF* *lacunam signaui* : recognoscatis mecum *uel similia intercidisse puto* **196** genus srahel (srahel

propheta in sequentibus dicit : *Et nascetur*, inquit, *uirga de radice Iesse*, quod est Maria, *et flos de radice ascendet* ***, *et requiescet in illum spiritus dei : spiritus sapientiae et intellectus, spiritus agnitionis et pietatis, spiritus consilii et uirtutis, et spiritus timoris dei implebit illum.* **27.** Neque enim ulli hominum uniuersitas spiritalium documentorum V 299
competebat nisi Christo, flori quidem ob gratiam adaequato, ex stirpe autem Iesse deputato per Mariam, scilicet inde censendam. Fuit enim de patria Bethleem et de domo Dauid, sicuti et apud Romanos in censu descripta est Maria, ex qua nascitur Christus. **28.** Atque ita is homo, qui talis ostenditur, ipse erit Christus, qui uenit. *** De hoc enim propheta dicit : *Homo in plaga positus, et sciens ferre inbecillitatem*, quia 'tamquam ouis ad uictimam ductus est et sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum'. Sic ⟨et qui⟩ 'neque contendit neque clamauit neque audita est foris uox eius', qui 'arundinem contusam', Israëlis fidem, 'non comminuit, qui linum ardens', id est momentaneum ardorem gentium, 'non restinxit', sed lucere magis fecit

---

198—235 *cf.* Adu. Marc. III cap. 17 = III *p.* 404, 21*sqq.* **198** Es. 11, 1—3 **210** Es. 53, 3 **211** *cf.* Es. 53, 7 **213** *cf.* Es. 42, 2. *cf.* Matth. 12, 19 **214** *cf.* Es. 42, 3. *cf.* Matth. 12, 20 **215** *cf.* Es. 60, 1—3

---

expunx. m. 1) *φ* **198** propheta *φΦ*, esaias propheta *TPNF* dicit *φΦ*, dixit *TPNF* nascitur *φ* **199** iessae *φ* de radice *φTP*, de radice eius *NF*, de uirga *fort.*, *cf. quae adnotaui ad Adu. Marc. V 8 = III p. 598, 2* ascendet *PNFR*, ascendit *φ*, ascendit (i *in* e *corr. m. 1*) *T* *lacunam signaui : supplenda sunt* : ⟨quod est Iesus, ortus ex Maria, dei scilicet Christus ; nam adicit⟩ *uel similia, quia his omissis intellegi nequeunt quae l. 202sq. leguntur* : neque e n i m i l l i h o m i n u m uniuersitas sp. d. competebat **200** et requiescet *Pam.* : et requiescit *T* (*corr. m. 1*), et requiescit *φΦ*, *om. PNF* in illum *φΦTPNFR*, super illum *Pam. Rig. Oehler* **202** uirtutis *φTPNFR*, ueritatis *Oehler Rig.* et spiritus *T*, spiritus *φPNFR uulgo* timoris dei *φT*, dei timoris *PNFR uulgo* implebit *R*, impleuit *φPNF*, implebis *T* illum *TPNFR*, eum *φ* **204** nisi christo *φΦTPNF*R^1, nisi in christum R^2 *uulgo* flori *φΦT Pam.*, florido *PNF*R^1, floridum R^2 ob gratiam *T*, ad gloriam ob gratiam *φPNR*, ad gloriam *F Pam.*, ob gloriam ob gratiam *Oehler* adaequato (*litt.* o *in lit. a m. 1*) *T*, adaequatum *φNFR uulgo*, adae quantum *P* **205** stirpe] tyrpe *T*, tirpe *P* deputato (o *in lit. a m. 1*) *T*, deputatum *φPNFR uulgo* **206** censendam *scripsi* : censandam *T*, censendum *φPNFR uulgo* bethleem *TP*, bethlem *φ*, bethlehem *NFR* **207** sicuti et *T*, sicuti *φP*, sicut *NFR uulgo* apud] ad *φ* **208** atque *TPNFR*, adque *φ*, aeque *Oehler* (*ex coniectura*) **209** *lacunam signaui* : aeque autem et alter ille inglorius et ignobilis et inhonorabilis *uel similia intercidisse puto* (*cf. III p. 404, 14*) **210** propheta *φΦT*, propheta esaias *P*, propheta esaya *NF* dicit *φΦT*, dixit *PNFR* **211** inbecillitatem *φTP*, imbecillitatem *NFR* quia *T*, qui *φPNFR uulgo* **212** sicut agnus] tamquam agnus *φ* *post uerba* os suum *desinit φ, erasis quindecim fere abhinc litteris et spatio deinde quattuor litterarum uacuo relicto, in folii 40ᵃ extrema linea* sic *TPNF*, si *Φ Rig. Oehler* **213** et qui *addidi* **216** restinxit *T*, extinxit *PNFR uulgo* lucere *ΦT*, lucernam

ortu luminis sui, non potest alius esse quam qui praedicabatur. **29.** Oportet itaque actum Christi eius, qui uenit, ad scripturarum regulam recognosci, duplici [enim] nisi fallor, V 300 operatione distinctum, praedicationis et uirtutis. Sed de utroque titulo sic dispositum, † itaque specialiter dispungamus ordinem coeptum, docentes praedicatorem adnuntiatum Christum, ut per Esaiam : **30.** *Exclama*, inquit, *in uigore, et ne peperceris, exalta ut tuba uocem tuam et adnuntia plebi meae facinora ipsorum et domui Iacob delicta eorum : Me de die in diem quaerunt et cognoscere uias meas cupiunt ; quasi populus, qui iustitiam fecerit et iudicium dei non dereliquerit*, et reliqua, uirtutes autem facturum a patre : *Ecce deus noster iudicium retribuet, ipse ueniet et saluos faciet nos ;* tunc infirma curabuntur, *et oculi caecorum uidebunt, et aures surdorum audient, et mutorum linguae resoluentur, et claudus saliet uelut ceruus*, et cetera. **31.** Quae operatum Christum nec uos diffitemini, utpote qui dicebatis, quod non propter opera eum lapidaretis, sed quoniam ista sabbatis faciebat.

X. **1.** De exitu plane passionis eius ambigitis, negantes V 301 passionem crucis in Christum praedicatam et argumentantes insuper non esse credendum, ut ad id genus mortis exposuerit deus filium suum, quod ipse dixerit : *Maledictus omnis qui pependerit in ligno.* Sed huius maledictionis sen-

---

223 Es. 58, 1. 2 **229** Es. 35, 4 **230** *cf.* Ps. 103, 3 **231** Es. 35, 5. 6 **235** *cf.* Ioh. 5, 16. 18

X. **1—132** *cf.* Adu. Marc. III cap. 18 et 19 = III *p.* 405, 25—410, 3 **4** Deut. 21, 23

PNFR **217** esse *om. F* **218***sq.* ad — regulam *NFR*, a* — regula *T* (*una littera erasa*), ad — regule (am) *P* (*corr. Rhen.*) **219** enim *seclusi* (*cf. loc. gen. III p. 405, 14*) **220** distinctum *T*, distinctum cum legimus *PNFR uulgo* **221** titulo *ΦT*, populo *PNFR* sic] sit *Oehler* dispositum *T* (u *in lit. a m. 1*) *Oehler*, dispositam *PNFR* † itaque] *locum sine dubio uerborum iactura deprauatum ob eamque rem in prima uoce a correctore quodam perperam mutatum in auxilium uocato loco gemello (III p. 405, 16) ita fere uelim restitui* : sic dispositum, ut quae speci⟨aliter de doctrinis et signis edocendi estis alio libro plenius disserenda nobis relinquamus, hic autem gener⟩aliter dispungamus ordinem coeptum **223** esaiam *Φ*, ysaian *T*, esaiam dixit *PNFR* **224** tuam et *om. F*, et *om. PNR* **226** meas *om. F* **228** dereliquerit] relinqueri*t *T* (*litt.* n *erasa*) facturum (*syll.* um *in lit.*) *T* **229** ecce *Φ*, esaias dicit *TPNFR* **230** infirma *T*, infirmi *PNFR uulgo* : *animaduertendum uerba* tunc infirma curabuntur *in loco laudato non legi* **232** resoluentur *T*, soluentur *PNFR uulgo* **233** defitemini (if) *T* (*corr. m. 1*) **234** non propter *T*, propter *PNFR uulgo* **234** lapidaretis *T*, non lapidaretis *PNFR uulgo*

X. **1** ITE̅ NECANTES IVDEI PASSIONE̅ XP̅I IN CRVCE *TP*, QVOD IVDEI NECANT PASSIONE̅ XP̅I *NF* **2** et *om. Φ* **3** ad *s. u. add. m. 1* T **4** dixerit *T*, dixit *PNFR uulgo* **5** omnis *ΦT*, omnis homo *PNFR* pepen-

sum antecedit rerum ratio. **2.** Dicit enim in Deuteronomio : *Si autem fuerit in aliquo delictum ita ut iudicium mortis sit et morietur et suspendetis eum in ligno ; non manebit corpus eius in ligno, sed sepultura sepelietis eum ipsa die, quoniam maledictus a deo est omnis, qui suspensus fuerit in ligno, et non inquinabitis terram, quam dominus deus tuus dabit tibi in sortem.* **3.** Igitur non in hanc passionem Christum maledixit, sed distinctionem fecit, ut qui in aliquo delicto iudicium mortis habuisset et moreretur suspensus in ligno, hic maledictus a deo esset, ⟨ut⟩ qui propter merita delictorum suorum suspenderetur in ligno. **4.** Alioquin Christus, qui dolum de ore suo locutus non est quique omnem iustitiam et humilitatem exhibuit, ut et supra de eo praedictum memorauimus, non pro meritis suis in id genus mortis expositus est, sed ut ea, quae praedicta sunt a prophetis per uos ei obuentura, implerentur ; sicut in psalmis V 302 ipse spiritus Christi iam canebat dicens : *Retribuebant mihi mala pro bonis* et : *Quae non rapueram, tunc exsoluebam* et : *Exterminauerunt manus meas et pedes* et : *Miserunt in potum meum fel et in siti mea potauerunt me aceto* et : *Super uestem meam miserunt sortem*, sicuti et cetera, quae in illum commissuri essetis, praedicta sunt. **5.** Qui quidem omnia ista perpessus, non pro malo aliquo actu suo passus est, sed ut scripturae implerentur de ore prophetarum. Et utique sacramentum passionis ipsius figurari in praedicationibus oportuerat, quanto incredibile, tanto magis scandalum futurum, si nude praedicaretur, quantoque magni-

---

7 Deut. 21, 22. 23 **17** *cf.* I Petr. 2, 22 **22** Ps. 34, 12. Ps. 68, 5 **24** Ps. 21, 17 **25** Ps. 68, 22 **26** Ps. 21, 19 **29** *cf.* Matth. 27, 35 **31** *cf.* I Cor. 1, 23

---

derit *ΦT*, pependit *PNFR uulgo* **6** ratio *ΦF*, probatio *TPN* deutonomio *F* **7** delictum *PN*, delictū (ū *in lit. a m. 1*) *T*, delicto *ΦF* ita ut *TPNFR*, ad *Φ Oehler* **7***sq.* mortis sit *TPNF*, mortis *Φ Oehler* ; — delictum iudicium mortis *fort.* (ἐὰν δὲ γένηται ἔν τινι ἁμαρτία κρίμα θανάτου) **8** ** morietur (et *erasum*) *T* **8***sq.* non (et non *T*) manebit corpus eius in ligno *ΦTF*, *om. PN* **9** sed *ΦT*, sed et *PNFR* eum *om. PN* **11***sqq.* et non inquinabitis — — — suspensus in ligno (*u. 15*) *om. Φ* **12** tuus *om. N* tibi *om. F* **13** qui TR^3, *om.* $PNFR^1$ **15** ⟨ut⟩ qui *scripsi* : qui *TPNFR Oehler*, quia *Pam.* (*Rig.*) **18** ut et *scripsi* : et ut *TPNFR uulgo* **18***sq.* praedicta *T* **19** memorabimus (v) *T* (*corr. m. 1*) **20** praedicta *TN* (*a m. 1*) R^3, praedicata *PN* (*a m. 2*) FR^1 **22** canebat] clamabat *T* (clama *in lit. a m. 2*) **24** et (*primo loco*) *T*, *om. PNF* **25** sitim meam *N* **25***sq.* et super *TPNF*, super *R uulgo* **26** sicuti et (et *s. u. a m. 1*) *T*, sicuti *PNFR uulgo* **27** qui *scripsi* : quę (e *litt. in lit. ex* i *ut uid. correcta a m. 1*) *T*, quae *PNFR uulgo* **28** ista *PNF*, ista (a *in* e *corr. m. 1*) *T*, ipsa *Φ Rig. Oehler* malo aliquo actu suo *T*, actu suo aliquo malo *PNFR uulgo* **31** quanto *scripsi* (*cf. loc. gem. III p. 406, 9*) : quantoque *TPNFR* **32** si nude praedicaretur NR^3, sinu depraedicaretur *P* (*corr. Rhen.*), si non praecaretur *F*, signū praedicaretur *T* quanto *P* (*add.* que

ficum, tanto magis obumbrandum, ut difficultas intellectus gratiam a deo quaereret. **6.** Itaque inprimis Isaac, cum a patre hostia duceretur lignumque ipse sibi portans, Christi exitum iam tunc denotabat in uictimam concessi a patre et lignum passionis suae baiulantis. Ioseph et ipsum Christum figurat uel hoc solo, ne cursum demorer, quod persecutionem V 303 a fratribus passus est et uenumdatus in Aegyptum ob dei gratiam, sicut et Christus ab Israël, a carnaliter fratribus, uenumdatur, a Iuda cum traditur. **7.** Nam et ⟨cum⟩ benedicitur a patre in haec uerba : *Ioseph, tauri decor eius, cornua unicornis cornua eius ; in eis nationes uentilabit pariter ad summum usque terrae,* non utique rhinoceros destinabatur unicornis nec minotaurus bicornis, sed Christus in illo significabatur, taurus ob utramque dispositionem, aliis ferus, ut iudex, aliis mansuetus, ut saluator, cuius cornua essent crucis extrema, — nam et in antemna nauis, quae crucis pars est, hoc extremitates eius uocantur —, unicornis autem medius stipiti palus. **8.** Hac denique uirtute crucis et hoc more cornutus uniuersas gentes et nunc uentilat per fidem, auferens a terra in caelum, et tunc per iudicium uentilabit, deiciens de caelo in terram. Idem erit et alibi taurus apud eandem scripturam, cum Iacob, dum in Simeonem et Leui exporrigit benedictionem, de scribis et pharisaeis prophetat ; ex

---

34 *cf.* Gen. 22, 2. 6 **36** *cf.* Rom. 8, 32 *cf.* Ioh. 19, 17 **39** *cf.* Gen. 37, 27. 36 ; 45, 4 **41** *cf.* Matth. 26, 15 **42** Deut. 33, 17

Rhen.) *N* **33** subumbrandum *T* dificultatem | tellectus *T* (atem *in ras. a m. 1 ut uid.*) **34** a deo *T*, deo *NP*, dei *FR uulgo* quaereret] ITEM PATRIARCHE OSTENDVNT FIGVRĀ CRVCIS *TP*, QVOD PATRIARCHE OSTENDANT FIGVRAM SANCTAE CRVCIS *NF* ysaac *T* **35** lignumque *TFR*, lignum quem *PN* **36** uictimam *TN*, uictima *PF* et *T*, *om. PNFR uulgo* **37** baiolantis *P* et ipsum Christum] *non modo exitum Christi* (*cf. supra l. 35*) *sed etiam ipsum* ipsum *T* (*s. u. corr. m, rec.* um *in* e), ipse *PNFR uulgo* **37***sq.* figurat** *T* (*duae litterae erasae*). figuratū *P*, figuratus *ΦNF*, figurauit *R* **38** demorer *T*, demorer ipse *PNFR uulgo* **39** uenumdatus *T*, uenumdatus est *PNFR uulgo* **40** a carnaliter fratribus *scripsi* : carnaliter a fratribus *ΦT*, a fratribus *PNFR* **41** uenumdatur *T* (r *in* s *corr. m. 2 ut uid.*), uenumdatus *PNFR uulgo* cum *addidi loc. gem. secutus* **42** uerba Ioseph : tauri *uulgo distinguitur* **44** usque ad terrae *F* terrae. non *uulgo* **45** nec *ΦT Oehler*, uel *PNFR* in minotaurus *F* **46** alii feriis *F* **46***sq.* et iudex *T* **48** crucis *ΦT*, *om. PNFR* extrema *T* (*quam genuinam lectionem esse duco propter clausulam*), aestimata *Φ*, estimata *PNFR*, extima (*cf. locum gem.*) *Pam. Rig. Oehler* *parenthesin indicaui* antenā auis *T* **49** eius *T*, huius *PNFR uulgo* **50** medius stipiti palus *scripsi* (stipiti : *stipitii intellego ; stipitium ad stipes ut remigium ad remex ; alia sane exempla uerbi stipitium desiderantur*) : medio stipite palus (paulus *T*) *ΦT*, media stipite palus *PNFR* **52** per iudiciam uentilauit *T*, uentilabit per iudiciam *PNFR* **53** deiciens *ΦTN*, descendens *PF* et alibi *om. P* **54** dum *N*, cum *F*, *om. ΦTP* in simeonem *ΦT*, simeone *F*, simeon *P*, *om. N* **54***sq.* axporrigit *PNFR*, porrigit *T*, porrexir *Φ* **55** prophetat[na] *T*

illis enim deducitur census illorum. **9.** Interpretatur enim spiritaliter sic : V 304 *Simeon et Leui perfecerunt iniquitatem ex sua secta,* qua scilicet Christum sunt persecuti ; *in concilium eorum ne ueniat anima mea, et in stationem eorum ne incubuerint uiscera mea, quoniam in indignatione sua interfecerunt homines,* id est prophetas, *et in concupiscentia sua subneruauerunt taurum,* id est Christum, quem post necem prophetarum interfecerunt et neruos eius suffigendo clauis desaeuierunt. **10.** Ceterum uanum, si post homicidia iam ab eis commissa ali⟨cuius bouis ill⟩is et non Christi exprobrat carnificinam. Iam uero Moyses, quid utique tunc, cum Iesus aduersus Amalech proeliabatur, expansis tantum manibus orabat residens, quando in rebus tam attonitis magis utique genibus positis et manibus caedentibus pectus et facie humi uolutante orationem commendare debuisset, nisi quia illic, ubi nomen domini Iesu dimicabat, dimicaturi quandoque aduersus diabolum, crucis quoque habitus erat necessarius, per quam Iesus uictoriam esset relaturus ? Idem rursus Moyses, post interdictam omnis rei similitudinem, cur aereum serpentem ligno impositum pendentis habitu in V 305 spectaculum Israëli salutare proposuit eo tempore, quo a serpentibus post idololatriam exterminabantur, nisi quod ⟨et⟩ hic dominicam crucem intentabat, qua serpens diabolus designabatur et laeso cuique ab eiusmodi colubris, id est angelis eius, ad crucis istius sacramentum intentus a delictorum petulantia soluens ? Nam qui in illam tunc respi-

---

57 Gen. 49, 6 **67** *cf.* Exod. 17, 10. 11 **68** *cf.* Exod. 17, 11. 12 **74** *cf.* Num. 21, 8. 9

(ns *s. u. a m. 2*) **56** interpretatur] *sensu passiuo, scil.* benedictio (*diuersa est ratio loci gemelli*) enim] autem *N* **57** ex sua] in sua *T* **59** eorum *om. R* **61** et in concupiscentia *ΦT*, in concupiscentia *PNFR* **64** homicidia *ΦT*, homicidium *PNFR uulgo* **65** commissa *ΦTPNF*, commissum *R uulgo* ali⟨cuius bouis ill⟩is et non Christi *scripsi loc. gem. secutus* : aliis et non ipsis *TPNFR uulgo* **66***sq.* tunc tantum *T*, tantum tunc *PNFR uulgo* : *ego uocabulum* tantum *hic superuacuum paulo infra post* expansis *inserui, ubi desideratur* **67** expansis *ΦT*, extensis *PNFR* **69** et manibus *TPR*, et genibus et manibus *F*, geminis et manibus *N* **70** facie humi uolutante *P* (*in mg.* uolutata *a m. Rhenani, non addito unde*), facie humi uolutata *RN uulgo*, faciem humi uoluntatem *F*, faciem humili uoluntate* *T* (*litt.* m *erasa*) : *cf. loc. gem. III p. 407, 18*) **71** ubi *om. T* ihu *T, iesus *F* dimicabat *T Pam.*, dicebat *NF*, dicebatur *PR uulgo* **72** quoque habitus *T*, habitus quoque *PNFR uulgo* **73** quam *TPFR*, quem *ΦN Oehler* **75** aereum *TNF*, aeneum *PR uulgo* **77** idololatriam *RN*, idolatriam *rell.* et *addidi* (*cf. etiam loc. gem.*) **79** id est *om. T* **80** ad crucis istius *T*, ad christi crucis istius *N*, ad christi crucem istius *F*, ad christi crucem (*om.* istius) *PR uulgo* sacramentū *T*, sacramenta *PNFR uulgo* intentus (*h. e.* intentio, *ut uid.*, *Hingabe an ..*) *TPNF*, intento *R uulgo* **80***sq.* a delictorum petulantia] *haec uerba in libris paulo supra post* angelis eius *tradita huc transposui* **81** petulantia *scripsi* (*cf. III p. 407, 26* : sanitas m o r s u u m delictorum) : pecantia *T*, peccantia *PNFR uulgo* soluens *scripsi* (*supple mente* : designabatur) : soluus *T*, saluus *Φ*, saluus efficiebatur *PF*, salus

ciebat a morsu serpentium liberabatur. **11.** Age nunc, si legistis penes prophetam in psalmis : *Dominus regnauit a ligno*, expecto quid intellegatis, nisi forte lignarium aliquem regem significari putetis, et non Christum, qui exinde a passione ligni superata morte regnauit. Proinde et Esaias : *Quoniam puer*, inquit, *natus est uobis et datus est uobis filius* — quid nouum, si non de filio dei dicit ? — [*et datus est uobis*] *cuius* [initium] *imperium factum est super humerum ipsius*. **12.** Quis omnino regum insigne potestatis suae ⟨super⟩ humerum praefert et non aut in capite diadema aut V 306
in manu sceptrum ? At ut aliqua proprietate usus noua sit, solus nouus rex ⟨nouorum⟩ aeuorum, Christus Iesus, nouam gloriam et potestatem et sublimitatem suam in humero extulit, crucem scilicet, ut secundum superiorem prophetiam exinde 'dominus' regnaret 'a ligno'. De hoc enim ligno etiam per Hieremiam deus insinuat quod essetis dicturi : *Venite, mittamus in panem eius lignum et conteramus eum a terra uiuorum, et nomen illius non memorabitur amplius*. Vtique in corpus eius lignum missum est, — sic enim Christus reuelauit, panem corpus suum appellans — cuius retro corpus in pane prophetes initiauit. **13.** Si adhuc quaeris dominicae crucis praedicationes, satis iam poterit tibi facere uicesimus primus psalmus, totam Christi continens passionem, canentis iam tunc gloriam suam : *Foderunt*, inquit,

83 Ps. 96, 10 (ἐβασίλευσεν ἀπὸ ξύλου in solo cod. Veronensi [*R*] inuenitur) **87** Es. 9, 6 **96** *cf.* Ps. 96, 10 [?] **98** Hier. 11, 19 **100** Luc. 22, 19 **105** Ps. 21, 17

efficiebatur *R uulgo* **82** serpentium] serpentis uiuis (uiuis *linea subscripta deletum*) *T*, *an supra* quiuis *pro* qui ? **82***sq.* legistis *T*, legisti *PNFR uulgo* **83** dominus *PR*, deus *TNFR* **84** intelligatis *T*, intellegas *PNFR uulgo* nisi *T*, ne *PNFR uulgo* **85** putemus *F* **85***sq.* passione] passionis *Φ Oehler* **86** ligni *ΦT*, christi *PNFR* et *om. T* **87** uobis (*bis*) *ΦTP*, nobis (*bis*) *NFR uulgo* datus *T*, natus *PNFR uulgo* **88***sq. parenthesin indicaui* et datus est uobis *seclusi* (*cf. loc. gem. III p. 408, 8*) **89** uobis *TP*, nobis *NFR* initium *seclusi* (*ut alteram interpretationem Graeci uocabuli* ἀρχή, *hoc loco non ferendam, ut docent quae sequuntur*) imperium] imperii *Φ Oehler* factūṣ est *T* (*corr. m. 1*), factum est *PN*, est factus *F* **91** super *addidi* humerum *TP* (*mg. a m. 1*) *N*, humero *PF* in capite *T* (in *s. u. a m. 1*), capite *ΦPNFR* **92** in manu *TPNFR*, manu *Φ Oehler* sceptrum ? at ut *scripsi* : sceptrum aut *TPNFR* aliqua proprietate usus noua *ΦTPNFR*, aliquam propriae uestis notam ? *Pam.* (*quem secuti sunt posteriores editores*) *ex loco gem. III p. 408, 12, meo quidem indicio ex hoc potius restituendo* sit *scripsi* : set *PN*, s ; (= set *uel* sed) *T*, sed *FR uulgo* **93** ⟨nouorum⟩ aeuorum *scripsi* : aeuorum *Φ*, seculorum *PNFR*, *om. T* *spatio sex litterarum uacuo relicto* **95** superiorem *ΦT*, priorem *PN*, *om. F* **97** etiam per Hieremiam deus insinuat *scripsi* : etiam deus insinuat per hieremiam *TPNFR* **98** mittamus *TPNFR*, immittamus *Φ Oehler* pane *T* **100** *parenthesin indicaui* **102** pane *Φ*, panem *TPNFR* prophetis *T* initiauit (= consecrauit, in sacramentum uertit) *scripsi* : ficiauit *T*, nunciauit *P*, nuntiauit *NFR*, figurauit *Pam.* (*ex loco gem.*) quaeris *T*, quaeres *PNFR uulgo* **105** canentis *PN*, canenti *F*, canenṭ *T*

manus meas et pedes, quae propria est atrocitas crucis ; et rursus, cum auxilium patris implorat : *Saluum me fac*, inquit, *ex ore leonis*, utique mortis, *et de cornibus unicor*- V 307
nuorum humilitatem meam, de apicibus scilicet crucis, ut supra ostendimus. **14.** Quam crucem nec ipse Dauid passus est nec ullus regum Iudaeorum, ne putetis alterius alicuius prophetari passionem quam eius, qui solus a populo tam insigniter crucifixus est. Nunc si omnes istas interpretationes respuerit et inriserit duritia cordis uestri, probabimus sufficere posse mortem Christi prophetari unam, ut ex hoc, quod non esset edita qualis mors, intellegatur per crucem euenisse, nec alii deputandam fuisse passionem crucis quam cuius mors praedicabatur. **15.** Nam mortem eius et passionem et sepulturam una uoce Esaiae uolo ostendere. *A facinoribus*, inquit, *populi mei perductus est ad mortem, et dabo malos pro sepultura eius et diuites pro morte eius, quia scelus non fecit nec dolus in ore eius inuentus est ; et deus uoluit eximere a morte animam eius* et cetera. **16.** Dicit etiam adhuc : *Sepultura eius sublata est de medio*. Nec sepultus enim est nisi mortuus nec sepultura eius sublata de medio nisi per resurrectionem. Denique subiungit : *Propterea ipse multos in hereditatem habebit et mul*- V 308
torum diuidet spolia — quis alius, nisi qui ⟨a morte eximi dig⟩natus est, ut supra ostendimus ? — *pro eo quod tradita est in mortem anima eius*. Ostensa enim causa gratiae eius, pro iniuria scilicet mortis repensandae, pariter ostensum est haec illum propter mortem consecuturum,

107 Ps. 21, 22 **120***sq.* Es. 53, 8d. 9. 10a **124** Es. 57, 2 **127** Es. 53, 12 **129***sq.* *cf. ib.*

107 rursum *F* implorat *ΦT*, imploraret *PNFR* **107***sq.* saluum inquit fac (me *s. l.*) *T* **108** utique mortis *om. P* (*add. in mg. Rhen.*) **108***sq.* unicornuorum *TP*, unicorniorum *ΦNF*, unicornis R *in mg.* **109** crucis *T*, χρι crucis *PNF*, *del.* Christi *Rig.* **111** alicuius *ΦT*, *om. PNFR* **113***sq.* istas interpretationes *TNF*, interpretationes istas *PR uulgo* **114** probabimus *Φ*, probauimus *TPNFR* **115** prophetari unam, ut ex hoc *scripsi* : propherarū (n *s. l.*) uum (*sic !*) ex hoc *T*, prophetatam ut ex hoc *PNFR uulgo* **116** quod] quia *F* edicta *Φ* qualis mors *TPNF*, qualitas mortis *R uulgo* **117** deputandam *TNR*², deputandum *PR*¹, deputanda *F* **119** passionem *ΦT*, passionem eius *PNFR* **119***sq.* esaiae (ysaie *T*) uolo ostendere *ΦT*, esaias dicit *PNFR* **120** est *om. T* **121** et (*prius*) *om. T* **124** sublata *TN*, ablata *PF* de *T*, e *PNFR uulgo* **125***sq.* nec sepultus enim est (est enim *F et Hirsaugiensis teste Rhenano*) nisi mortuus, nec sepultura eius sublata (est *F Hirsaug.*), quomodo nisi per resurrectionem *PN*, de medio nisi per resurrectionem (eius *add. F*) *TFR et Hirsaugiensis teste Rhenano* **126** denique] *h. e.* = namque **126***sq.* subiungit *ΦT*, subiungit idem esaias *PNFR* **128** *parenthesin indicaui* alius *ΦT*, enim alius *PNFR* quiṣ *T* **128***sq.* ⟨a morte eximi dig⟩natus est *scripsi* : natus est *libri omnes* **130** mortem *R*, morte *TPNFR* **131** pariter q ; *h. e.* = pariterque *T* **132** haec *TPR*, hoc *NF* **132***sq.* con-

post mortem, utique per resurrectionem, consecutum. **17.** Nam ⟨et⟩ quod in passione eius accidit, ut media dies tenebresceret, Amos propheta adnuntiat dicens : *Et erit*, inquit, *in illa die, dicit dominus : occidet sol media die, et tenebrescet super terram dies luminis ; et conuertam dies festos uestros in luctum et omnia cantica uestra in lamentationem et imponam super lumbos uestros saccum et super omne caput caluitium, et ponam eum quasi luctum dilecti, et eos qui cum illo quasi diem maeroris.* **18.** Hoc enim et Moyses initio primi mensis ⟨die⟩ nouorum facturos uos prophetauit, cum omne uulgus synagogae filiorum Israël ad uesperam agnum esse immolaturum, et hanc sollemnitatem diei huius, id est
paschae azymorum, cum amaritudine manducaturum prae- V 309
cinebat et adiecit *pascha* esse *domini*, id est passionem Christi, quod ita quoque adimpletum est, ut die prima azymorum interficeretis Christum. **19.** Et ut prophetiae implerentur, properauit dies uesperam facere, id est tenebras efficere, quae media die factae sunt, atque ita 'dies festos uestros conuertit deus in luctum et cantica uestra in lamentationem'. Post enim passionem Christi etiam captiuitas uobis et dispersio obuenit, praedicta ante per spiritum sanctum.

XI. **1.** Nam et pro istis meritis uestris cladem uestram futuram Ezechiel nuntiat, et non solum in isto saeculo quae iam euenit, sed et in die retributionis quae subsequetur.

135 Amos 8, 9. 10 **142** *cf.* Exod. 12, 18 (*ἐναρχομένου τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου*); *cf.* Num. 28, 26 *τῇ ἡμέρα τῶν νέων* (= 28, 16 [*τῇ*] *τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ*) **145***sq.* *cf.* Exod. 12, 8 et Num. 9, 10. *cf.* Exod. 12, 11 **149** *cf.* Matth. 27, 45. *cf.* Sophonias 1, 15

securum post mortem *om.* *T* **133** per *Iun.* (*cf. III p. 410, 2*) : post *TPNFR* consecutum *scripsi* : consecuturum *TPNFR uulgo, sic et in loco gem., ubi pro* consecutur u s (*MR*) *idem rescribendum erat* **134** et *addidi* **135***sq.* illa die *T*, die illa *PNFR uulgo* **136** occidịt (i *in* e *corr.*) *T* meḍidie *T* (*corr. m. rec.*) et *ΦT*, *om.* *PNF* tenebrạscet$_{**}$ *T* (a *ex* e *corr. m. 2, duae litt. erasae*), tenebrescet *P*, tenebrescit *NF* **138** in lamentationem *PNFR*, in planctum *T* (*lectio Vulgatae*) **140** dilecti *Φ*, delicti *TPNF* **141** maeroris *PNFR*, doloris *T* (*lectio Vulgatae*) **142** die *addidi* uos *TPR*, suos *NF* **143** synagogae *T*, *om.* *PNFR uulgo* **144** esse$_{*}$ *T* (*una littera erasa*), esset *PNFR uulgo* immolaturus *NF* **145** paschae *PNFR*, phase *T* (*in lit. a m. 2*) manducaturū *T* (ū *in litura a m. 2*), manducaturos *PNFR uulgo* **145***sq.* praecinebat *T*, praecanebat *PNFR* **146** et adiecit — — passionem *om.* *F* **147** die prima *T*, prima die *PNFR uulgo* **148** et ut *ΦTFR Hirsaugiensis*, ut et *PN* **151***sq.* lamentationem] planctum *T* **152** passionem enim *PR uulgo* **153** praedicata *T* ante *ΦT*, *om.* *PNFR*

XI. **1** ITĒ (ITĒ *om.* *P*) DE VASTATIONE ISRL POST PASSIONĒ XRI *TPN*, DE VASTATIONE ISRAHEL *F* **2** isto (in *s. u. a m. 2*) *T* **3** sed et *T*, sed *PNFR uulgo* retributionis *ΦT*, tribulationis *PNFR* quị subsequitur

Qua clade nemo liberabitur, nisi qui passionem Christi, quam respuistis, *** fuerit obsignatus. **2.** Sic enim scriptum est : *Et dixit dominus deus ad me : filius hominis, uidisti quae seniores Israël faciunt, unusquisque eorum in tenebris, unusquisque in cubiculo absconso ? quoniam dixerunt : non uidet nos dominus, dereliquit dominus terram. Et dixit ad*
me : adhuc conuersus uidebis facinora maiora, quae isti fa- V 310
ciunt. **3.** *Et introduxit me ad limina ianuae domus domini, quae aspicit ad aquilonem, et ecce illic mulieres sedentes et plangebant Thamum. Et dixit dominus ad me : fili hominis, uidisti ? numquid modica domui Iuda, ut faciant facinora quae fecerunt ? et adhuc uisurus es adfectiones maiores eorum.* **4.** *Et introduxit me in aedem domus domini interiorem, et ecce in liminibus domus domini, inter medium elam et inter medium altaris, quasi uiginti et quinque uiri, qui posteriora sua dederant ad templum domini et facies suas contra Orientem ; hi adorabant solem.* **5.** *Et dixit ad me : uides, fili hominis ? numquid pusilla domui Iuda, ut faciant facinora quae fecerunt hic ? quoniam impleuerunt impietates suas, et ecce ipsi quasi subsannantes, et ego faciam cum indignatione mea ; non parcet oculus meus, sed neque miserebor ; et clamabunt ad aures meas uoce magna, et non exaudiam eos* [*sed neque miserebor*]. **6.** *Et exclamauit in aures meas uoce magna dicens : adproximauit uindicta ciuitatis huius. Et unusquisque habuit uasa exterminii in manu sua ; et ecce sex uiri ueniebant a uia*
portae altae, quae aspiciebat ad aquilonem, et uniuscuius- V 311

XI. **4** *cf.* Ezechiel 9, 6 **6** Ezechiel 8, 12—18 **20***sq.* Ezechiel 9, 1—6

T (*corr. m. rec.*) **4** passionem *TPF*, passione *NR uulgo* **5** quam *TR*, quem *PNF* respuistis *TN*, respuitis *PFR uulgo* *lacunam signaui* : agnoscens signo crucis Christi *intercidisse puto* (*cf. infra l. 43—45*) **6** dominus deus (deus *om.* *PN*) ad me *TPNFR*, *om.* *Φ* filius *Φ*, fili *TPNFR uulgo* **7***sq.* eorum — — unusquisque *om.* *TN* **9** dereli$_{*}$quit *T* (*litt.* n *erasa*) **10** maiora facinora *N* ista *F* **12** aspicit *PNFR*, respiciebat (*sic Vulgatae lectio*) *T* **13** plangebant Thamum *C. Prinz* : plangebant humum *Φ*, plangentes thamur (tamur *T*) *TPNF*, Thammuz R *uulgo* (*sic Vulgatae lectio*) **14** domui *PNR* (*μὴ μικρὰ τῷ οἴκῳ Ἰούδα ;*), domus *ΦTF* **15** et adhuc *TPFR*, adhuc *N* es (*s. u. a m. 2*) *T* **16** domus *Φ*, templi *TPNF* (*sic lectio Vulgatae*) **18** et (*posterius*) *Φ*, *om.* *TPNFR* quinque *om.* *PN* **19** qui *s. u.* *T*, *om.* *PNFR* dederant *T* (*δεδωκότες add. cod. A*), dederunt *PNFR uulgo* **20** contra *PNFR*, ad *T* (*lectio Vulgatae*) **21** domui *P*, domus *TNFR* iudae *PR* **22** faciaṇt *T* hic (*ὧδε*) *TNF*, hi *PR* **23** et (*posterius*) *T*, *om.* *PNFR uulgo* **25** sed neque *TNF*, neque *PR uulgo* et clamabunt (*καὶ καλέσουσιν*) *T*, exclamabunt *PNFR uulgo* **25***sq.* uoces magnas *F* **26** sed neque miserebor *seclusi* (*ut dittographiam antecedentium* [*cf. l. 25*], *quibus hic in textu Graeco nihil respondeat*) **26***sq.* et exclamauit (*καὶ ἀνέκραγεν*) *T*, et exclamabit *PNF*, et clamauit R *uulgo* **27***sq.* approximabit *NF* **28** uas$_{*}$ *T* (*litt.* a *erasa*) **29** a uia *TPNFR* (*ἀπὸ τῆς ὁδοῦ*), ad uiam *Φ* *Rig. Oehler* **30** quae

que bipennis dispersionis erat in manu eius. **7.** *Et unus fuit uir in medio eorum indutus poderem, et zona saphiri circa lumbos eius, et introierunt et steterunt proximi altaris aerei, et claritas dei Israël ascendit a Cherubin, quae fuit super eas, in subdiual domus.* **8.** *Et uocuit hominem, qui indutus erat poderem, qui habuit super lumbos suos zonam, et dixit ad eum dominus : transi mediam Hierusalem et scribe Tau signum in frontibus uirorum eorum, qui gemunt et dolent super omnia facinora, quae fiunt in medio eorum ; et illis dixit audiente me : ite post eum in ciuitatem et concidite et nolite parcere oculis uestris, et ne misereamini senioris aut iuuenis aut uirginis ; et paruulos et mulieres interficite omnes, ut perdeleantur, ad omnes autem, super quos est Tau signum, ne accesseritis, et a sanctis meis incipite.* **9.** Huius autem signi sacramentum uariis modis praedicatum est : 'in quo uita hominibus praestruebatur', 'in quo Iudaei non essent crediturі', sicut Moyses ante nuntiarat in Exodo dicens : *Eiciemini de terra in quam introi-* V 312
*bitis***, et in nationibus illis non eritis in requiem, nec erit stabilitas uestigio pedis tui, et dabit tibi deus cor taedians et tabescentem animam et oculos deficientes, ut non uideant, et erit uita tua pendens in ligno ante oculos tuos, et non credes uitae tuae.*

10. † Itaque quoniam impletae prophetiae per aduentum Iesu, id est per natiuitatem, quam supra memorauimus, et passionem, quam euidenter ediximus, [propterea et Danihel signari uisionem et prophetiam dicebat, quoniam Christus est signaculum omnium prophetarum, adimplens omnia quae retro erant de eo enuntiata ; post enim aduentum eius et passionem ipsius iam non uisio neque prophetes. Vnde firmissime dicit aduentum eius signare uisum et prophetiam. **11.** Itaque ostendentes et numerum annorum et tempus LXII et dimidiae ebdomadarum adimpletarum probauimus tunc uenisse Christum, id est natum, et septem et dimidiae ebdomadarum, quae sunt subdiuisae in abscisione priorum ebdomadarum, intra quae tempora passum ostendimus Christum, atque ita septuaginta ebdoma- V 313
dibus conclusis et ciuitatem exterminatam et sacrificium et unctionem exinde cessare] sufficit hucusque de his interim ordinem Christi decucurrisse, quo talis probatur qualis adnuntiabatur, ut iam ex ista consonantia ⟨rerum eius et⟩ scripturarum, qua ex praeiudicio maioris partis, [aduersus Iudaeos elocuti sumus] neque ea in dubium deducantur uel negent⟨ur⟩, quae post Christum futura praecanebantur, quae scripta proferimus, ut ex hoc quoque paria iam in scripturis diuinis negari non possint, ut adimpleta cognoscantur. **12.** Ne⟨c haec enim expuncta inuenirentur⟩, nisi ille uenisset, post quem habebant expungi quae nuntiaban-

46*sq. cf.* Deut. 28, 66 **48** Deut. 28, 63*sqq.*

aspiciebat *T* (τῆς βλεπούσης), quae respiciebat *PNFR uulgo* **31** bipennis (i *in* e *corr.*) *T* manu sua *N* **31***sq.* unus fuit uir *T*, unus uir *PNFR uulgo* **32** poderem *TP*, podere *ΦF*, pondere *N* *post* poderem *uirgulam posui* **32***sq.* circa lumbos eius *Φ*, in lumbis eius (ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ) *PNFR* **33** proximi *T* (ἐχόμενοι), proxime *Φ*, in proximis *PNFR* **34** hierubin *T* fuerunt *P* **35** eas *scripsi* (ἐπ' αὐτῶν *i. e.* ἐπὶ τῶν χερουβείν) : ea* *T* (*littera* s *erasa*), eam *PNFR*, ea *Rig.* in subdiual *FN* (εἰς τὸ αἴθριον), in subdiuali *PR uulgo*, ad limen *** *T* (*tribus litteris deletis* ; ad limen *legitur in Vulgata*) **36** poderem *TP*, podere *ΦNF* **37** mediam *ΦTNF*, per mediam *PR uulgo* **38** tau *om. Φ* tau signum *T*, signum tau *PNFR uulgo* uirorum eorum *T*, uirorum *PNFR uulgo* **39** dolent] dolens ** *T* (*duae litt. in ras.* ; es *ut uid.*) eorum *T* (*corr. m. 1*) **40** et illis dixit *T*, et in his dixit *PNFR uulgo* audiente me *scripsi* (ἀκούοντός μου) : ad audientem *PNFR*, me audiente *T* in ciuitatem post eum *F* **42** seniores — iuniores — uirgines *T* **43** omnes (*prius*) *om. N* ad omnes *T*, ad eos omnes *NF*, omnes *PR uulgo* **44** meis huius (huius *deletum lin. subscr.*) *T* **47***sq.* nuntiarat *T*, nuntiabat *PNFR* **48** eiciemini *PFR*, eicimini *T* (e *s. u. a m. 1*), eicimini *N* quam *FR*, qua *TPN* **49** *lacunam signaui* : et dissipabit uos dominus in nationes omnes, sed *intercidisse puto* n *T* (ec *s. u. a m. 1*), et *ΦF*, et non *PN* **50** stabilitas *TPNFR*, instabilitas *Φ* uestigio *Pam.* (τῷ ἴχνει) : uestigii *libri omnes* tibi deus] deus tibi *Φ* **53** tuae *om. N* **54** † *Quae abhinc leguntur usque in finem capitis duodecimi et interpolationibus et uerborum iactura misere deprauata non suo loco in codicibus nostris exhiberi in aperto mihi esse uidetur. Artissime enim et aptissime se applicant ad capitis octaui finem, cui si asserueris habebis idoneam partis prioris*

69—cap. 12, 17 *cf.* Adu. Marcionem III cap. 20 = III *p.* 410, 4—412, 23 *item* Adu. Iudaeos c. 14, 82—103

huius altercationis clausulam impletae prophetiae *T*, impleta est prophetia *PNFR uulgo* **55** iesu *T*, eius *PNFR uulgo* **55***sq.* supra memorauimus *PNFR*, superauimus *T*, supra enumerauimus *fort.* **56** euidenter *PNFR*, euenturam *T* **56***sqq.* propterea — — cessare *l. 69 seclusi : interpolata sunt haec ex locis superioribus* **57** prophetiam *T*, propheten *PNFR* **59** enuntiata *T*, nuntiata *PNFR uulgo* **60** *uerba* : iam non — — prophetes *in T add. m. 2* uisio est *T* **61** prophetia *T* **64** probabimus *T* **65** septem *Φ*, VII *T*, IIII *PNF* **66** abscisione *F*, abscisionem *TPNR* **68** conclusit *T* ciuitatem exterminatam *T*, ciuitate exterminata *PNFR uulgo* **69** sufficit hucusque] *animaduertendum est hunc locum (inde a uerbo* sufficit *usque in huius capitis exitum) redire in fine libelli (cap. 14, 82), eisdem fere uerbis compositum, sed hic illic, praecipue sub finem lemmatis, auctum aliquot sententiis. Meo quidem indicio suo loco hic exstant haec uerba. Vide quae adnotaui ibidem* de his] *scil. de natiuitate et passione Christi* **70** decucurrisse *ΦT*, decurrisse *PNFR* quo *R* (*cf. loc. gem.*), quod *TPNFR* **71** ut iam *TPNF*, et iam *R uulgo* rerum eius et *addidi ex loco gemello III p. 410, 7*) **72** qua *TN*, quae *F*, qd (= quod) *P*, quas *Rig. Oehler* **72***sq.* aduersus Iudaeos elocuti sumus *seclusi* (*cf. loc. gem. p. 410, 8*) **73** neque ea *scripsi* : neque enim *PNFR uulgo*, neque *T* deducantur *T*, deducant *PNFR uulgo* **74** negentur *scripsi* : negent *TPNFR uulgo* *uerba* quae post Christum futura praecanebantur *in libris paulo infra l. 76 inter* ut *et* adimpleta *tradita huc transtuli* **75** paria iam in *scripsi* (*secundum loc. gem. p. 410, 8*) : patriam in *T*, paria esse *PNFR uulgo* **77** ne⟨c haec enim expuncta inuenirentur⟩ *suppleui ex loco gemello p. 410, 11* : ne* nisi *T* (*una littera erasa*), nisi *PNFR* **78** illẹ (e *in ras. a m. 2*) *T* post] *in mg.* uel per *adnotauit m. 2 T*

tur. Quae quomodo impleta sunt, ut iam probentur, (XII. **1.**) aspice uniuersas nationes de uoragine erroris humani exinde emergentes ad dominum deum creatorem et Christum eius, V 314 et si audes negare prophetatum, statim tibi promissio patris occurrit in psalmis dicentis : *Filius meus es tu, ego hodie genui te ; pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae.* **2.** Nec poterit alium deum dei filium uindicare quam Christum, aut terminos terrae Dauid potius promissos, qui intra unicam Iudaeam regnauit, quam Christo, qui totum iam orbem euangelii sui fide cepit, sicut per Esaiam dicit : *Ecce dedi te in dispositionem generis mei, in lucem gentium, aperire oculos caecorum,* utique errantium, *exsoluere de uinculis uinctos,* id est de delictis liberare, *et de domo carceris,* id est mortis, *sedentes in tenebris,* ignorantiae scilicet. Quae si per Christum eueniunt, non in alium erunt prophetata quam per quem expuncta consideramus.

XIII. **1.** Igitur, quoniam filii Israël adfirmant nos errare recipiendo Christum, qui iam uenit, praescribimus illis ex eis⟨dem⟩ scripturis iam uenisse Christum, qui praedicabatur, quamuis ex temporibus Danihelis praedicantis probauerimus iam uenisse Christum, qui nuntiabatur. Nasci enim oportuit eum in Bethleem Iudaeae. **2.** Sic enim scriptum est in propheta : *Et tu, Bethleem, non es minima in ducibus* V 315 *Iuda ; ex te enim exiet dux qui pascet populum meum Israël.* Si autem adhuc natus non est, qui processurus dux de tribu Iuda ex Bethleem nuntiabatur ? **3.** Oportebit enim eum

XII. **5** Ps. 2, 7. 8 **11** Es. 42, 6. 7
XIII. **7** Mich. 5, 1 (Matth. 2, 6)

quem *ex* quae *T* **78***sq.* enuntiabantur *F* **79** quomodo impleta *scripsi* : quompleta *F*, completa *R*, complete *TN*, completi *P* ut iam probentur *scripsi* : etiam probarentur *TPNFR uulgo* *aliter distinxi*

XII. **1** DE CLARITATE GENTIV̄ IN X̄P̄Ō ĪH̄V̄ *P* **1***sq.* aspicite *PN* **3** deum *om. T* **4** prophetatum statim] prophetar ẹ̄stat statim *T* (*litterae r et ē in rasura*) **5** in psalmis *om. T* dicentis *T*, dicens *PNFR uulgo* **6** pete] postula *T* **7** poterit *T* (*absolute positum = poterit esse, cum acc. c. inf. iungere solet Tert.*) : poteris *PNFR uulgo* **7***sq.* alium deum dei filium *scripsi* : alium dauid filium *T*, eum Dauid filium *PNFR uulgo* **8** uindicare *T*, dicere *PNFR uulgo* **11** dicit *om. T* **12** aperire *TPNFR*, ut aperias *Φ Oehler* **13** exsoluere *PNFR*, soluere *T* **15** si per] super *T* **17** consideramus] *considerandi uerbum notione rarissima hic usurpatur, idem significans quod nostrum 'wahrnehmen'. Post* consideramus *intercidisse putauerim quae cap. 14, 102—108 leguntur in huius lemmatis parte extrema*

XIII. **2** iam uenit *om. PN* praescribimus *T*, praescribamus *PNFR uulgo* **2***sq.* illis ex eis⟨dem⟩ *scripsi* : illis ex eis *T*, eis ex ipsis *PNFR uulgo* **6** oportuit eum *T*, eum oportuit *PNFR uulgo* iudaeae *T*, iudae *PNF* et sic *T* **7** in prophetam *T* es minima *T*, minima es *PNFR uulgo* **8** iuda *TF*, iudae *PNR uulgo* **9** non *om. F* qui = *quomodo* processurus est *F* **10** oportebit

de tribu Iuda et a Bethleem procedere ; animaduertimus autem nunc neminem de genere Israël in ciuitate Bethleem remansisse exinde, quo interdictum est, ne in confinio regionis istius demoretur quisquam Iudaeorum, — ut hoc quoque esset adimpletum, id est prophetae : **4.** *Terra uestra deserta, ciuitates uestrae igni exustae,* (quod belli tempore eis euenerit) *regionem uestram in conspectu uestro exteri comedent, et deserta et subuersa erit a populis alienis,* id est a Romanis, et alio loco : [sic propheta dicit] *regem cum claritate uidebitis,* id est Christum, *facientem uirtutes in gloriam dei patris, et oculi uestri uidebunt terram de longinquo,* quod uobis, pro meritis uestris post expugnationem Hierusalem prohibitis ingredi in terram uestram, de longinquo eam oculis tantum uidere permissum est : *anima,* inquit, *uestra meditabitur timorem,* scilicet quem ex tempore excidii sui passi sunt. **5.** Quomodo igitur nascetur dux de Iuda et quatenus procedet de Bethleem, sicuti diuina pro- V 316 phetarum uolumina enuntiant, cum nullus omnino sit illic in hodiernum derelictus ex Israël, cuius ex stirpe possit nasci ? Christus autem si secundum Iudaeos adhuc non uenit, cum uenire coeperit, unde unguetur ? **6.** Lex enim praecepit in captiuitate non licere unctionem chrismatis regalis confici. Si autem iam nec unctio illic est, ut Daniel prophetauit — dicit enim : *exterminabitur unctio* —, ergo iam non illic est unctus quia nec templum, ubi erat cornu, de quo reges unguebantur. **7.** Si ergo non est unctio, unde unguetur dux, qui nascetur in Bethleem ? aut quomodo procedet de Bethleem, cum de semine Israël nullus omnino

15 Es. 1, 7 **19** Es. 35, 17 **24** *ib.* **34** Dan. 9, 26

scripsi : oportebat *T*, oportet *PNFR uulgo* **12** nunc *Φ*, tunc *TPNFR* **13** exinde quo *T*, et exinde quod *PNFR uulgo* **13***sq.* regionis istius *scripsi* : regionis ipsius *T*, ipsius regionis *PNFR uulgo* **14** demorentur *PNF* **15** id est prophetae *scripsi* : id est propheta *Φ*, id est (*om.* propheta) *T*, per prophetam *PNFR uulgo* **16** quod *T*, id est quod *PNFR uulgo* **17** eis *om. T* **18***sq.* id est a romanis *T*, *om. PNFR uulgo* **19** sic propheta dicit *seclusi* : sic propheta dicit *TF*, sic (*om. N*) per prophetam dicitur *PNR* **21** gloriam *T*, gloria *PNFR uulgo* terram *om. T* **21***sq.* longinco *T* **22** uobis *TNF*, uos *PR uulgo* **23** prohibitis *scripsi* : prohibiti *ΦPNFR uulgo*, prohibet *T* **25** scilicet] hoc licet *T* quem *scripsi* : quo *PNFR uulgo*, quod *T* (hoc *s. u. add. m. 1*) **26** excidii *ΦTF*, excidium *PNR uulgo* **27** iuda *T*, iudaea *PNFR* procedet *FR*, nascetur procedit *T*, procederet *PN* **28** enuntiant *ΦT*, nuntiant *PNFR* **29** in *om. T* **30** nasci ? Christus autem si *scripsi* : nasci Christus ? si enim *ΦT*, nasci Christus ? si *N*, nasci christus ? *PFR* **32** unctionem *TF*, unctione *PN* chrisma regale] = *oleum regale* **33** est] non est *F* **35** illic est *ΦT*, est illis *PNFR* illic] illis *Oehler* unctus (= χριστός) *scripsi* : unctio *TPNFR uulgo* **36** unctio *om. T* **38** procedet ex ẹṭ *T* (ex *s. u. a m. 1*) semine *ΦTF*,

sit in Bethleem ? || **8.** Iterato deinde ostendamus et uenisse
iam Christum secundum prophetas et passum et in caelis
iam receptum et inde uenturum secundum praedicationes
prophetarum. || **9.** Nam post aduentum eius secundum Danihe-
lem quod ipsa ciuitas exterminari haberet, legimus et ita
factum recognoscimus. Dicit enim scriptura sic et ciuita- V 317
tem et sanctum exterminari simul cum duce. Quo duce ?
indubitate qui de Bethleem et de tribu Iuda esset processu-
rus. **10.** Vnde et manifestum est, quod ciuitas simul eo tem-
pore exterminari deberet, cum ducatus eius in ea pati ha-
beret secundum scripturas prophetarum dicentium : *Ex-
pandi manus meas tota die ad populum contumacem et
contradicentem mihi, qui ambulat in uia non bona sed
post peccata sua,* item in psalmis : *Exterminauerunt manus
meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea ; ipsi autem
contemplati sunt et uiderunt me* et : *in siti mea potauerunt
me aceto.* **11.** Haec Dauid passus non est, ut de se merito
dixisse uideatur, sed Christus, qui crucifixus est : manus
et pedes non exterminantur nisi eius, qui in ligno sus-
penditur. Vnde et ipse Dauid regnaturum dominum ex
ligno dicebat ; nam et alibi propheta ligni huius fructum
praedicat dicens : || *Terra dedit benedictiones suas* — uti-

41 *cf.* Dan. 9, 26 **50** Es. 65, 2 **52** Ps. 21, 17. 18 **54** Ps. 68, 22 **58** *cf.* Ps. 96, 10 [?] **60** *cf.* Ps. 66, 7. 8 (*sed interpretatio Latina ualde immutauit Graeca*)

germine *PNR* **39** iterato] = *iterum* (*cf. Ioh.* 3, 4), *saepe apud posteriores inuentum apud Tert. nisi hoc loco nusquam* deinde *T*, denique *PNFR uulgo* ostendamus *ΦT*, ostendimus *PNFR* **39***sqq. uerba a me hastis duplicibus inclusa, quae medium subito intercipiunt sermonem, hoc loco nequaquam ferenda transitionis ad aliam partem formulam tam manifeste prae se ferunt, ut suum locum ea illic habere facile cognoscas, ubi auctor rem antea tractatam tamquam de integro recepturum se testatus fuisse putandus sit, id est in principio capitis noni ante uerba* : incipiamus igitur probare natiuitatem christi, *a quibus incipit huius disputationis altera pars. Sic et* igitur *illud, quod, si nihil antecedit, in uacuo pendet, accommodate dici uidebitur* **40** secundum *TFR*, per *Φ*, *om. PN* **44***sq.* sic et ciuitatem *TPNFR*, sic : ciuitatem *Φ Rig. Oehler* **45** exterminari simul *T*, simul exterminari *PNFR uulgo* quo duce ? *T*, *om. PNFR uulgo* **46** et *om. T* **48** deberet] haberet *T* ducatus (= ducator) *T*, ducator *PNFR uulgo* **49** secundum *TPNR*, per *ΦF Oehler* **50** meas *om. F* **51** uiam non bonam *PN* (in *om.*) **52** item *T*, et *PNFR uulgo* in psalmis *T*, in psalmis dicit *PNFR uulgo* **52***sq.* manus — — dinumerauerunt *om. F* **54** contemplati sunt et uiderunt me *PNFR*, considerauerunt me et conspexerunt me *T* (*sic lectio Vulgatae*) **55** acetum *Φ* **57** manus *T*, manus autem *PNFR*, *an* manus enim eius *om. F*, ei *T* **58** *sq.* ex ligno dominum *PNR uulgo* **59** huius] eius *T* **60***sqq.* terra dedit — — natus est] *et haec uerba ab eo quo nunc leguntur loco aliena esse in aperto est ; satis enim praeiudicant antecedentia uerba* : ligni huius fructum praedicat dicens, *quid sequi debeat, ea scilicet quae legis paulo infra* : et lignum, inquit, tulit fructum suum. *Neque uero dubium esse potest, ubi sint inserenda, illic uidelicet, ubi de conceptu Mariae sermo est, id est l. 129sqq.* : in conceptu cum uirgo Maria a uerbo dei praegnans inueniretur, || ⟨cui⟩ dedit terra benedictiones suas etc. *Ad rem cf. Ps. 139, 15* **60** benedictiones suas *PNFR* (benedictio *pro re benedicta et consecrata*),

que illa terra uirgo, nondum pluuiis rigata nec imbribus V 318
fecundata, ex qua homo tunc primum plasmatus est et ex
qua nunc Christus secundum carnem ex uirgine natus est ||
et lignum, inquit, *tulit fructum suum,* non illud lignum in
paradiso, quod mortem dedit protoplastis, sed lignum
passionis Christi, unde uita pendens uobis credita non est.
12. Hoc enim lignum tunc in sacramento, cum Moyses aquam
amaram indulcauit, unde populus, qui siti periebat in ere-
mo, bibendo reuixit, sicuti nos, qui de saeculi calamita-
tibus extracti, in quo commorabamur siti perientes, id est
uerbo diuino ⟨non⟩ proluti, ligni passionis Christi per
aquam baptismatis potantes fidem, quae est in eo reuiximus
⟨uita⟩. **13.** A qua fide Israël excidit, secundum Hieremiam di-
centem : *Mittite, interrogate nimis, si facta sunt talia, si
mutauerunt gentes deos suos, et isti non sunt dii ; populus
autem meus mutauit gloriam suam, ex quo nihil proderit
eis ; expauit caelum super isto.* Et quando expauit ? Indubi-
tate, quando passus est Christus. **14.** *Et horruit,* inquit, *pluri-
mum et nimis.* Et quando horruit nimis, nisi in passione V 319
Christi, cum terra quoque contremuit et sol in media die
tenebricauit et uelum templi scissum est et monumenta
dirupta sunt ? *Quoniam,* inquit, *duo haec nequam fecit po-
pulus meus : Me dereliquerunt, fontem aquae uitae, et fode-
runt sibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere.*
15. Indubitate non recipiendo Christum, fontem aquae uitae,

61 *cf.* Gen. 2, 5 **62** *cf.* Gen. 2, 9 **64** *cf.* Ps. 1, 3 **65** *cf.* Gen. 1, 12 **66** *cf.* Deut. 28, 66 **67** *cf.* Exod. 15, 25 **74—84** Hier. 2, 10—13 **77** Hier. 2, 12 (ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα) **80** *cf.* Matth. 27, 51. 52 ; Luc. 23, 44. 45 (*cf.* Am. 8, 9)

fructum suum *T* (*correctoris manus agnoscenda est inducentis* fructum *propter antecedens* ligni huius fructum) **61** rigata *TPNFR*, irrigata *Φ* **62***sq.* et ex qua *T*, ex qua *PNFR uulgo* **63** secundum *TPNFR*, per *Φ* **64** tulit *T*, attulit *PNFR uulgo* **65** protoplaustis *TN* **66** uobis *scripsi* ; sed uobis *T*, a uobis *PNFR uulgo* credita non est *PNFR*, non est credita *T* **67** sacramentum *F* cum *T*, quo *NF*, erat quo *PR uulgo* **68** qui siti *om. P* periebat *TPF*, peribat *NR uulgo* **69** euixit *T* **70** commemorabamur *F* perientes *T*, pereuntes *PNFR uulgo* **71** ⟨non⟩ proluti *scripsi* : probati *ΦTNF*, propinati *PR*, priuati *Iun.*, uerbi diuini potu priuati *Vrs.* ligni *NF*, ligno *TPR* **71***sq.* per aquam *ΦTNF*, aquam *PR uulgo* **72** fide *PF* eo *F* (*scil.* ligno passionis), eum *TPNR* **73** uita *suppleui cf. supra l. 66* a qua *TPNFR*, qua *Φ* secundum] per *Φ* **74** et interrogate *FR uulgo* **75** mutauerunt *T*, mutabunt *PNFR uulgo* **77** expaui *P* caelum — — expauit *om. F* quomodo et quando *P* **79** et nimis *T*, nimis *PNFR uulgo* et (*alterum*) *om. T* **80***sq. uerba* : et sol in media die tenebricauit, *quae in libris mss. supra l. 79 post uocem* nimis (*prius*) *comparent, huc transtuli* in *T*, *om. PNFR uulgo* **81** tenebrificauit *PN* cisum *T*, scisum *N* **82** inquit *T*, *om. PNFR uulgo* nequam *T*, mala *PNFR uulgo* **83** meus *F*, *om. TPNR* me *T*, me inquit *PNFR uulgo* **84** contritos *Φ*, contritos bulatos *T*, contribulatos *PNFR* poterunt *Φ*, poterant *PNFR*, possunt *T*

lacus contritos coeperunt habere, id est synagogas, in dispersione scilicet gentium, in quibus iam spiritus sanctus non immoratur, ut in praeteritum in templo commorabatur ante aduentum Christi, qui est uerum dei templum. **16.** Nam et istam sitim diuini spiritus eos passuros praedicat propheta dicens : *Ecce, qui seruiunt mihi, manducabunt, uos autem esurietis : seruientes mihi potabuntur, uos autem sitietis et a contribulatione spiritus ululabitis ; remittetis enim nomen uestrum in satietatem electis meis, uos autem interficiet dominus ; eis autem, qui seruiunt mihi, nomen nominabitur nouum, quod benedicetur in terris,* ∗∗**17.** Adhuc huius ligni sacramentum etiam in Regnorum legimus celebratum. Nam cum filii prophetarum super flumen Iordanem lignum securibus caederent, exsiliit ferrum et immersum est in flumine, atque ita Helisaeo propheta superueniente petunt V 320 ab eo filii prophetarum, uti ferrum, flumini quod immersum fuerat, erueret. **18.** Atque [ita Helisaeus] accepto ligno et misso in eum locum, ubi submersum fuerat ferrum, ⟨et ferrum⟩ statim supernatauit, quod receperunt filii prophetarum, et lignum mersum est. Ex quo intellexerunt, quod Heliae spiritus in eo sit repraesentatus. **19.** Quid manifestius huius ligni sacramento, quod duritia huius saeculi mersa est in profundo erroris et a ligno Christi, id est passionis eius, in baptismo liberatur, ut quod perierat olim per lignum in Adam, id restitueretur per lignum Christi ? || nobis scilicet, qui successimus in loco prophetarum, ea sustinentes hodie in saeculo, quae semper passi sunt prophetae propter diuinam religionem. **20.** Alios enim lapidauerunt, alios fugauerunt, plures uero ad necem tradiderunt, quod negare non possunt. || Hoc lignum sibi et Isaac, filius Abrahae, ad sacrificium ipse portabat, cum sibi eum deus hostiam fieri praecepisset. **21.** Sed quoniam haec fuerant sacramenta, quae tem-

86 *cf.* Ioh. 4, 10. 11 **91** Es. 65, 13—15 **96***sqq.* IV Reg. 6, 3—6 **115***sqq. cf.* Gen. 22, 6—14

86*sq.* dispersione scilicet *scripsi* : dispersiones *libri omnes* (*ortum uidelicet ex* dispersione-s-) **89** templum dei *T* **90** praedicat *T*, dixerat *PNFR uulgo* **90***sq.* propheta *T*, propheta esaias *PNFR uulgo* **91** mihi seruiunt *T* **93** sicietis *T*, scietis *FN* ullulabitis *T* **94** sacietatem *T*, satietate *N* **95** dominus] deus *T* **96** in terris] *hic inserenda puto quae infra l. 110 bacillis inclusi* **97** huius *om. F* **98** iordanen *P* **99** immersum *T*, mersum *PNFR uulgo* **102** ita Helisaeus *seclusi* (*cf. l. 100* atque ita, *unde huc irrepsit*) ; Helisaeus *secludi uoluit Pam.* **103** et ferrum *suppleui* **104***sq.* quod receperunt filii prophetarum, et lignum mersum est *scripsi* : et lignum mersum est, quod receperunt filii prophetarum *libri omnes* **106** eo *T*, eum *PNFR uulgo* huius] omnis *T* **107** est *T*, *om. PNFR uulgo* **110** id *om. T* scilicet *T*, igitur *PNFR*, utique *Vrs.* (*Rig. Oehler*) **110***sqq. uerba* nobis scilicet — — — negare non possunt *suo loco mota esse nemo non uidebit : interciderunt supra l. 96 post uerba* quod benedicetur in terris **111** sustinentes *T*, sustinentibus *PNFR uulgo* **114** ad necem *F*, ad mortis necem *TPNR uulgo*

poribus Christi percipienda seruabantur, et Isaac tum ligno solutus est, ariete oblato in uepre cornibus haerente, et Christus suis temporibus lignum humeris suis partauit ∗∗ inhaerens cornibus crucis, corona spinea capiti eius circum- V 321 data. Hunc enim oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium, qui *tamquam ouis ad uictimam ductus est et, uelut agnus coram tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum.* **22.** Hinc enim Pilato interroganti nihil locutus est ; *in humilitate enim iudicium eius sublatum est. Natiuitatem autem eius quis enarrabit ?* quare ? quia nullus omnino hominum natiuitatis Christi fuit conscius, in conceptu cum uirgo Maria a uerbo dei praegnans inueniretur∗∗∗ et quia 'tolleretur a terra uita eius'. **23.** Cur ita ? utique ⟨quia⟩ post resurrectionem eius a mortuis, quae die tertia effecta est, caeli eum receperunt secundum prophetiam ⟨ab⟩ Osee emissam huiusmodi : *ante lucem surgent ad me dicentes : eamus et reuertamur ad dominum deum nostrum, quoniam ipse eripiet et liberabit nos post biduum in die tertia.* Quae [est] resurrectio eius gloriosa de terra in caelos eum recepit, unde et uenerat ipse spiritus ad uirginem.

24. Igitur quoniam adhuc contendunt Iudaei necdum uenisse Christum, quem tot modis adprobauimus uenisse, recognoscant iam deinde exitum suum, quem post aduentum Christi relaturi praedicabantur ob impietatem, qua eum et V 322 despexerunt et interfecerunt, cuius neque natiuitatem ne-

118 *cf.* Gen. 22, 9. *cf.* 22, 13 **121** *cf.* Matth. 27, 29 ; Ioh. 19, 5 **123** Es. 53, 7 **125** Es. 53, 8 **128** *cf.* Luc. 1, 35 **129** *cf.* Es. 53, 8 **131** *cf.* Act. 1, 9. 11 **133** Hos. 6, 1—3 **138—188** *cf.* Adu. Marc. III cap. 23 = III *p.* 416, 22—418, 23

ad necem tradiderunt] *sie lieferten zur Hinrichtung aus* **118** percipienda *T*, perficienda *PNFR uulgo* **118***sq.* tum ligno solutus *scripsi* (*cf. Gen. 22, 9*) : cum ligno seruatus *T*, cum ligno reseruatus *PNFR uulgo* **119** ariete *TFR*, et ariete *PN* haerentem *PN* **120** *lacunam signaui* : et adfixus est illi *uel similia interciderunt* **121** capiti *scripsi* : capite *T*, in capite *PNFR uulgo* in capite eius spinea *PN* **122** gentibus fieri *om. T* **123** tamquam *T in lit. a m. 2* **124** se *om. T* **125** hinc *T*, hic *PNFR uulgo* interroganti *T*, interrogante *PNFR uulgo* **126** autem *om. N* **127** enarrabit *ΦN*, enarrauit *PTR*, enarrauerit *F* quare ? *T*, *om. PNFR uulgo* **129** a uerbo *ΦN*, uerbo *TPF* inueniretur] *hic sunt inserenda uerba* : ⟨cui⟩ terra dedit benedictiones suas *et q. s. cf. supra l. 60—63* **129***sq.* tolleretur] *h. e. tolli habebat ut uidetur* (*cf. p. 328, 70 in notis*), *nisi malueris rescribi : tollitur* (αἴρεται) **130** utique *T*, itaque *PNFR uulgo* quia *addidi* **131** quae *FR3*, quia *TPNR*^{1} dies *PN* **132** ab *addidi* Osee *Pam.* : esaia *PNFR*, *om. T* **134** nostrum *ΦN*, *om. TPF* **135** et *om. NF* in *om. PNF* est *seclusi* **136** recipit *T* **138** iudaei contendunt *F* **140** iam deinde *scripsi* (*ut saepius iungit Tert.* mox deinde, post deinde *similiter Vergilius* nunc deinde *Aen. 12, 889*) : iudei *TPNFR uulgo* **141** relaturi *om. T* praedicabantur *Φ*, praecinebantur *PNFR*, patiuntur *T* (*sed in litura undecim uel duodecim litterarum a m. 2*) **142** dispexererunt *T* **142***sq.* cuius neque natiuitatem neque passionem agnouerunt] *haec uerba, quae in libris mss. supra l. 137 post*

que passionem agnouerunt. Primo enim, ex qua die secundum dictum Esaiae *proiecit homo abominamenta sua aurea et argentea, quae fecerunt adorare uanis et nociuis*, id est, ex quo gentes nos, dilucidatae pectora per Christi ueritatem, proiecimus idola, uident Iudaei et quod sequitur expunctum. **25.** *Abstulit* enim *dominus Sabaoth Iudaeis et ab Hierusalem* inter cetera et *sapientem architectum*, ⟨id est spiritum sanctum,⟩ qui aedificat ecclesiam, dei templum et ciuitatem sanctam et domum domini. Nam exinde destitit apud illos dei gratia et *mandatum est nubibus, ne pluerent imbrem super uineam Sorech*, id est caelestibus beneficiis, ne prouenirent domui Israhel. **26.** Fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat, et non iustitiam, sed clamorem, quo in crucem eum extorserat. Et ita subtractis charismatum roribus — lex et prophetae usque ad Iohannem fuerunt, et piscina Bethsaida usque ad aduentum Christi ualetudines V 323 apud Israhel curare non desiit — dehinc, cum ex perseuerantia furoris sui nomen domini per ipsos blasphemaretur, sicut scriptum est : *propter uos nomen domini blasphematur inter gentes* — ab illis enim coepit infamia — et tempus medium a Tiberio usque ad Vespasianum *** [qui] cum ista commisissent nec intellexissent Christum in tempore suae uisitationis inueniendum, *facta est terra* eorum *deserta*, et *ciuitates* eorum *igni exustae ; regionem ipsorum sub eorum*

144 Es. 2, 20 **146** Es. 3, 1. 3 **152** Es. 5, 6 **154** *cf.* Marc. 4, 7 **155** *cf.* Es. 5, 7 **157** *cf.* Luc. 16, 16 ; Matth. 11, 13 **158** *cf.* Ioh. 5, 1. 2 **161** Es. 52, 5 **164** *cf.* Hier. 46, 21 ; 50, 26. 27 **165** Es. 1, 7. 8

uerba ad uirginem *leguntur, huc transtuli* **143***sq.* secundum] sabbatum *F* **144** dictum esaiae *PNFR*, esaiam *T* **145** adorare uanis] *προσκυνεῖν ματαίοις ; falso igitur Pam.* adorandis *rescripsit* **146** dilucidatae pectora *scripsi* : dilucidata pectora *TPNFR*, dilucidato pectore *Vrs.* (*Rig. Oehler*) Christi] christum *T* **147** uident *T*, uideant *PNFR uulgo* **147***sq.* expunctum *T*, expunctum est *PNFR uulgo* **148** iudeis *T*, in iudaeis *PNFR uulgo* **149***sq.* id est spiritum sanctum *suppleui* (*cf. loc. gem. III p. 417, 6*) **150** qui] quia *T* **152** est *om. F* **154** prouenirent domui *TNR*[3], proueniret domus *PF* israhelis *NF* **155** Christum] cum *T* (*in lit. a m. 2*) **156** crucem *TNF*, cruce *PR* extorserat et ita extorserat *PN* **156***sq.* charismatum *TPNR*, charismatis *ΦF Oehler* **157** roribus *Rhen.* : erroribus *T* (*del. er m. 1, ut uid.*), prioribus *ΦPNF Oehler* *parenthesin indicaui* ad *om. Φ* **158***sq.* ualetudines apud israhel (ab israhele *Φ*) curare *ΦT*, curando ualetudines ab israhele *PNR*, ualitudines ab israel *F* **159** non desiit *T*, desiit *Φ*, desiit a beneficiis *PNFR* dehinc *T*, deinde *PNFR uulgo* ex *om. PR* **160** furoris sui] *ihres Wütens gegen sich selbst* domini *T*, dei *PNFR uulgo* **162** inter gentes *T*, in gentibus *PNFR uulgo* *parenthesin indicaui* coepit *T*, incepit *PNFR uulgo* **163** *lacunam signaui* : in paenitentiam sibi datum agnoscere noluissent *intercidisse puto, cf. III p. 417, 17* qui *seclusi*, q[i] *T*, quae *PNR*, qui *F* ista] ita *N Hirsaug.* R^3 **165** inueniendum *PNFR*, uenientem *T* *quae leguntur inde a uerbis* inueniendum facta est *usque ad uerba* comminuet et conteret *cap. 14, 21 teste Modio in Φ omissa erant* **166** regiones *PR*

conspectu extraneis deuorantibus, derelicta est filia Sion tamquam specula in uinea, uelut in cucumerario casula, ex quo scilicet *Israhel dominum non cognouit et populus* eum *non intellexit*, sed dereliquit magis et ad indignationem prouocauit sanctum Israhel. **27.** Sic et machaeram condicionali iis comminatio⟨ne⟩ comminatur : *Si nolueritis*, inquit, *nec obaudieritis me, gladius uos comedet*. Ex quo probamus V 324 Christum machaeram fuisse, cui non obaudiendo perierunt, qui et in psalmo dispersionem eis postulat a patre dicens : *Disperge eos in uirtute tua*, qui et rursus per Esaiam in exustionem eorum perorans : *Propter me*, inquit, *haec facta sunt uobis ; in anxietate dormietis*. **28.** Haec igitur cum pati praedicarentur Iudaei propter Christum et passos eos inueniamus et in dispersionem demorari cernamus, manifestum est propter Christum Iudaeis ista accidisse, conspirante sensu scripturarum cum exitu rerum et ordine temporum. **29.** Aut si nondum uenit Christus, propter quem haec passuri praedicabantur, cum uenerit ergo, patientur. Et ubi tunc filia Sion relinquenda, quae in Iudaea hodie ⟨non⟩ est ? ubi ciuitates exurendae, quae iam in tumulis ? ubi dispersio gentis, quae iam extorris est ? redde statum Iudaeae, quem Christus inueniat, et alium contende uenire.

XIV. **1.** Discite nunc ex abundanti erroris uestri ducatum. Duos dicimus Christi habitus a prophetis demonstratos, totidem aduentus eius praenotatos : unum in humilitate, uti- V 325

169 Es. 1, 3 **170** *cf.* Deut. 32, 16 ; *cf.* Es. 1, 4 **172** Es. 1, 20 **176** Ps. 58, 12 **176***sq.* *cf.* Es. 50, 11^a **177** Es. 50, 11^b

XIV. **1—81** *cf.* Adu. Marc. III cap. 7 = III *p.* 386, 5—388, 19 **3** *cf.* Es. 53, 7

166*sq.* sub eorum conspectu *T*, in conspectu eorum *PNFR uulgo* **167** extraneis deuorantibus *T*, extranei deuorantes *PNFR uulgo* est *om. PR* **168** tamquam] sicut *T* (*in Vulgata legitur* : ut) cucumeraria *T* **171** prouocat *F* sic et *TR*, sicut *PNF* machaeram *T*, machaerae *PNFR uulgo* **171***sq.* condicionali iis *scripsi* : condicionalius *T*, condicionalis *PNFR uulgo* **172** comminatio⟨ne⟩ comminatur *scripsi* : comminatio *PNFR*, comminatur (ur *ex* io *corr. m. 1*) *T* inquit *T*, *om. PNFR uulgo* **173** me *T*, *om. PNFR uulgo* **174** cui non obaudiendo *T*, quem non audiendo *PNFR uulgo* **175** eis *T*, eius *PNFR uulgo* **176** disperde *T* eos *TNF*, illos *PR uulgo* rursus *TF*, rursum *PNR uulgo* **176***sq.* in exustionem $PNFR^1$, in exultationem *T*, exustionem R^3 *Oehler* **177** perorans *T*, orat *PNFR uulgo* **179** praedicarentur *TF*, praedicentur *PN* eos *T*, eos esse *PNFR uulgo* **180** in dispersionem] *cf. Ho., Synt. u. Stil p. 40* **181** ita *T* **181***sq.* cum inspirante *T* **182** et ordine *Iun.* : ex ordine *T*, et ordinis *PNFR uulgo* **183** nundum *T* **184** cum *om. F* **185** reliquenda *F*, linquenda *N* in iudaea *TF*, inuida *P*, in uia *NG*, nulla *R* (*ex loc. gem.*) *uulgo* non *addidi* **186** in tumulis *T*, in tumulis exustae sunt *PNFR uulgo* (*cf. loc. gem.*) **187** extorris est *T*, exstitit res *PNFR*, extorris R (*ex loc. gem.*) *uulgo* **188** quem christus] quae christum *T* contendere *F*

XIV. **1** dicite *T* abundanti *T Rig.*, habundantia *PNFR* erroris uestri ducatum] *idem fere quod nostrum Wegbereiter ; alio igitur sensu hoc loco usurpatur hoc uocabulum atque in loco gemello* **3** praenotatos] praenotasse *Pam.* (*ex loco gemello*)

que primum, cum tamquam ouis ad uictimam deduci habebat et, tamquam agnus ante tondentem sine uoce sic non aperiens os, ne aspectu quidem honestus : **2.** *Adnuntiauimus* enim, inquit, *de illo : sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, et non erat ei species neque gloria ; et uidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed species eius inhonorata, deficiens citra filios hominum, homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem,* scilicet ut positus a patre in lapidem offensionis et ⟨petram scandali⟩ minoratus ab eo modicum citra angelos, uermem se pronuntians et non hominem, ignominia hominum et abiectio plebis. **3.** Quae ignobilitatis argumenta primo aduentui eius competunt, sicut sublimitatis secundo, dum fiet iam non lapis offensionis nec petra scandali, sed lapis summus angularis post reprobationem adsumptus et sublimatus in consummationem ⟨templi, ecclesiae scilicet,⟩ et petra sane illa apud Danielem de monte praecisa, quae imaginem saecularium regnorum comminuet et conteret. **4.** De quo secundo aduentu eius idem prophetes : *Et ecce cum nubibus caeli tamquam filius* V 326 *hominis ueniens uenit usque ad ueterem dierum et aderat in conspectu eius, et qui adsistebant adduxerunt eum ; et data est illi potestas regia et omnis terra secundum genus et omnis gloria seruiens ei et potestas eius aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur.* **5.** Tunc scilicet ⟨et⟩ speciem honorabilem et decorem habiturus est indeficientem super filios hominum, *tempestiuus nunc de-*

---

6 Es. 53, 2. 3 **11** *cf.* Es. 8, 14 ; 28, 16 **12** *cf.* Ps. 8, 6 ; *cf.* I Petr. 2, 8 **13—14** *cf.* Ps. 21, 7 **19** *cf.* Ps. 117, 22 ; *cf.* Eph. 2, 21 **20** *cf.* Ps. 88, 20 ; *cf.* Phil. 2, 9 ; *cf.* Dan. 2, 35 **22** Dan. 7, 13—14 **29** Ps. 44, 3

---

4 deduci *T*, duci *PNFR uulgo* **5** cum tondente *F* **6** aperiens *T*, aperuit *PNFR uulgo* os suum *F* **10***sq.* in plaga positus *T*, in plaga *PNFR uulgo* **12** petram scandali *suppleui ex loco gemello : desunt haec nequeunt propter ea quae infra l. 17 et 19 leguntur* **13** pronuntians *T*, pronuntiat *PNFR uulgo* **14** ignominia hominum *T*, ignominiam hominis *PNFR uulgo* abiectio plebis *T*, abiectionem (addictionem *N*) populi *PNFR* *ante* Quae *in P legitur* : DE SECVNDO ADVENTV $\overline{\chi\rho\iota}$. *haec eadem in T comparent paulo infra post uerba* : dum fiet **15***sq.* aduentui eius competunt, sicut sublimitatis *scripsi* : aduentui co(m)petunt sublimitatis eius *T* (*om.* sicut), aduentui competunt sicut sublimitatis *PNFR uulgo* **16** dum *T*, cum *PNFR uulgo* **19** templi, ecclesiae scilicet *suppleui ex loco gemello* sane *PNFR*, ·s· (= scilicet) *T* **21***sq.* eius idem *scripsi* : eiusdem *PNFR*, eius *T* **22** prophetes *T*, danihel dixit (dicit *N*) *PNFR uulgo* et ecce *PNFR*, ecce *T* **23** ueterem *PNFR*, antiquum *T* (*sed in litura a m. 2*) **24** eum *T*, illum *PNFR uulgo* **25** illi *T*, ei *PNFR uulgo* omnis terra *T*, omnes nationes terrae *PNFR uulgo* **26** seruiens ei *T*, seruient (seruiet *NF*) illi *PNFR uulgo* **27** eius *T*, illius *PNFR uulgo* **28** et *addidi* (*cf. infra l. 33* : cum et pater) est *om. T* **29** super *T*, supra *PNFR*, ultra *Φ* nunc *T*, enim *PR uulgo* **29***sq*

core citra filios hominum — effusa est gratia, inquit, *in labiis tuis, propterea benedixit te deus in saecula. Accingere ensem tuum circa femur tuum, potentissime tempestiuitate et pulchritudine tua* — cum et pater, posteaquam diminuit eum modicum quid citra angelos, gloria et honore coronabit eum et subiciet omnia pedibus eius. **6.** Et tunc *cognoscent eum, quem pupugerunt, et caedent pectora sua tribus ad tribum,* utique quod retro non agnouerunt eum in humilitate condicionis humanae constitutum ; *Et homo est* inquit Hieremias : *et quis cognoscet eum ?* quia et *natiuitatem eius,* inquit Esaias, *quis enarrabit ?* **7.** Sic et apud Za- V 327 chariam in persona Iesu, immo et in ipsius nominis sacramento uerus summus sacerdos patris, Christus Iesus, duplici habitu in duos aduentus deliniatur : Primum sordibus indutus est, id est carnis passibilis et mortalis indignitate, cum et diabolus aduersabatur ei, actor scilicet Iudae traditoris, qui eum etiam post baptisma temptauerat, dehinc, spoliatus pristinas sordes, exornatus podere et mitram et cidarim mundam est, secundi aduentus quoniam gloriam et honorem adeptus demonstratur. **8.** Nec poteritis eum Iosedech filium dicere, qui nulla omnino ueste sordida, sed semper sacerdotali fuit exornatus nec umquam sacerdotali munere priuatus, sed Iesus iste Christus dei patris summus sacerdos, qui primo aduentu suo humanae formae et passibilis

---

30 *cf. ib. et* 44, 4 **34** *cf.* Ps. 8, 6 **35** *cf. ib.* ; *cf.* Ps. 110, 1 **36** Zach. 12, 10. 12 **39** Hier. Es. 53, 8 **40***sqq. cf.* Zach. 3, 1—6

---

tempestiuus — — filios hominum *om. NF* **30** inquit gratia *N* **31** saecula *TPNFR*, aeternum (*sic legitur in Vulg.*) *Φ* **32** ensem] gladium *T* (*sic in Vulg. legitur*) potentissime *ΦT*, potens *PNFR* **33** posteaquam *T*, postea cum *PNFR uulgo* **34** eum *T*, illum *PNFR uulgo* quid *R*, quidem *ΦPNF*, *om. T* **35** coronabit — subiciet *scripsi* (*loc. gem. secutus*) : coronauit — — subiecit *libri omnes* eum *T*, illum *PNFR uulgo* pedibus *T*, sub pedibus *PNFR uulgo* **37** utique] undique *T* agnouerunt *T*, agnouerint *PNFR uulgo* **38***sq.* et homo est inquit hieremias *T*, hieremias inquit homo est *PNFR uulgo* **39** eum *T*, illum *PNFR uulgo* **40** enarrabit (b *ex* u) *T Pam.*, enarrauit *PNFR* **41** ait in persona *T* (ait *deletum linea subscripta*) *PNF*, in persona R Iesu *scripsi* (*cf. loc. gem.*) : eius *T*, ipsius *PNFR uulgo* in *om. T* **42** uerus summus *Pam.* : uerissimus *TPNFR Oehler* Christus Iesus *Pam.* : christus ($\overline{\chi\rho\varsigma}$ *T*) ipsius *TPNFR Oehler* **42***sq.* in duplici *N* **43** diliniatur *T* primum *T* (*cf. loc. gem.*) : primo *PNFR uulgo* sordibus] sordidis *Pam.* (*loc. gem. secutus*), *sed cf. l. 47* : pristinas sordes **44** indutus est *PNFR*, indutus *T* **45** ei *om. T* actor *T*, auctor *PNFR* **46** baptisma *T*, baptismum *PNFR uulgo* (*Trecensis lectio commendatur clausula ; cf. etiam loc. gem.*) **47** pristina sorde *Φ* podere] *acc. intellege* : ποδήρη **47***sq.* mitram et cidarim *TPNFR*[1] (*recte, quia* exornatus *hic* = *indutus, sicut spoliatus* (*cf. Ou. Met. XV, 213*) = *exutus, utrumque Graeco more c. acc. coniunctum ; aliter infra l. 51*) ; *in loc. gem. item accusatiuus ex Montepessulano rescribendus fuit.*) **48** cidari munda R[3] *uulgo* mundam *T*, mundum *PNFR*, munda R[3] *uulgo* est *scripsi* : et *T*, id est *PNFR uulgo* $\overline{qm}$ gloriam *T* (*del.* $\overline{qm}$ *linea et subscripta et transuersa m. 1*) **49** Iosedech *Rhen.* : ioseph *ΦTPNFR*[1] **52** summus *scripsi* : summi *TPNFR* **53** primum *T* humanae formae *TNF*,

uenit in humiliatate usque ad passionem, ipse effectus etiam hostia per omnia ⟨aeua⟩ pro omnibus nobis, qui post resurrectionem suam indutus podere 'sacerdos in aeternum' dei V 328 patris nuncupatur. **9.** Si enim et duorum hircorum, qui ieiunio offerebantur, faciamus interpretationem, nonne et illi utrumque ordinem Christi qui iam uenit, ostendunt, pares quidem atque consimiles propter eundem domini conspectum, quia non in alia uenturus est forma, ut qui agnosci habet a quibus et laesus est; unus autem eorum circumdatus coccino, maledictus et consputatus et conuulsus et compunctus, a populo extra ciuitatem abiciebatur in perditionem, manifestis notatus insignibus Christi passionis, qui coccinea circumdatus ueste et consputatus et omnibus contumeliis adflictus extra ciuitatem crucifixus est; alter uero, pro delictis oblatus et sacerdotibus tantum templi in pabulum datus, secundae repraesentationis argumenta signabat, quia delictis omnibus expiatis sacerdotes templi spiritalis, id est ecclesiae, dominicae gratiae quasi uisceratione quadam fruerentur ieiunantibus ceteris ad salutem. **10.** Igitur quoniam primus aduentus et plurimis figuris obscu- V 329 ratus et omni inhonestate prostratus canebatur, secundus uero et manifestus et deo dignus, idcirco quem facile et intellegere et credere potuerunt, eum solum intuentes, id est secundum, qui est in honore et gloria, non inmerito decepti sunt circa obscuriorem, certe indigniorem, id est primum. Atque ita in hodiernum negant uenisse Christum suum, quia non in sublimitate uenerit, dum ignorant in humilitate primo fuisse uenturum.

57sqq. *cf.* Leu. 16, 5—29

humana forma *PR uulgo* **54** humilitatem *T* effectus etiam *TNF*, etiam effectus *PR uulgo* **55** aeua *addidi* **56** podere *TN* (*cf. supra l. 48*), poderem *PFR uulgo* **57** nuncupatur *TNF*, nuncupatus est *PR uulgo* si *scripsi* (*cf. loc. gem.*), sic *TPNFR uulgo* ieiunio] *hoc uocabulo significari uidetur dies decimus mensis septimi, id est dies expiationis cf. Leu. 16, 30. 31* **58** faciamus *T*, faciam *PNFR uulgo* (*et loc. gem.*) interpretationem, nonne *uulgo distinguitur* **59** Christi *T*, nomine christi *NF*, nominis christi *PR uulgo* (nomine *ortum uidetur ex antecedenti uocula* nonne) **60** domini] deum *NF* **61** quia] qui *Φ* alia *TP*, helia *N*, helye *F* **61**sq. qui agnosci *T* (agnosci *in ras. a m. 2*) R², quia cognosci *PNFR*¹ **62** est *om. F* **63**sq. et conuulsus et compunctus *om. N* **64** punctus *F* abiciatur *F* **65** notatus *ΦR*, notis *P* (ta *add. m. 1*), notis *TNF* **67** aliter *F*, al.ter *T* (i *eras.*) **68** et *TR*, est *PNF* **70** quia *scripsi*: qui *ΦTN*, qui *P* (a *s.* i *corr. m. 1*), qua *FR uulgo* quia fruerentur] *weil sie genießen sollten; cf.* quia — tolleretur *p. 321, 129* expiatis R, expiatos (*corr. m. 1*) *P*, expiatos *TNF*, expiati *Rig.* **72** ad salutem *T*, a salute *PNFR uulgo* ad salutem] = *saluti, ut* ad praemium = *praemio Ad nat. II 5 = I p. 103, 16; hinc et loc. gem. emendandus est* **74** in omni *T* **75** dignus *TNF*, condignus *PR uulgo* (*cf. loc. gem.*) **77** secundum] per *Φ* **78** indigniorem, certe obscuriorem *PR* **80** suum *om.*

11. [Sufficit hucusque de his interim ordinem Christi decucurrisse, quo talis probabatur qualis adnuntiabatur, ut iam ex ista consonantia scripturarum diuinarum intellegamus, quae post Christum futura praedicabantur ex dispositione diuina credantur expuncta. Nisi enim ille uenisset, post V 330 quem habebant expungi, nullo modo euenissent quae in aduentu eius futura praedicabantur. **12.** Igitur uniuersas nationes de profundo erroris humani exinde emergentes ad deum creatorem et Christum eius cernitis. Quod prophetatum non audetis negare, quia et si negaretis, statim uobis in psalmis, sicuti iam praelocuti sumus, promissio patris occurreret dicentis: *Filius meus es tu, ego hodie genui te, pete a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae*, nec poteritis in istam praedicationem magis Dauid filium Salomonem uindicare, quam Christum dei filium, nec terminos terrae Dauid filio promissos, qui intra unicam Iudaeam regnauit, quam Christo filio dei, qui totum iam orbem euangelii sui radiis inluminauit. **13.** Denique et thronus in aeuum magis Christo dei filio competit quam Salomoni, temporali scilicet regi, qui solo Israeli regnauit. Christum enim hodie inuocant nationes, quae eum non sciebant, et populi hodie ad Christum confugiunt, quem retro ignorabant. Non autem potes futurum

82—108 *cf. supra* cap. XI (extrem.) *et* Adu. Marc. III cap. 20 = III *p.* 416, 4 *sqq.* **93** Ps. 2, 7 **100** *cf.* II Reg. 7, 13

PR **82**sqq. *quae l. 82—l. 100 leguntur, eadem eisdemque fere uerbis expressa iam supra occurrebant in huius libri capite undecimo exeunte; quae hic accedunt (inde a l. 100 usque in finem) desumpta scias ex libro tertio Adu. Marcionem (cf. III p. 412, 10—12; 412, 21—23; 414, 8—10). Vtra utris prius scripta sint, satis docent quae hic legis l. 92*: sicuti iam praelocuti sumus. *Neque tamen a Tertulliano ipso huius loci uerba composita esse, etsi ex ipso quoque compositionis ordine recte intellecto facile cognoueris, uel inde probatur, quod qui haec nouare ausus est ea quae imitatur uerba — multis sane mendis deprauata — plus uno loco male intellexit. Cui rei documento est, ut alia taceam (cf. l. 86* expuncta reddantur *et 87* in aduentu), *quod uerba exemplaris sui, quae leguntur in capite undecimo, perperam de Salomone rege dicta esse arbitratus est. Quae cum ita sint, meo iure haec omnia ut spuria seclusisse me putauerim* **82** interim ordinem *TP*, ordinem interim *F*, ordinem interim ordinem *N* christi *om. N* **83** probatur *T* (*syll.* ba *s. u. a m. 1*), probatur *PNFR uulgo* **83**sq. ex ista] exinde *F* **84** diuinarum *om. T* quae *T*, et quae *PNFR uulgo* **85**sq. diuina reddantur *T* (qm *s. u. add. m. 2*) **86** ille enim *F* **87** euenissent *ΦT* (*in ras. a m. 2*), uenissent *PNF* **87**sq. in aduentu *T*, in aduentum *PN*, aduentum *F* **88** uniuersas *scripsi*: si uniuersas *T* (*sed uocula* si *linea infra scripta deleta est*) *PNFR uulgo* **89**sq. ad dominum *T* **91** negaretis *TPR*, negaueritis *NF* **93** occurreret *PF*, occurret *N*, occurrerit *T* (*syll.* re *erasa est*) **94** tuam *om. T* **96**sq. salomonem — filium *om. N* **97** filium nec *ΦT*, filium dicere *PF* **99** filio] filium *P* **101** salomoni temporali *TN*, salomon temporalis *PF* solo *TPF*, soli *NR uulgo* **102** israel *T* **103** ñ.. sciebant *T* (*erasae sunt litterae* es), nesciebant *N*, non sciebant *PF* **104** non autem potes *scripsi*: ñ aut̄ des *T* (aut *in ras. a m. 2*), non potes *PNFR*

contendere quod uides fieri. **14.** Haec aut prophetata nega, cum coram uidentur, aut adimpleta, cum leguntur; aut si V 331
non negas utrumque, in eo erunt adimpleta, in quem sunt prophetata.]

---

uulgo **105***sq.* aut prophetata nega, cum leguntur, aut impleta, cum coram uidentur *rescribendum puto; perantiquam autem esse memoriae corruptelam probat loc. gem.* (*III p. 414, 8—10*) **106** ad imple$_{**}$ta *T* (*syll.* ta *erasa*), adimpleta *FR*[ad], impleta (ad *s. u. add. m. 1*) *P*, impleta *N* **107** utrum *T* **108** finit Aduersus iudeos. Incipit de carne χρι; nicasi uiuas in χρo dño nro AMEN *T* TERTVLLIANI ADVERSVS IVDEOS EXPLICIT *P*, Explicit liber C. Septimii Florentis Tertuliani aduersus Iudeos *F*, *deest subscriptio in N*

APPENDIX

ADVERSVS OMNES HAERESES

CVRA ET STVDIO

AEM. KROYMANN

MONITVM

P codex Scelestadtensis 439 (Paterniacensis), saec. XI.
N codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 9, saec. XV.
F codex Florentinus Magliabechianus, Conv. soppr. I, VI, 10, saec. XV.

R[1] editio princeps Beati Rhenani, Basileae, 1521.
R[3] editio tertia beati Rhenani, Basileae, 1539.
Pam editio Iacobi Pamelii, Antuerpiae, 1579.
Iun editio Francisci Iunii, Franekerae, 1597.

Eng emendationes et coniecturae Augusti Engelbrecht.

Textus cum apparatu critico exhibetur iuxta editionem C. S. E. L., t. xlvii, p. 213-226, quam curauit Aemilius Kroymann.

Opusculum haud magni pretii, nonnulla tamen de pristinis haereticis recensens quae nusquam alibi inueniuntur, conscriptum uidetur Romae sub Zephyrino papa, ipso fortasse Zephyrino dictante. Verisimile primum Graece confectum et postea Latine redditum, at quidem auctore Victorino Poetouionensi episcopo, subtilioribus argumentis proposuit Eduardus Schwartz (*Zwei Predigten Hippolyts* [*Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften, Philos.-hist. Abt.*, Jahrg. 1936, Heft 3], p. 38-45 ; cf. Hieron., *De uir. illustr.* 18, et Optatus Mileuit., *Contra Parmen.* I, 9). Attamen libellus Victorini calamum non redolet.

ADVERSVS OMNES HAERESES V 213

I. **1.** Quorum haereticorum, ut plura praeteream, pauca perstringam. Taceo enim Iudaismi haereticos, Dositheum inquam Samaritanum, qui primus ausus est prophetas quasi non in Spiritu sancto locutos repudiare, taceo Saducaeos, qui ex huius erroris radice surgentes ausi sunt ad hanc haeresim etiam resurrectionem carnis negare, praetermitto Pharisaeos, qui additamenta quaedam legi adstruendo a Iudaeis diuisi sunt, unde etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen digni fuerunt, cum his etiam Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt : ad eos me conuerto, qui ex euangelio haeretici esse uoluerunt. **2.** Ex quibus est primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab apostolo Petro iustamque sententiam. Hic ausus est summam se dicere uirtutem, id est summum deum, mundum autem ab angelis suis institutum. Ad daemonem se oberrantem, qui esset sapientia, descendisse quaerendum. Apud Iudaeos se in phantasmate dei non passum, sed esse quasi passum. **3.** Post V 214
hunc Menander ⟨extitit,⟩ discipulus ipsius, similiter magus, eadem dicens quae Simon ipse, [quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat,] negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset. **4.** Secutus est post haec et Saturninus, et hic similiter dicens innoscibilem Virtutem, id est deum, in summis et infinitis illis partibus et in superioribus manere, longe autem distanter [et] ab hoc angelos inferiores mundum fecisse. Et quia splendor quidam luminis desursum in inferioribus refulsisset, ad similitudinem

---

13—214, 1 cf. Iren. I 23, 1—3. **14** cf. Act. 8, 20—23. V 213
1—5 cf. Iren. I 23, 5. **5—16** cf. Iren. I 24, 1—2. V 214

---

2 aduersus omnes haereses incipit feliciter *F*, incipit aduersus omnes haereticos *N*, *deest titulus in P* (*add. m. recentissima :* aduersus omnes haereses seu potius de haeresibus liber) ; *annexuit hunc libellum libro* de praescriptione haereticorum *editio Gangneiana, separauit denuo Rigaltiana suppressa inscriptione* **3** Quorum *NF*, Duorum *P* (*sed litteram* D *addidit rubrator ; minuscula praescripta erat litt.* q) perstringam *P*, praestringam *NF* **7** surgentes *NP* (e *alt. ex* i *a m. 1*), surgentis *F* **9** additamenta *PN*, adimendo *F* legi *Pam :* legis *PNF* adstruendo a *NR*, astruenda *P* (*corr.* R), astruenda a *F* **12** ex *om. F* **15** summam *om. F* **16** uirtutem *PF*, sententiam *N* **17** ad daemonem *Oehlerus :* a daemone *PF*, ac daemone *N* oberrantem *Eng :* oberrante *PN*, errante *F*, errantem *Oehlerus* **18** etiam sapientiam *F* discendi se *PR*[1] V 213

1 fantasmate *F*, fantasmaten *P* (*del. litt.* n R) *N* non *om. F* sed—passum *om. F* **2** extitit *addidi* **3** simon ipse *N*, simoni ipse *P* (i *del.* R), simonis aeque *F* quicquid—dicebat *seclusi* **6** innoscibilem *Iun :* innascibilem *PNF* **7** et infinitis illis *N*, et illis infinitis *PF* **8** distanter *N*, distantur *PF*, distantes R *uulgo* et *del.* R **9** inferiores *PNF*, inferiorem *Vrs* **10** defusum *F* V 214

illius luminis angelos hominem instituere curasse. Hunc super terram iacuisse reptantem; cuius lumen illud, id est uirtutem illam superiorem, propter misericordiam scintillam *** saluam esse, cetera hominis perire; Christum in substantia corporis non fuisse et phantasmate tantum quasi passum fuisse; resurrectionem carnis nullo modo futuram esse. **5.** Postea Basilides haereticus erupit. Hic esse dicit summum deum, nomine Abraxan, ex quo mentem creatam, quam Graece *νοῦν* appellat; inde uerbum, ex illo prouidentiam, ⟨ex prouidentia⟩ uirtutem et sapientiam, ex ipsis inde principatus et potestates et angelos factos, deinde infinitas angelorum editiones et probolas; ab istis angelis trecentos sexaginta quinque caelos institutos et mundum in honorem Abraxae, cuius nomen hunc V 215 in se habeat numerum computatum. In ultimis quidem angelis, qui et hunc fecerunt mundum, nouissimum ponit Iudaeorum deum, id est deum legis et prophetarum, quem deum negat, sed angelum dicit; huic sortito obtigisse semen Abrahae, atque ideo hunc de terra Aegypti filios Israhel in terram Chanaan transtulisse; hunc turbulentiorem prae ceteris angelis atque ideo et seditiones frequenter et bella concutere, sed et humanum sanguinem fundere; Christum autem, non ab hoc, qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxa missum, uenisse in phantasmate, sine substantia carnis fuisse; hunc passum apud Iudaeos non esse, sed uice ipsius Simonem crucifixum esse; unde nec in eum credendum esse, qui sit crucifixus, ne quis confiteatur in Simonem credidisse. Martyria negat esse facienda. Carnis resurrectionem grauiter impugnat, negans salutem corporibus repromissam. **6.** Alter haereticus Nicolaus emersit. Hic de septem diaconibus, qui in Actis Apostolorum adlecti sunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis et quidem foeda et obscoena fuisse; ex hac permixtione pudor est dicere quae foetida et inmunda. Sunt et cetera obscoena. Aeones enim refert

16—215, 16 cf. Iren. I 24, 3—7.
16—216, 2 cf. Iren. I 26, 3. **17** cf. Act. 6, 5. V 251

11 angelos curasse *PNF*, *del.* angelos *Vrs* **12** cui *Eng* id est uirtutem *scripsi* : et uirtutem *PNF* **13** *lacunam signaui : ex Irenaeo haec suppleo :* ⟨uitae emisisse, quae erexerit hominem. propterea post mortem hanc scintillam⟩, uitae inmisisse. hanc scintillam *mauult suppleri Eng* **14** cetera R^3, ceteram $PNFR^1$ substantiam *F* **15** fantasmata *F* **17** dicat *F* **18** Abraxan ex *Pam* : abraxaen *P*, abraxen *NF* νοῦν R, nus *P* (*corr.* R) *N*, nunc *F* **19** ex prouidentia *ex Irenaeo add. Pam* **21** infirmitas *F*
1 mundus *F* honorem *Iun* : honore *PNF* Abraxae R^3, abranxat PR^1, V 215 abraxat *NF* **3** qui et *scripsi* : et qui *PNF* **6** de terra Aegypti *NGel*, de terra ex Aegypto PFR^1, de terra Aegypto R^3 in terram R^3, in terra $PNFR^1$ **8** et (*tertium*) *om.* *N* **11** phantasmata *F* hunc passum *om.* *F* apud iudaeos *PN*, a iudaeis *F* **16** repromissum *P* (*corr.* R) **17** diaconibus *NP* (*corr.* R -is *ex* -ibus), diaconis *RF uulgo* **18** concupiscentia R^3, concupiscentiam $PNFR^1$ et quidem R^3, sed quidem $PNFR^1$ **20** aeones *Rig* (*ex Epiphan. adu. haer. XXV, 6*) :

quosdam turpitudinis natos et complexus et permixtiones execrabiles obscoenasque coniuncturas, et quaedam ex ipsis adhuc turpiora. Natos praeterea daemones et deos et spiritus septem, et alia satis sacrilega pariter et foeda, quae referre erubescimus et iam praeterimus. Satis est nobis, quod totam istam haeresim Nicolaitarum Apocalypsis domini grauissima sententiae auctoritate damnauit dicendo: Hoc tenes, quia odisti V 216 doctrinam Nicolaitarum, quam et ego odi.

II. **1.** Accesserunt his haeretici etiam illi, qui Ophitae nuncupantur. Nam serpentem magnificant in tantum, ut illum etiam ipsi Christo praeferant. 'Ipse enim,' inquiunt, 'scientiae nobis boni et mali originem dedit. Huius animaduertens potentiam et maiestatem Moyses, inquiunt, aereum posuit serpentem, et quicumque ipsum aspexerunt, sanitatem consecuti sunt. Ipse, aiunt, praeterea Christus in euangelio suo imitatur serpentis ipsius sacram potestatem dicendo: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.' Ipsum introducunt ad benedicenda eucharistia sua. **2.** Sed tota istius erroris et scaena et doctrina inde fluxit: dicunt enim de illo summo primario Aeone complures alios Aeones extitisse inferiores, omnibus tamen istis Aeonem antestare, cuius sit nomen Ialdabaoth. Hunc autem conceptum esse ex altero Aeone Aeonibus inferioribus permixto, seque postea cum in superiora uoluisset eniti, grauitate materiae permixta sibi non potuisse ad superna peruenire; in medietate relictum extendisse totum et fecisse sic caelum. **3.** Ialdabaoth tamen inferius descendisse et fecisse sibi filios septem; quem occlusisse superiora dilatatione, ut, quia angeli, quae superiora essent, scire non possent, ipsum solum deum putarent. Virtutes igitur illas et angelos inferiores hominem fecisse, et quia ab infirmioribus et mediocribus uirtutibus institutus esset, quasi uermem iacuisse reptantem; illum uero Aeonem, ex quo Ialda- V 217

1 Apoc. 2, 6. **13—217, 4** cf. Iren. I 30, 5—6. **10** Ioh. 3, 14. V 216

omnes *PNF* **21** complexus *PN*, conplexos *F* **22** obscoenasque coniuncturas *scripsi* : obscoenasque coniunctas *PNF*, obscoenosque coniunctus *Oehlerus* **24** sacrilegia *N*
1 hoc tenes quia *scripsi* : quia hoc tenes *PNF* **2** odi *N*, odii *PF* **3** ofitę *F*, V 216 ossite *N* **5** ipsi enim *F* sciente uobis *F* **6** huius *PF*, huius autem *N* **8** aspexerint *F* ipse R^3, ipsi $PNFR^1$ **10** dicendo NFR^3, docendo PR^1 exaltauit moyses *N* **12** eucharistia = *εὐχαριστεῖα* **13** et *bis om.* *F* **15** inferiore omnibus tum istis *F* **16** antestare *om.* *F* **17** aeonibus R^3, a quibus $PNFR^1$ inferioribus permixto R, insertoribus permixtos *F*, insertoribus permixtus *PN* seque *P*, se quae *N*, quae *F* **18** eniti *PN*, empta *F* grauitate *P*, grauitatem *NF* **19** superna *PN*, superiora *F* **20** extendisse ⟨se⟩ R^3 *uulgo* et fecisse *Lat* : effecisse *PNF* ialdabatoh *P* **21** sibi *s. u. P* **22** dilatione *NF* **25** infirmibus *F*

baoth processisset, inuidia commotum scintillam quandam iacenti homini inmisisse, qua excitatus per prudentiam saperet et intellegere posset superiora. **4.** Sic rursum Ialdabaoth istum in indignationem conuersum ex semetipso edidisse uirtutem et similitudinem serpentis, et hanc fuisse uirtutem in paradiso, id est istum fuisse serpentem, cui Eua quasi filio deo crediderat. ‹Decerpsit,› inquiunt, ‹de fructu arboris, atque ideo generi humano scientiam bonorum et malorum contribuit.› Christum autem non in substantia carnis fuisse; salutem carnis sperandam omnino non esse. **5.** Nec non etiam erupit alia quoque haeresis, quae dicitur Cainaeorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti uirtute conceptum, quae operata sit in ipso. Nam Abel ex inferiore uirtute conceptum, procreatum et ideo inferiorem repertum. Hi qui hoc adserunt, etiam Iudam proditorem defendunt, admirabilem illum et magnum esse memorantes propter utilitates, quas humano generi contulisse iactatur. **6.** Quidam enim ipsorum gratiarum actionem Iudae propter hanc causam reddendam putant. ‹Animaduertens enim,› inquiunt, ‹Iudas, quod Christus uellet ueritatem subuertere, tradidit illum, ne subuerti ueritas posset.› Et alii sic contra disputant et dicunt: ‹quia potestates huius mundi nolebant pati Christum, ne humano generi per mortem ipsius salus pararetur, saluti consulens generis humani tradidit Christum, ut salus, quae impediebatur per uirtutes, quae obsistebant, ne pateretur Christus, impediri omnino non posset et ideo per passionem Christi non posset salus humani generis V 218 retardari. **7.** Sed et illa haeresis processit, quae dicitur Sethoitarum. Huius peruersitatis doctrina haec est: duos homines ab angelis constitutos, Cain et Abel. Propter hos magnas inter angelos contentiones et discordias extitisse. Ob hanc causam illam uirtutem, quae super omnes uirtutes esset, quam matrem pronuntiant, dum Abel interfectum dicerent, uoluisse concipi et nasci hunc Seth loco Abelis, ut euacuarentur angeli illi, qui duos priores illos homines condidissent, dum hoc semen

4—9 cf. Iren. I 30, 7. **11—18** cf. Iren. I 31, 1. V 217
2—22 cf. Epiph. adu. haer. 39, 2. 3. V 218

2 processisset inuidia *PN*, sedere in iudicio *F* **4** istum in *PN*, istam *F* V 217
5 conuersus *F* **7** crediderit *fort.* **10** substantia *R*, substantiam *PNF* **12** Cainaeorum R^2, chaldaeorum $PNFR^1$ **13** quodam *F* potentis *F* **15** inferiorem R^2, inferiore PFR^1, in inferiore *N* hoc *om.* *F* **16** defendunt proditorem *F* **19** animaduertentes *F* **21** posset *R*, possit *PNF* **22** dicant *F* huius *Pam*: haec *PNF*, hac *R* **23** uolebant *NF* ipsius *PN*, ipse *F* **24** pararetur *PN*, pareretur *F* generis humani *PN*, generi humano *F* **25** qui (*alt. loco*) *F*
2 Sethoitarum *R*, sedtoitarum *NF*, set tortarum *P* **4** magnos *F* **7** interfectum *PF*, interfecto *N* dicerent *R*, dicer *F*, *om.* *P* (*add.* dicerent *s. u.* *R ex Hirsaugiensi*) *N*, audiret *siue* uideret (*Eng*) *fort.* (*cf. Epiph. l. c.*: γνοῦσα ὅτι ἀπέκταται Ἄβελ) uoluisse *F*, uoluisset *P*, uoluisset seth *N* **8** sed (*corr.* R) loco *P* V 218

mundum oritur et nascitur. **8.** Permixtiones enim dicunt angelorum et hominum iniquas fuisse, ob quam causam illam uirtutem, quam, sicut diximus, pronuntiant matrem, ad uindictam etiam cataclysmum inducere, ut et illud permixtionis semen tolleretur et hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. **9.** Sed enim illos, qui seminis illos prioris instituissent, occulte et latenter et ignorante illa matre uirtute cum illis octo animabus in arcam misisse etiam semen Cham, quo semen malitiae non periret, sed cum ceteris conseruatum et post cataclysmum terris redditum exemplo ceterorum excresceret et effunderetur et totum orbem et impleret et occuparet. De Christo autem sic sentiunt, ut dicant illum tantummodo Seth et pro ipso Seth Christum fuisse.

III. **1.** Carpocrates praeterea hanc tulit sectam: unam esse dicit uirtutem in superioribus principalem. Ex hac prolatos V 219 angelos atque uirtutes, quos distantes longe a superioribus [uirtutum] mundum istum in inferioribus partibus condidisse; Christum non ex uirgine Maria natum, sed ex semine Ioseph hominem tantummodo genitum, sane prae ceteris iustitiae cultu, uitae integritate meliorem. Hunc apud Iudaeos passum, solam animam ipsius in caelo receptam, eo quod et infirmior et robustior ceteris fuerit; ex quo colligi retenta animarum sola salute nullas corporis resurrectiones. **2.** Post hunc Cerinthus haereticus erupit, similia docens. Nam et ipse mundum institutum esse ab angelis dicit; Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodo sine diuinitate contendens, ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens, Iudaeorum deum non dominum, sed angelum promens. **3.** Huius successor Ebion fuit, Cerintho non in omni parte consentiens, quod a deo dicat mundum, non ab angelis factum. Et quia

23—219, 20 cf. Iren. I 25, 1. 2. et Epiph. 27, 1. 2. 4.
9—14 cf. Iren. I 26, 1. **14—19** cf. Iren. I 26, 2. V 219

10 oritur R, moritur *PN*, mortem *F* **12** pronuntiant *NR*, pronuntiat *P* (*corr.* R) *F* **15** qui seminis NR^2, quo seminis PR^1, quos mines *F* prioris *P*, priores *NF* **16** ignoranter illam matrem uirtutem *F* **17** cum illis *om.* *F* cham *NFR*, cha *P* (*corr.* R) **18** quo *PN*, id est *F* conseruata *P* (*corr.* R) *N* **19** redditum *NR*, reddito *F*, reduto *P* (*corr.* R *in* reddito) **21** illum dicant *F* **22** Seth NGR^2, sed *P* (*corr.* R) *F* et pro ipso (*id est: pro Christo*) *PN*, pro ipsum *F* Seth Christum fuisse *scripsi*: seth ipsum fuisse *PN*, sedit fuisset *F*
1 esse dicit *NR*, esse discit *P*, dicit esse *F* **3** uirtutum *seclusi*, uirtutibus GR^2 condidisse *PN*, contumeliis *F* **5** homine *F* **6** cultu, uitae GR^2, cultu iustiae *N*, cultu *P* (*in mg.* uitae *add.* R), uitae *F* integritatem *F* **7** receptam *PN*, rectam *F* infirmior *PNF*, firmior R *uulgo* **8** ceteris *Gel*: ex ceteris *PNF* ex quo R^2, et quo $PNFR^1$ colligi *Eng*: colligeret *PN*, colligere *F*, colligere est Iun retenta *scripsi*: tentata *P*, temptata *N*, temptatam *F*, retentata *Oehlerus* **9** solam salutem *F* nullas R^2, multas $PNFR^1$ resurrectionem *F* **10** Cerinthus R^2, corinthus $PNFR^1$ prorupit *N* **11** angelis *Eng*: illis *PNF* **15** Cerintho R^2, corintho $PNFR^1$ non *om.* *F* **16** a deo *PN*, ab eo *F* V 219

scriptum sit : nemo discipulus super magistrum, nec seruus super dominum, *** legem esse proponit, scilicet ad excludendum euangelium et uindicandum Iudaismum.

IV. **1.** Valentinus autem haereticus multas introduxit fabulas. Has ego circumcidens breuiter expediam. Introducit enim Pleroma et Aeones triginta ; exponit autem hos per synzygias, id est V 220 coniugationes quasdam. Nam dicit in primis esse Bython et Silentium, ex his processisse Mentem et Veritatem, ex quibus erupisse Verbum et Vitam, de quibus rursum creatum Hominem et Ecclesiam. Sed enim ex eis quoque processisse duodecim Aeonas ; de Sermone autem et Vita Aeonas alios decem. Hanc esse Aeonum triacontada, quae sit in Pleromate, ex ogdoade et decade ac duodecade. **2.** Tricesimum autem Aeonem Bython illum uidere uoluisse et ad uidendum illum ausum esse in superiora conscendere, et quoniam ad magnitudinem ipsius uidendam capax non fuerit, in defectione fuisse et paene dissolutum esse, nisi, qui missus esset ad constabiliendum illum — ille, quem appellat Horon —, confirmasset illum dicto ⟨Iao⟩ pronuntiato. **3.** Istum autem Aeonem in defectione factum, Achamoth, dicit in passionibus desiderii quibusdam fuisse et ex passionibus materias edidisse. ⟨Expauit enim,⟩ inquit, ⟨et extimuit et contristatus est et ex his passionibus concepit et edidit.⟩ [Hinc fecit caelum et terram et mare et omnia, quaecumque sunt in eis.] **4.** Ob quam causam omnia infirma esse et fragilia et caduca et mortalia, [quaecumque sunt ab ipso facta] quoniam quidem ipse fuerit de defectione conceptus atque prolatus. Horon tamen instituisse istum mundum ex his materiis, quas Achamoth uel pauendo uel timendo uel contristando uel † suadendo praestiterat. ⟨Nam ex pauore⟩, inquit, V 221

---

17 Matth. 10, 24. **20—220, 8** cf. Iren. I 1, 1. et I 11, 1.
8—16 cf. Iren. I 2, 2. **19—22** cf. Iren. I 2, 4. **22—221, 4** cf. Iren. I 4, 2. V 220

---

18 *lacunam signaui* : magistrum hunc ac dominum *desidero* esse *PNFR*¹, etiam R³ *uulgo* **21** circumcidens *R*¹*mg* : circumdicens *PNF*, circumducens R³ Pleroma et R³, pleromate *PNR*¹, pleromata *F*

1 synzygias *P*, sizingias *N*, stingias *F* **2** nam *PN*, nunc *F* **3** processisse semen mentem *PNF*, *del.* semen *Ciacconius* **5** eis *PN*, his *F* **6** hanc *Pam* : haec *PN*, **et *F* **7** sit *F et Hirsaugiensis teste Rhenano*, sint *PN* **8** duo et decade *N* aeonem ad biton *F* **10** uidendum *F* **11** fuerit *scripsi* : fuit *PNF* **12** qui *P*, quia *NF* missus esset *Eng* : misisset *PN*, missis *F* ille—Horon *spurium indicat Eng* **13** horon *PN*, honor *F* Iao *Pam* : hoc *PNF* pronuntiatio *NF* **14** istum autem *NR*³, appellat istum autem *P*, appellat autem istum *F* defectione *Eng* : defectionem *PNF* **18** hinc—in eis *seclusi* hinc *PN*, hunc *F* **20** quaecumque—facta *seclusi* **21** de defectione *Oehlerus* : deceptatione *PNFR*¹, de aporiatione R³, de temptatione *Scal* **22** Horon *scripsi* (*cf. Iren. I 2, 4*) : hunc *PNF* **23** timendo ⟨uel aporiando⟩ *susp. Eng.* V 220

1 contristandum *F* suadendo *PNFR*¹, sudando R³ *uulgo* ; *mihi omnino abundare uidetur hoc membrum* (*cf. 220, 16—18*) ; *interpolatum uidetur ex Irenaeo I 4, 4.* ex pauore V 221

⟨tenebrae factae sunt, ex timore et ignorantia spiritus nequitiae et malignitatis, ex tristitia et lacrimis humida fontium, fluminum materia marisque.⟩ **5.** Christum autem missum ab illo propatore, qui est Bythos. Hunc autem in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de caelo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam uirginem transmeasse, nihil inde uel accipientem uel mutuantem. Resurrectionem huius carnis negat, sed alterius. **6.** Legis et prophetarum quaedam probat, quaedam improbat, id est omnia improbat, dum quaedam reprobat. Euangelium habet etiam suum praeter haec nostra. **7.** Post hunc extiterunt Ptolomaeus et Secundus haeretici, qui cum Valentino per omnia consentiunt, in illo solo differunt : nam cum Valentinus Aeonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures ; quatuor enim primum, deinde alios quatuor adgregauerunt. Et quod dicit Valentinus Aeonem tricesimum excessisse de Pleromate, ut in defectionem, negant isti : non enim ex illa triacontada fuisse hunc, qui fuerit in defectione propter desiderium uidendi propatoris. **8.** Extitit praeterea Heracleon alter haereticus, qui cum Valentino paria sentit, sed nouitate quadam pronuntiationis uult uideri alias sentire. Introducit enim in primis illud fuisse quod * pronuntiat, et deinde ex illa monade duo, V 222 ac deinde reliquos Aeonas. Deinde introducit totum Valentinum.

V. **1.** Non defuerunt post hoc Marcus quidam et Colarbasus, nouam haeresim ex Graecorum alphabeto componentes. Negant enim ueritatem sine istis posse litteris inueniri, immo totam plenitudinem et perfectionem ueritatis in istis litteris esse dispositam. Propter hanc enim causam Christum dixisse : Ego sum *A* et *Ω*. **2.** Denique ⟨in⟩ Iesum Christum descendisse, id est columbam in Iesum uenisse, quae Graeco nomine cum περιστ-

---

4—20 cf. Iren. I 7, 2 et Epiph. 31, 7. **20—222, 3** cf. Epiph. 36, 2. Philast. cap. 41. V 221
8 Apoc. 1, 8. V 222

PN, exponere *F* **2** et ignorantia *PN*, ignorantiam *F* **3** humidam *F* **5** qui est *PN*, quem *F* bythos *NR*³, biton *F*, bythion *P* substantiam *F* **9** huius carnis negat = *non huius carnis dicit* (*olim uolui rescribi* : sed alterius ⟨dicit.⟩ *cf. 215, 5*) alterius legis *uulgo* (*sed cf. Epiphan. l. c.* : μὴ τὸ σῶμα τοῦτο ἀνίστασθαι, ἀλλ' ἕτερον ἐξ αὐτοῦ, ὃ δὴ πνευματικὸν καλοῦσι) **10** quaedam inprobat *P* (*corr. m. 1*) **12** praeter haec nostra *PN*, propter nostra *F* ptolomeus *F*, tholomaeus *PN* **15** finxisset R, fixisset *P* (*corr.* R) *N*, ficus et *F* **16** quatuor *Pam* : octo *PNF* **18** triacontada *PN*, triacontade *F* **19** defectione *Eng* : defectionem *PNF* **22** alias *PNF*, alia R *uulgo* illud inprimis *F*

1 ⟨dominum⟩ pronuntiat *I. M. Routh* (*ex Philastro*), *sed cf. Epiphan. 36, 2* : ἄνθρωπον δὲ φάσκει εἶναι τὸν ἄνω τῶν ὅλων πατέρα, ὃν καὶ Βυθὸν προσηγόρευσε illa R, illo *PNF* **2** deinde (*alt. loco*) *PN*, de ui *F* **4** post hoc *PN*, post hᵒ *F*, post hos R *uulgo* **9** denique = *nam* in *addidi* : *intellege* : in Iesum descendisse Christum ; *olim uerba* Iesum *et* descendisse *spuria indicabam* **10** quae Graeco nomine V 222

τερά pronuntietur habere secum hunc numerum DCCCI. Percurrunt isti *Ω, Ψ, X, Φ, Y, T*, totum usque ad *B, A* et computant ogdoadas et decadas ita, afferre illorum omnes uanitates ut ineptum sit et otiosum. **3.** Quod tamen non tantum iam unam, sed etiam periculosum sit : alterum deum fingunt praeter creatorem. Christum in substantia negant carnis fuisse, negant carnis resurrectionem futuram.

VI. **1.** Accedit his Cerdon quidam. Hic introducit initia duo, id est duos deos, unum bonum et alterum saeuum, bonum superiorem, saeuum hunc mundi creatorem. Hic prophetias et legem repudiat, deo creatori renuntiat, superioris dei filium Christum uenisse tractat, hunc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronuntiat, nec omnino passum, sed quasi passum, nec ex uirgine natum, sed omnino nec natum. Resurrectionem animae tantummodo probat, corporis negat. Solum euangelium Lucae nec tamen totum recipit. Apostoli Pauli neque omnes neque totas epistolas sumit. Acta V 223
Apostolorum et Apocalypsim quasi falsa reicit. **2.** Post hunc discipulus ipsius emersit, Marcion quidam nomine, Ponticus genere, episcopi filius, propter stuprum cuiusdam uirginis ab ecclesiae communicatione abiectus. Hic ex occasione qua dictum sit : omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos, haeresim Cerdonis approbare conatus est ⟨et⟩ eadem dicere, quae ille superior haereticus ante dixerat. **3.** Extitit post hunc Lucanus quidam nomine, Marcionis sectator atque discipulus. Et hic per eadem uadens blasphemiae genera eadem docet, quae Marcion et Cerdon docuerant. **4.** Post hos subsequitur Appelles, discipulus Marcionis, qui posteaquam in carnem suam lapsus est, a Marcione segregatus est. Hic introducit unum deum ⟨in⟩ infinitis superioribus partibus. Hunc potestates multas angelosque fecisse ; propterea et aliam uirtutem, quam dicit, dominum dicit sed angelum ponit. ⟨Ab⟩ hoc uult uideri mundum institutum ad imitationem mundi superioris, cui mundo permiscuisse paenitentiam, quia non illum tam perfecte fecisset quam ille superior mundus insti-

---

18—223, 2 cf. Iren. I 27, 1.
2—8 cf. Iren. I 27, 2. **4** cf. Epiph. 42, 1. **6** Matth. 7, 17. V 223

---

sqq. intellege : Christus = α + ω = 801 ; περιστερά = 801 = α + ω ; *ergo Christus* = *περιστερά*. **11** secum hunc *Scal :* secundum *PNF* **12** B, A *scripsi :* alphabeta *PNF*, A, B R *uulgo* **13** decadas ita *Eng :* decadas. ita *uulgo* afferre R, auferre *PNF* **14** ut *PNF*, et *Iun* **16** negant *om. F*
1 epistolas pauli apostoli *F* **3** illius *F* **6** fructus bonos *N* **7** et *add. Eng* V 223
8 dicere *PN*, diceret *F*, dicens *Iun*, ⟨ut⟩ diceret *Oehlerus* **10** uadens—eadem *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) **11** post hos *PN*, post hoc *F* **12** in carne sua *susp. Eng* **14** in *addidit I. M. Routh* **15** propterea *PNF*, praeterea *Iun* **16** dicit (*alt. loco*) *PN*, dicunt *F* ponit *PN*, ponunt *F* ab *addidit Iun* **18** mundo R[3], mundi

tutus fuisset. Legem et prophetas repudiat. **5.** Christum neque in phantasmate dicit fuisse, sicut Marcion, neque in substantia ueri corporis, ut euangelium docet, sed in eo, quo de superioribus partibus descenderit, ipso descensu sideream sibi carnem et aëream contexuisse. Hunc in resurrectione singulis quibusque elementis quae in descensu suo mutuatus fuisset in ascensu reddidisse, et sic dispersis quibusque corporis sui partibus in caelum spiritum tantum reddidisse. **6.** Hic carnis V 224
resurrectionem negat ; animarum solarum dicit salutem. Solo utitur apostolo, sed Marcionis, id est non toto. Habet praeterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant phanerosis, Philumenes cuiusdam puellae, quam quasi prophetissam sequitur. Habet praeterea suos libros, quos inscripsit Syllogismorum, in quibus probare uult quod omnia, quaecumque Moyses de deo scripserit, uera non sint, sed falsa sint.

VII. **1.** His haereticis omnibus accedit Tatianus quidam alter haereticus. Hic Iustini Martyris discipulus fuit ; post hunc diuersa sentire coepit. Totus enim secundum Valentinum sapit, adiciens illud, quod Adam negat salutem consequi posse, quasi non, si rami salui fiunt, et radix salua sit. **2.** Accesserunt alii haeretici, qui dicuntur secundum Phrygas, sed horum non una doctrina est. Sunt enim, qui kata Proclum dicantur, sunt alii, qui secundum Aeschinen pronuntiantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem et suam : et communem quidem illam, qua in apostolis quidem dicant spiritum sanctum fuisse, paracletum non fuisse, et qua dicant paracletum plura in Montano dixisse quam Christum in euangelio protulisse, nec tantum plura, sed etiam meliora atque maiora. Priuatam autem blasphemiam illi, qui sunt kata Aeschinen, hanc habent, qua adiciunt etiam hoc, uti dicant Christum ipsum esse filium et patrem.

20—224, 1 cf. Epiph. 44, 2.
9—13 cf. Iren. I 28, 1. V 224

PNFR[1] **22** in eo, quo (quod *F*) de *PNF*, ideo quod de *Oehlerus*, in *deleuit Iun* (*sed cf. Epiph. 44, 2 : ἐν τῷ κατέρχεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων*) **23** descenderit *scripsi :* descenderet *PNF* **25** mutuatus fuisset *scripsi :* mutatus fuisset *F*, mutata fuissent *PN*
1 caelum *F*, caelo *PN uulgo* **2** *uerba* animarum solarum dicit salutem, *quae in libris mss. paulo infra post* toto *leguntur, huc transtuli* **3** apostolo *F*, et apostolo *PN uulgo*, Paulo apostolo *Eng* **4** priuatus *F* appellant *PNF*, appellat *Rig* **5** quam quasi R[3], quamquam si *PNF* prophetismam sic habet *F* **7** quaecunque *PN*, quae *F* **9** tacianus *PN*, taccianus *F* **11** diuersa *Lat :* diuisa *PNF* sapit R[3], capit *PNFR*[1] **12** quod Adam *scripsi :* quod iam *PNR*[1], quodam *F*, Adam R[3] negat *scripsi :* nec *PNF* **15** sunt *om. F* dicantur *PN*, dicuntur *F* sunt alii—pronuntiantur *om. PR*[1] alii *N Oehlerus :* aliqui *FR* **20** qua *N*, quia *PF* plura *om. F* **21** euangelio *Eng :* euangelium *PNF* **22** autem *om. P*
23 aeschinen *PN*, estineum *F*

VIII. **1.** Est praeterea his omnibus etiam Blastos accedens, qui V 225 latenter Iudaismum uult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi XIIII mensis *. Quis autem nesciat, quoniam euangelica gratia euacuatur, si ad legem Christum redigis ? **2.** Accedit his Theodotus, haereticus Byzantius, qui posteaquam Christum, pro nomine adprehensus, negauit, in Christum blasphemare non destitit. Doctrinam enim introduxit, qua Christum hominem tantummodo diceret, deum autem illum negaret, ex spiritu quidem sancto ⟨conceptum et⟩ natum ex uirgine, sed hominem solitarium atque nudum, nullo alio prae ceteris nisi sola iustitiae auctoritate. **3.** Alter post hunc Theodotus haereticus erupit, qui et ipse introduxit alteram sectam : et ipse hominem Christum tantummodo dixit ex spiritu sancto ⟨et⟩ ex uirgine Maria conceptum pariter et natum, sed hunc inferiorem esse quam Melchisedech, eo quod dictum sit de Christo : T u e s s a c e r d o s i n a e t e r n u m s e c u n d u m o r d i n e m M e l c h i s e d e c h. Nam illum Melchisedech praecipua ex gratia caelestem esse uirtutem, et quod agat Christus pro hominibus, deprecator et aduocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro caelestibus angelis atque uirtutibus. Nam esse illum usque adeo Christo meliorem, ut apator sit, ametor sit, agenealogetus sit, cuius neque initium neque finis comprehensus sit aut comprehendi possit.

4. Sed post hos omnes etiam Praxeas quidam haeresim intro- V 226 duxit, quam Victorinus corroborare curauit. Hic deum patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit ; hunc, crucifixum passumque, contendit mortuum ; praeterea se ipsum sibi sedere ad dexteram suam cum profana et sacrilega temeritate proponit.

---

16 Ps. 109, 4. Hebr. 5, 6. V 225

---

1 blastos *PNF*, Blastus *R uulgo* **4** *lacunam signaui :* Nisan *uel* Aprilis *desideratur* V 225 quoniam *PN*, quomodo *F* **5** redigis *scripsi :* redigit *PN*, redditur *F* theodocus *F* **6** postquam *N* Christum pro *FR*, christi pro *P* (*corr. R sec. Hirsaugiensem*), pro Christi *N* Christi pronomine (= *cognomine, cf. apud Iren. interpretem latinum II 35, 3*) *Eng* **7** adprehensus negauit *F*, adprehensus est *P* (*corr. R sec. Hirsaugiensem*) *G* (*probat Eng*), captus est *N* **10** conceptum et *addidi* (*cf. l. 14*) **11** nullo alio *PNF*, nulla alia *Pam* prae⟨uertentem⟩ ceteris *fort.* (*cf. 205, 15*) **13** sectam : et ipse *scripsi :* sectam et ipsum *PNF* **14** et *addidi* **17** nam illum Melchisedech *om. F* **18** praecipua ex gratia *scripsi :* precipua et gratia *F*, praecipua et graecia *P*, praecipua gracia *N* et quod *scripsi :* eo quod *PNF* **20** factus ; Melchisedech *uulgo* **22** agenealogitus *PNF*

1 etiam *om. N* **2** Victor *Oehlerus* (*in notis*) **3** hunc, crucifixum passumque, V 226 contendit *Eng :* hunc crucifixum passumque contendit *uulgo* **4** mortuum *PNF*, ⟨et⟩ mortuum *Rig* **6** Explicit liber Tertulliani aduersus omnes haereses *F*, *in PN subscriptio deest*

DE EXECRANDIS GENTIVM DIIS

CVRA ET STVDIO

R. WILLEMS

MONITVM

V Codex Vaticanus 3852, saec. X[1], fol. 129-130.

Suar. editio princeps Iosephi Mariae Suaresii, Romae, 1630 (textum recuderunt J. P. Migne, Patrologia Latina, t. II, col. 1173-1176, et Fr. Oehler, *Tertulliani quae supersunt omnia*, t. II, Lipsiae, 1854, p. 766-768).

Bickell E. Bickell, *Ps.-Tertullian : De execrandis gentium diis*, in 'Rheinisches Museum für Philologie', n. s., t. LXXVI, 1927, p. 394-417.

edd. editores omnes praeter Bickell.

Vnicum codicem post Suarezium solus inspexit Bickell. Cuius ex apparatu lectiones codicis assumimus. Item semper adnotamus ubi nostra recensio a Bickelliana discrepat.

Tractatus uidetur esse foetus ignoti at non ignari auctoris, qui scripsit saec. VI°, et quidem in parte orientali orbis Romani.

Quaestiones omnes de nostro opusculo optime perlustrauit Ernestus Bickell in opere supra laudato. De l. 80 sq. « Ne rursus foeditas iam sepulta auribus renouetur », uide etiam Hugonem Koch, in eodem ephemeride, t. LXXVIII, 1929, p. 220 sq.

---

1. Vel saec. IX, secundum Th. Mommsen, Mon. Germ. hist., auct. ant. XIII (chron. min. 3), p. 236.

DE EXECRANDIS GENTIVM DIIS.

1. Tantum caecitatis inuasit genus humanum, ut inimicum suum dominum uocent, et ablatorum bonorum adeo datorem sibi esse praedicent, atque illi gratias agant. Vocant ergo illos nominibus humanis non propriis, nesciunt enim eorum nomina. Quia sint daemones intellegunt. Sed historias ueterum regum legunt, quorum actum cum uideant fuisse mortalem, deifico honorificant eos nomine.

2. Iouem quem uocant, quemque putant summum deum, quando natus est, a constitutione mundi erant ad illud tempus, anni ferme tria millia. Hic in Graecia nascitur, de Saturno et Ope. Et ne a patre interficeretur, aut si fas est dicere denuo pareretur, Cretam consilio matris in antro Ideo nutritur. A Cretibus hominibus natis, arma quatientibus occultatur. Caprae ubera sugit, cuius excoriatae pelle amictus utitur, nutricis suae scilicet, a se interfectae. Sed mille cincinnos aureos ei adsuit, centenum boum singulos pretium ualentes, sicut meminit autor eorum Homerus, — credere si aequum est. Hic adulta aetate cum patre annis compluribus bellum gessit. Superauit parricidio, domum inuasit, sorores uirgines stuprauit, quarum unam in conubio elegit. Patrem armis fugauit. Cetera autem actus illius scripta sunt. Ex conubiis alienis aut uirginibus uiolatis filios sibi adulteros generauit. Pueros ingenuos attaminauit. Tyrannico regalique imperio oppressit populos sine lege.

3. Hunc pater, quem initialem deum fuisse opinantur errantes, celari in insula Creta ignorauit. Filius quoque quem potentiorem deum credunt, fugatum a se patrem latere in Italia nescit. Si erat in caelo, cur non uidebat quid in Italia gereretur ? Non enim in angulo est, terra Italia. Quamquam si fuisset deus, latere eum nihil debebat ; latuisse autem ibi quem Itali Saturnum uocitauerunt, liquido opprobatum est. A cuius latitatione lingua hesperia Latina nominata est usque in hodiernum, sicut etiam auctor eorum Vergilius meminit.

4. Ergo in terra generatus dicitur, dum et ne ab eo regno pellatur timet, et tamquam aemulum quaerit necare, et sub-

---

34 Verg. *Aen.* VIII, 322 sq.

---

2 cecitatis *V (ita fere semper)* genus] gentis *V (error e titulo irrepsit)* humanum] *V*, romanum *edd.* **8** honoricant *V* **10** illud] *V*, illum *edd.* **13** Cretam] delatus *add. edd.* **16** mille] *ego*, in *V (pro* m̄ = mille), III *uel* tres *edd.*, centum *coni. Bickell (cfr Iliad. B 448 : ἑκατὸν θύσανοι)* **22** caetera *V edd. Bickell* **29** cur] *V*, cum *edd.* **29/30** geretur *V* **30** quanquam *V Bickell* **32** opprobatum]

reptum nescit latere. Et postea deus filius patrem persequitur, interficere quaerit immortalis immortalem, — credi potest ? Et interuallo pelagi fallitur, et fugisse ignorat. Et dum haec agerentur inter deos in terris, caelum desertum est. Nemo administrauit pluuias, nemo tonabat, nemo gubernabat tantam molem orbis. Nec enim possunt dicere actum illorum et bella in caelo esse facta ; haec enim in monte Olympo fiebant in Graecia. Sed nec caelum Olympus uocatur. Caelum enim caelum est.

5. De quibus ergo actibus eorum primum tractabimus ? De natiuitate, de latitatione, de ignorantia, de parricidio, de adulteriis, de obscenis coetibus, de rebus non a deo sed ab hominibus immundissimis et truculentissimis commissis ? Qui si essent in his temporibus, omnibus legibus rei subiacerent, quae multo iustiores et seueriores quam actus illorum. Patrem armis pulsauit : Lex Falcidia et Sempronia parricidam in culleo cum feris ligaret. Et sorores corrupit : Lex Papinia omnibus poenis per singula membra probrum puniret. Conubia aliena inuasit : Lex Iulia adulterum suum capite afficeret. Pueros ingenuos attaminauit : Lex Cornelia transgressi foederis ammissam, nouis exemplis, noui coitus sacrilegum damnaret.

6. Hic nec diuinitatem habuisse ostenditur. Erat enim homo ; latuit eum fuga patris. Huic tali homini, tam nefando regi, tam obsceno tamque crudeli, dei assignatus est honos ab hominibus. Qui utique cum sit in terra natus, et per incrementa aetatem adultus, in qua omnia mala haec admisit, et modo non sit in ea, quid putatur esse nisi mortuus ? Aut numquid putat stultus error, pennas ei natas in senectute, unde ad caelum uolaret ? Sed possunt et hoc credere orbati sensu homines. Si tamen credunt eum cygnum factum esse, ut generaret Castores. Et aquilam, ut contaminaret Ganymedem. Et taurum, ut uiolaret Europam. Aurum, ut uiolaret Danaen. Et equum, ut generaret Pirithoum. Hircum, ut generaret Egyppam de capra. Satyrum, ut opprimeret Antiopam. Haec quia adulteria spectant ad quae proni sunt peccatores, ideo facile credunt, ut malefacti auctoritates et omnis spurcitiae de ficto deo mutuentur.

V Oehler, tuet. Bickell, adprobatum *Suar.* **37** persequitur] *V*, prosequitur *edd.* **39** dum] *V*, cum *edd.* **40/41** administrauit] *V*, administrabat *edd.* **41** tantam] *V*, tantum *edd.* **44** olympus] *edd. in marg.*, olympum *V edd. Bickell* (*pro* Olympus *erratum, post* caelum *facilius excusandum, ita Bickell*) **46** tractabimus] *edd.*, tractauimus *V Bickell* **48** coetibus] cotibus *V Bickell*, actibus *edd.* **57** ammissam] *V*, amissum *edd.* **63** haec mala *edd.* **64** esse *V*, *om. edd.* **68** cástores *V Bickell* (*cfr Bickell, p. 398 et 414*) **72** at *V Bickell* **73** auctoritates] *V*

7. Nam cetera quae credi possunt actus illius, quae et uera sunt, quaeque sine transfiguratione eum aiunt gessisse, quam sint inemendata animaduertite. Ex Semele generat Liberum. Ex Latona Apollinem et Dianam. Ex Maia Mercurium. Ex Alchmena Herculem. At ceteras eius corruptelas quas ipsi confitentur, nolo conscribere. Ne rursus foeditas iam sepulta auribus renouetur. Sed horum paucorum mentionem feci, quos deos et ipsos credunt errantes. Scilicet de incesto patre generatos, adulterinos, suppositicios. Et deum uiuentem, aeternum, sempiterni numinis, praescium futurorum, immensum, talibus tam nefandis criminibus diffuderunt.

Oehler, auctoritatem *Suar.* **75** nam] *V*, num *edd.* **77** animaduertite] *V*, animaduerterunt *edd.* **83** uidentem *edd.* **84** numinis] filium *add. dub. Suar.* **85** tam] *V*, cum *edd.*

CARMEN ADVERSVS MARCIONEM

CVRA ET STVDIO

R. WILLEMS

MONITVM

F	editio princeps Georgii FABRICII, *Poetarum Veterum Ecclesiasticorum Opera Christiana*, Basileae, s. a. [1564], col. 257-286.
Hück.	E. HÜCKSTÄDT, *Uber das Ps. Tertullianische Gedicht 'Aduersus Marcionem'*, Lipsiae, 1175.
Müller	M. MULLER, *Untersuchungen zum 'Carmen aduersus Marcionitas'*, Ochsenfurt, 1936.
Oehler	editio Francisci OEHLER, *Q. S. Fl. Tertulliani quae supersunt omnia*, II, Lipsiae, 1854, p. 781-798.
Oxé	A. OXÉ, *Prolegomena de Carmine aduersus Marcionem*, Lipsiae, 1888.
de lege	A. OXÉ, *Victorini uersus de lege domini. Ein unedierter Cento aus dem 'Carmen aduersus Marcionitas'*, Progr. Krefeld, 1894.
de nat.	*Versus de natiuitate, uita, passione et resurrectione domini*, edid. A. MAI, *Auctores Classici*, V, Romae, 1833, p. 382-386.

Interierunt codices omnes. Carmen primus edidit Georgius Fabricius e quodam codice Iohannis Heroldi Basileensis, quem ueri simile est inniti codice, nunc item deperdito, coenobii Laureshamensis, relato in dicti coenobii librorum censu saec. IX. (Vatic. Palat. 1877, fol. 31, r. 21 — e d G. BECKER, *Catalogi antiqui*, p. 111, n. 37, 446) : « Metrum Tertulliani de resurrectione. Eiusdem lib. V aduersus Marcionem ». Eodem enim e codice, praeter alia nonnulla, Fabricius etiam edidit « Carmen ad Flauium Felicem de resurrectione mortuorum » (*Clauis Patrum Latinorum*, 1463), quod et Tertulliano adsignatur. Minime ergo ipse Fabricius, ut nonnulli ponunt, *Carmen aduersus Marcionem* Tertulliano attribuit, quippe cum iam hoc nomine decoratum carmen inueniretur in dicto codice.

Praeter hanc primam editionem uersus fere centum *Carminis adu. Marc.*, etsi aliquantulum immutati, in duo alia recepti sunt carmina quae Victorino cuidam adsignantur, scilicet in *Versus de lege domini* et in *Versus de natiuitate, uita, passione et resurrectione domini*, primum ab A. Oxé, alterum ab A. Mai e codice Vatic. Regin. 582 saec. XI editum ; quae duo tamen unum efficiunt (*Clauis Patrum Latinorum*, 1460). Deficientibus codicibus, hi centones magnopere conferunt textui *Carminis adu. Marc.* componendo, quamuis nobis uideatur cum Oxé tum Müller Pseudo-Victorino nimis fisos esse, cum fere semper recensionem carminum *De lege* et *De natiuitate* sequantur et sic textum *Carminis adu. Marc.*, qualem Fabricius e libris manu scriptis edidit, prorsus mutent, praesertim in libro tertio. Etsi Fabricius editor non bene audit (quem « editorem uel potius corruptorem ueterum operum » Maurinus noster Iohannes Liron dicit[1]), non tamen ueri simile est ipsum, qui multis locis textum re uera incomprehensibilem tradidit, qualem plane in codice reppererat, aliis locis, prosodiae metrique causa praesertim, textum eiusdem carminis tantopere mutasse, dum tamen in commentario suo haec adiecit : « Tertulliani opus imperfectum res declarat. Nam impetum suum secutus, donec emendationis tempus daretur, multa contra praecepta fecit, quorum aliqua excusationem temporis habent, ... aliqua (ut opinor) festinationi auctoris tribuenda, qui cogitauerit opus suum quasi delineatum, sub incudem (ut dicitur) reuocare : qualia sunt, quod caesuram licenter facit communem, item quod ablatiuum primae declinationis corripit, item quod collisionibus non usitatis indulget.

1. *Singularités historiques et littéraires*, Parisiis, 1734-1740, t. III, p. 141. Cfr etiam J. H. WASZINK, *Florilegium Patristicum*, Suppl. I, p. 18 ; R. PEIPER, *C.S.E.L.*, t. XXIII, p. 235 sqq.

Quae quidem exagitanda non sunt, sed excusanda iis quibus dixi modis. Imitandi autem gratia non proponuntur, sed cognoscendi, propter pietatem quae in isto uiro singularis et grauis fuit ... » (p. 133). Ceterum *Carmen adu. Marc.* saepius « lectionem difficiliorem » (ut aiunt) retinuit, quae in centonibus ad formam usitatiorem redacta est. Quapropter in hac editione textum a Fabricio traditum pressius secuti sumus quam Müller, ac solum ubi Fabricii recensio plane corrupta uidetur, textum carminum *De lege* uel *De natiuitate* praetulimus, quotiens lectiones ita inter se differebant ut amanuensium mendis explicari queant. Haec ratio tutior nobis uidebatur quam illa Marthae Müller, quae nobis uisa est nimis facile a uerbis traditis discessisse. Patet tamen textum tam obscurum *Carminis adu. Marc.* exploratum haberi non posse, dum tantummodo editione principe centonibusque niti possumus.

De auctore nil aliud certo iure scimus quam ipsum non esse Tertullianum, etsi forsan Tertulliano usus est. Profecto carmen concinnauit quidam, uerbis crebrior quam sententiis, de cuius patria uel saeculo nihil fere nobis notum est. Sat tenuis rationibus inductus, Carolus Holl opinatus est poetam in Gallia floruisse annis 475-525, nec solidioribus argumentis Martha Müller spatium temporis concilio Nicaeno anterius defendit. Cum uero poeta noster Commodiano utatur, ponere licet eum non prius quam saec. V uixisse, probabilius in Gallia uel in Africa quam in Italia uel Hispania.

Quisquis ille erat, Isidori uerba in cap. VIII « de uiris illustribus » hic forsan opportune memorantur : « Victorinus episcopus composuit et ipse uersibus duo opuscula admodum breuia : unum aduersus Manichaeos, reprobantes Veteris Testamenti Deum ueramque incarnationem Christi contradicentes ; alium autem aduersus Marcionitas, qui duo principia, id est duos deos fingunt, unum malum, iustum creaturarum conditorem et retributorem factorum, alium bonum, animarum susceptorem et indultorem criminum » (*Patr. Lat.* t. 83, 1088 A). Ceterum, centones *De lege* et *De natiuitate* in Vatic. Regin. 582 etiam Victorino cuidam adscribuntur. Difficile tamen dictu quisnam Victorinus ille fuerit. Certe non est Marius Victorinus neque Victorinus Poetouionensis, at forsan idem esse potest ac Victorius poeta, quem laudat Sidonius Apollinaris (*epist.* V, 21), si modo huic nomini aliquid tribui liceat, cum illis temporibus multi uterentur ficto nomine Victori(n)i (2).

---

2. Cfr W. Brandes, in *Wiener Studien*, t. XIII, 1890, p. 314

ADVERSVS MARCIONEM

LIBER PRIMVS.

Impietas profunda mali, mens inuida uitae,
Seductos homines spe postquam cepit inani,
Nudauit, suadendo nefas, sibi credere falsum.
Non impune quidem ; facti, nam protinus ille,
Vt reus et tanti sceleris temerarius auctor,
Accepit maledicta merens. Sic postea demens
Amplius aggressus, desperatissimus hostis,
Infudit mentes hominum caligine mersas.
Oblitos dominum docuit spem linquere certam,
Idola uana sequi, turbam sibi fingere diuum,
Sortes, auguria, stellarum nomina falsa,
Nascentum geneses constringere posse uideri
Extorum inspiciis, resque exspectare futuras,
Terribilis magicae refugarum audacia ductos,
Confictam molem mirantes, spernere uitam,
Impulit in praeceps, scelerata insania mersos,
Sanguine gaudentes, homicidia saeua minari,
Corpore in alterius tunc carnis uulnus amare,
Ardentes etiam, calida dulcedine captos,
Foedera naturae transcendere, corpora munda
Complexu infando, sexum maculare uirilem,
Femineos usus uulgi contamine mixtos
Illicitos, castosque sinus generique dicatos,
In coitum obscenum pro luxu suasit habere.
Talia praeterito grassatus tempore gessit
Per latebras animae, sepis manante ueneno.
Non quia culpa carent homines, nam sponte secuti :
Ille dolo suasit, homo libertate peregit.
Haec dum continuo per saecula perfidus halat,
Consiliumque suum seductis cordibus infert,
Sperans, heu ! sceleris ueniam se stultus habere,
Ignarus qualis maneat sententia facti,
Turba prophetarum tectis sapientia uerbis
Spiritu deque dei praesaga uoce loquuntur.

Titulus : Aduersus Marcionem] *codex Laurelsham.* *F*, Adu. Marcionitas *Müller*.

I, **6** sic] sed *coni. Hück.* **18** tunc] tum *Müller* **22** mixto *Müller* **24** habere] *Müller*, haberi *cet.* **25** praeterito] partito *Oxé* **26** sepis] serpens *Oxé* **27** culpa carent] *Müller* (*cfr Commod. Carm. apol. 178*), culparent *cet.* **31** sceleris ueniam] *Oehler*, scelerisque uiam *F* **33** tecti *De lege 184* **34** spiritu sancto dei *coni. Müller* (*cfr II, 63, et De lege 185*) loquuntur] *Oehler*, loquentum *F*,

Publice non audet dominum maledicere nude,
Secreto ingenio sperans se posse latere.
Tandem lux animae carnis captiua tenetur,
Desperatorum certat spes fortior hoste.
  Ipse figurator, renouator corporis ipse,
Gloria uera patris, dei filius, unicus auctor,
Iudex et dominus uenit, rex inclytus orbis,
Oppressis ueniam dare promptus, soluere uinctos,
Cuius amicitiae auxilio, patientia poenae,
Et deus et renouatus homo miscetur in unum,
Virgo sancta parit, patefit noua ianua uitae,
Dicta prophetarum factis impleta probantur,
Templa sacerdotes linquunt, stellae quoque ductu
Mirantur dominum tantum se cernere partum.
In uino uertuntur aquae, memorabile uisu,
Lumina redduntur caecis, iussuque trementes
Daemones expulsi clamant, Christumque fatentur.
Omnia sanantur uerbo iam tabida membra,
Iam graditur claudus, surdus spem protinus audit,
Dat dextram mancus, loquitur magnalia mutus,
Fit mare tranquillum iussu, uentique quiescunt.
Omnia cognoscunt dominum, confunditur hostis,
Iamque triumphatus ferus armis paret iniquis.
  Omnia cum reuocata uidet quae ceperat ipse
Cladis in interitu mersam iam surgere carnem,
In caelos hominem deuicta morte leuari,
Signari populos, effuso pignore sancto,
Mirandae uirtutis opus, inuisaque facta,
Audit et extremas flammarum in gurgite poenas
A domino sibi perpetuas tenebrasque paratas,
Irreuocata dei sententia. Nudus, inermis,
Damnatus, uictus, periturus morte perenni,
Iam reus, et nullam ueniam se certus habere,
Protinus extremum nefas ausus, spargere passim
Auribus horrendum uerbum neque uoce loquendum
Abiectos a plebe dei, sine luce uagantes,
Inuentos sine mente uiros, terrena sequentes,
Agressus praui prauos docet esse magistros.
  Praedicat his duos esse patres, diuisaque regna,
Esse mali causam dominum qui condidit orbem,

I, **38** cfr Luc. 11, 22. **42** cfr Matth. 18, 11. **47** cfr Matth. 2, 9.

locuti *De lege 184*, locuta est *Oxé* **35** audet] *Oehler*, audens *F* **38** certa *Oxé* **43** patientiae *Oehler* **44** miscentur *De nat. 22 Oxé* **48** se cernere] *Oxé*, secernere *F* **49** uino] *De nat. 62 (cfr I, 167)*, uinum *F* **59** interitu] *Müller (cfr I, 49)*, interitum *F* **72** docet] *Oehler*, decet *F*

Quique figurauit carnem spiramine uiuam,
Quique dedit legem, et uatum qui uoce locutus.
Hunc negat esse bonum, iustum tamen esse fatetur,
Crudelem, durum, belli cui saeua uoluptas,
Iudicio horrendum, precibus mansuescere nullis,
Esse alium suadens, nulli qui cognitus unquam,
Qui non est usquam, falsum sine nomine numen,
Constituens nihil, et nulla præcepta locutus.
Hunc ait esse bonum, nullum qui iudicat, aeque
Sed parcit cunctis, uitam non inuidet ulli.
Iudicium negat esse reis, dulcique cruentum
Circumfert miseris mixtum cum melle uenenum.
Surgere posse negat carnem, cui causa ruinae
Ipse fuit, quam contemptam spoliauit inique.
Propterea maledictus habet sine fine dolorem,
Hostis huic semper ; uario quia uulnere uitam
Nititur excutere et, de qua ruit ipse, salutem.
Inque hoc ait Christum terris uenisse repente,
Sed nulla socium carnis compagine factum,
Spiritus est forma, et fictum sub imagine corpus,
Fallere uult homines, quod non est, esse uideri.
  Hoc decet ergo deum, caligine ludere suasos,
Mentiri nefas, aut hominem se dicere falso ?
Portatur, graditur, uestitur, rite quiescit,
Tractatur, patitur, suspenditur et sepelitur ;
Omnia sunt hominis qui sancto in corpore uersus,
A patre deo uero missus, qui cuncta creauit,
Perfecit proprie, sua, non aliena requirens ;
Cognitus ipso opere, populis sperantibus olim,
Perque prophetarum uocem notissimus orbi :
Et nunc errantes manifesto in limine mortis
Ignotum dominum quaerunt, notumque relinquunt.
Quorum falsa fides, falsus deus, irrita merces,
Falsa resurrectio, mortis deuictio falsa,
Martyria et uacua, et Christi quoque nomen inane.
Quem magicae nebulae similem uenisse docentes,
Mendacem facti dementes esse fatentur,
Nec quidquam passum, populum sine crimine factum.
Sic uerax deus ? hi domino referuntur honores ?
Heu miseri gratis ingrata morte perempti !
Qui caeco duce praecipites in fossa ruistis,
Et uelut in somnis thesauri munere diues

81 numen] *Rig.*, nomen *F* **92** ait] *Müller (cfr I, 83)*, et *cet.* **94** est] *Müller*, at *cet.* **100** qui] *Müller*, quae *cet.* uersus] *Oxé Müller*, uersis *F*, uersant *Rig.*, uersans *Oehler* **101** deo uero] *F*, uero deo *Oehler Müller* **105** errantes] *Oxé*, errantem *F* **107** fide *Müller*, *minus recte* **112** nec quidquam] *Müller*, nequidquam *F* factum] *Müller*, fictum *F* **113** hi] huic *Müller*

Exsultat manibusque tenet spe lusus inani,
Decepti uacuam speratis muneris umbram.
Ah ! tumidi rictus funesta praeda draconis,
Speratis pro pace truces homicidia blanda ?
Audetis culpare deum, qui tanta creauit ?
In cuius terris nimia pietate profusa
Immemores large laudatis dona fruentes,
Ipsum factorem reprobatis, facta probantes,
Artificem mundi ? cuiusne opus estis et ipsi ?
Qui uobis magnos paruis donauit honores,
Proseuit fruges, animalia cuncta subegit,
Tempora qui certis fecundat mensibus anni,
Dulcores, potus uarios, pingues et odores,
Iucundos flores, nemorumque umbracula grata,
Mirificos tribuit succos pubentibus herbis,
Fontes et fluuios diffundit dulcibus undis,
Sideribus caelum totumque illuminat orbem,
Immensus solus dominus, iustusque bonusque,
Cognitus ex opere, aspectu non cognitus ulli ;
Quem stultae quamuis gentes errore copertae,
Florentes opibus, alieno nomine laudant,
Factoremque tamen gnari culpare uerentur.
Nec quisquam tantum, nisi uos, noua porta gehennae,
Ingrati eligitis dominum maledicere uestrum.
Haec uobis per Marcionem, Cerdone magistro,
Terribilis refuga adtribuit fera munera mortis ;
Nec uenit in mentem quod uos a nomine Christi
Seductos ad Marcionis tulit infima nomen.
Dicite, de multis quid uobis displicet unum ?
Quidue deus fecit quod non sit laude uehendum ?
Aut illud, quod uos nimium, patientia larga
Indignos, dulcem permittit cernere lucem ?
Quae legitis uera et concisa, ea falsa docetis,
Quae sunt postque futura, prius haec facta probatis :
Aut incredibilem quid differt credere uestrum ?
Nec mirum si uos uersutus cepit inermes,
Persuadens duos esse patres, damnatus ab uno,
Esse deos, qui principio seduxerat omnes,
Postea multiplici manantem uulnere pestem
Distribuit multis, et inemendabile crimen,
Infandos omni magicae dementia plenos
Persuasit sese uirtutem dicere summam,

119 tumidi] *coni. Müller*, tacidi *F*, tabidi *Pam.*, tacıtı *Oehler*, *alii aliter* funestaue *F* **123** fruentes] *Müller (cfr Commod. Carm. apol. 305 ; Instruct. I, 26. 34 ; II, 12, 6)*, ruentes *cet.* **125** cuius *Oxé Müller* **137** laudant] *Müller* laudent *cet.* **142** tribuit *Müller (cfr I, 131)* **149** quae] *Müller*, qui *cet.* **151** incredibilem] *Oehler*, incredibile *F*, incredibili *Müller* **152** nimirum *F* **158** per-

Fingere cum meretrice nefas, peragrare, uolare.
Namque Valentino deus est insanus, et aeuo
Triginta tribuit caelos, patremque Profundum ;
Bis docuit tingi, transducto corpore flamma.
Tantos esse deos Basiliden credere iussit,
Quantos et dies annus habet, tot denique mundos.
Marco per numeros argumentatus acute
Tradidit in magicae formam uiolare pudicam,
Offerri calicem, precibusque in sanguine uerti.
Hebioni Christum suasit de semine natum,
Et circumcidi docuit, legique uacare,
Fontibus amissis elementa resumere legis.
Extremum facinus uerbis extendere nolo,
Aut omnes causas aut nomina dicere cuncta.
Est per pauca satis crudelia multa notare,
Infandosque homines atque organa saeua draconis,
Per quos nunc tantum sceleris infeste locutus
Semper factorem mundi culpare laborat.
Sed reuocate pedem saeui latronis ab antro,
Dum spatium datur, et patiens pietate perennis
Facta per errorem miseris deus omnia donat.
Credite uero patri, uere qui condidit orbem,
Verum qui dominum misit renouare ruinam
Imparibus legi, peccati in gurgite mersis,
Per uates olim promissam afferre salutem.
Qui mandata dedit, hic et peccata remittit.
Exigit hic aliquid merito, quia credidit ante,
Aut donat large dominus, quasi debita seruis.
Denique confusos populos poenamque merentes
Deleto elogio cunctos iubet ipse lauari.
Ergo totus homo credit, totusque lauatur.
Abstinet aut patitur pro nomine uulnera uere,
Verus surgit homo, uere mors uicta silebit ;
Sed non pars hominis anima, sua parte relicta,
Percipiet palmam, socia quam carne laborans
In stadio luctata simul coniuncta meretur.
Grande nefas portare duos per uincula pondus,
Quorum sit locuples unus atque alter egenus,
Et miserum sperni, felici praemia reddi.
Non facit hoc iustus, mercedis redditor aequus,
Et bonus et diues, quem credimus omnia posse,
Suauis in ingratos, miserendi plena uoluntas.

suasit] *Rig.*, peruasit *F* **164** mundo *F* **165** Marco] *Hück.*, Marcio *F*, Marcus *Oehler* **166** pudicum *Müller* **175** infeste] *Oehler*, sine teste *F* locuti *F* **176** laborant *F* **177** reuocare *F* **178** detur *F* **180** uere] *Müller*, uero *F* **181** dominum] Christum *De lege 3* ruinam] salutem *De lege 3* **187** confusos] *Müller*, conlusos *F*, conclusos *Oehler* merentem *F* **188** delecto *F* **191** uita

Quin potius, cui maior inest mortalis egestas,
Possit ut aequari socio praelatus, id ultro,
Quicquid eget, tribuet locuples ; sic credere iussum,
Nec uelle illicite dominum culpare docendo,
Suscitet ut quam animam, tamquam sit passa ruinam,
Liberet a morte, et uiuendi facta maneret
Copia de solo merito, quia fortiter egit,
Et caro communem semper sortita laborem
Linquatur terrae, mortis sit praeda perennis.
Ergo hominis anima placuit deo fortibus actis ?
Nullo sola modo potuit sine carne placere.
Vincta tulit poenas : caro membris uincula gessit.
Contempsit mortem : sed carnem morte reliquit.
Illa dolens gemuit : haec uicta a uulnere caesa est.
Illa petit requiem : haec ferro in puluere fusa,
Piscibus, alitibus, tabo cinerique relicta est.
Frangitur infelix laniata, sparsa liquescit :
Surgere non meruit ? quid enim committere sola
Exanimis potuit ? quae sic causa inuida uitae
Impedit aut prohibet dei dona capessere carnem,
Cumque sua socia coniunctam uiuere semper,
Cernere quid fuerit conuersa in puluere quondam ?
Post merito renouata ferat deo laudis honores,
Non ignara sui, fragilis, mortalis et aegra.
Certatis, magni possit quid uiuida uirtus,
Qui bonus atque potens uitam non inuidet ulli ?
Haec captiua fuit mortis, haec uincta peribit,
Quam dominus mira sapientia fecit et arte ?
Hanc uirtute sua miranda suscitat ipse,
Hanc reuocat dux fortis, et hanc sua gloria uestit.
Ergo dei aptauit ars et sapientia corpus,
Quod cupit his fieri : deest hoc uirtute reduci ?
Causa potest pietati nulla resistere sanctae,
Ne maior sit causa mali quam summa potestas,
Vt cognoscat homo iam tunc dei munere saluus,
Mortalis quondam, nunc inuiolabile et ingens
Vestitus lumen, uiuus cum corpore totus,
Immensum uirtute deum, pietate perennem,
Per Christum regem, per quem uia lucis aperta est,
Et iam luce noua, iam dono plenus utroque,
Fructibus et uitae paradisi laetus amoenis
Laudet in aeternum caelesti diues in aula.

F **202** id] et *Oxé* **203** tribuat *Oxé* **205** ut quam] *Müller*, aut quem *F*, ut qui *Oehler* **206** et] ut *coni. Hück.* uiuendi] *Müller*, uiuenti *cet.* **207** fortior *Oehler* **212** uincta] *Müller*, uincla *cet.* **214** uita *F* **223** merito] *Müller*, meritos *cet.* **225** cernatis *Oxé* **227** uicta *Oxé* **230** fortis] ipse *Oehler* **232** cupit *Müller* **235** tunc] *Müller* (*cfr Tertull. Adu. Marc., II, 4, p. 338, 17*), nunc *cet.* **237** uisus *Oehler* **241** uitae] *Müller*, uiuae *F*, uisae *Oxé* amoeni *Müller*.

LIBER SECVNDVS.

Postquam fracta fides refugis spirantibus hostis,
Et glomerata dolis emersit pestis operta,
Sponte sua mendax contempto numine sensus
Confixit plagas, fallaci tramite pallens
Sanctorum dictis sua miscuit impia uerba,
Inque bonum semen lolium miserabile seuit,
Inde uolens omnem causam constare ruinae,
Scilicet ut sua facta deo subsignet iniqua
Ocius, et possit suasos infigere poenis,
Veris falsa tegens, et lenibus aspera uertens,
Et roseis sertis hastae mucrone coperto,
Improuisa necans incautos morte suprema.
Supremum nefas in tantum dementia mersos
Abruptos homines numen sine fine tremendum
Diuidere in partes, Christi sublimia facta
Falsa laude sequi, culpareque gesta priora,
Innumerata dei miracula, uisa nec umquam,
Tam temere scelus illicitum componere uerbis,
Ante nec audita, contentaque corde nec ullo,
Aduersum sese duo testamenta sonare,
Contra prophetarum domini committere uerba,
Dissimili longe sententia uelle probare,
Omnem Legis ut infamem deducere causam,
Sanctorumque patrum uitam reprobare priorum,
Quos in amicitiam adlexit deus, ad sua dona.
Accipitur sine principio pro parte minori,
Quattuor ex uno cum sint, ex quattuor unum.
His tamen una placet, reprobant tres denique partes,
Auctoremque sui Paulum per multa capessunt.
Necnon ex ipso furiebantur extima uerba,
Omnia quae ueteri de foedere cumque locutus,
Dura uidentur eis, merito quia corde grauatis.
Pondus apostolicum, fulgentis gratia uerbi,
Lumina praeducit menti, neque cernere possunt.
Spiritu lata, putant hebetes animalia digna.
Sed uos, qui nondum penitus, duce numine falso
Mente ipsa reprobi penetrastis ad intima mortis,

II, **2** pectis *F* **3** sensus] prensus *coni. Müller* **4** pallens] *F*, pollens *uel* callens *Oehler*, palans *Oxé Müller* **12** negans *F* supremum *Müller* **13** supremum *F*, suppressit *Müller* **19** contemptaque *F* **23** ut] *Müller*, et *cet.* **24** priorum] *Müller*, priorem *cet.* **25/26** *post* dona *lacunam signauit Müller* **28** reprobat *F* **30** furiebantur] furiebat in *F*, furabant ut *Müller* **32** grauati *F* **34** limina *Müller* **35** petant *Oehler* dicta *Müller* **36** nomine *F*

Discite de fonte fluuium manare perennem,
Qui nutrit lignum (bis seni gratia fructus),
Exit et in terram uentosque in quattuor orbis,
Tot fluit in partes fontis color et sapor unus.
Sic et apostolico decurrit ecclesia uerbo,
Ex utero Christi, patris omni gloria plena,
Sordida diluere et sata mortua uiuificare.
Quattuor in numero diffusum in gentibus unum
Electaque fide susceptum, doctor opimus
Tradit euangelium Paulus sine crimine mundum,
Abque hoc et Galatas uetuit discedere sanctos,
Quos falsi fratres se circumcidere suasos
Atque elementa sequi, noua libertate relicta,
Vmbrae futurorum ueteri seruire docebant.
Has habuit Galatis causas conscribere Paulus,
Non ut euangelii partem pro corpore toto
Exciperent modicam, maiori parte relicta.
Atque adeo non uerba libri, sed missus in orbem,
Ipse Christus euangelium est, si cernere uultis,
A patre qui uenit, solus bona nuntia portans,
Testificata prius cuius ingens gloria complet,
Ostendens opere quantus sit conditor orbis.
Cuius facta simul dictis coniuncta fideles
Illi, Matthaeus, Marcus, Lucasque, Ioannes,
Conscripsere mera, non extera uerba locuti,
Spiritu sancto dei, tanto praesente magistro.
Hic agnus paschae suspenditur hostia ligno ;
Hunc Paulus phase conscribens decreta Corintho
Occisum tradit uitamque deumque futurum,
Promissum patribus, quos illectauerat ante.
Cernite quid uirtus, quid paschae possit imago.
Sic uerum quid sit poteritis pascha uidere.
Ne fidus pater et uates, cui pignus et haeres
Carus erat, quem forte deus donauerat illi,
Hunc deo mactaret, merito temptatus amore,
Supplicium magnum, sanctus pro sanguine sanguis
Connexus capite spinis ostenditur agnus
Hostia sancta deo. Cuius de morte piacli,
Esset ut in signum et uastandae pignora gentis,
Sanguine signantur postes et limina fulta,
Immane auxilium, caro tosta comeditur esca.

II, **51** cfr Col. 2, 17. **76** cfr Hebr. 11, 28. **77** sqq. cfr Exod. 12, 7 sqq.

Müller **39** bis seni] *Oehler*, bissenos *F*, in bissenos *Müller* **43** omni] *Müller*, omnis *cet.* **44** sordide *F* sata] *Oxé (cfr I Cor. 15, 36)*, fata *F* **46** electoque *F* **51** umbra *F* **55** a Deo *Oxé* **63** sancto] *Müller (cfr De lege 185)*, sancta *F* **65** face *Oehler* **75** piacli] *Oehler*, piati *F*, piatae *Müller* **76** uastandae] *Müller*, uastatae *F* **77** fulta] *Oxé (cfr Exod. 12, 7)*, multa *F* **78** tosta] *Müller*

Iesus transgressus Iordan terraque potitus
Lege dedit pascham, gaudens atque immolat agnum.
Et reliqui magni reges sanctique prophetae,
Non ignorantes certae promissa salutis,
Ingentemque, metu pleni transcendere legem,
Venturam summae uirtutis imagine molem,
Inspectam e speculo celebrarunt ordine pascham.
Denique, si celeri primordia mente recurras,
Inuenies funesta nimis, post impia uerba.
Credulus, heu, facile nudatus tegmine uitae
Pellibus ut tegeretur homo, suspenditur agnus,
Aut peccata necat, aut sanguine funera delet,
Aut coperit nudos, fouet aut suo uellere uulnus
Num pecoris sanguis humano sanguine pluris,
Vt pro peccatis oblatus dirimat iram ?
Aut multae plebis ueluti si carior agnus
Auxilium immane, tantae tutela salutis,
Oblatus potuit pretium satis esse redemptis ?
At deus omnipotens, caeli terraeque creator,
Immensus, uiuus, perfectus, luce perennis,
His non placatur, pecudum neque sanguine gaudet.
Omnia mactentur pecora, grex omnis in aras
Decremet, ut ueniam uel peccati expiet unius.
Nequaquam domini sapiens maculata figura
Tam uili pretio caro foeda parauit honores ;
Sed spes et promissa fides mortalibus olim,
Haec operata tulit, magnae rationis imago,
Praemeditata patris, nimia pietate parata,
Venturum Christum terris, hominemque futurum.
Quem uisum Ioannes, baptismi primus apertor,
Et uatum socius, necnon et apostolus ingens,
Praecursor missus certus, testisque fidelis,
Augustus uita, sublimi laude notatus,
Olim pascha dei uerum quaerentibus agnum
Ostendit tandem uenisse piacula facti,
Qui delicta suo multorum sanguine soluat,
Pro reprobis probus et carus, pro uilibus unus,
Corpore homo uitaque deus, mactatus ut agnus
Acciperet nos et nobis se effunderet ipsum.
Sic placuit domino mortem spoliare superbam ;

101 cfr Hebr. 10, 4. **114** cfr Rom. 5, 15 sqq. ; II Cor. 5, 15 ; Hebr. 9, 28.

(cfr Exod. 12, 8), testis *F* comeditur] *Müller (cfr Exod. 12, 10 ; 12, 7)*, creditur *F* **79** Iosue *Müller* **90** dolet *F* **92** num] *Riuinus*, non *F* **93** ut] aut *F* **94** sit *Oehler* **100** aras] *F*, auras *Oehler*, aris *Müller* **101** unius] *Ism.*, unus *F* **102** domini sapiens] *F*, domino insipiens *Müller* **111** angustus *F*

Sic poterit miserandus homo sperare salutem.
Hunc pascham Paulus mactatum praedicat agnum.
Non species domini pecoris sublimis inertis
Consimilis patitur, quapropter dicitur agnus,
Sed quia lanitie renouata haec corpora uescit,
Dat tegimen multis, unquam nec deficit ipse.
Sic dominus uirtute patris, quos morte redemit,
Exutos sua luce tegit, quae semper in illo est.
Ergo pastor ouem qui perdidit, ipse requirit.
Is robur spinasque uiae calcare paratus,
Aut rabiem superare lupi, pecudumque potiri,
Eripere et fortis, contemptis dentibus ultro,
Obiectat sese leo pelle obtectus ouili,
Decipiens habitu raptoris sanguine fauces.
Adam ui captum sic quaerit Christus ubique,
Ipse uiam gradiens qua mors operata ruinam est,
Omnia perlustrans ueterum monumenta uirorum,
Singula perspiciens, exemplis omnibus unus,
Ex utero incipiens inimicam expellere mortem,
Conceptam simul in gremio cum semine carnis,
Aetates omnes tacita sapientia lustrans,
Debita suscipiens, cunctos mundare paratus,
Reddere factori multos, quos sparserat unus.
Et quia terribilis puteo demersus iniquo
Vir cecidit, suasit uirgo subducta dracone,
Consilio placuit, tegmen caeleste reliquit.
Arguit hos lignum nudos, mors atra coëgit ;
Ex eadem massa simili ratione refecta
Iam renouata redit, flos carnis et hospita pacis.
Virgine desponsa caro non ex semine nata
Artifici coniuncta suo, sine debito mortis.
Angelus haec mandata patris per sidera defert
Lucida, ut angelica credantur nuntia famae,
Virginis ut uirgo, carnis caro debita soluat.
Talibus ingressus sequitur uestigia mortis
Paruulus immanis, senior puer et iuuenis uir.
Post, ubi iusta uiri completa est roboris aetas,
Paulatim solitam speciem deperdere uitans,
In foedas etiam rugas et inertia membra

120 cfr I Cor. 5, 7.

121 nec *Oehler* **123** lanitie] lanities *F* **128** uiae] *Müller*, uuae *F* **130** eripere et] *Oehler*, eriperet *F* **138** conceptam] *Hück.* (*cfr De lege 22*), conceptae *F* **144** consilium *De lege 23* tegimen *De lege 23* relinquit *F* **148** nato *F* **149** debito] *Oehler*, debita *F Müller* (*cfr II, 251*) **151** famae] *Müller*, fama *F* **153** mortem *F* **156** solitam speciem deperdere uitans] *Müller*, solitus socia

Mutari specie uacuatis sanguine uenis,
Constitit, haud habitum passus ueterascere carnis.
Qua die quoue loco cecidit clarissimus Adam,
Quaue manum extendit temere contingere lignum,
Hac eadem redeunte die uoluentibus annis
In stadio ligni fortis congressus athleta,
Extenditque manus, poenam et pro laude secutus
Deuicit mortem, quia uitam sponte reliquit.
Exuit exuuias carnis et debita mortis ;
Serpentis spolium deuicto principe mundi
Adfixit ligno, refugarum immane tropaeum.
In cuius signum Moses suspenderat anguem,
Vt, quotquot fuerant multis serpentibus icti,
Adspicerent ipsum uictum fixumque draconem.
Post, ubi secretas inferni uenit ad undas
Atque suum uictor captiuum luce retexit
Adstanti iussumque patris uirtute peregit,
Sponte suum corpus quod liquerat ipse recepit.
Causa haec mortis erat, eadem uia facta salutis ;
Nuntius ille doli, sed pacis nuntius iste ;
Sponsa uirum necuit, genuit sed sponsa leonem ;
Virgo uiro nocuit, sed uir de uirgine uicit.
Cuius in exemplum sopito corpore somno
Sumitur ex latere mulier, quae costa mariti ;
Quam carnem de carne sua deque ossibus ossa
Euigilans dixit, praesaga mente locutus.
Mira fides, merito Paulus certissimus auctor,
Christum de caelis Adam docet esse secundum.
Veritas ipsa suis exemplis usa refulget.
Nec cupit ex alieno acres ostendere gressus ;
Pauperis hoc opus est, propriae uirtutis egeni.
Haec Paulus docuit magnus mysteria docta,
Scilicet in Christo esse decus tuum, ecclesia, cernens.
Huius de latere ligno pendentis in alto
Corporis exanimi sanguis manauit et humor.
Femina sanguis erat, aquae erant noua dona lauacri,
Haec populi uera est uiuentis ecclesia mater,
De Christi noua carne caro, deque ossibus ossum.
Golgotha locus est, capitis caluaria quondam ;
Lingua paterna prior sic illum nomine dixit ;
Hic medium terrae est, hic est uictoriae signum.

164 cfr Prou. 1, 24. **169** cfr Ioh. 1, 14. **180** sqq. cfr Gen. 2, 21 sqq. **184** sq. Rom. 5, 14 ; I Cor. 15, 45 sqq.

deperdere uita *F*, solitus socias deperdere uitas *Oehler* **160** carissimus *F* **161/162** *ordinem uers. recte mutauit Oehler* **165** uitam] *Müller* (*cfr II, 164, 166, 175*), mortem *F* relinquit *F* **171** fictum *F* **172** umbras *De nat. 91* **176** causa haec] haec uia *De nat. 98* **198** uictoria *F*

Os magnum hic ueteres nostri docuere repertum,
Hic hominem primum suscepimus esse sepultum,
Hic patitur Christus, pio sanguine terra madescit,
Puluis Adae ut possit ueteris cum sanguine Christi
Commixtus stillantis aquae uirtute leuari.
Haec ouis est una, quam se per sabbata uiuam
Inferni e puteo statuit subducere pastor.
Propterea cunctae carnis praemortua membra
Curabat sabbatis, aut caeci a germine nati
Lumina, quae nondum dederat, cernendo peregit,
Aut hominem totum exanimem per sabbata uiuum
Deque sepultura praesenti plebe uocauit,
Ipse noui factor, ueteris bonus ipse refector,
Aut quae defuerunt supplens aut perdita reddens.
Haec ineunte die sancto sperantibus in se
Facturum plene pro pacto posse docebat.
Quid ? caro si moritur, nec spes datur ulla salutis,
Quas habuit causas hominem se fingere Christus,
Et medicare homines, aut curam carnis habere ?
Si reuocat paucos, cur non reuocabit et omnes ?
Corruptela potens liquefactum soluere corpus,
Non poterit uirtus domini reuocare solutum ?
Credunt interitu qui non sua corpora solui,
Non credunt domino, sua qui uult mersa leuare,
Aut nolle praestare bonum, neque posse potentem
Dicunt ignari, quanto se crimine iactent,
Infirmas ausi causas praeponere mortis.
In grano latet arbor, et hoc nisi terra sepultum
Putrescat, non dat decoratos arbore fructus.
Iam liquidae stringuntur aquae ; stridente rigore
Saxa fiunt, et semper erunt, nisi magna potestas
Soluerit inducto molli spirante tepore.
Viticulae in gracili latet ingens corpore botrus ;
Si quaeras, non est : cum uult deus, esse uidetur.
Arboribus folia, spinis rosa, germina campis
Mortua deficiunt, et rursus uiua resurgunt.
Haec homini deus ante oculos reuocata reformat,
Propter quem locuples primus large omnia fecit.
Omnia nuda cadunt, suo corpore singula uestit :
Cur hominem solum, cui tantos fudit honores,

207 sq. cfr Luc. 6, 1 sqq. ; 13, 14 ; 14, 3-4 ; Marc. 3, 1 sqq. ; Ioh. 9, 1.

203 leuare *F* **214** facturum] *Müller*, facturus *F* **215** quod *F* saluti *F* **218** reuocabit] reuocauit *F* **224** se crimine iactent] *Müller*, de crimine lactent *F* **225** mortis] *Müller*, morti *F* **228** stringuntur] *Hück.*, stringentur *F* **234** deijciunt *F* **237** omnia] semina *coni. Müller*

Non tantum reuocet sibi, quem super omnia fecit ?
Ergo caro et sanguis dei regno digna negatur,
Tamquam sit Paulus proprie de carne locutus.
Ille quidem magna docuit, sed inania corda
Carnali sermone putant ; nam pristina facta
Sanguinis et carnis uoluit sub nomine dicta
Caelestis magni memoratus uerba magistri,
Qui per aquam de se genitis sui nomen honoris
Donauit, pignusque suo de spiritu fudit,
Vt cuius fuerant homines uirtute redempti,
Huius et acciperent renouati nomen honoris.
Ergo, quia populis nondum suo fonte renatis,
Sordibus antiquis tectis (ea debita mortis)
Ex ueteri causa regnum caeleste negauit,
Dicens humanum rursus debere renasci,
Quod natum est de carne, caro est, de spiritu, uita,
Radicis ueteris noua germina gloria mutans,
Ablutum corpus iam non de carne uocari :
Hoc sequitur Paulus, sic est de carne locutus.
Denique dixit oportere superindui uestem,
Hunc habitum fragilem, mortalem contegi formam,
Non aliud corpus dari, sed prius illud inerme
Vndique regno dei lato circumdari totum,
Momento aspectus oculi mutabitur, inquit.
Vt rufae cerae facies dispanditur herba,
Et mutat proprium candenti sole colorem,
Sic eadem caro fulgenti de gloria sumens
Gaudebit semper gaudens et morte carebit,
Deuictum clamans crudelem corporis hostem,
Glutitam mortem fortis uictoria Christi,
Ingentes deo summa ferens ad sidera laudes.

LIBER TERTIVS.

Iam genuit, quondam sterilis cognomine, mater,
Iamque nouus gaudet populus de libera natus,
Expulsa famula merito cum prole superba ;
Viuentis quoque fontis aquas ingrata reliquit,

254 cfr Ioh. 3, 6. **257** sqq. cfr I Cor. 15, 53 sq. ; II Cor. 5, 2 sqq.
III, **1** cfr Hebr. 11, 11. **3** sqq. cfr Gen. 16, 5 sqq. ; 21, 14 sq.

240 negantur *Oxé* **245** uerna *Oehler* **251** ea] *Oehler*, et *F*, est *Müller* **253** humano *F* **260** inermem *F* **263** caerae *F* **268** Christus F.
III, **1** iam genuit Sara sterilis post tempora longa *De lege 48* **4** relinquit *F*

Et tepidis errans ardenti sidere potat.
Iam possunt gentes et Abram clamare parentem,
Quae uocem domini simili ratione secutae
Omnia liquerunt peregre se sistere uitae.
Laetare, o sterilis, promissam concipe plebem ;
Erumpe et clama, quae nulla prole beata,
De qua dicebat per uates spiritus olim :
Haec genuit gentem multis ex gentibus unam,
Cuius principio semper pia membra laborant.
  Huius Abel iustus, pastor pecudumque magister,
Fraternae occidit quem olim uiolentia dextrae.
Huius Enoch, insigne decus, de corpore membrum,
A deo digressos populos facinusque sequentes,
Dum furit in terris refugarum turba latronum,
Sacrilegum genus ut fugeret crudele gigantum,
Consilio reuocabat, in omnibus ipse fidelis.
Ingenti gemitu placuit, meritoque labore
Translatus magno dignus seruatur honore.
Perfectus laude et sine culpa Noe repertus
Testificante deo iustus in adultera plebe,
Bis quinquagenis arcam qui texuit annis,
Venturum excidium factis et uoce ferebat ;
Promeruit tantis ereptus mortis ab undis,
Et cum prole sua seruatus in altera gente.
Hic Abraham, cuius gnatos uos esse negatis,
Qui primus genere et patria et genitore relicto
Voce dei suasus secessit in extera regna,
Tanta fide meruit sublimi dignus honore,
Gentibus ut pater et populis credentibus esset.
Cum patribus Iacob, quorum pater ipse, per omne
Vitae suae spatium laetissima tempora Christi
Praececinit uerbis, actu, uirtute, labore.
Hunc sequitur Ioseph, foedae sine sorde iuuentae,

6 sq. cfr Hebr. 11, 8 sq. **14** sqq. cfr Gen. 4 sqq. ; Eccli. 44 ; Hebr. 11.

6 et Abram] et Abraham *F*, et *del. Oehler Müller* **8** fidae *Müller* (*cfr Hebr. 11, 8 sqq.*) **15** occidit quem olim] *F*, cecidit primus *Oxé* (*cfr De lege 30 : « Fraterna cecidit prima uiolentia dextra »*) **19** ut] *om. De lege 32* **22** translatus] *De lege 33*, translatum *F* dignus] *Müller* (*cfr III, 32 et De lege 33*), pignus *F* **23** perfectus Noe, solus sine culpa *coni. Müller* (*cfr De lege 37 ; Gen. 6, 9*) **25** quinquagenis arcam qui texuit annis] *F*, quinquegenis annis contexuit arcam *De lege 38* **27** tantum *De lege 39, prob. Müller* **28** cumque sua prole *De lege 40* **28/29** seruatus in altera gente. Hic Abraham] *Müller* (*cfr De lege 40*), seruatus. Gente sequente est Abraham *F* **30** et] *bis om. De lege 42* **31** successit *De lege 44* regna] *F*, terra *Müller* (*cfr De lege 44 ; Gen. 12, 1*) **32** tanta fide ... sublimi ... honore] *De lege 45, prob. Müller*, tantos dei ... sublimis ... honores *F* **33** populus *De lege 46* **37** uenditio Ioseph cuius sine sorde iuuenta *De lege 69 Oxé Müller*

Carceris et durae conficta calumnia poenae,
Gloria post gemitus, regnique secunda corona,
Inque fame panis tribuendi larga potestas.
Tam propria Christi, tam lucida lucis imago
Omnibus est manifesta, quibus sunt lumina menti,
Vt speculo uultus firmam spem cernere possint.
Iudas ipse pater, regalis sortis origo,
Vnde duces geniti, cuius de semine reges
Numquam defuerunt, donec uentura potestas
Gentibus expectata diu promissa ueniret.
  Dux populi Moses, qui limina regia liquit,
Spernens diuitias florentes tempore paruo,
Maluit adflictus populi portare labores
Subnixa ceruice, minis non territus ullis,
Quam sibi delicias multasque remittere poenas,
Pro magnaque fide, pro tanto mirus amore,
Armatus uirtute dei magnalia gessit,
Percussit gentem plagis, terramque reliquit,
Confudit regem durum, populumque reducit,
Calcauit fluctus, hostes demersit in undis,
Fecit aquam dulcem per lignum, semper amaram,
Cum Christi populo manifeste multa locutus,
Cuius de facie lux et nitor † ore refulsit,
Acceptam legem per paucos fudit in orbem,
Exempla implicita propriorum certa laborum,
Percussit petram, iussus quoque flumina fudit ;
Extenditque manus, ut signo uinceret hostem.
Omnia de Christo, per Christum cuncta loquuntur.
Hic probus et magnus cum laudis pace quieuit.
At Iesus Naue filius, Auses ante uocatus,
Spiritus hunc sanctus socium sibi nomine iunxit :
Hic fluuium scidit, et populum transire coegit,

55 sqq. cfr Exod. 8 sqq. **67** sqq. cfr Ios. 3 sqq.

38 confecta calumniae poenam *De lege 70* **41** *prius* tam] tum *F* **43** ut uultus *Müller* **44** et ipse *De lege 65* ortis *De lege 65* **45** unde] *F*, ex quo *De lege 66, prob. Müller* **48** regis qui limina *De lege 73, prob. Müller* **49** quae florent *De lege 74, prob. Müller* **51** ceruice subnixa *De lege 75, prob. Müller* **53** qui pro tanta fide, permagno mirus honore *De lege 76* (amore *Müller*) **56** confudit] *De lege 83*, confundit *F* reducit] *F*, ducabat *De lege 83, prob. Müller* **58** amarum *De lege 85* **59** cum Christo coram populo manifeste locutus *De lege 86, prob. Müller* **60** cuius ... refulsit] *F* (ore *corruptum uidetur* [*cfr tamen III, 174 et 204*], *fort.* acer *legendum est*), c. de lucentior actus in hora ref. *De lege 87*, c. de luce nitor acer in ore ref. *Oxé*, c. de luce nitor actus (*uel* iactus *uel* factus) in ora ref. *Müller* **61** paucos] *F*, sanctos *De lege 95, prob. Müller* diffudit *De lege 95* orbe *Müller* **65** locutus *De lege 96, prob. Müller* **66** cum laudis pace] *F*, uictor[que] in pace *De lege 97, prob. Müller* **67** at] *om. De lege 98* **69** hic] *De*

Distribuit terram gnatis, promissa paterna,
Solem cum luna statuit, dum uinceret hostem,
Expulit externas gentes prolemque gigantum,
Excidit lucos, aras et templa subegit,
Omnia legitima sollemnia mente peregit;
Nominis exemplum Christi, uirtutis imago.
Quid de Iudicibus populi per singula dicam?
Quorum uirtutes si conscribantur in unum,
Verborum spatio numerosa uolumina complent.
Attamen ex multis paucorum dicere uitam
Corporis explendi uerborum postulat ordo.
Ex quibus est Gedeon dux agminis, acer in hostem,
Non uirtute sua tutelam acquirere genti,
Firmatusque fide signum petit excita mente,
Quo uel non posset uel posset uincere bellum,
Vellus ut in noctem positum de rore maderet,
Et tellus omnis circum siccata iaceret,
Hoc inimicorum palmam coalescere mundo,
Atque iterum solo remanente uellere sicco,
Haec eadem tellus roraret nocte liquore.
Hoc etenim signo praedonum strauit aceruos,
Congressus populo Christi, sine milite multo,
Tercenteno equite (numerus Tau littera Graeca)
Armatis facibusque et cornibus ore canentum.
Vellus erat populus ouium de semine sancto;
Nam tellus uariae gentes fusaeque per orbem;
Verbum quod nutrit ros, nox est mortis imago,
Tau signum crucis, et cornu praeconia uitae,
Lucentesque faces in lychno spiritus ardens.
Scilicet hoc testamen erat uirtutis imago,
Non prius angelica mortis fera proelia uinci,
Quam populo indocili merito sua culpa relicto

76 sqq. cfr Iud. 6 sqq.

lege 100, hinc *F* et] *om. De lege* **70** terram gnatis] *Oxé Müller*, terram gratis *F Oehler*, terra ignatis *De lege 101* parentum *De lege 101, prob. Müller* **71** solem cum luna statuit] *F*, et solis cursum mutauit *De lege 102*, et solis cursum statuit *Müller* **74** legitime sollemni *De lege 104* mente] *F*, cura *De lege 104, prob. Müller* **75** uirtus *De lege 105 corr. m. alt.* **78** spatiis *De lege 108, prob. Müller* **79** sed tamen *De lege 109, prob. Müller* **80** corporibus *Müller* uerborum] *F*, membrorum *De lege 110, prob. Müller, errore* **81** est] *De lege 111*, ut *F* hoste *De lege 111* **83** firmatusque fide] *F*, certus larga fide *De lege 113, prob. Müller, fort. recte* menti *F* **84** quod *De lege 114* possit (*bis*) *De lege* **85** ut] *om. De lege 115* nocte *De lege, prob. Müller* positus *De lege* **86** et tellus omnis circum] *F*, omnis in circuitum *De lege 116*, omni et in circuitu *dub. Müller* **88** remanente] *De lege 117*, remanenti *F Oehler Müller* **89** haec] *De lege 118*, hoc *F* noctem liquorem *De lege* **92** ter centenos (-no *Müller*) equitum numero *De lege 120 Müller* **93** facibusque] -que *om. De lege 121* canendum *Müller* **95** terra *De lege 123, prob. Müller* **96** ros] *De lege 124*, sed *F* **101** populus indocilis ... relictus *Hück.*, *uel potius, cum Müller, lacuna signanda post u. 101* **104** labori *F* **106** quam propter *Müller* **108** Baal] *F*, Iahel *scribendum est, cfr Iud. 4, 17* uictoriae] *Müller*, uictoria *F* **109** extemplo *Riuinus Oehler* refugae *F* **116** peccatum uoti *De lege 125, prob. Müller* cooperiit *De lege 124* **117** tumor] *Müller*, timor *F* **118** tribuit *De lege 126* uitam] *F*, laudem *De lege* **119** nec non Samsonis] *F*, huic etiam Samson *De lege 132, prob. Müller* **123** uictum *De lege 134* **124** capiti ui mota] *Müller*, captiui mota *F Oehler*, capitis submota *De lege 135* **125** hostis *F*, hostem *De lege 136* uictor *Müller*, uictos *F*, ultor *De lege*, uictus *Oehler* peremit] *De lege*, redemit *F* **126** regis *De lege 137* unguere *De lege, prob. Müller* **127** chrismam *De lege 138* uiris] *De lege*, uiros *F* (*post* uiris *ponit uirgulam Müller*) christum] *De lege* (*cfr I Reg. 10, 24*), christos *F Oehler Müller* iura] *F*, dona *De lege 140, fort. recte* (*cfr I Reg. 28, 11*) **130** rex magnus *De lege 141* **131** Christus] *De lege 143*, Christum *F*

Florentesque fide gentes in laude receptae.
Debbora quin mulier super omnem maxima famam,
Pro patria quae belligero subnixa labore
Stipite sub palmae populum uicisse canebat,
Quapropter uicti simul hostes terga dedere,
Sisara dux fugit, cui non uir nec manus ulla
Restitit. Hic Baal Christi uictoriae signo
Exemplo refugam deuicit femina ligno.
Ieptha fide firma, qui duro uulnere uotum
Ausus mercedem belli deo dicere grandem,
Hic quia quae non uult dominus promiserat amens,
Occurrit primo carum sibi pectore pignus,
Nulli sperata cecidit quod sorte repente.
Promissum ut staret, soluit pia iura parentis,
Peccati uotum uiolenta mente coperuit
Immanis tumor, orbatae solatia uitae
Pro scelere obtinuit famam, pro crimine laudem.
Nec non Samsonis super omnia corpora uires,
Spiritus hoc donum? capiti concessa potestas.
Pro populo solus, nullo mucrone nec armis,
Os retinens asini, prostrauit corpora mille.
Vincula nulla uirum uinctum potuere tenere;
Gloria sed postquam capiti ui mota recessit,
Occidit, atque hostes uictor sua morte peremit.
Mirificus Samuel, cui reges ungere primum
Praeceptum, dare chrisma, uiris ostendere christum,
Talibus in uitae spatio laudabilis egit,
Vt quoque post requiem prophetica iura teneret.
Psalmographus Dauid, magnus rex atque propheta,
Passurum Christus cuius se uoce canebat,
Sponte quod ingratus populus sine lege peregit,
Cui deus ex utero fructum promiserat olim,
Prolem sublimi solio suo ponere sanctam.

126 sqq. cfr I Reg. 10 sqq. **131** cfr Ps. 21, 1, 8, 17, 19.

Fixa fides domini quae sponderat omnia fecit.
Aemulus Ezechias, populi corrector inertis,
Oblitis legem qui restaurauit iniquis,
Haec olim mandata dei prior omnia iussit,
Qui precibus bellum, non ferri cuspide soluit.
Hic moriens lacrimis annos ac tempora uitae
Accepit, merito talem tulit actus honorem.
Ingenti zelo Iosias, rector et ipse,
Tantum nemo supra nec postea taliter egit.
Idola destituit, destruxit templa nefanda,
Atque sacerdotes super aras igne cremauit,
Ossa prophetarum falsorum cuncta refodit,
Incenditque aras, adolenda cadauera lignis.
Insignis fidei in laudem, memorabile, tractus
Nobilis Helias, qui nondum debita mortis
Gustauit, quoniam rursum uenturus in orbem est.
Ergo infracta fide, populum regemque furentem,
Militiam domini qui deseruere beatam,
Verberibus famis castigans hostes amaris,
Sidera conclusit, tenuitque in nubibus imbrem.
Esse deum ostendit cunctis, apparuit error.
Nam madidae partes hostiae fluuio super aras
De cælo precibus ueniens ui flamma comedit;
Et quotiens uoluit, totiens ruit ignis ab alto.
Diuisit fluuium, transgressus et auia fecit,
Sublatus curru paradisi uectus in aulam est
Huius discipulus sortis successor Heliseus,
Qui duplicem Heliae petiit sibi sumere sortem,
At castigandam uiolento uerbere plebem,
Tantum pro domino et talem spirauit amorem.
Iordane percusso, pedibus uia facta regressus,
Demersam fluuio releuauit uirga securim,
Mortificumque cibum in uitalem transtulit escam,
Detinuit pluuias iterato tempore duplo,
Mundauitque lepras, hostes caligine cepit;
Cuius post obitum iam condita membra sepulchro
Abiectus quidam, mactatus caede latronum,
Mortuus, ut tetigit, reuocata luce reuixit.

cuius se] *F*, submissa *coni. Pamelius Oehler* **135** spoponderat *De lege 147* **138** haec olim] *F*, qui⟨que⟩ coli *De lege 156 Müller* **143** supra *De lege 160* **147** dignis *De lege 164* **148** tractus] *Müller*, tactus *F*, ductus *Hück.* **149** morti *De lege 165* **150** rursus *De lege 166*, *prob. Müller* **151** ergo] *F*, hic *De lege 167*, *prob. Müller* fide] *De lege*, fides *F* **153** famis] *De lege 169* (*cfr III Reg. 18, 2*), flammis *F* castigans hostes] *F*, quos ut castigaret *De lege*, *prob. Müller* **154** tenuitque] *F*, -que *om. De lege 170* **155** cunctis ostendit, paruit *De lege 171*, *prob. Müller* **156** madida fluuio super aras hostiae membra *De lege 172*, *prob. Müller* **158** toties *F* **159** in auio uenit *De lege 175* **160** uentus *De lege 176*, *corr. m. alt.* **161** fortis *Müller* (*errore?*) **162** petit Heliae *De lege 178* **166** securem *De lege 180* **172** mortuus ut tetigit] *F*, ut tetigit costas *De lege*

Esaias, locuples uates, cui fontes aperti:
Tam manifesta fide uerbum dei ore profudit,
Largaque per Christum patris est promissa uoluntas,
Praetestata uiam uitae atque probata per ipsum est.
Quem populus sectum ligno sine culpa repertum,
Immeritum, demens crudeli morte peremit.
Sanctus Hieremias, quem gentibus esse prophetam
Aeterni uirtus iussit, dixitque futurum;
Qui quoniam plebis facta inlaudanda reuoluit,
Et fore captiuam, nisi paenituisset, iniquos
In famulos fieri praesaga uoce locutus,
Vincula dura tulit, squallenti carcere clausus,
Inque luto putei famis hausit tabida membra.
Sed postquam quae noluerant audire probauit,
Atque hostes uictum populum duxere triumphis,
Horrida uix tandem caruit sua dextra catenis;
Nulla morte uirum constat, neque caede peremptum.
Ezechiel fidus, diues cui gratia uerbi
Concessa est peccatorum secreta uidere,
Afflictus lugere suos, ueniamque precari,
Cernere uindictam sanctorum caede futuram,
Sanctorumque locum regni carnisque salutem,
Spiritu implicitus, gressus aditusque uidere.
Osea, Amos, et Micheas, Ioel, Abdia, Ionas,
Atque Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggaeusque,
Zacharias uim passus, et angelus ipse Malachim,
Hi uates domini, quorum chorus usque canentum,
Ac pariter laudis propriam meruere coronam.
Quam magnus Daniel! qualis uir! quanta potestas!
Qui falsos testes ipsorum prodidit ore,
Seruauitque animam damnatam crimine ficto,
Somnia secreta et regi prior ore resoluit,
Praeuidit Christum regnorum soluere membra,
Pro domino reus et factus quoque praeda leonum,
Seruatisque palam cunctis in pace quieuit.

183, *prob. Müller* renouata *De lege* **173** cui] et *Oehler* fontis *F* **174** fide] *De lege 190*, fides *F* deus *De lege*, *prob. Müller* **175** promissa] *F*, expleta *De lege 191* **177** ligno (*cfr Ascensio Isaiae 5, 11*) sine culpa] *Oxé Müller*, ligno sine labe *F*, lignos inculpa *De lege 192* repertus *De lege* **180** aeterna *De lege 195*, *prob. Müller* futura *De lege* **181** infanda facta *De lege 196* **182** captiuos *De lege 197*, *prob. Müller* iniquis *De lege* **183** in] *F*, et *Müller* **184** carcere] *De lege 198*, currere *F* **185** famis hausit] *Müller*, fames hausit *F*, hausit famis *De lege 199* membra] *F*, uerba *De lege* **186** uoluerant *F*, noluerunt *De lege 200* **187** uinctum *Oehler* **188** catenam *De lege 202* **190** sidus *F* **195** implicitus spiritu *Müller* **196** et] *F*, *om. De lege 186* Ioel] simul *F*, Ioel et *De lege* **197** Ionas Naum ambo cum Sophonias et Aggaeus *De lege* **198** ipse Malachim] *F* Malachiel *De lege 188* **204** et] *om. De lege 206* regi] *De lege*, regis *F* **206** Christo *De lege 207* et] *De lege m. alt.* (*m. pr. om.*), est *F* quoque] *F*, his *De lege* **207** seruatusque palam uictor *De lege*

Huius tres socii, uix digna laude canendi,
Ex numero tanto decretum regis iniquum
Contempsere pii, quorum data corpora flammis,
Tradere se poenis potius pro nomine magno,
Quam genibus nixi simulacro pandere palmas.
Tam praeclara fides, iam spes super omnia fulgens
Extinxit rabidos ignes et uicit iniquos.
Esdras uates, legis doctor et ipse sacerdos,
Qui populum captum post tempora plena reduxit,
Ignibus et multa consumpta uolumina uatum
Spiritu completus memori omnia reddidit ore.
Grandis Ioannes super omnes semine natos;
Cuius difficile poterimus dicere laudes:
Ablutor carnis, domini praecursor apertus,
Ablutor Christi, prior ipse renatus ab illo,
Foederis ille noui primus ueterisque supremus,
Proque uia uera prior hostia caesus obiuit.
Ecce deus Christus; pariter bis sena iuuentus,
Omnibus una fides, amor unus et una potestas,
Flos hominum; mundo lucentes lumine Christi
Et comites et apostolici, qui uera locuti
Auribus audiuere, oculis uidere salutem,
Tractauere manu corpus de morte receptum,
Conuixere cibo assidue, testantur ut ipsi.
Hunc Paulus, praelectus apostolus in uice missus,
In caelos raptus uidit quoque; missus ab illo,
Barnaba cum comite sociisque prioribus, uno
Foedere coniunctis, per gentes tradit ubique
Esse caput Christum, sunt cuius ecclesia membra.
Corporis ipse salus, membrorum uita perennis,
Ipse caro factus, pro cunctis ipse peremptus,
Ipse resurrexit primus, spes una salutis;
Discipulisque suis formam dedit: hi simul omnes
Indignas uarie poenas pro nomine passi.
Talia membra gerit specioso corpore mater
Libera, quod nunquam domini praecepta reliquit,
Inque domo senuit, domino lectissima semper,
Inuidiam, poenas eius pro nomine passa.
Nam sterilis, quoniam nondum secura futuri,

215 sqq. cfr Esdras 7 sqq. **242** sqq. cfr Gal. 4, 23 sqq.

208, prob. Müller, fort. recte **210** pii, quorum data] *F*, regem soli sua *De lege 210* **213** tam] *Müller*, iam *F* **216** plena] *F*, longa *De lege 213* **218** memor *De lege 215* **231** ut] *F*, et *De nat. 61* **232** hinc *F* **233** raptum *Müller, fort. recte* missus] *F*, iussus *Müller, fort. recte* ad illud *F* **235** coniunctus

Ediderat populum caelesti semine natum,
Atque suae famulae portauit spreta dolorem;
Hanc sterilem quondam nunc tempus cernere matrem
Haeredem natum suae libertatis habere,
Non similem famulae, quamquam de semine caeli
Conceptum genuit, sibi conditione iugatum.
Absit ut illicitis uerbis, temeraria uoce,
Egregios homines, ardentia sidera caeli,
Semine coniunctos tantum, uel sanguine, plebi
In solidum passim famulum dicatis atrocem,
Aut populum domini legis mandata secutum
Seruili specie quisquam putet esse loquendum.
Sed peccatorum uacuam sine mente cateruam,
Qui promissa dei dubia spe corde locarunt,
Praesentis uitae misera dulcedine uictos,
Debita seruitia captos sua culpa subisse,
Si legem plebi peccati causa iugauit.
Nam seruire deo, totoque incumbere corde,
Intemerata fides, libertas sponte paratur.
Ergo patres iusti, sancti sine labe prophetae,
Aduentum domini multi cecinere futurum,
Testanturque fide caelestia iussa profanis.
Cum quibus immanes, sociati gloria Christi,
Consortes uirtutis, uerba sacrata replentes
Firmauere fidem, factis praedicta probando.
Quorum discipuli, qui successere per orbem,
Conflati uirtute uiri, nostrique magistri,
Coniunctos operis nobis tribuere honores.
Ex quibus electum magnum plebique probatum
Hac cathedra Petrus, qua sederat ipse, locatum
Maxima Roma Linum primum considere iussit.
Post quem Cletus et ipse gregem suscepit ouilis.
Huius Anacletus successor sorte locatus.
Quem sequitur Clemens; is apostolicis bene notus.
Euaristus ab hoc rexit sine crimine gregem.
Sextus Alexander Sixto commendat ouile;
Post expleta sui qui lustri tempora tradit
Telesphoro; excellens hic erat, martyrque fidelis.
Post illum doctus legis, certusque magister,
Cum uestri sceleris socius, praecursor et auctor
Aduenit Romam Cerdo, noua uulnera gestans;
Detectus, quoniam uoces et uerba ueneni

Müller (errore?) **247** ediderat] *Müller*, ediderit *F* **248** portarit *Oehler* **251** quamquam] quoniam *Müller* **262** seruitia captos] *Müller*, seruitio capitis *F* subisset] *Müller*, subisse *F* **263** iugauit] *Müller*, iugabit *F* **266** sine culpa *coni. Müller (cfr III, 177; De lege 192)* **269** sociati] *Oxé*, satiati *F* **281** gregem] *Müller*, legem *F* **285** doctus] *dub. Müller*, socius *F* **286** socio *F*

Spargebat furtim ; quapropter ab agmine pulsus
Sacrilegum genus hoc genuit spirante dracone.
Constabat pietate uigens ecclesia Romae
Composita a Petro, cuius successor et ipse
Iamque loco nono cathedram suscepit Hyginus.
Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus pastor, cui tradita uerba locutus,
Aque pio suscepit Anicetus ordine sortem.
Sub quo Marcion hic ueniens, noua Pontica pestis.
Nondum secretum facinus suo corde reclusum,
Passim uulgo loquens latebrosa perfidus arte.
Sed postquam coepit mortis proferre sagittas,
Abiectus merito tam saeui criminis auctor,
A sanctis reprobus, patuit mirabile monstrum.

LIBER QVARTVS.

Haec populo iuueni, qui diues, liber et haeres
Possidet aeternam spem laudis, iure dicamus,
Non ut doctores (solus docet omnia Christus),
Sed famulos Christi, iubet inuiolata potestas
Ingenti zelo flagrantes, pacis amore
Armatos, molem belli deducere terrae,
Excelsas turres et moenia saeua malorum
Surgentesque minas populi contra agmina sancti
Detrahere et uacuas uoces dissoluere uento.
Quapropter merito nos aemulamenta locuti
Ipsius ex uerbis etiam monumenta salutis
Nitimur exprimere, quae gratia larga profudit,
Praedonisque plagam sanctis aperire copertam,
Ex improuiso ne quis rudis, inscius, audax
Incidat, et captus caelestia dona relinquat.
Ergo deus cunctis mortalibus unus ubique est,
Aeternum regnum, profundae lucis origo,
Fons uitae, potus sapientia conditus omni.
Protulit ipse orbem, cuius sinus omnia cingit.
Nulla illum regio, nullus locus ambitu claudit ;

289 deiectus *F* **293** Higinus *F* **295** cui] *Hilgenfeld*, quia *F* **296** atque *Oehler* **298** reclusit *Müller*.

IV, **2** dicamus] *Oxé*, dicatam *F* **3** docet] *Oxé*, daret *F* **9** detrahere et] *Oxé*, detraheret *F* **18** sapientia conditus] *Rigaltius*, sapientia creditus *F*, sa-

Materies nulla est facta, ut sit sponte perennis,
Quae fuerit semper, nullo factore creata ;
Caelorum, terrae, maris infernique locator
Spiritus, aëris est diuisor, conditor, auctor,
Solus perpetuus deus est, immensa potestas.
Hunc lex esse deum populo monstrauerat unum,
Cuius uox Mosi pollens in monte locuta est.
Illius haec uirtus, sapientia, gloria, uerbum,
Filius, immenso genitum de lumine lumen ;
Per uatum uoces hunc unum clamitat esse.
Ordine suscipiens Paulus, sic tradit et ipse
Vnum hunc esse patrem, per quem sunt omnia facta,
Atque unum Christum, per quem deus omnia fecit,
Ad quem se curuare genu plane omne fatetur,
Ex quo omnis patria in caelo terraque uocatur,
Qui zelat populum summo pietatis amore
Vt pater, et sancte uult omnem uiuere carnem,
Apparere sibi mundam sine crimine plebem.
Hoc zelo nostram custodit lege salutem,
Legitimos monet esse, iubet, castigat et instat.
Corripiens Galatas fratres et apostolus idem,
Talem se Paulus zelum ipse scripsit habere.
Reddidit ergo deus gnatis peccata paterna
In cataclysmo enecans pariter cum prole parentes
Genteque iam quarta genitos de stirpe nepotes,
Cum fere nongentos hos tunc adiuuerit annos.
Iudicium durum, sententia saeua uidetur,
Paruulus et Sodomis adhuc insons, mollis, inermis,
Vt careat uita : quid enim peccauerat infans ?
Quod crudele putes, hoc est pietatis honestum.
Auctores sceleris, facinus ne cresceret ultra,
Extinxit, sobolemque patrum peccata sequentum.
Sed non cum patribus poenas innoxius infans
Perpetuas luit, ignarus, neque criminis auctor ;
Ne fieret sceleris consors aetatis adultae,
Sponte futura mala, mors immatura resoluit.
Cur deus ergo iubet pecorum sibi sanguine fundi,
Legeque constringit ne quis transcenderet errans
In populo, lapidum praesenti morte minatus,
Atque iterum haec reprobat, negat haec sibi munera grata,

IV, **35** cfr Eph. 3, 15. **41** Gal. 4, 19 sq.

pientiae creditus *Müller* (cred. = traditus), *fort. recte* **21** perenni *F* **32** a quo *De lege 5, prob. Müller* **42** ipse] *Müller*, se *F* **43** gnatis] *De lege 34*, gratis *F* parentum *De lege 34* **44** diluuioque necans *De lege 35* **52** sequentur *De lege 36* **54** auctor] *Oxé*, auctus *F* **59** minatur *F*

Corripiens plebem peccati examine pressam ;
Ipse iubet uerax, iustus simul ipse repellit ?
Si quaeris causas, errans desiste moueri ;
Causa etenim fidei rationis imagine maior.
Aspice per speculum fulgentis luminis umbram,
Quid uituli sanguis, uitulae cinis, hircus uterque ;
Hic dimissus abit, cadit alter ut hostia templo.
Sanguine nam uituli populum, simul omnia uasa
Atque sacerdotes et scripta uolumina legis
Sparsit aquae mixto uates, sic iussus ab alto...
Non propriam spem, nec speciem uirtute uacantem,
Exemplo uituli passurum in corpore Christum ;
Qui iuga dura ferens humeris temonis aratri
Fortiter abrupit sua pectora uomere ferri,
Infundens sulcis animae sui sanguinis undam.
Nam templi uasa haec designant corpora nostra.
Ipse dei templum uerum, non ante dicatum ;
Namque suo socios homines sibi sanguine fecit,
Atque sacerdotes uoluit sui corporis esse,
Ipse patris summi perfectus iure sacerdos.
Auditum, uisum, gressum mundauit inertem,
Aspersitque libros testes praesaga locutos,
Demonstrans legem suo uinctam sanguine sancto.
Hanc et per uitulam manifestat uictimae causam,
Sanguine de cuius pro plebe piacula sumens
Intra uelamen primus Leuita ferebat,
Castrorum extra fores corpus iussuque cremauit,
Cuius de cinere mundabat corpora lapsa.
Hoc dominus noster, qui nos sua morte redemit,
Extra castra, uolens populi uim passus iniqui,
Impleuit legem, factis praedicta probando.
Qui uere mundat plebem contamine plenam,
Omnia concedens, quasi diues corporis auctor,
Intra uelamen caeli cum sanguine gressus,
Effudit quem pro multorum mortibus unus.
Ergo sacerdotem magnum decet hostia sancta,
Quam digne perfectus habens offerre probetur.
Corpus habet, haec est mortalibus hostia uiua.

---

68 sqq. cfr Exod. 24, 8 ; Hebr. 9, 19. **72** cfr Hebr. 8, 5. **82** cfr Hebr. 9, 19. **85** sq. cfr Leu. 16 15 ; Hebr. 2, 17.

---

67 at *F* *post u.* **70** *lacunam signauit Müller* **73** aratro *F* **82** libros] *Oxé Müller*, libro *F* locutos] *Oxé Müller*, locutus *F* **84** uictimae] *Müller*, uictima *F*

Hanc dignam magnus pro cunctis obtulit unam.
Hircorum species homines docet esse repulsos
Ex duobus populis steriles, sine fructibus ambos,
Quos in euangelio dominus quoque dixit, et haedos
Abs ouibus cerni stantes in parte sinistra,
Esse quidem quosdam domini pro nomine passos,
(Sic actu steriles fructu uelasse supremo)
Hos merito dignos arae docet esse propheta ;
Abiectos alios, Lazaro ut diues iniquus,
In sua duritie qui permansere repulsi.
Nam uelum in medio pendens cernebat utrosque,
Inque duas partes aedem diuiserat unam.
Interiora quidem sanctorum sancta uocata.
Istic ara sita effulgebat nobilis auro,
Testamenta simul tabularum legis et arca,
Pellibus agnorum caeli contecta colore,
Interius uestita auro, media omnia ligno.
Hic tabulae legis, hic manna est urna repleta,
Hic Aaron est uirga, crucis quae germina profert,
Ipsi dissimilis, styracis tamen arbore nata.
Atque super Cherubim per formam quattuor unam
Pandebant pinnas et sagmina iussu tegebant.
Exterius uelum, pars aedis aperta patebat,
In faciem labro grauis ara stabat ahena,
Et candelabrum bis ternis undique ramis
Connexis medio calamo, totidemque lucernae.
Aurea materies complebat lumine templum.
Ergo prior templi facies communis, aperta,
Declarat ritum populi sub lege morantis.
In cuius tenebris septemplex spiritus unus
Lucebat sanctus semper plebemque tegebat.
Hoc candelabrum uerum uiuaeque lucernae
Per legem et uates praelucent corde subactis ;
Inque typum terrae facta ara traditur esse.
Hic operae populi, quas non sine sanguine semper
Obtulit effuso, uitam sine lege, cruore
In patulo passim cum par fuit omnibus olim.

---

104 sqq. cfr Apoc. 6, 9. **111** cfr Hebr. 9, 3. **113** sqq. cfr Exod. 25, 10 sqq. **133** cfr Hebr. 9, 17 sq.

---

99 magnus] *Müller (cfr IV, 96)*, magnis *F* **100** docet] *Riuinus*, decet *F*, dicat *Pamelius*, docere *Oehler* **105** actu steriles fructu] *Müller* (actu ... supremo = iudicio nouissimo, *cfr Comm. Instr. I, 27, 1 ; II, 21, 12*), actum sterilem fructum *F* **106** docet] *Müller*, decet *cet.* propheta] *Müller (cfr Apoc. 6, 9)*, prophetas *F* **108** repulsos *Müller* **113** arca] *Oehler*, arcae *F* **117** crucis] *F*, nucis *Oxé Müller* **118** stryracis *Müller*, *errore* **120** iussa *F* **122** labro] *Müller (cfr Exod. 30, 18)*, lato *F* ara] *dub. Müller*, aeris *F* ahena] *Müller*, aheno *F* **131** praelucent] *Oxé Müller*, perlucens *F*, perlucent *Oehler* **134** uitam *accus. relat.* **135** cum

Istic et dominus pro cunctis hostia factus
Totam designat terram, specialiter aram.
Foederis hinc etiam noui inenarrabilis auctor,
Discipulus Ioannes animas pro nomine passas
Testatur tali sese uidisse sub ara,
Clamantes dei uindictam pro caede potentis.
Istic interdum requies, sub corpore terrae
In parte ignota quidam locus exstat apertus,
Luce sua fretus, Abrahae sinus iste uocatur,
Altior a tenebris, longe semotus ab igne,
Sub terra tamen, haec ara uocatur ahena.
In quo uelamen pullum memorauimus esse.
Diuidit hoc partes ambas, unamque recludit,
Dissitam ab aeterna cultura et temporis usu.
Non inimica sibi, quamuis distantis amoris,
Tempore diuisa et spatio, et ratione ligata.
Vna domus, quamuis uelo partita uidetur ;
Atque adeo passo domino, uelamine rupto,
Caelestes patuere plagae, celataque sancta,
Atque duplex quondam facta est domus una perennis.
Interius templum, populum de nomine Christi
Caelesti cultu, ipsa dei mandata sequentem.
(Personae hic propriae uere non umbra signantur),
Perfectis rebus completur traditus ordo.
Arca sub exemplo corpus uenerabile Christi
Ostendit, sacro per lignum spiritu iunctum.
Aeriae pelles, caro, non ex semine nata,
Extensa in ligno, simul intus spiritus ardens
Aurigera specie conflatus, iungitur illi,
Vt caro pace data cum spiritu mixta uigeret.
Panis et urna typum domini fert aurea plena,
Foederis ipsa noui dominum declarat aperte
Manna, quod est panis caelestis, uerus, in illum
Traditus a patre, quem tribuit pro pignore sanctis ;
Perfecte dabit hunc illis qui uincula pacis
Semper amatores operum tenuere bonorum.
Et tabulae duplices conscriptae legis in arca
Significant simul haec in Christo condita semper,
Qui uetus atque nouum mandatum pertulit ipse,

139 sq. cfr Apoc. 6, 9 sqq. **144** cfr Luc. 16, 22. **158** cfr Hebr. 9, 8.

par fuit] *Müller*, comparuit *F* **139** numine *F* **142** istis *Müller* **146** tamen] est *add. Müller* **147** in quo] *sc.* locus (*u. 144*) *Müller*, in qua *F* **148** hoc] *Oehler*, haec *F* **151** *alt.* et *secl. Müller* **154** caelataque *F* **158** signantur] *Müller*, ligatur *F* **159** completur] *Müller*, completum *F* traditus] *Müller*, tradidit *F* **162** aeriae] *Oehler*, aeria *F* **166** panis] *Müller* (*cfr Hebr. 9, 4*),

Arca patris summi, per quem dedit omnia diues.
Et uirga styracis fructus nucis adtulit ipsa :
Virginis haec species, genuit quae sanguine corpus,
Coniunctum : in ligno sedauit mortis amarum
Interius fructum dulcem, de spiritu sancto.
Sicut Esaias uirgam de semine Iesse
Praedixit Mariam, de qua flos exit in orbem.
Ara nitens auro caelum declarat in alto,
Quo sanctae subiere preces, sine crimine missae.
Hanc aram dominus dixit, qua munera si quis
Offert, ut primum pacem cum fratre retractet ;
Sic demum flagrare preces ad sidera possunt.
Hoc Christus, uictor solus primusque sacerdos,
Obtulit incensum precibus, non arbore natum.
Nam Cherubim cum sit bis binis uultibus unum,
Est unum uerbum, per quattuor ordine ductum,
De patre quae Christus plenissima pertulit ipse
Mandati sperata noui solatia uitae.
Ast quater alae sex, ueteris praeconia uerbi,
Testificantis ea quae postea facta docemur.
His alis uolitant caelestia uerba per orbem ;
His etiam Christi sanguis contectus habetur,
Obscure uatum praesago dictus ab ore.
Alarum numerus antiqua uolumina signat,
Esse satis certa uiginti quattuor ista,
Quae domini cecinere uias et tempora pacis.
Haec cohaerere nouo cum foedere cuncta uidemus.
Sic quoque Ioannes, sic pandit spiritus illi :
Tot numero soliis senioribus insuper altis,
Atque coronatis cohibentibus omnia mira,
Ad solium domini uitreum et mare stare sub igne,
Quattuor aligera atque oculis animalia plena
Intus et exterius ; quae sunt arcana patere
Significat uerbo simul omnia clausa uideri ;
Nam uitreum flammae mixtum mare dona lauacri
Spiritu conflata credentibus esse tributa.
Quae pietas domini ! quis tantum dicere possit !
Ante tribunale, ante pauimentumque parauit,
Vt fora iudiciumque sibi anticipare uolentes

180 cfr Is. 11, 1. **203** sqq. cfr Apoc. 4, 4 sqq.

carnis *F* **178** coniunctum] *Müller*, coniuncta *F* sedauit] *Oxé*, sedabit *F* **188** precibus, non arbore natum] *F* (*cfr II, 118 et 162, et Tert. Apolog. 30, 6 : « grana turis unius assis, Arabicae arboris lacrimas »*), precibus non abominatis *Müller* **190** dictum *Oxé Müller* **196** contextus *Oehler* **203** soliis] solio *F*, solia *Müller* altis] *F*, albis *Rigaltius Oehler Müller* **204** mitra *Oehler* **210** con-

Effugerent, esset properanti copia lata.
Sic igitur lex et miri cecinere prophetae,
Omnia sic coniuncta uigent, ueterisque nouique
Foederis, illa sacra et uerborum immania dicta.
Sic et apostolicae uoces testantur ubique,
Nec quidquam ueteris non est nouo denique iunctum.
Sic errant, et dictorum sic fata retorquent
Qui falsas finxere uias dominumque deumque
Aeternum regem, qui tantum protulit orbem,
Detrectant, alium quaerunt sub nomine ficto,
Mentibus orbati, quas amisere furentes,
Externum legi Christum affirmare uolentes,
Nec mundi dominum, carnis neque uelle salutem,
Nec uirtute patris factorem corporis ipsum ;
Quos obturatis fugiendum est auribus ultro,
Ne sermone suo maculent innoxia corda.
Nos igitur, quos tanta dei perfudit honestas,
Veraque doctoris caelestia uerba magistri
Instituere bonis recta et monumenta dedere,
Semper honoremus dominum, sine fine canamus,
Gaudentes puraque fide certaque salute.
Nati uero deo nutrimur pane perenni,
Aeternam toto sperantes pectore uitam.

LIBER QVINTVS.

Primus erat referens inimici ex ordine uerba,
Quae refuga illicite molitus protulit amens.
Hinc etiam carnis spes et uictoria Christi,
Et species breuiter falsarum dicta uiarum.
Inde sequens coniuncta docet mysteria legis,
Inque nouo diuus quae foedere tradidit unus.
Tertius ingenua gentem de matre creatam,
Vatibus et patribus sacratos esse ministros,
Quos numero bis sex de cunctis, Christe, legebas ;
Maiorum natu cum nomine tempora lustri
Tempora, aceruati sceleris cum paruit auctor

V, **9** cfr Luc. 6, 13 ; Ioh. 6, 71.

flata] *Müller*, conflato *F* **214** effugerent] *Müller*, et fugerent *Oehler* **220** fata] *Müller*, facta *F* **221** dominique *F* **223** alium] *Müller*, aliud *F*.

V, **6** diuus] *Müller*, diuis *F*, deus *Oehler* **10** nutu *F* **11** aceruati] *Müller*,

Ignotus, sine lege, uagus, cum prole relicta.
Quartus et ipse refert obscura piacula legis
Esse typum ueteris, quae paruit hostia uere,
Iamdudum expectata piis cum semine sancto.
Hic quintus multos nexus nodosque resoluit,
In planum mala conuoluit quaecumque latebant,
Argumenta trahens, sed non sine teste propheta.
Et quamuis hostes muniti fortibus armis
Vincamus, tamen inlicita, polluta, nefanda,
Commaculata simul, sic miscuit omnia serpens,
Caecorum sine luce uiam, contamine uocum ;
Vt, dum factorem mundi contendimus ipsum
Esse deum solum, uatum quoque uoce locutum,
Ignotumque alium quemquam non esse probamus,
Vix mundam linguam sermonis culpa reseruet.
Complexu uario notum dum laude sequentes
Culpamusque alias ignoti tempora sera ;
Sed cogunt nos multa doli celata uenena,
Ancipiti quamquam cum crimine, pandere uerba.
Quisnam ergo deus, quem uerum dicitis esse
Ignotum populis, alienum denique mundo ?
Hunc quem nemo prius norat, hic uenit ab alto ?
Si sua, cur tam sero petit ? si non sua, quare
Vt praedo rapit, et populum sub lege morantem
Ignotis totiens per legem uocibus opplet ?
Si misereri etiam uenit et succurrere cunctis,
Et releuare graui deuictos funere mortis,
Carnis et obsceno spiramen soluere uinclo,
Quo cohibetur homo interior, concisus inique,
Cur tam sero pius uigilans, semperque benignus,
Qui numquam prius omnino se praebuit ulli,
Transmissos numeroque alienos ore requirens,
Numquam exspectatus, non notus, missus in orbem,
Pastor ouem quaerens, quam non amiserat ante ?
Debuit exutus carnem, quasi uictor et ipse
Spiritus, ut fuerat semper, talisque uolebat,
Omnes expulsas animas sine corpore passim
Eripere, et carnem spoliatam linquere terrae ;
Vna die pariter complere cadauere mundum,
Euacuare orbem, atque animas adtollere caelo ?
Progenies hominum nasci cessasset in unum,

seruati *F* cum] *Müller*, cui *F* **12** relicta] *Müller* (*sc.* tempora), relictus *F* **13** regis *F* **18** sed] *F*, et *Müller* **19** et] *F*, sed *Müller* **22** uocum] *Müller*, uocem *F* **25** quamquam *F* **27** sequentes] *Pamelius*, sequentem *F* **29** caelata *F* **31** quisnam] *Oehler*, quis non *F* **34** sero] *Müller*, sera *F* **36** toties *F* **40** quo] *Müller*, qui *F* **43** transmissos numeroque alienos] *Müller*, transmissis numero al. *F* **46** ut *F* **47** talesque *F*

Et nulla posthac generis prosapia uestri
Nata foret, pestemque nouam fudisset in orbem.
Vel quia tunc nihil ex his factum ostenditur esse,
Debuerat finem generi statuisse futuro,
Connubii solido complexus corde replesset,
Fecisset torpere uiros, sine germine fructus,
Feminei sexus cubitus taedere dedisset,
Clausisset penitus carnis genitalia membra ;
Nulla uoluntas nostro animo, neque posse facultas.
Post haec posset et interior homo sanguine iunctus
Haerere infusus carni, semperque periret.
Semper ouis perit, ergo nec est seruare potestas,
Cum semper nascatur homo, sub crimine mortis :
Quod pastoris opus, si sic inuenta docentur ?
Inquaesita ergo, sed non erepta probatur.
Nunc uero delectus adest connubia adire,
Vt semper fuerat, quem iunxit certa propago,
Nascuntur gentes et uix numerabile uulgus,
Accipiunt animas nascentes corpora uiua ;
Nec Paulum decuit, quamuis pro tempore, quosdam
Hortari, uelut ipse fuit, pari sorte manere,
Temporis angusti cernens instantia multa ;
Nam teneras alias aetates nubere iussit,
Nec se fraudari, sed debita reddere pacto.
Vos autem astuta quis suasit fraude manere,
Diuiso prolis securos degere amore,
Crimen adulterii committere, perdere uitam ?
Et quamquam perit, id falsare agnomine uerbi ?
Quapropter uocis tam dulcia cuncta profundit
Impauidi quidquid placet, ut faciatis oportet,
In faciem casti, maculati crimine furtim,
Hac causa uos connubio priuauit honesto.
Sed quid plura ? bene est disiunctos scilicet esse ;
Expedit et mundo, ne uestri germinis ullus
Nascatur ; tandem cessabunt organa mortis.
Partem hominis, dum speratis retinere salutem,
Totus homo uester deperiit mente profana,
Interior simul et ueterem quem dicitis hostem ;
Sed nec homo solum spiramen dicitur esse ;
Nec uetus est homo dicta caro, nec sunt inimica

72 sqq. cfr I Cor. 7, 6 et 38 ; 7, 3 sqq.

54 pestemque] *Oxé*, postemque *F* **62** iunctis *F* **69** fuerat] *Müller (cfr V 47)*, fuit *F* **71** nascentem *Oehler* **73** pare *F* **89** deperiit] *Müller*, deperdit *F*

Spiritus et caro, uerus homo est sociatus in uno,
Nec sibi priuatos sensus cernuntur habere.
Haec regitur, regit ille, gemit, gaudetque doletque ;
Diligit, ipse suae carni carissimus idem,
Per quam paret homo, cum qua commixtus habetur ;
Vulneribus curas adhibet, lacrimasque profundit,
Nutrimenta cibi cupide per membra resumit,
Hanc optat secum immortalem semper habere,
Quam frangi gemit, et dolet euacuari per artus ;
Illi mors miserae dominatur tempore certo,
Quo renouata leui de puluere mors inimica
Deficiat tandem, caro cum resoluta resurgit.
Haec erit expectata diu uictoria summa,
Quam fecit uirtute patris, uenerandus in aeuum
Factus uerus homo, hominis qui membra redempta
In caelos tulit atque aditus spe diues aperuit.
Principio gentis in linguis omnibus, inde
Hic, ubi semper opus, patria pietate minister,
Visus ab inuiso, missus patiendo peregit.
Quid nunc infandae uoces ? quid perdita turba ?
Si non ipse dedit leges, deus ipse creator,
Aegypti de calle uiam qui strauit in undis,
Et sedes gnatis dedit has quas dixerat olim,
Ipsa cur in gente uenit terraque dicata ?
Non alios populos aut altera regna petiuit ?
Cur iam per uates, praedicto nomine toto,
Non proprio suo, se uocitatum tradidit esse ?
Vnde etiam potuit baptismi dona benigna
Promissa abs alio tamquam sua promere facta ?
Haec mandata dei transgressi, sorde referti
Optabant, ueniamque fera de morte petebant ;
Exspectata diu merito uenere, sed illis
Qui prius audita, at nunc agnouere reperta,
Hoc dat uere manus Christi, pater ipse creator
Semper ab aeterno monet, et pia uoce requirit,
Quodque figurauit, fouet atque figurat et armat,
Et iam despectum uictor sua luce reuestit,
Vt maneat uirtutis opus cum laude perenni.
Quid praestare deus, quid possit homo pati, ut omnes
Agnoscant, uideant, quod fecit uiua potestas ?

111 cfr Col. 1, 15. **118** sq. cfr Is. 1, 3.

93 est] *del. Oehler* **101** euacuari] *Oxé*, euacuare *F* **111** inuiso] *Oxé*, inciso *F* **113** dedit] *Oehler*, deus *F* **115** gratis *F*, *ut fere semper* **122** referti] *Hück.*, reperti *F* **126** dat] *Oxé*, det *F* uere] *Müller*, uera *F* **132** uideant] *Müller*, uiuant *F*

Sed quia nec praedicta prius, nec facta suprema
Dementes homines possunt suadere furentes,
Esse hominem factum deum, passumque, sepultum,
Surrexisse, ut eis tantis clamantibus olim
Caelesti uerbo complexis testibus, ambo
Terrestri saltem rationi credere discant.
Cum dominus Christus caro nasci uenit in orbem
Augusti Regis Romani tempore, primum
Decreto gentes censu numerantur ubique ;
Idem hoc rex forte tulit, quia summa uoluntas
In cuius manu regnantis cor legimus esse,
Fecit primus, et in numerum scriptura redacta est.
Tunc etiam Ioseph, Maria cum coniuge feta,
Caelesti pariter gnato numerantur et ipsi.
His instrumentis humana astutia nisa,
Quae testes sancti uerbi, praebere probantes
Inquirant, uel sic inuento postea uicti
Paeniteant, ueniamque rogent, dum tempus habetur,
Iudaei graue qui scelus admisisse fatentur,
Dum detractantes ardent, nobisque resistunt ;
Nec genus ignotum dicunt neque dicere possunt
Suspendisse hominem se ligno, uera locutum
Ignari domino carnem sine semine uictam.
Sed pro parte quidem reticent, pro parte triumphant ;
Namque deum populis hominem uulgare laborant.
Aspicite errorem qui uos expugnat utrosque ;
Pro nobis hic erit, dum uobis certa probamus.
Illi hominem, uos falso deum sine corpore corpus
Dicitis, et uaria heu mentes uesania mergit,
Quod qui praesumpsit, mergentes spargitis ambo ;
Namque hominem pariterque deum tunc facta probabant
Commixtum, nec pauca dabat signacula mundo.
Filius ipse dei dum carnis membra requirit,
Iam praetextatus palmarum sustinet ictus,
Conspuitur uultus, spinis innexa corona
Compungit caput, et ligno suffigitur ipse,
Potatur scriblita, et fel miscetur aceto,
Diuiditur uestis, sortes mittuntur in illa ;
Quod rapuit sibi quisque tenet ; caligine multa,

143 Prou. 21, 1.

134 furentes] *Pamelius*, ferentes *F* **135** diuum *Müller* **137** completis *Müller* **143** regnantis] regis *Müller* legimus esse] *Müller*, legibus esset *F* **147** his] *Müller*, hunc *F* **148** quae] *Müller*, qui *F* **160** illi hominem, uos falso deum] *Oehler* **161** mentes] *Müller*, mentis *F* **163** probabant] *Müller*, probabunt *F* **164** dabat] *Müller*, dabit *F* mundo] *Müller*, mundus *F*

Exspirante deo tacite de corpore carnis,
In tenebris tremefacta dies cum sole refugit ;
Bis fuit una dies, mediam nox atra coperuit.
A fundamentis montes agitantur in orbem,
Commota est tellus, patuere sepulchra piorum,
Cunctaque quem norunt passum timuere uidere.
Exanimum telo miles latus haurit apertum,
Profluit et sanguis, nec aqua minus inde secuta.
Haec illi pacto celant, noluntque fateri
Admissi factum, nefas occultare uolentes.
Spiritus ergo potest gerere sine corpore uestem,
Aut poenam capit, aut suffert uiolentia uulnus ?
Aut moritur, surgitque, et sanguis funditur inde ?
De qua carne, quia illum uos habuisse negatis ?
Aut finxit potius, sic uobis dicere tutum est,
Quamquam praecipites dicatis, plura tacendo.
Non ergo manifesta fides, non omnia fixa ?
Ante diem quam cum pateretur pascha celebrans,
Discipulisque suis tradens memorabile factum ;
Acceptum panem pariter uitisque liquorem
Corpus ait, sanguisque meus qui funditur hic est
Pro uobis ; fieri semper quod postea iussit.
Quaue creatura panem uinumque putatis
Esse suum corpus cum sanguine ? quaeque fatenda ?
Non se factorem mundi per facta probauit,
Et portare simul de carne et sanguine corpus ?
Hic deus, hic et homo uerus, uerumque locutus,
De patre principium, genitum de lumine lumen,
Spiritus et uerbum, Christi sub imagine uirtus.
Cum patre semper erat, unitus gloria et aeuo ;
Omnitenentis enim solus quia uerba ministrat,
Quem capit in terris, et per quem cuncta creauit.
Filius ipse dei, carissimus ipse minister.
Hinc genus, hinc et nomen habet, hinc denique regnum,
De domino dominus, fluuius de fonte perenni.
Hic patribus sanctis parens ab origine mundi,
Testeque eo quicumque deum uidisse fatetur.
Promissa et memoranda patris patefecit ab alto,
Eduxit populum, gentem percussit iniquam,
Ipse columna fuit lucis nubesque frigoris,

192 sq. cfr Luc. 22, 19 sq. **211** cfr Num. 9, 15.

178 apertum] *Müller*, aperto *F* **180** caelant *F* **183** suffert] *Müller*, fert *F* **186** sic] *Müller*, si *F* uobis] *F*, uos *Oehler* **187** tacenda *Müller* **208** testeque eo] *Müller*, teste deo *F* **211** nubesque frigoris] nubisque rigoris *F*, nubisque figura *Müller*

Siccauitque mare, et populos iubet ire per undas,
Hostibus implicitis, fluctuque fretoque copertis ;
Per deserta uiam fecit sua iussa secutis ;
De caelo populo panem dimisit in umbris,
Erupitque petram, sitientis unda rigauit,
A deo mandatum legis Mosique locutus
Cum tonitru cantuque tubae, flammaeque columna
Terribili uisu, tremebundo corde uirorum.
Post bis uicenos completis mensibus annos,
Iordane diuiso, patuit uia, constitit unda ;
Ipse prophetarum uerbum patris ore locutus,
Partirique tribus terram promissa paterna.
Esseque uenturum terris, hominemque futurum
Praedixit, Christum terris manifeste profatus.
Exspectatus in auxilium, spes unica uitae,
Mundator carnis ferae mortisque fugator,
Tandem uenit ab imperio patris omnipotentis,
Humanis sese uestiuit et artubus ille.
Adam, uirgo, draco, lignum, quae causa ruinae,
Et uia qua nos mors temeraria uicerat omnes,
Hac eadem gradiens pastor, pecudemque requirens,
Angelo, uirgine, carne sua, lignique medela.
Ex quo uictus homo uictos periturus obibat ;
Hinc interpositus pro captis omnibus unus
Sustinuit patiens inimicam in corpore poenam,
Morte sua spolians mortem, fit causa salutis,
Nec non in terris suo postquam corpore sancto
Omnia perpessus persoluit debita nostra,
Infernum petit ; hic animas pro crimine uinctas,
Quae sine praesidio conclusae pondere legis
Olim promissa et sperata et tarda rogabant,
Sanctorum in requiem dedit, et cum luce retraxit.
Tertia namque die surgens cum corpore uictor,
Immani uirtute patris, uia facta salutis,
Inque creatura portans hominemque deumque
Conscendit caelos, captiuas ille reducens
Primitias, munus domino caramque figuram,
Conseditque patri lucis uirtute recepta,
Gloria qua munitus erat, dum uinceret hostem,
Spiritu coniunctus, de nobis carne ligatus.
Hunc pater et dominum et Christum regemque deumque
Iudicio regnoque dato missurus in orbem est.

216 cfr Ps. 104, 16. **247** cfr Eph. 4, 8. **253** cfr Ioh. 5, 22.

223 parentum *Müller (cfr De lege 101)* **227** serae *F* **234** uicto *Müller, errore* **244** surgens] *Müller (cfr De nat. 95)*, subiens *F* **247** ille] bello *De nat. 95, prob. Müller* **252** dominum et] dominus *De nat. 99.*

INDICES

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE

INDEX SCRIPTORVM

INDEX NOMINVM

INDEX RERVM ET LOCVTIONVM

MONITVM

An. De anima, p. 779.
Ap. Apologeticum, p. 77.
Bapt. De baptismo, p. 275.
[*Carm.*] Ps. Tertulliani Carmen aduersus Marcionem, p. 1417.
Carn. De carne Christi, p. 871.
Cast. De exhortatione castitatis, p. 1013.
Cor. De corona, p. 1037.
Cult. De cultu feminarum libri II, p. 341.
[*Execr.*] Ps. Tertulliani De execrandis gentium diis, p. 1411.
Fragm. Fragmenta, p. 1331.
Fug. De fuga in persecutione, p. 1133.
[*Haer.*] Ps. Tertulliani Aduersus omnes haereses, p. 1399.
Herm. Aduersus Hermogenem, p. 395.
Idol. De idololatria, p. 1099.
Iei. De ieiunio, p. 1255.
Iud. Aduersus Iudaeos, p. 1337.
Marc. Aduersus Marcionem libri V, p. 437.
Mart. Ad martyras, p. 1.
Mon. De monogamia, p. 1227.
Nat. Ad nationes libri II, p. 10.
Or. De oratione, p. 255.
Paen. De paenitentia, p. 319.
Pal. De pallio, p. 731.
Pat. De patientia, p. 297.
Praescr. De praescriptione, p. 185.
Prax. Aduersus Praxean, p. 1157.
Pud. De pudicitia, p. 1279.
Res. De resurrectione mortuorum, p. 919.
Scap. Ad Scapulam, p. 1125.
Scorp. Scorpiace, p. 1067.
Spect. De spectaculis, p. 255.
Test. De testimonio animae, p. 173.
Val. Aduersus Valentianos, p. 751.
Virg. De uirginibus uelandis, p. 1207.
Vx. Ad uxorem libri II, p. 371.

Reuocanter lectores ad singulorum tractatuum libros, capitula, paragraphos. 'App.' uariae lectiones designantur, in apparatu adnotatae.

Indices I, II, III confecit A. Hoste. Indicem IV ex editione Oehleriana acceperunt et pro uiribus expolierunt et compleuerunt E. Forges et É. Verlinde, auxiliante Gertrude Fonteyne amanuense. Quorum nomina grati recolant qui utuntur.

I

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE

II

INDEX SCRIPTORVM

III

INDEX NOMINVM

IV

INDEX RERVM ET LOCVTIONVM

TABVLA CHRONOLOGICA*

Ante Ad nationes et Apologeticum:
 Ad martyras[1].
Post 19 Febr. 197:
 Ad nationes[2];
Paulo post:
 Apologeticum.
Paulo post:
 De testimonio animae.

Ab a. 198 usque ad nouae profetiae susceptionem[3]:
 De praescriptione.
 (Adu. Marcionem, prima recensio).
 De spectaculis.
 De baptismo.
 (Adu. Iudaeos[?]).
 De patientia.
 De paenitentia.
 De cultu feminarum.
 Ad uxorem.
 Aduersus Hermogenem.

Ab a. 204, ad Montani dogmata paulatim deficiens:
 (De ecstasi)[4].
 (De spe fidelium)[5].
 (De paradiso)[6].

A. 207-208:
 Aduersus Marcionem librorum I-III noua recensio[7]:

A. 208-212, ad Montanismum conuersus:
 Aduersus Marcionem l. IV, V.
 De pallio[8].
 Aduersus Valentinianos.

---

* Cfr A. Harnack, *Die Chronologie der altchristlichen Litteratur*, II, Leipzig, 1904, p. 256-296; P. Monceaux, *Histoire littéraire de l'Afrique chrétienne*, I, Paris, 1901.

1. Cfr C. Becker, *Tertullians Apologeticum. Werden und Leistung*, München, 1954, p. 350-354.

2. Meminit l. I, c. 17, 4 Septimii Seueri uictoriam hac die ab Albino reportatam apud Lugdunum.

3. Ad hanc periodum pertinet etiam *Passio SS. Perpetuae et Felicitatis* (a. 202-203), si tamen reuera Tertullianum habet auctorem. Textus typis describetur una cum ceteris documentis hagiographicis in t. CLXVIII huius collectionis.

4. Cfr A. Harnack, *Chronologie der altchristlichen Litteratur*, II, Leipzig, 1904, p. 276-278.

5. Ante *Aduersus Marcionem* l. III (24, 2) conscriptum.

6. Ante *Aduersus Marcionem* l. V (12, 8) et *De anima* (55, 5) conscriptum.

7. Cfr I, 15, 1: „Anno XV Severi imperatoris'', h. e. 207-208.

8. A. 209-211, cfr 2, 7: „Praesentis imperii triplex uirtus. Deo tot Augustis in unum fauente'', h. e. Seuerus, Caracalla, Geta.

(De censu animae aduersus Hermogenem)[1].
(De fato)[2].
De anima[3].
(Aduersus Apelleiacos)[4].
De carne Christi.
De resurrectione mortuorum.
De corona.
Scorpiace.
De idololatria[5].

Post solis eclipsim 14 Aug. 212:
Ad Scapulam[6].

Post discidium cum „psychicis" (circiter a. 213):
De fuga.
Aduersus Praxean.
De uirginibus uelandis[7].
De monogamia[8].
De ieiunio.
De pudicitia[9].

---

1. Ante *De anima* (1, 1 et passim) conscriptum.
2. Ante *De anima* (20, 5) conscriptum.
3. Post *Aduersus Marcionem* l. II conscriptum (cfr cap. 21, 6). Vide etiam C. Becker, in *Gnomon*, XXV, 1953, p. 52 sq.
4. Ante *De carne Christi* (8, 3) conscriptum.
5. Nonnulli hoc tractatum antiquiorem censent et paulo post *De spectaculis* conscriptum.
6. Cfr c. 3, 2.
7. Nöldechen, Kellner, Morel (*De ontwikkeling van de christelijke overlevering volgens Tertullianus*, Brussel, 1946, p. 24) hoc opusculum haud immerito ponunt iuxta illud de monogamia.
8. Cap. 3, 9 : „Annis circiter CLX exinde productis", scilicet post Pauli apostoli epistolam primam ad Corinthios, h. e. c. 212-219.
9. A. 222-223 ?

CONSPECTVS MATERIAE

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. V, adn. 5 *lege* II, p. 380 sq.
p. VI, adn. 1, l. 1 *lege* LXX, 213, 12.
p. IX, l. 4 *lege* stili.
p. XV, l. 13 *lege* Suecio.
p. XVI *add.* D. KUIJPER, *Tert. Nat. II*, 9, 13, in *Vigiliae Christianae*, VIII, 1954, p. 78-82.
p. XVIII *add.* L. ALFONSI, *Talete e l'Egizio* (Nat. II, 4, 18), in *Rivista di Filologia*, XXVIII, 1950, p. 204-222. P. KESELING, *Aristoteles bei Tertullian* (Pud. I, 1)?, in *Philosophisches Jahrbuch*, LXII, 1947, p. 256-257. G. BARDY, *S. Augustin et Tertullien*, in *L'Année théologique augustinienne*, XIII, 1953, p. 145-150.
p. XXI *add.* J. G. Ph. BORLEFFS, *Institutum Neronianum* (Nat. I, 7, 9), in *Vigiliae Christianae*, VI, 1952, p. 129-145. J. BERAN, *De ordine missae secundum Tertulliani Apologeticum*, in *Miscellanea liturgica in honorem L. C. Mohlberg*, II, Romae, 1949, p. 7-32.
p. XXII *add.* F. X. LUKMAN, *Das Anblasen des Teufels beim Taufgelöbnis. Eine bisher unbeachtete Anspielung darauf bei Tertullian*, in *Beiträge zur älteren europäischen Kulturgeschichte. Festschrift R. Egger*, Klagenfurt, 1952, p. 343-346.
p. XXIII *add.* G. DE PLINVAL, *Tertullien et le scandale de la couronne*, in *Mélanges J. de Ghellinck*, I, Gembloux, 1951, p. 183-188.
p. XXIV *add.* G. LOPUSZANSKI, *La police romaine et les chrétiens* (De fuga), in *L'Antiquité classique*, XX, 1951, p. 5-46.
p. XXV *add.* C. BECKER, *Tertullians Apologeticum. Werden und Leistung*, München, 1954.
Tab. I c *add.* Beda Venerabilis, cfr A. D'ALÈS, *Tertullien chez Bède*, in *Rech. de sciences religieuses*, XXVII, 1937, p. 620. Petrus Venerabilis, *Aduersus duritiam Iudaeorum*, 4 = *Aduersus Iudaeos*, 8, cfr M. MANITIUS, *Zu Petrus' von Cluni patristischen Kenntnissen*, in *Speculum*, III, 1928, p. 582-586.
Tab. II Codex Vindobonensis graecus 64 (prius 146) (s. XIV ex.) f. 324r et 327v fragmenta continet *Apologetici* (non autem *De carne Christi*), et quidem cap. 5 in uersione asseruata apud Eusebium. Quae officiosissime nobis transscribit cl. u. Vincentius Bulhart.
p. 7, 14 *omitte uirgulam post* adolescentes.
p. 22, 32 *lege* antecedunt.
p. 26, 33 *lege* deis.
p. 41, 33 *lege* iactauit.
p. 96, 31 *lege* nos.
p. 125, l. 69 *lege* probetur.
p. 147 *lege in apparatu, l. 2:* caesaris *F M*.
p. 164, 9 *et in apparatu lege* scopis.
p. 180, 12 *lege* ominibus.
p. 210, 15 *lege* **7**.
p. 211, 24 *lege* Φανερώσεις *(item in apparatu)*.
p. 211, 34 *lege* **12**.

p. 219, 4 *lege* **2.** Et ideo.
p. 225 sqq., 731 sqq., 1133 sqq. : cfr librorum 'De spectaculis, De fuga in persecutione, De pallio' nouam recensionem cura et studio Iosephi Marra, Augustae Taurinorum, 1954 (uide tamen huius editionis recensionem criticam auctore G. Oggioni, in *La Scuola Cattolica*, LXXXIII, 1955, p. 78 sq.).
p. 231, 35 *lege* exitum *(cfr H. Hoppe, Beiträge, p. 73).*
p. 232, 31 *loco* COILLO, M. D. Petruševski *legendum putat* DOMO (*De ἅπαξ εἰρημένῳ* coillo, in *Ziva Antika*, II, 1954, p. 94).
p. 306, 21 *lege* **6.**
p. 329, 14 *lege* uitium.
p. 372 sqq.: cfr librorum ,ad uxorem' nouam recensionem cura et studio Adriani Stephan, Hagae Comitis, 1954.
p. 389, 14 *om.* **2.**
p. 651, 26 (in apparatu superiore) *lege* Zach.
p. 656, ult. linea, *lege* 564.



NORTH-HOLLAND PUBLISHING COMPANY
Amsterdam

QVINTI SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI

DE ANIMA

EDITED WITH INTRODUCTION
AND COMMENTARY

by

Dr. J. H. WASZINK
PROF. IN THE UNIVERSITY OF LEIDEN

Tertullian's treatise ,,On the Soul" *(De Anima)*, written at Carthago in A. D. 210, is the first attempt, as far as is known, to give a complete psychology from the Christian point of view. This work is of twofold importance. In the first place the object in view led Tertullian to make a detailed study of the psychological theories of Greek philosophers and Christian heretics which were prevalent or still known in his time and to define his attitude towards them. Consequently his work contains a store of data on Ancient psychology, for which it is often the only source; particularly notable is his keen interest in medical science: the treatise ,,On the Soul" of the famous physician Soranus of Ephesus was one of his most important sources. The assimilation of this extensive material and the combating of everything which to Tertullian as a Christian seemed undesirable or dangerous, reveal great penetration, which, however, because of an inclination towards over-subtlety forces the reader to be ever on the alert.

In the second place this treatise is important for its positive results. Tertullian's theories on the materiality of the soul, the function of the intellect, the origin of the soul, of sleep and dreams, and the fate of the soul in the hereafter deserve, especially on the part of historians of civilisation, more attention than has sofar been paid them.

In 1933 the editor of this treatise brought out as his thesis for the doctorate an edition-now out of print-with an introduction, translation and commentary. As on further study he found that more conclusive results could be attained, he prepared this edition for the press with an English introduction

Cloth bound, pp. x. 50*. 650. Royal 8vo, net. hfl 40.-

and commentary, which constitute an entirely new piece of work. In the introduction the textual transmission, the plan, the sources and the influence of the *De Anima* are discussed. No translation is added this time; for the editor has found that a paraphrase which leaves the contents of the text intact but represents the thoughts in a modern form, will lead the reader much sooner to the author's ideas than a litteral translation which at once requires further elucidation. Nevertheless particularly difficult parts are also translated literally in the commentary.

The commentary, the most important part of the book, intended for philologists as well as for theologians and historians of civilisation, provides besides the usual explanation of philological and other pertinent details and a continuous analysis of the often difficult argument, at the beginning of each chapter-a chapter of *De Anima* is usually a self-contained whole-a paraphrase and a discussion of the question as to what sources Tertullian used and why he worked them up in the way he did. On especially important subjects (e. g., migration of souls, materiality and perceptibility of the soul, dreams, origin of the soul, eschatology) the discussion develops into an excursion.

A detailed bibliography concerning Tertullian, primitive Christian intellectual life and late Latin concludes the book.

A. D. Nock in his review in VIGILIAE CHRISTIANAE 4 (1950), p. 129 :

...This admirable edition is so well known and so highly esteemed that any praise of it may seem superfluous. Waszink supplies all that is needed for the understanding of the treatise. His introduction sets it in relation to Tertullian's writings in general and in particular to his lost *De censu animae* : the text is excellent and equipped with a full and clear apparatus ; the commentary does equal justice to problems of language and of content ; and the whole is well indexed. Here is a masterpiece of erudition, which will be widely used as such ; and yet the erudition is never displayed for its own sake but always employed with strict relevance to determine what Tertullian said and what he meant.

J. W. Ph. Borleffs in MUSEUM 53 (1948), 146-148 :

...Cette dernière édition qui est devenue une œuvre vraiment monumentale, ne laisse à peu près rien à désirer : nul problème n'y reste indiscuté, nulle difficulté inexpliquée ; elle donne même beaucoup plus qu'un simple commentaire à un seul écrit : on y trouvera quelque chose de son gré pour presque tous les problèmes qui touchent à Tertullien et à son œuvre en général, grâce aussi à l'ample bibliographie et aux tables également très détaillées à la fin de l'ouvrage.

George E. Mc Cracken in THE CLASSICAL JOURNAL 44 (L949), 348-351 :

...It will long remain not only the standard edition of this difficult treatise, containing an immense amount of penetrating insight into the language an thought of the most brilliant of Latin Fathers, but it will serve also an an admirable model for all future editors of patristic texts. To cite a performance comparable in brilliance and thoroughness, one must go the better volumes of the International Critical Commentary. Waszink has demonstrated abundantly his right to a position in the front rank of patristic scholars and is surely our greatest expert on Tertullian.

Josuah Whatmough in CLASSICAL PHILOLOGY, 45 (Jan. 1950) :

...We now have an edition of *De Anima* fit to be set beside the finest critical and exegetical work, comparable with Munro's *Lucretius* or J. B. Mayor's *De Natura deorum*, a worthy representative of Dutch scholarship at its best and a mine of information that will serve well all who may have occasion to turn to Tertullianus *De Anima*.

J. Daniélou in RECHERCHES DE SCIENCE RELIGIEUSE 36 (1949), pp. 624-625 :

...C'est un travail monumental que M. Waszink vient de consacrer au *De Anima* de Tertullien. Il l'est par les proportions matérielles, puisque le livre dépasse sept cents pages. Il l'est aussi par la valeur scientifique... Tous les éléments qui peuvent aider à l'intelligence du traité de Tertullien sont ici rassemblés... Ce qui fait l'intérêt très particulier de cette édition, c'est qu'elle apporte des éléments précieux dans une des questions les plus compliquées de la littérature chrétienne antique, celle de l'anthropologie... Nous avons là une véritable mine de renseignements, que des *Indices* très soignés rendent accessibles. Tout ceci fait du livre de M. Waszink un instrument de travail désormais indispensable.

S. L. Greenslade in THE JOURNAL OF THEOLOGICAL STUDIES 50 (1949), 87-90 :

...his book is the product of great learning and astonishing industry Serious students of Tertullian and his age will refer to it continually and. gratefully.

Joseph Moreau in REVUE DES ÉTUDES ANCIENNES (1949), 404-406 :

...c'est ainsi que le *De Anima* de Tertullien se trouve doté aujourd'hui d'un commentaire philologique, historique et exégétique, grâce auquel il rivalise, dans le catalogue des travaux de l'érudition contemporaine, avec le *De Anima* d'Aristote, illustré par les commentaires de Rodier et de Hicks.

L. Alfonsi in NUOVO DIDASKALEION (1949) :

È la sua un opera che onora la filologia olandese e che fa progredire i nostri studi : nessun cultore di letteratura latina cristiana ed in particolare di Tertulliano potrà prescinderne.

V. Grumel in REVUE DES ÉTUDES BYZANTINES 6 (1948), 283-286 :

...On le voit, rien n'a été négligé pour donner à ce magnifique ouvrage le maximum d'utilité et de commodité. Le *De Anima* de Tertullien aura donc bénéficié d'un traitement, édition et commentaire, que bien peu d'anciens textes connaissent. Il y a là un exemple à suivre, auquel on souhaite, sans trop l'espérer, de nombreux imitateurs.

CORPVS CHRISTIANORVM

collectum a monachis

O. S. B.

abbatiae S. Petri in Steenbrugge

edunt

Typographi Brepols Editores Pontificii

Turnholti

(Belgium)



Series Latina 180 uolumina in 8º circiter 800 p. amplectetur.

Prostat apud Brepols et omnes

Bibliopolas.